

del collegio de la compania de Jesus de Granada
Sacra Decades Quinquagesimalis. R. 375 B. B.


CONCIONES QUADRAGESIMALES

ATQVE PASCHALES, NVMERO
quingenta, varia & rara, rerum ac verbo-
rum suppellectile, apparatus instructaf-
que complectentes: Omnibus Con-
cionatoribus apprimè
necessaria.

Collectore F. Mauricio Hylaveto, Franciscano, Engolismensi,
S. Theologia Doctore Parisiensi, necnon Alma prouincia Turonia
Ex prouinciali: atque apud Aurelios, Ecclesiae ordinario.

Hæc omnia, Cathedræ D. Petri, in qua nunc SS. D. N. Sixtus, ex
nostro Franciscano ordine assumptus, fedet: iudicio
& examini submissa sunt.

I
N
V
I
R
T
V
T
E



E
T
F
O
R
T
V
N
A

L V G D V N I,
APVD HEREDES GVLIELMI
ROVILLII
SVB SCVTO VENETO.

Iussu S. S. S. S. S.

M. D. C. C. C. C.



del Colegio de la compañía de Jesus de Granada
Sacra Decades Quinquaginta. R. 375 Bca


CONCIONES QUADRAGESIMALES

ATQVE PASCHALES, NVMERO
quingenta, varia & rara, rerum ac verbo-
rum suppellectile, apparatus instructaf-
que complectentes: Omnibus Con-
cionatoribus apprimè
necessaria.

Collectore F. Mauricio Hylareto, Franciscano, Engolismensi,
S. Theologia Doctore Parisiensi, necnon Almae prouinciae Turomae
Ex prouinciali: atque apud Aurelios, Ecclesiaste ordinario.

Hæc omnia, Cathedræ D. Petri, in qua nunc SS. D. N. Sixtus 5. ex
nostro Franciscano ordine assumptus, fedet: iudicio
& examini submissa sunt.

I
N
V
I
R
T
V
E



E
T
F
O
R
T
V
N
A

L V G D V N I,
APVD HÆREDES GVLIELMI
ROVILLII
SVB SCVTO VENETO.

Iussu Superiorum.

M. D.



EXTRACT DES ACTES
ET REGISTRES DE LA
Seneschaucee & siege præ-
sidental de Lyon.

Sur les remonstrances faictes par le procureur du Roy, de ce que cy deuant des le moys d'Avril dernier, & huit moys sont passez, le conseil auroit pourueu à ce qu'il fust permis à tous marchans Libraires, faire Imprimer liures seruans à la pieté & deuotion & à l'edification du peuple en la religion Catholique, Apostolique & Romaine, sans s'arrester aux priuileges, que pour le regard desdits liures les Libraires de Paris ou d'ailleurs pouuoient auoir, chose qui estoit faicte pour subuenir à la necessité du temps. Et que despuis iceluy temps les Libraires de ceste ville en ont fait peu de deuoir, qui est cause, que le peuple est priué des fructz & utilitez qui prouuiennent de la lecture desdits liures, & souffre beaucoup pour n'en pouuoir recouurer d'aucune part. A ceste raison qu'il pleust audit Conseil de nouveau inciter lesdits Libraires faire Imprimer lesdits liures. Entre autres entoidre aux heritiers feu S. Guillaume Rouille & S. Iean Baptiste Buysson faire Imprimer tous liures semblables. necessaires pour l'enseignement du peuple en la foy, comme les predications de Frere Maurice Hylaret cy deuant Imprimees à Paris, fort requises & demandees par les predicateurs.

Bulliond.

Le Conseil en ayant esgard à ladiite requeste dudit Procureur du Roy, la necessité du temps & en consequence des ordonnances cy deuant faictes, A permis ausdits hoirs Rouille & Buysson Imprimer ou faire Imprimer lesdites predications dudit Hylaret & autres liures de deuotion, seruans à l'instruction du peuple en la foy & religion Catholique, Apostolique & Romaine, sans s'arrester quant à present aux priuileges particuliers que aucuns Libraires, Imprimeurs de Paris ou ailleurs pouuoient auoir, & ce par prouision & iusques autrement en aye esté ordonné. Faict au conseil le septiesme iour de Iannier mil cinq cens quatre vingts & vnz. Signé, Austrein, du Burein, Allard, Langlois, Grotier, Rolin, Braquin.

CLARISSIMO



CLARISSIMO VIRO.
GENERE, ERVDITIONE,
ac virtute præstanti, Ioanni Brachet, Domino à Pormorantio, à Frauilla, &c. Regiæ Maiestatis Christianissimæ, Secretario, studioforúmque Meccenati munificentissimo, Domino ac Patrono suo colendo: F. Mauricius Hylaret, Aureliorum ordinarius Ecclesiastes, Minor ordine, professione Theologus minimus: In Iesu, Salutem multò plurimam benè precatur & exoptat.



Itus Liuius Batauinus, Romana scriptor historia. (Vir ornatissime, ac generose Domine) de quo vt de Nestore sene eloquentissimo diuinus scripsit Homerus. Τῆ καὶ ἐπὶ γλώσσης μέλιτος γλυχίων βέβη ἀνδρῶν (id est)

Homer. Iliad. a. feu li. 1.

Cuius à lingua melle dulcior fluebat sermo:

Sic veteres referunt historia, eum tanta valuisse eloquentia, vt (Plinio secundo Authore) quidam Galdianus, eiusdem nomine, gloriaque commotus: ad visendum eum ab vltimo terrarum orbe, venerit: statimque vt viderat abiit: Non secus quam (vt miscram sacra prophanis) Regina Saba à finibus terræ venit, vt audiret sapientiam Salomonis: Matth. 12. & 3. Reg. 10.

Matth. 12. & 3. Reg. 10.

Ille,

Ille, inquit, Cū esset senex priuatusque, Decades composuit. (Hoc enim nomine, Liuiani libri, à numero denario nominantur.) Huius ego sequutus vestigia, Decades, etiam Quinquupartitas, elucubratus sum. Concioniones omnes Quadragesimales, atque Paschales complectentes. Non quod me ipsum Liuius comparare ausim: quippe qui probe nouerim, Quàm sit res angusta domi; & quàm curta suppellex. Contrà verò, qualis fuerit dictio Liuiana, hoc est, aurea dicendi uena: aut

Quinti, potius (Fabio Authore) lactea ueritas, ac eloquentia li. 10. c. 1. fons ueritatis. Ita enim de eo Trilinguis Hieronymus scripsit: Ad Titum Liuium lactea eloquentia Hier. ad Paulinū fonte manantem, de ultimis Hispania Galliarumque de omnib⁹ di- finibus quosdam uenisse nobiles legimus: & quos ad uincē hinc contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa etas inauditū omnibus li. 10. c. 1. bis. seculis, celebrandumque miraculum: ut urbem tantam ingressi, aliud extra urbem quærerent. Sic ille. Nec sanè iniuria ἀφιόχρατος. Namque, illiteratum, iners ac penè etiam turpe est, inquit Plinius, non putare tanti cognitionem, qua nulla est iucundior, nulla pulchrior, nulla denique humanior.

A Liuius itaque Romanorum historia conscripta, Decadibus 14. Hoc est, libris 140. (ut multorum inueterata obtinuit opinio ac sententia) est comprehensa: quamuis diuersam teneat sententiam Crinitus. Is enim historiam Liuianam in libros ab authore, non in decades diuisam fuisse, aduersus communem opinionem comprobare nititur. Falsò inquit, receptum est, ac doctioribus etià persuasum: fuisse in Decades diuisam T. Liuii suum opus de Romanorum gestis, quæ singula decem voluminibus explicantur: quod ipsum de Authore Liuii, neuiquam apud veteres comperias. Nam Priscianus aliique Grammatici Sæculi Liuium citant, librorum

Petrus Crinit⁹ lib. 7. de honesta disciplina c. 12.

rum numerum adscribunt, neque Decades nominant. Cui sententia Petrarca etiam adstipulatur, ut qui asserat ignauia legentium contigisse, uti Liuiana historia sit in Decades distributa: non quod ipse qui scripsit ita diuiserit. Sed & Florus libros. 140. eiusdem autoris recenset, sublato pœnitentia nomine Decadum, cum uniuersam historiam in Epitomen, vel (ut latine loquar) in Breviarium contraxit. Sic ille ego uero ut litem hanc temerè non desinero, ita hac de controuersia liberè pronunciam: Crinitum nihil efficere hac argumentandi Methodo negatiua. Vetères citantes Liuium, libros non Decades nominant: Non ergò ipse autor in Decades, sed in libros solummodo opus suum partitus est? Nulla planè est ista consequutio. Argumentum siquidem ab autoritate negatiuè non ualet, aiunt Logici: sed hac in re uulgatum illud ex Horatio vsurpare licet.

Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Ex Liuianis autem Decadibus (ita enim cum plurimis haudquaquam Proletariis mihi sentire nunc concedatur (nostra hac etate quatuor extant. Quinta autem Decades libri quinque mutili, non ita dudum inuenti sunt. Reliquarum uero nouem Decadum, Epitomen duntaxat, à Floro habemus contractam: Quid si dixero defloratam? Liuius profanas scripsit Decades historicas: Ego uero delegi mihi hoc potissimum argumentum, ut Sacras Decades, ἀναγνώσιμα, id est, concionales uel concionatorias scriberem: sed longè secus quàm hactenus in hoc argumento scriptum est. Potuissem enim huc adferre veterum Theologorum super Quadragesimalia (ut loquuntur) Euangelia, ueluti Cathenam, & variarum expositionum farraginem: sed occurrebat hunc laborem mihi ab aliis haud certè incuriosis præceptum: & non paucos in hoc excolendo opere sudasse, destitit actum (quod aiunt) agere. Omnino ferè Concionatorum manibus teruntur

Francis. Petrarca epi. ad Ioā. Boccatii. Florus.

Horati⁹ in arte Poëtica.

Pepinus, Theſaurus Concionatorū, Beauxamis, Philippus Diez, noſtri inſtituti Minoritani, & quamplurimi eius claſſis ſcriptores Quadrageſimalium Concionum: quibus & ſua debetur laus. Vt iam alio cāpo mihi decurrendum ſit, niſi Aeſopica Cornicula (qua ſeſe alienis venditabat plumis) more, ridiculum me exhibere voluiſſem. Quid in his preſtiterim, aliorum erit iudicium. Poſt aliorum labores noſtrum nequaquam putes fuiſſe ſuperuacaneum ac planè inutilem. (Optime Bracheti (ſuperuacuum enim foret in ſtudiis longior labor, inquit ille, ſi nihil liceret melius inuenire prateritis. Inſelicisq; ingenij eſt, nihil poſſe inuenis addere. Neque ut ait Quinſtilianus lib. 10. c. 5. ſemper eſt deſperandum aliquid illis qua dicta ſunt melius poſſe reperiri. Neque à Deo icumam ac pauperem, natura eloquentiā fecit: ut vna de re bene dicit, niſi ſemel nō poſſit. Hac ibi. Materia autem eiſmodi eſt, ut ſtudioſos iuuare poſſit, & à quibuſdam verbi diuini præconibus cupidè expectare ſciebam, hos noſtros labores, fortassis maiurius edendos. Non tamen deſuerunt cauſa ac peremptoria (ut ita dixerim) quas noſtrorum laborum & negotiorum grauiſſimorum pro arduis rebus Chriſtiana religionis, cuiſlibet aquiſſimò cenſori examinandas excuſationes relinquo: qua me quaſi currentem repreſſerunt. Pro viribus tandem & tenui planoque ſtylo noſtro, ac imbecilla noſtra valetudine, quod affectum erat opus: tandem conſectum eſt, oñi Deo. In citatione verò autorum multa ſeſe offerebant difficilia & obſcura, qua ſi ſcholias noſtris illuſtrare, videbar facturum opereretur. Soluti igitur ac laboraui, his quandam adferre lucem in rudiorum & non adeo prouectorum gratiam: atque etiam in eorum quibus benè inſtructa, optimiſque libris reſerta Bibliotheca deeſt, ſolacium ac ſubſidium. Neque mihi vitio verendum, quòd

ſubin

Quintil.
libr. 10.
cap. 5.

ſubinde in profanis autoribus verſer, atque ad ſcripturā ſanctā auctoritatem ſacroſanctam, antiquorum Aethnicorum ſcripta accommodem. Omnes etenim docti, norunt Theologia cateras artes ac diſciplinas reliquas quaſi pediſſequeas ancillari: & ſi quid rari ac eximij apud philoſophos huius mundi inueniatur: tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, ſpoliatus Aegyptiis, in ſidci ac religionis commodum & obſequium eſſe piè vendicandum. Omne namque verum à ſpiritu ſancto eſt. An nō Moſes ille diuinus iuriſconſultus, ſapiens legiſlator, fidelique ſeruus ac propheta in domo Domini, cum deſertum peragraret, totum illum Synagoga ſacrum apparatus, quo maximus ſacerdotum, iuſarjyds, ac princeps ſacrorum Aaron, ſacris operaturus erat, ab Aegyptiis opibus conſecit? Regum omnium maximus ac opulentiſſimus Salomon: Nonne ſumptuoſiſſimum illud Hieroſolymitanum templum exedificaturus, quāquam domeſticis affluens diuitiis, ligna tamen habebat ab Hirā Tyriorum rege ſuppeditata, ut ſacra Regum tradit hiſtoria? Ter maximum illum Paulum in lege, Prophetis & Psalmis ad pedes Gamalielis (ſicuti ipſe gloriatur) eruditum, ac in Euangelica doctrina diuinius imbutum, non puduit piguitque, neque apoſtolica grauitate indignum ille putauit: exoticum quid ſacroſanctis literis inſerere, ac Poëtarum Menandri, Arati, & Epimenidis, aut ceriè alterius cuiuſdam verſus (quemadmodum antiquus ille Terentianus loquitur) in ſuis diuinius inſpiratis ſcriptis ſanctificare. In actibus quippe Apoſtolorum, cum concionareur ad populum & in Areopago (qua eſt curia Athenienſium) diſputaret: inter cetera, ait, Act. 17. Sicut & quidam de veſtris Poëtis dixerunt. Ipſius enim & genus ſumus: Quod Hemyſtichium, in Phanomenis Arati legitur: Quem Cicero in Latinum ſermonem

Hiero. i
cap. i. ad
Tit. ad
verba,
Creten-
ses mē-
daces.

translulit & Germanicus Caesar & nuper Auienus,
inquit D. Hieron. & multi quos enumerare perlongum
est. Ad Corinthios quoq; qui & ipsi Attica facundia ex-
politi erant: de Menandri Comediis versum sumpsit
Iambicum.

φθίσουσιν γὰρ ἢθι χροσθ' ὁμιλιαὶ κακαί, id est,
Corrumpunt mores bonos congressus mali, siue
colloquia praua.

Nec mirum si pro oportunitate temporis, gentiliū
Poëtarum versibus abutatur: Hoc enim faciebat raro,
& ut loci potius quam ostentationis oportunitas exige-
bat: in morem apium qua de diuersis floribus solet mella
componere, & fauorem cellulas coaptare. Citauit etiam
Epimenidis Cretensis Poëta versiculum.

Cretenses semper mēdaces, malæ bestia, ventres
pigri, ad Titum scribens. Sunt qui putant hunc versum,
de Callymacho Cyrenensi Poëta, sumptum: & aliqua
ex parte non errant. Siquidem & ipse, Cretenses, ait,
semper mendaces, Verum integer versus de Epime-
nide Poëta ab Apostolo sumptus est.

Κρητες ἀει ψεύσαι, κακα θνητα, γαστέρες ἀργαί. hoc est,
Cretenses semper mendaces, malæ fera, ventres
pigri,

Disti-
chon.

Sicq; ter profanos sacer Paulus citauit, in suis dictis.
Miscuit author enim sacris persæpè profana:
Gratior hinc & erit lectio, maior honos.

Basi. Ho
mil. 2. 4.
de legē.
gent. li-
bris.

Dicitur & Moses ille (cuius supra mētio habita est)
Aegyptiorū disciplinis mentē exercitatus, ita ad eius,
Quid est, contēplationē processisse: ut magnus ille Ba-
silius obseruat. Similiter & in sequentibus temporibus
Danielē Babylonie Chaldaorum sapientiā dicunt di-
diciisse, tunc denique diuinas attingisse doctrinas. Sic ille.
Omnia verò prout potui, ad longum (ut dici solet) &
sine requisitione proposui, eo consilio ut magno labore
studio

studiosos leuarem. Nec est quod mihi hoc nomine quis-
quam multiloquij prolixitate uel nimia, vitium expro-
bret, vel obiciat. Meminerit quisquis ille fuerit, quod,

Non sunt longa quibus nihil est, quod demere
possis.

(ut inquit egregiè *Martialis*) ante quem *Philemō* (qui
Alexandri regis temporibus floruit) subsequētes *Græ-*
ca dialecto, ac facundia conscripsit versus, quorum hac
est sententia.

Qui non loquetur vlla quæ sunt vsui
Mutiloquus hic existimetur vir tibi:
Licet duarum syllabarum sermo sit.

Contra loquetur si quis apta plurima
Quamuis loquatur, & trahat longam moram:
Nem multiloquus hic censeatur vir tibi.
Exemplo *Homerus* esse vel solus potest,
Nam versusum tot scripserit millia:
Multiloquus est vocatus vnquam nemini.

Quacunque autem minus exactè & adamussimè
minus perfectè absolute, à nobis, ita ut nihil desiderari
queat, cōscripta sunt: & in *Quinquepartitis Decadib.*
nostris sacris, velut in unum fascem, ac (si ita fari
liceat) in *Pandectas*, congestum est, nec vnde quaque di-
gestum (instar vrsæ fetus informis quem lambendo pos-
teà ad certa quedam lineamenta animalis, ex carnea
quadam massa effingit ac configurat) equi bonique con-
sulat lector (*amabò*) *Pandectas* dixerim. Nam *Tullius*
Tiro. *M. Ciceronis* alumnus & libertus adiutorque in
litteris studiorū, eius de variis atque promiscuis questio-
nibus libros complures cōposuit: in quibus esse præcipui
videntur, quos *Græco* titulo τὰν δ'εξτάς inscripsit: tāquā
omne rerū atque doctrinarum genus continentes, autore
A. Gellio. Ita nisi arrogantiā crimē subuerterer, & nisi
φιλανθρίας videri timerē: *Pandectas* sacras *Quadragesima*

Martialis Poë-
ta.

Phile-
monis
Græci
Poëtae
versus.

A. Gell-
ius lib.
13. ca. 9.
noct. At
tic.

les, has elucubratiões nostras, haud grauatè iscrispsisē. Meminerit quicūque est homo, veteris huius versiculi.
 οὐδ' εἰς ἀνθρώπος εἰς ἡ ἀπαντα σοφός.

Nullus auctor adeò magnus est, qui alicubi nō labatur. Errare humanū est. Et nemo adeò prouidus & circūspectus existit: qui alicubi nō impingat humani quiddam passus, ac velut longo itinere defessus. Id venia ac benigna interpretatione quàm insectatiōe dignius erit. Et hæc dicta sint apud tuam excellentiam ac dominationem (vir magnifice) ut aduersus quorumlibet ibre-ctatorum, ac Momorum Zoilorūmque morsus, si mihi præsidium ac tua defensio & munimen: ut qui aliis longè melius noueris istis importunis ardelionibus quem admodum sit respondendū. Iuxta illud doctissimi Guilielmi Budæi à secretis regis Franciæ eruditissimū doctissimūque identidem usurpatum Symbolum.

πολλὰ μνησάδει φαῖον εἰς ἡ ἡ μνησάδει, hoc est, Multa cauillari promptius est, quàm æmulari siue imitari.

Tu siquidē (quod est alterū huius dedicatoriæ Epistolæ seu nuncupatoriæ caput) tanta polles rerum experientia ac usu (quippe qui eū atatis annum quem κλιμακτηριῶν appellat excesseris) tanta vales eruditione, tanta denique variæ lectiōis assiduæque industria ac diligētia ut in te dilucidè clarèque perspiciatur illud egregiè dictū.

διπλὸν ὄρασι εἰ μάθοντες ὑπέμματα, hoc est.

Aliero tanto ceteris plus vident, qui literas norūt. Siuè quod idem est, sed magis ad verbū. Duplū quā aliij vident qui literas didicerunt. Tu sexagesimum tertium vitæ annū (quod felix faustumque sit) absque periculo, Deo gratia transigisti. Tu cum Augusto ad Caiū Nepotem suum scribente, dicere potes, referente A. Gellio. Te mi Cai spero latum celebrasse quarium & sexagesimum natalem meum. Nam (ut vides) κλιμακτηρία cō-

μνημεν

munem seniorum omnium tertium & sexagesimum annum euasimus. Deos autem oro (inquirebat ille Ethnicus) ut mihi quantumcūque superest temporis, id saluis nobis traducere liceat, in statu Reipub. felicissimo. Sic Augustus. Nec dubito eadem esse ad Deum Opt. Max. quotidiana vota tua pro vitæ tue reliquo curriculo atque Christiana Reipub. & religione. Pericula vitæ fortunarumque hominum quæ Climacteras Chaldaei appellant, aut alibi A. Gellius, grauiissima quæque fieri affirmat septenariis. Sui laus Deo, quod hunc periculosissimum discriminisque plenum annum, imo longè deteriora formidabilioraque, hæc turbulētissima nostræ tēpestatē Deo rectore ac duce euiceris superauerisque. Tu supra firmam Petrāritē fundatus Catholicam semper religionem inuolūtā conseruasti: quantumuis fuerit ventus contrarius. Dei hoc est singulare beneficium (mi Bracheti) magnas ideo illi gratias age, quod ex tua stirpe & progenie, nullus ab Apostolica, & Romana fide deuiauerit aberraueritve: sed iuxta dictum propheticum: Quotquot Brachetico nomine censentur, stantes super vias, semper interrogauerunt de semitis antiquis, profanas nouitates deuitantes: Nec ante Baal sua genua (quod faciunt apostata & Christiana militie desertores) incuruantes. Tu tuique vniuersi (patrem enim sua sequitur proles) nullam cum perfidis hæreticis societatem ac affinitatem unquam iniistis, coniuga apostolici: Nolite iugum dūcere cum infidelibus. Nam quæ conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? postea, Corinth. 6. & sententiæ Tobia. 2. Filij sanctorum sumus & vitam illam expectamus quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo: Et denique Pythagorici illius symboli quod à Diogene libro octauo

A. Gel.
li. 3. c. 10

2. Cor. 6

Tob. 2.

Diogenes Suidas.

in Py

Guil.
Bud.

Aug. apud Gellium.

Num. 21

in Pythagora & à Suida refertur ἐκτος λεωφόρου μὴ βὰς δὲ ζεῦ, id est, extra publicam Regiamque viam nō eundem aut diuertendū: sed (ut dicebant filij Israël, Num. 21. via regia gradiendum, nec ad dextram aut lauam deflectendum vel declinandum. Que cum ita sint, cui queso sacras ac Catholicas Decades iustus afferrī possunt quàm Catholica Religionis inuidio defensori Zelanti pro domo Dei, & quod ex abundantia est, Diui Frācisci filium se profutenti, ut his auribus audiui? Tu bonas literas, tu virutem, viaticum utique senectutis tibi, Deo inspirante, ac opem imprimis ferente prouidisti ac comparasti: Memor eius sententia quam Græci celebrant,

ὁν ἰσὶ σοφίας κτῆμα τιμιώτερον. Et rursus.

σοφία δὲ πλεον κτῆμα τιμιώτερον, id est,

Non est doctrina sapientiæque possessio vlla pretiosior.

Imò verò sapientiā diuitiis & opibus longè præstantior est.

Basil. ho

mil. 24.

de legē.

gent. li.

Nec præteribo, ait Regius ille ac magnus Basilus iuxta nominis sui ἔτυμον: Biantis saluberrimū dictum, qui ad Aegyptios eunti filio ac percunctanti, quod ei maximū gratum faceret? Viaticum, inquit, senectutis possidendo. Virtutem videlicet viaticum appellans, ac breui definitione describens: ut humana vitæ utilitatem suppeditantem definiunt. Sic ille. Tu à puero bonarum literarum studiosus, iurisprudētie sedulā nauasti operam: Quo in studio adeo promouisti, ut Regij Patroni sue (ut loquantur) aduocati, dignitatem ac officium in celebri Aureliorum foro, Regis nomine non sine nominis tui celebri famā, gesseris. Deinde à secretis Regie maiestatis, ac Corona Franciæ euectus es: Quam in hodiernum vsque diem sustines honorificam prouinciam. Nec postremo in loco reponendum & tanquā pro nibilo

ducendum

ducendū est nec parvipēdendum: quòd primus omnium Aureliorū ciuiū maior (ut sic dicam) siue Tribunus plebis (δῆμαρχος Græci nominant, hoc est, Tribuum magistrum ac defensorem alterumque populi patrem Galli nostrates Maire appellare soliti sunt) extiteris. Antea etenim, ciuibus vnus receptor ciuitatis, cum Decurionibus (scabinos aliqui appellant) præerat. At tu, mi Bracheti, (quòd honoris causa dictum velim) primus fuisti qui Tribunatum illum sub Maioris titulo, magno populi consensu gessisti: & quem continua nec interrupta successione. hætenus viri per celebres, magna cum laude ac prudentia sunt sequuti. Quibus non pauca me debere fateor, Maiori nimirum & scabinis (ita enim facilius intellectus gratia me loqui profiteor) præteritis videlicet ac presentibus. Quippe qui aduenientem ad amplissimam hæc urbem, & ab huius Ciuitatis Presule (defuncto pie memoria Mathurino la Saulfaye honesta ac liberali conditione euocatiū, ut ordinariis concionibus operam nauarem: atque ab viriūque Ecclesiæ D. Crucis Cathedrali, & S. Aniani collegiata receptum, magna profecto benignitate fouerunt publicè ac priuatim, me hætenus cum illis commorātem: Nedum publico stipendio, verum etiam omni officiorum genere humanissimè prosequuti sunt: Multis denique & communibus & priuatis beneficiis sibi deuinxerunt: Inter quos ἀχαρίστας siue ingrati animi vitium ut fugiam: vnū commemorare libet Pium æque ac doctum Cœnobiartham (Ἀρχιμὰνδρίτην Græci vocant) Sancti Euortij Aurelii. D. Michaëlem Violæ. qui fulgentis fragrantisque Violæ instar diuinum spirat odorem: nec non per dies noctesque sacrorum bibliorū meditatatur mysteria: quæ ad studioforum Theologorum manus speramus aliquando peruētura. Tu autem inter ceteros, mi Patrone ac colende domine, me grauitè lecto decumbentem ac debilem,

debilem, singulari quadam ac liberali subuentione re-
 fouisti, nec indies multa gratuito erogare desinis, de
 quibus satius esse iudicio silere, quã pauca dicere, sicuti
 de Carthagine dixit olim nobilis historiographus Salu-
 stius. Ac quoties in mentem venit illa Christi sententia
 qua tanti aestimat quod hospitibus colligendis impendi-
 tur humanitatis officium, Matt. 25. ut in suas rationes
 acceptum ferat, simul occurrit quã singulari vos ho-
 nore dignatus sit: qui uestram Aureliam commune or-
 dinariorum predicatorum domicilium & hospitium esse
 voluit. Quod nescio an alia vlla in tam amplo Gallia-
 rum regno ciuitas, publico stipendio ac moderatis sum-
 ptibus, ordinarios concionatores alat, qui totius anni
 decursu populo frequenter predicent, quemadmodum
 vna vere aurea aurelia, semper apud homines profanos
 non modo laudata, sed vna ex precipuis virtutibus ha-
 bita fuit hospitalitas: ac proinde in quibus extremam
 barbariem, ac mores prorsus efferatos damnare vel-
 lent: eos aegrius vel (quod idem valet) inhospitalis vo-
 cabant. Laudis autem uestra (concites omnes in te vno
 alloquor tuos) longè potior est ratio, quod turbulentis
 hisce miserisque temporibus, Dominus vos constituit,
 quorum in presidium se conferent pii ac catholici verbi
 diuini declamatores. Inter quos non ita pridem excel-
 luit bona memoria confrater noster Philippus Picardus
 (quem honoris causa nomino) eximius dicendi artifex,
 cui magnifica erecta est statua aenea in supplicis modum
 ad perpetuam viri iusti memoriam. Memoria namque
 iusti cum laudibus (ait Parcemographus c. 10.) & no-
 men impiorum putrescit. Huic ego quamuis indi-
 gnus longè que impar, successi, ab annis quatuordecim
 iam exactis. Quadragesimas undecim, magna cleri ac
 populi frequentia & attentione, per Dei gratiam apud
 meos Aurelios predicavi: Non raro conueniente (quan-
 tum

tum per continuas occupationes ei liceret) ad audiendum
 verbum Dei ex ore nostro, Nobilissimo ac vtriusque
 militia Reg. Torquato equite Clariss. Heroë ac impri-
 mis orthodoxo, Catholicaque Religionis assertore ac
 vindice, Domino Entraquensi, nostrorum Aureliorum
 prudētiss. Gubernatore, Regia auctoritate a multis an-
 nis inaugurato ac confirmato. Qui vt Diui. Francisci
 nomen praefert, sic Frāsciscanis à progenie in progenies
 piè affectus est: prout Conuentus Mascularum herba-
 rum (males herbes, vulgo dicunt) cuius ipse fundator
 existit, & noster Aurelianensi Conuentus, cui multa
 liberaliter contulit, luculentum ferunt testimoniū. Te-
 stis erit & ipse locupletissimus, quomodo nostri Aurelij
 magna cum auiditate exceperunt verbum auditis Dei:
 accipientes illud non vt verbum hominum, sed (sicut est
 verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidi-
 stis prioris Thessal. cap. 2. Et sicut angelum Dei (quod
 Galatis dicit Apostolus c. 4.) excepistis me. Testi-
 monium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset oculos
 vestros eruissetis & dedissetis mihi. Virtus laudata
 crescat. Verum tempus est, vt quasi è diuerticulo & non
 inutiles nec importuna digressionem, prolixius euagata: ad
 propositum recurrat oratio. Est tibi, vir Clarissime, hoc
 tanquam πεινυυπιουδν sine laudis tuae exornationisque
 summa quadam ac caput in quo tua, luce clarius re-
 splendet omnifariè eruditionis affectio & appetentia
 quadam magnoperè commendanda in bonorum auto-
 rum lectione assidua. Quod scilicet magnificam, & ap-
 primè optimis libris instructam comparaueris, & in-
 dies exornare & amplificare non desinis, Bibliotheca-
 cam: quae fortè non cedat memorabilibus & antiquis
 Bibliothecis, quarum in historiis frequens ac celebris
 extat memoria. Celebratur siquidem Alexandrina, &
 Pergamensis: de quibus apud Vitruuiū antiquum scri-
 ptorem.

The. 2
Gal. 4.

Vitru-
uius.

Vitruvii¹ ptolem. Reges Attalici, inquit, magna Philologie dul-
 cedimibus inducti, cum egregiam Bibliothecam Perga-
 mi ad communem delectationem instituissent: Tunc
 item Ptolemaeus infinito zelo cupiditatisque incitatus
 studio, nō minoribus industriis ad eundem modum con-
 tenderat Alexandria comparare. De utraque post Vi-
 truvium etiam Plutarchus meminit. De Alexandri-
 na quidem incensa in C. Cesare inquitens: incendio Ma-
 gna Bibliotheca ex Navalibus depascente deflagavit
 in Alexandria Egypti. De Pergamensi autem in M.
 Antonio in Bibliothecis qua Pergami erant, ducenta
 milia erant simplicium voluminum. De eadem etiam
 Volateranus Antropologia libr. 13. de Attalo primo
 Rege pergami loquens: Eius filius ac successor Eume-
 nes, ait, munito Pergamo nobilem Bibliothecam in-
 stituit: undique conquestis libris, in hœdinis pellibus
 scriptis, qua postea ex loco pergamena sunt dicta. Sic il-
 le A. Gellius autem refert ingentem numerū librorum
 in Aegypto à Ptolemaeis Regibus conquestum confe-
 ctūve, ad milia ferme voluminum septingēta. Sed ea
 omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea ciui-
 tas, non sponte, neque opera consulta vel dedita, sed à
 militibus fortè auxiliariis incensa sunt. Huic astipu-
 latur Ammianus Marcellinus de Alexandria inter
 cetera ita scribens. Ibi Bibliotheca fuerunt inestimabi-
 les, & loquitur monumentorum veterum concinens fi-
 lius finē, septuaginta voluminū millia. Ptolemaeis Regibus,
 vigiliis intentis composita, bello Alexandrino, dum di-
 ripitur Ciuitas, sub Dictatore Cesare cōflagrasse. Eius-
 dem etiam Eusebius Casariensis lib. 8. de preparatione
 lib. 8. de Euang. c. 1. Initio referens ex Aristoteo, vipote qui re-
 præpa. Euang. c. 1. ex Aристо. pecuniam accepit: ut undique ad Bibliothecam Regis,
 vel

vel emendo vel transcribendo libros congregaret: Me-
 minique interrogatum me presente, inquit Aristæus,
 quoniam libri iam in Bibliothecis essent, dixisse plures
 quàm ducenta milia, sed brevi tempore non erunt for-
 san pauciores quingentis millibus, si non ab vniuersa
 Græcia salūm quod feci, verum etiam ab aliis gentibus,
 ac præcipuè à Iudeis quæ plurima possumus volumina,
 cōgregemus. Sic illi de his duabus insignib⁹ Bibliothecis
 Alexandrina & Pergamensi. Vi autē nedū de publi-
 cis sed etiā de priuatis egregijs singularibusque agamus
 Bibliothecis. Narrat Plutarchus in Lucullo cōmendā-
 dam ipsius & perhibendam in librorum suppellestem
 impensam. Multos enim & eleganter descriptos cumu-
 lauit. Erat etiam eorum vsus quàm comparatio libera-
 lior, quòd Bibliotheca omnibus paterent. Sic ille cū stu-
 diosis conferebat, atque negotia procurantibus publica,
 vbi operam ipsius requirebant, erat præstō: colebat ille
 quidem omnē philosophiam. Hactenus Plutarchus de
 Lucullo Romanorum ditissimo. Qui non tam ob Apol-
 linis sui luxum, quàm ob commemoratam insignē Bi-
 bibliothecam innotuit: & per ora hominum voluit. Quid
 dicā de Epaphrodito Charonēsi Grāmatico, qui Romæ
 claruit, sub Nerone: eique (ut quidam scripserunt) à li-
 bellis fuit? (nos secretarium vel amanuensem dicimus)
 ille ut Suidas testatur, cum subinde libros mercaretur,
 ad 30000. coegit: eosque bonos & exquisitos, minimeque
 vulgares. Sed de profanis plus satis dictum sit. Nunc
 vnā que erit instar omnium Pamphili presbyteri ac
 martyris sacram Bibliothecā ex D. Hieronymo breui-
 ter describamus. Ille tāto Bibliotheca diuina amore fla-
 granit: ut maximam partem Origenis voluminum sua
 manu descripserit, qua vsque hodie in Casariēsi Biblio-
 theca habentur, qua tanto amplector & seruo gaudio
 β (ast

Plutar-
 ch. to. 2.
 vit. i. Lu-
 cullo.

Suidas i
 dictio-
 ne Epa-
 phrodi-
 tus.
 Hieron.
 to. 1. in
 Cath.
 scrip. ec-
 cles.

(ait vir sanctus) ut Cræsi opes habere me credam. Sic ille fertur ad triginta millia voluminum peruenisse. At vero his omnibus hac in parte nequaquam mihi videris inferior: sed merito his conferendus, quòd talem à multis annis conquiuisisti tibi Bibliothecam, ac multis quotidie impensis sumptibusque eam locupletare non desistis: ut Pormorantiana Bibliotheca, iam vertatur in prouerbiū, cum magnificam & locupletissimam aliquam designare volumus (ut sic dicam) librariam, vel librorum armaria per ordinem disposita. Hoc tuum in comparandis libris studium singulare, te posteritai commendabit. Nam ut ait ad Censorem Lyricus.

Dignum laude virum musa vetat mori.

Cælo musa beat.

Quid quaeso Gordianum minorem ad cœlū tulit, nisi Bibliotheca illa eximia cuius meminit in Gordianis Iulius Capitolinus? Sic enim scribit: Serenū eius præceptorē omnes libros Sereni Samonici patris sui, qui censebatur ad sexaginta & duo millia in morte illi reliquisse, quod eum ad cœlum tulit. Siquidem tanta Bibliotheca copia & splendore donatus, in famam hominū iteratorū decore peruenit. Sic Capitolinus. Tua itaque dominationi (Patrone verè obseruāde) ut has nostras Decades sacras darem, dedicarē. hac me permouit consideratio ut aliquē saltem in Pormorantiana Bibliotheca tua locum nanciscatur inter tot optimos nouos veterēsq; scriptores & authores, quorū nō sum dignus soluere corrigiā calceamenti. Conciones num. 50. ut in summa dicam) continent Quadragesimales: ac Paschales superioribus Cōmentariis expositas, quas sub tui nominis umbra ac patrocinio in lucem venire passus sum: ut vestris & multorum religiosorum virorum pijs votis ut cūque satis facerem, liceat mihi nō dum plenè satis fecerim. Nam ipse

Hora. li.
4. Cat. o
de 5. Lu-
lius Ca-
pitolin?
in Gor-
dianis.

ipse eas nō dum opinor satis maiuruisse. Hoc igitur quælecūque est munusculū tua nuncupare volui excellentia, cum bona spe futurū, ut & qui à me amaris, & qui me amas, labores meos minimè sis contempturus, Ariaxerxes, Persarū Rex (Mæcenas studio forum Βραχουμειν) ut cognomē tuū aliquantū fiat allusio & analogia) parua benignè & alacriter accepit, à plebeio quodā nimirum Plutare. utraque manu haustam e profuente aquam Plutarcho to. 1. o referēte (quia nihil habebat aliud) sibi oblatam. Munus puf. ini- non rei oblate vsu, ac valore, sed studio dantis meriens. tio apo- Sic & Christus (Luc. 21.) cōiectum in Gazophylacium phtheg. à paupercula quadrantem, laudauit, rem per se vilissi- Luc. 21. mam, animo estimans offerentis. Quintimo inreiuando Hicro- affirmauit, hanc plus contulisse quam omnes dātes. Ta- cles in- le est etiam (apud Hieroclem) Pythij præclarè dictum Can, Py- huiusmodi, ei qui centum bobus animo nequaquam pio thagore fecera: (Græcè habetur ἔχαριβας δὲ σαμα,) cū qua- aureis. reret quā grata sua illi dona fuissent ita responder.

Αὐτὰ μοι ἐν τῷ χερσὶν ἀγαλλυτὴν ἔβριοντες. hoc est,

Vt mihi farra placent prænobilis Hermionei.

Vt quod erat tenuissimum tanta profusioni idèò se praponere significaret: q; mentis pietate ornaretur. Sic ibi, Stilponem Megaricum Philosophū accepimus (re- ferēte in apophthegmatibus Erasmo, lib. 7. de illo (cū per Erasmo quietè aliquando iratum Neptunum vidisset, quod non apoph. immolasset Heecarombem, quemadmodū mos erat: nihil lib. 7. perturbatū dixisse: Quid ais Neptunne? Itāne huc venisti cum quarimonia, quod pecunia mutuo sumpta, optime nidore victima non expleuerim ciuitatem? Atqui pro rei familiaris modulo sacrificauit tibi apuas aliquot, (sunt autem apuas ut leuiter istud attingam ex Chryssip- Athe- po philosopho apud Athenæum lib. 7. Dipno sophista- naus li. rum cap. 8. de apuis pisciculi vilissimi, & Atheniensēs 7 dipno sophist. cap. 5. β 2 πτω

αποχιδὸν ὄψον, id est ob sanium mendicorum vocare solent: ob magnā copiam & utilitatem digno sophistarū.) Ad hac arridēs Neptunus, visus est illi porrecta dextra dicere. In tuam gratiam ingentem aquarum proventum largiar civitati Magarensium. Quod & evenisse tradunt. Ita mihi evenire optaverim: ut ex domi nata licet parva fortuna ex bona tamen nostra voluntate studiose fructus aliquis proveniret, ex his nostris sub tuo nomine in lucem datis decedibus sacris. Eo namque consilio ipse quoque tenue tibi munus & laborum meorum quasdam veluti primitias, quum offeram: auctoris iuxta studium, & Commentarij utilitatem ut probes rogo, hilari vultu, bona cum venia, obviis (ut dicitur) vlnis & exporrecta fronte (si me exhilaratum cupies) munera nostra suscipe. Hilarem siquidem datorem diligit

2. Cor. Deus. 2. Cor. 9. Munera ex auro (ait Censorinus) vel qui ex argento nitent, celato opere quam materia cariora, ceteraque hoc genus blandimenta, inhiat is qui vulgo dives vocatur. Te autem (vir ornatissime ac amplissime) virtutis non minus quam pecuniarum divitem, id est, verē divitem, ista non capiunt. Non quod eorum possessionem, vel etiam usum a te omanino abieceris: sed quod sapientium disciplina firmatus, satis liquido comperisti, huiusmodi sita in lubrico bona, malave per se non esse: sed τῶν μέσων appellatione, hoc est bonorum malorumque media censeri. Hac ut Comicus ait.

Perinde sunt ut illius est animus qui ea possidet:

Qui ut scit ei bona, ut illi qui nō vititur rectē, mala.

Hactenus Censorinus. Quae in te quam optime quadrare quis ignorat, qui te bene norit? Cum enim multarū opum, latifundiorum & censuum sis dominus: longē tamen libris, literis, ac virtutibus locupletior existis. Scies quid sit habere divitias easque possidere: nō sinēs

aut em

autem ab eis tanquam vile mancipium haberi & possideri. Concinnē admodum elegantēque ait Horatius.

Danda est Ellebori multo pars maxima auaris.

Qui nummos aurumque recondit, nescius vti

Pōpositis, metuēnsque velut cōringere sacrum.

Quid nisi vir divitiarum suarum, ille dicitur non vicissim viri divitiarum nuncupabuntur? Tantalus instar.

Quid nisi siti moriens in mediis vndis talis merito deplorabitur? Ait enim de illo praefatus Poeta in Satyra.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat

Flumina; Quid rides? mutato nomine de te

Fabula narratur, congestis vndique faccis

In dormis inhians: & tanquam parcere sacris

Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Sic ille.

Verum de his plus satis. Ceterum quū gentis tuae celebritatem & familia tua decus mecum reputo, Clarissime & amplissime Bracheti, necnō Brachetici nominis columen, ad familiae tuae explicanda ornamenta atque adeo patris & avi praecleara commemoranda facinora, parem mihi cum immensis illorum virtutibus dicendi copiam exoptarem poetarum more veterum, Etenim.

Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces, Centum ora, & linguae optare in carmina cētum.

Quae si mihi suppeterent, non gravatim hic in patris tui & avi laudes expatiarer. Quae verò memorē proavos, abavos atavos, tritavos, & alios antecessores progenitorēsq; tuos? Dies me deficeret; si primā repetere ab origine pergam, in describendis huiusmodi genealogiis: à quibus recensendis eò lubentius abstinēbo, quo verissimam semper iudicavi, prudentissimi Vllyssis heroicam sententiam. Sic enim apud Ovidium loquitur Laërtius Heros.

Hor. li. 2. sermō num Satyra 3.

Hor. li. 1. Sermon Satyr. 1.

Persius Initio Satyr. 2.

Ovidi⁹ libr. 12. Metamorpho scār.

Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi:
Vix ea nostra voco.

Et satyricus poëta Iuuenalis, ait.
Tota licet veteres exornent vndique ceræ:
Atria, Nobilitas sola est atque vnica virtus.
Quoniam tamen ut cecinit Horatius.
Fortes creantur, fortibus & bonis:
Est in iuuenis, est in equis patrum
Virtus: nec imbecillam feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Per tuam mihi hoc loco liceat modestiam in patris & auiparcellimè excurrere laudes. Atque ut dextro quodam ordine exordiar. Ioānes Brachet, auus tuus, Reg. Indictionum quæstor, dū viueret apud Aurelios, fuit. (Receptorem communiter nominant) qui multos ex se procreatos liberos relinquens, ad magnos honores ac officia suis virtutibus & meritis ipsi conscenderunt. Inter quos vnum præcipuè hoc loco commemorabo, Nicolaū Brachet, Inquisitionum Classium apud Parisienses quondam præsidem, ordini nostro impensè deditum ac deuotum. Atque sacro Theologorum Parisiensium (Sorbonicos dictuāt) ordini seu facultati imprimis benè affectum, atque paterna quadam affectione illi cōsecratum. Cuius corpus in nostro Aureliano Cōuentu sepultum est & terra commendatum, in Brachetiorum sacello, in quo huius familia D. Francisci instituto speciali quadā deuotione, ab omni euo nuncupatæ ac dicatæ commune situm est cœmeterium. Illo itaque ac reliquis omnibus vita defunctis superstes vnicus remansit patri æquiuocus, siue eiusdem nominis, Ioānes Brachet tuus parēs, Generalis Gazæ Regiæ quæstor. Vnus ex quatuor qui solī illis temporibus (quod est animaduersione dignissimum) in toto Francia regno hanc recipiendi generalem

ralem gerebant administrationem. Cum nostra ætate huiusmodi generalium quæstorum adeò excreuerit numerus, ut hac in re usurpare mihi liceat, illud Euāgelici propheta, Isa. cap. 9. dictum: Multiplicasti gentem, Isa. c. 9 magnificasti lætitiā. Iste sibi homonymam seu cognominem Ioannā Luillier, quondam Eustachy Luillier Parisiis Ratiociniorū Reginū præsidis, ac Mariae le Cœur, Neptis Iacobi le Cœur Bituricēsis, hoc est, ex filio eius progenita seu natæ, filiam duxit uxorē. Cuius Iacobi Corculi (si fas sit Corculorū hīc reuocare memoriam, quæ etiā apud Romanos Plinio teste celeberrima habebatur, nā reliquis animi bonis præstitere, ceteros mortales sapiētia, ob id Corculi apud Romanos cognominati) fama apud omnes percrebuit. Eoque libentius eiusdem Iacobi Cœur (sic enim vulgò vocabatur) mentionē iniēci, quò sanctimonialiū Clarissimarum ex reformatione Beatæ Coletæ, Monasterium Biturigibus, magna ex parte eius liberalitate exedificatū fideli sororū dicti loci testimonio perhibetur. Vnde ad perpetuā eius rei memoriā Cordium trium cum D. Iacobi imagine Symbolum, Iacobum Cœur subindicās: libris quorum est vsus in diuino officio, ac clauibus communibus impressum erat, quod etiā in nostris Chronicis memoriae proditiū est. Ex eo thoro legitimòque matrimonio, Ioannis & Ioannæ supradictorum originem traxisti, clarissimè Ioan Bracheti. Nec opus est repetere, quod Regi fueris exaduocatus, ac urbis huius extrinsebus plebis omnium primus: nunc verò secretarius Regius existis. Et quod in hunc vsque diē nostro conueniunt Franciscanorum Aurelianensium te exhibueris monstratissime, atque adeò etiam nū teipsum exhibes spiritalium amicū (ita enim syndicos nostros appellat quæ prosumur D. Patris Francisci Regula) seu patre spiritali

Plin. li.
7. nat.
hist. c. 31

Chroni-
ca ord.
fratrum
minor.
nec dū
impress.
la.

Reg. D.
Franci-
sci.

lem (sunt enim minores sub tutoribus & actoribus, quod eorum ius tueantur: & eorum nomine causam (si opus fuerit) in foro agant: illisque patrocinio suo adsint. Quo sanè nomine me huius conuentus ex superiorum ac praelatorum meorum obedientia alumnus, tibi non parum deuinctum sentio, tibi que tanquam communi omnium nostrum patri, meas lucubrationes uoueo dedicòque; sperans fore, excellentiam tuam huius opella defensionem minimè grauatim suscepturam. Instar patris filios suos defendentis ac protegentis. Tu (ut aliquando sinè dicendi faciam) ducta uxore piensissima, pudicissima, prudentissimaque Domicella Antonia Hennequin affinitatem cum nobilissima clarissimaque apud Parisienses Hènequinorum familia contraxisti: ex qua itaquam ex equo Troiano hætenus episcopi amplissimi senatus Parisiensis præsides, libellorū supplicū, ac Regiorū computorum (ut loquuntur) magistri, arary Regij Curatores summi, & denique Curie senatores, alii que honorificis titulis & dignitatibus insigniti prodierunt. De quibus non est præsentis instituti per singula dicere. Tantum hoc obiter cōmemorabo ex vestro coniugio numerosam satis simulque generosam processisse sobolem ac progeniem ualde piam, quatuor mares nimirum & quinque feminas (de superstitibus nunc tantummodo loquor, de defunctorum autem, pia manet memoria.) Ex maribus primogenitus quidè sacris iniuitus est. Secundus dominus de Gyronulla, iuriconsultus clarissimus Senatoriam dignitatè apud suos Aurelios diligèter inuetur. Tertius honestà coniugem sibi coaptauit deuotiam profectò, generosamque Domicellā. Quartus autè, Regij arary seu fisci rebus negotiisque ediscendis, diligentiem Lutetie nauat operam. Due uerò sunt Deo dicatæ uirgines, Nonnas Aegyptij uocant, hoc est, castas,

castas, & Latini sanctimoniales, Maria & Genouesta Brachet Benedictina, Tres autè uidua, inter quas Domicella Ysabella Brachet domina de Cormes, duorum filiorum de quibus magna spes est mater pia: facile primas tenet nedum ob antiquitatem, sed etiam deuotionè, ac elemosynas in pauperes collatas reliquasque uirtutes, que in ea tanquam in speculo nitidissimo relucet. Cum autem dicat scriptura diuina, Gloria patris est filius sapiens: quæta (amabo) tua sunt gloria, qui tantorum filiorum sapietia & deuotione letaris? Quicquid igitur in hac generosa sobole potest esse uirtutis & sapientia, post deū Opt. Max. cuius est totū quod est optimum, & à quo bona cuncta procedunt, de hoc quasi de quodam lucidissimo fonte omnium riuulorum hac puritas emanauit. Quid plura?

Definet ante dies & in alto phœbus anhelos Versus.
Æquore tinget equos, quàm conseqvar omnia dictis.

Ante diem clauso componat vesper Olympo,
Quàm tot ego Heroum, sim meminisse potis.

Supere est igitur colophonem addere, & Timæthis celeberrimi pictoris instar, paucis commemoratis, multò plurima cogitationi legentium relinquere: Sic enim de Quinti. 2. c. 14.
Timanthe narrat Fabius: cū in Iphigenia immolatione pinxisset tristè Chalcantem, tristiorè Ulyssem, addidisset Menelao, quem summum peteret ars efficere, mœrorem consumptis affectibus, non reperiens quo dignè modo patris vultum posset exprimere. Velauit eius caput, & suo cuique animo dedit astimandum. Sicut ergo Timanthes Agamemnonis dolorè, sic nos egregias uirtutes tuas, claros natales, generosam affinitatem, bonarum literarum ac optimorum librorum conquirendorum ingens studium, in literatos propensum animū, in

auita Religione Catholica, sarta tecta, tuenda, & propugnanda Zelum, in administranda Reg. prudentiam singularem, lectori estimanda relinquimus omnia. Quorum omnium, maiori ex parte fide digni testes sunt Aurelij ciues, qui impensius vestra consuetudine gaudent: quique vestro nituntur in rebus arduis, maturo ac prudenti consilio. Testes sunt, & sodalium nostro numero, aliquot stud. osi alumni tui, quibus alter fuisti Meccannas ac studiorum patronus & fautor liberalis. Hac sunt que me eò inclinârunt, ut tua amplitudini, decades nostras nuncupatus dicatâsque vellem. Superuacaneum existimans in tanto viro laudando, quem uno ore tot tantique veritatis amantes, prædicant celebrantque, ampliore[m] sumere operam: haud ignarus, quid Antalcidas Lacedemonius (apud Plutarchum tom. 3. opus. in 3. Opus. apoph. Lacon.) sophista cuiusdam laudationem Herculis (qui apud Spartanos religiosissimè colebatur) recitare solenti, responderit: quis enim, inquit, eum vituperat? Ergo finem dicendi faciens, Christum Opt. Max. supplex obsecro, ut te diu incolumen conseruet, & vniuersam domum ac generosam familiam tuam, progeniemque ad multos annos sospitet I E S V S. Vale vir ac patrone colende, & nos quod facis, ama. Datum Aurelie. Die D. Ioannis, cuius nomen geris sacra. Mense Iunio, anno domini octuagesimo sexto supra sesquimillesimum.

Plutarch. to. 3. Opus. in apoph. Lacon. con.

T. D. obsequentissimus cliens,
F. M. Hylaret Ecclesiast. Aurelianensis ordinarius.

S A



SACRARVM LITE-

RARVM STUDIOSO PIOQVE

ac Candido Lectori, F. M. Hylaret minor,

sed longè maximus peccator, in Chri-

sto Iesu $\nu\gamma\iota\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon\upsilon, \chi\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon, \delta\epsilon \epsilon\upsilon-$

$\pi\alpha\delta\tau\epsilon\iota\upsilon$, hoc est, Bene

valere, gaudere, ac

feliciter a-

gere.



Erissimè de quibusdam Poëta, in quorundam sui sæculi mores inuectus scripsit.

Tenet insanabile multos

Scribendi Cæchoethes.

Quod ne gratis frustraue dixisse videatur, age, videamus quid Iococrates facundissimus, quid item A. Gellius multificus, super his dixerint. Prior quidem. Sunt inquit, qui sibi valde placeant, si argumentum absurdum & admirabile aggressi de eo tolerabiliter dicere queant. Posterior verò infames materias, ait, siue quis mauult dicere *adixes* inopinabiles philosophi quoque edocti sunt. Et Phauorinus oppidò quàm libes in eas materias dicebat. Sicuti quum Therisitæ laudes quaesivit: & cum febriam quartis diebus recurrentem laudauit. Sic illi. Nonne Lucianus *ἀδύς μίξας ἰγνώματα*, id est, multa encomion scripsit, ad eò exactè, ut se id eò finire orationem dixerit, ne videretur, secūdum prouerbium, ex musca Elephantem facere: Nonne etiam Erasmus nostra ferè arate, Morix siue stultitiæ encomium amarulentus ipse, librum maledicentissimum conscripsit? An non de rebus friuolis nullius, aut parui sanè momenti aliquot etiam philosophi libros condiderunt. Phainas Phycus laudes vriticæ condidit ut auctor est Plinius. Braslicæ laudes tractauit Chrysepus medicus, priuatim volumè ei dicatâs per singula mēbra hominis

Iuuenalis Saryra 7.

Iococrates in Helennio A. Gellius li. 17. c. 12

Lucian?

Erasmus

Plinius lib. 22. c. 13. & li. 26. c. 9.

hominis digestum: vt idē testatur Polyhistor Plinius. Refert etiam Quintilianus lib. 2. Instit. orat. cap. 21. superuacuum esse quandam artis imitationem; quæ vanum tantum laborem habet (*ματαιοειδέα* Græci appellant) qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distanti missæ in acū continuo & sine frustratione inferebat. Quem cum spectasset Alexander donasse eum dicitur eiusdem leguminis modio. Quod quidem fuit præmium illo opere dignissimum. Subscribit etiã huic Maximus Tyrius ser. 19. hac de re sic dicens. Babyloniam profectus ex Ionia vir ad regem magnum, artem ostensurus operis egregij: rotunda quadam ex certo ictu per acus foramen ex distanti loco iaciebat, vt nequaquam collimando aberraret, nec se inferiorem propterea existimabat quam Achilles ipse, ob eiulatam hastam fraxineam. Sic ille. Huic haud absimiles videntur, qui in leuissimo argumento, & vt habet proverbium, cum agetur de asini vmbra, ac de lana caprina, ita insanit & in re nihili tam nimij sunt, vt planè in hoc scriptonis genere, vituperium potius quam laudem mereantur. Quanto satius foret atque è re literaria longè vtilius actum fuerit, si quam primùm animum ad scribendū quis appulit, materiam dignissimam seligat, quàm pro dignitate tractet, exornet, ac illustret: quàm bonas horas scribendo, vel potius scriptitando inutiliter, malè collocare, & lectorum abuti patientia? Aut certè longè præstaret, nihil scribere, quàm malè scribendo nominis iacturam facere, & irreparabile tempus, quod nobis debet esse carissimum, cuiusque solius honestam esse auariciam prædicat Seneca lib. 2. ad ca: in vanum terere. Ego vt de me verum fatear, materiam longè viribus meis imparem, professioni tamen meæ valdè congruentem & conuenientem delegi, & susceptam tractandam.

Horat. li. tractandam.

1. epist. 1. Nauita de ventis, de tauris narrat avator.

Quintill. Enumerat miles vulnera, pastor oves.

apud Hieronym. Quod medicorum est

10. 1. epist. Promittunt medici, tractant fabrilis fabri.

ad Pamachium. Quam quisque norit artē in ea se exerceat. Felices inquit, barbato referente Hieronymo, Fabius, essent artes, si de super obi illis soli artifices iudicarent. Ego itaque vt nedum verbo, tu Pauli. sed & scripto, Ecclesia Dei prodesse pro meo modulo & virili

virili parte possem: Quinquaginta Conçiones in Decades quinque tanquam in Classes distributas conscripsi: in eorum qui prædicanda Quadragesima sacra, studia sua conferunt, locantque operam, commodum & vtilitatem. Ex variis autem ingenijs excellentissima quæque instar apicula flosculos colligentis libauimus & excerptissimus in exemplum nobis proponentes diuersos scriptores, quos supra quadringetos euoluimus, fuitque nobis opus & necesse, istos præ cæteris

Nocturna versare manu versare diurna:

Vt tandem hoc nostrum absolueremus opus.

Crotomatæ quondam (ait Romanæ eloquentiæ parens Cicero) cum templum Euronis religiosissimè colerent: egregijs picturis illud locupletare voluerunt. Itaque Heracleotem Zeuxim qui tum longè cæteris excellere pictoribus existimabatur: magno pretio conductū adhibuerunt. Is vt excellentem muliebris formina pulchritudinem, muta in sese imago contineret, Helenæ se pingere simulachrum velle dixit. Quod Crotomatæ libenter audierunt. Putauerunt enim si quo in genere plurimum posset: in eo magnopere elaborasset egregiū sibi opus illo in sano relicturnum. Neque eos illa opinio fefellit. Nam Zeuxis illico quaesiuit ab his quasnam virgines formosas haberent. Illi autem statim hominē deduxerunt in palæstram, atque & pueros ostenderunt multos magna præditi dignitate. Cum puerorum igitur formas, magno hic opere mirarentur: Horum, inquit illi, sorores sunt apud nos virgines. Quare qua sint illarū dignitate, potes ex his suspicari. Præbere igitur mihi quæso, inquit, ex istis virginibus formosissimas, dum pingo id quod pollicitus sum vobis, vt mutū in simulachrum ex animali exemplo veritas transferatur. Tunc Crotomate publico de consilio, virgines vnū in locum conduxerunt: & pictori quas vellet eligendi potestatem dederunt. Ille autem quinque delegit. Neque enim putauit omnia quæ quaereret ad venustatē: vno se in corpore reperire posse. Ideo quod nihil omni ex parte perfectum natura expoliuit, vt cecinit Poëta.

Nihil ab omni parte beatum.

Sic & nos non vnū aliquod proposuimus exemplum, cuius omnes partes quicunque essent in genere, exponendæ nobis necessariò viderentur: sed omnibus ferè vnū in lo

Horat. in arte Poëtica. Cicero exord. lib. 2 de Inuē. Rhetorica.

Horat.

in locum coactis, quadragesimalium Homiliarum scriptoribus, quod quisque commodissimè dicere & excoGITARE videbatur, congestimus, & pro ingenij nostri, quod sentimus ac profitemur, quàm sit nobis exiguū, viribus, digestimus & expoliuimus, suisque verbis loquentes auctores vt plurimum, ad maiorem fidem ac certitudinem produximus. Quapropter stulticia nobis visa est, à benè inuentis alicuius recedere. Ex maiore interim copia nobis quam illi præfato pictori fuit exemplorum eligendi potestas. Ille enim vna ex vrbe eligere potuit, nobis multis ex prouinciis, nationibus, ac linguis, quodcunque placeret, eligendi potestas fuit. Ille quinque speciosissimarum proposuit sibi exempla virginum. Nos verò plusquam quadringentorum auctorum in omni facultate, disciplina & Idiomate tam grammatico, quàm vulgari (vt ex Elencho siue Indice scriptorum à nobis citatorum hic apposito iudicare poteris) exemplaria & volumina perquisiuimus. Vixque contigit, suprà viginti authores hic citare alios, quos in nostra qualicunque Bibliotheca non habeamus. Adèd in citandis authoribus fideles esse curauimus & omnia ad ipsa exemplaria siue Originalia (vt vocant) impressa diligenter contulimus, vt maior nobis fides adhibearur: qui ex fontibus ipsis, hausimus penè omnia: nolimus verò riuiolos consecrari. Quod si ea quæ his sacris decadibus quinque partitis, (ad instar quinque illarum virginū quas sibi in exemplum proposuit Zeuxis raræ cuiusdam pulchritudinis, ac veluti idæam) exponuntur, quanto opere eligenda fuerint tanto studio ac diligentia atque iudicio electa sint à nobis, profecto neque nos, neque alios industria nostræ pœnitebit. Sin autem non satis absolutè, aut non eleganter satis omnia proposuerimus, prout decuit: meminertit pij lectores illius versiculi.

Ouid lib. 3. de Pœto Ele- *Vt desunt vires tamen est laudanda voluntas.*

gia. 4. *Et huius etiam hemistichij.*

In magnis & voluisse satis est.

Propertij Paulò autem fusiùs latiùsque omnia perpendimus, vt dilucidius clariùsque fieret quod proponitur. Contingit *lib. 2. ad Musam.* enim sæpe vt breuitas ipsa obscuritatem pariat dicente poëta.

Breuis esse laboro:

Horati *in arte Poëtica.*

Obscurus sio.

Nec verò vitio vertendum censeas, hoc nostrum opus elocutionis luminibus, & verborum floribus carere. Non enim, vt scribit Horatius in arte poëtica.

Horat.

ampullas & jejui pedalia verba

perquisiuimus. Non (vt ait Apostolus) in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, nostras sacras decades contexuimus, non lenocinio verborum vti vel potius abuti voluimus, memores eius, quem cecinit poëta versus.

Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Imò velim tibi persuadeas, me de industria ita communi sermone ac planè scholastico eas composuisse, ne tam diuina mysteria obscuræ orationis tenebris delitescerent ac obscurarentur: quæ meridiana luce clariora esse oportuit, vt populariter pro concione proponi à concionatoribus & à mediocris literaturæ prædicatoribus (quibus potissimum consultum voluimus) facili negotio intelligi possent. Quod autem prophanos authores sapius citauerimus, æqui bonique consule, optime lector: non enim ostentationis ergò id factum interpretis, sed ad excitandum tuum studium non sine eruditorum exemplo, imò Beati Apostoli qui Arati, Menandri, & Epimenidis, carmina versùsque protulit, & magnus ille Basilius in eam rem opusculum edidit, de legendis gentiliū libris ad adolescentes, ad quem te remittimus. D. Item Ambrosius lib. 3. de fide ad Gratianum Augustum. capit. 1. hac de re ex professo agens, ita scribit. Quia hydræ nominis & Scyllæ littoris comparisonem induximus, vt ostenderemus, vel re diuina plantaria cauenda perfidiæ, vel famosa naufragia, si quis contra licitum putat colorem eiusmodi à poëticiis fabulis deriuatum, & cum in fide nihil quod vituperare possit inuenerit: aliquid in sermone reprehendit: agnoscat non solum sententias, sed etiam versiculos poëtarum scripturis insertos diuinis. Vnde enim illud: *Huius & genus sumus*, quod Paulus vsu prophético doctus vsurpar? Nam & Gigantes & vallem Titanū propheticæ sermonis ferries non refugit. Et Esaias Sirénas & filias passerum dixit, & Hieremias de Babylone memorauit, quod habitabant in ea filia Syrenum: vt ostenderet Babylonis, hoc est, secularis confusione illecebras, vetustis lasciuia fabulis

Paulus.

*D. Basilius
D. Ambrosius.*

fabulis comparandas, quæ velut scopuloso in istius vitæ litore dulcem resonare quandam sed mortiferam cantilenam ad capiendos animos adolescentium viderentur? Quam sapiens etiam ab ipso poëta Græco (Homerum significat, Vlysses in odissea describentem) inducitur quasi quibusdam prudentiæ suæ circumdatus vinculis præterisse. Hactenus D. Ambrosius grauiissimus autor, miram ac planè diuinam Ambrosiam spirans. Quid barbarum illum ac verè magnum Hieronymum memorem, qui tomo 2. epistolarum ad magnum oratorem Romanum, ea de re etiam scribit? Ruffinus siquidem subornat illum, vt ab Hieronymo cur libris Ecclesiasticis admisceret litteras Ethnicorum quæreret, ac sacra prophanis contaminaret. Huic rationem reddit, ostenditque quatenus id liceat, & quorum exemplo id faciat. Dicitur igitur, quod quaris cur in opusculis nostris, sæculariū litterarum interdum ponamus exempla: & candorem ecclesiæ, Ethnicorum sordibus polluamus? Responsum breuiter habeo. Nunquam hoc quæreres, si scripturas sanctas legeres, quis enim nesciat & in Moysè, & in prophetarum voluminibus, quædam assumpta de Gentiliū libris, & Salomonem Philosophis Tyri & nonnulla proposuisse, & aliqua respondisse? Vnde in exordio Prouerborum commonet vt intelligamus versutias verborum, & obscurum sermonem, dicta sapientum & ænigmata, quæ propriè Dialecticorum & philosophorum sunt. Sed & Paulus Apostolus Epimenidis poëtae abusus versuculo est, scribens ad Titum. κρητες ἀει ψεύζαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Id est *Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri*, cuius heroici hemistichium postea Callimachus vsurpauit. In alia quoque epistola Menandri ponit Senarium.

Ἀθέρπουν γὰρ ἴθνη χρῆσθ' ἐμιλίαι κακοῖ (id est)
Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala.

Et apud Athenienses in Martis curia disputans, Aratum testem vocat: *Ipsius enim est genus sumus.* Quod Græcè dicitur: τὸ γὰρ ἐν γένος ἴσμεν. Et est clausula versus heroici. Didicerat enim à vero Dauid, extorquere de manibus hostium, gladium & Goliath superbillimi caput proprio mucrone truncare. Legerat in Deuteronomio domini voce præceptum, mulieris captiuae radendum caput,

caput supercilia, omnes pilos, & vngues amputandos & sic eam habendam in coniugio. Quid ergo mirum si & ego sapientiam sæcularem propter eloquij venustatem, & membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiua Israelitidum facere cupio, & si quicquid in ea mortuum est idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinis, vel præcido vel rado: & mixtos purissimæ corpori vernaculos ex ea genero domino Sabaoth? Iosephus antiquitatem approbans Iudaici populi, duos libros scripsit contra Appionem Alexandrinum Grammaticum: & tanta sæcularium profert testimonia, vt mihi miraculum subeat, quomodo vir Hebræus, & ab infantia sacris literis eruditus, cunctam Græcorum Bibliothecam euoluerit. Quid loquar de Philone, quem vel alterum vel secundum Iudæum Platonem Critici pronunciant? Aristides philosophus, vir eloquentissimus, Adriano principi Apologeticum pro Christianis obtulit, contextum philosophorum sententiis: quem imitatus postea Iustinus & ipse philosophus, Antonio Pio & filiis eius senatuque librum contra Gentiles tradidit, defendens ignominiam crucis, & resurrectionem Christi tota prædicans libertate. Clemens Alexandrinæ ecclesiæ presbyter meo iudicio omnium eruditissimus libros scripsit, in quibus quid non è media philosophia est? Hunc imitatus Origenes decem scripsit Stromateas, christianorum & philosophorum inter se sententias comparans: & omnia nostræ religionis dogmata, ex Platone, & Aristotele, Numenio, Cornutoque confirmans. Extant & Eusebij Cæsariensis episcopi, Cappadocumque Basilij, Gregorij, Amphilochoij, libri, qui omnes intantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos refarciunt libros: vt nescias quid in illis primùm admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam scripturarum. Veniam ad Latinos. Quid Tertulliano eruditius? Quid acutius? Apologeticus eius & contra gentes libri, cunctam sæculi obtinent disciplinam. Minutius Felix causidicus Romani fori in libro cuius titulus Octauius est: quid gentiliū scripturarum dimisit intactum? Hilarius meorum confessor temporum, & episcopus, duodecim Quintiliani libros stilo imitatus est & numero. Hucusque D. Hieronymus. Adiciam quod doctissimus Eugubinus libro de perenni philosophia eruditissimus: philosophorum pene omnium sententiis profert,

γ & ad

D. Hieronymus.

Iosephus.

Aristides.

Iustinus.

Clemens Alexandrinus.

Origenes.

Tertullianus.

Hilarius.

Eugubinus.

Hamerus ordinis prædicatorum.
 & ad christianæ religionis arcana, piæ ac eruditæ accom-
 modat. Et ut semel filiam. Doctissimus quoque Hamerus
 Dominicanus in Genesim commentationes lectu iucun-
 das, variæ lectionis conscripsit, authorum prophanorum
 sententiis adeo ornatas, velut quibusdam Emblematicis
 & gemmis: ut sine magno fructu & voluptate legi non
 possint. Ad huius viri theologi ac religiosi exemplum, me
 totum pene composui in hoc scribendi genere.

Nam solet in rebus misceri vilibus aurum;

Et grana interdum sunt moderanda iocis.

Et ne te diutius remorer, ingenue profitear, me quod
 potui præstitisse; & quod è re tua foret, liberaliter labores
 meos communicasse: ut magna ex parte leuare te possem,
 & opem adferre in quotidianis concionibus declamandis.
 Memor itaque esto eius sententiæ, quam Horatius in ar-
 te scriptum reliquit.

Horatius in arte poet.

Quandoque bonus dormitat Homerus:

Verù opere in longo fas est obrepere somnum.

ὅς δ' ἀνὴρ ἐ πᾶσι ἄρα, ait rectè & comiter Euripides, v-
 nus vir non omnia cernit. Vale in multos annos candide
 lector & me apud deum tuis orationibus adiuua. Genabi
 ad Ligerim Aureliam vulgò dicunt. Anno domini, 1586.
 die II. Iunij.

PANEGY



PANEGYRICVS DE

FVNCTI F. IVLIANI DAVIDIS
 obseruandi præceptoris sui (de quo pauld supra
 mentio habita est) ex inter se comparatis Dau-
 dis Regis ac Prophetae atque istius, virtutibus
 moribusque (παράλληλοι Græci nominant) ex
 Sacris contextus Collectore F. M. Hylaret. An-
 no D. 1586.

M Agistris non posse reddi æquiualens tam
 omnibus notum est, quàm quod verissi-
 mum. Iure igitur gratitudinis obseruandi
 præceptoris colendam memoriam ut ad
 posteros hoc rudi scripto (quantum in me
 situm est) transmitterem, pia ductus affectione studij.
 Est enim benignam (ut arbitror ait Plinius,) & ple- Plinius
 num ingenui pudoris fateri per quos profeceris. Igitur, præfatione ad
 ut de se Cicero profitebatur, de Archia agens.) Sic e- Vespasianum.
 go de meo quoque præceptore verè dicere possim. Si quid Cicero
 est in me ingenij, quod sentio quàm sit exiguum: aut si oratio-
 qua exercitatio dicendi. Vel imprimis (post Deum opt. ne pro
 max.) Hic. I. David fructum à me repetere propè suo Archia
 iure potest. Nò quoad longissime potest mea mens respi- Poëta
 cere spacium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam que est
 recordari vltimam, inde vsque repetens, hunc video 26.
 mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingredien-
 dam rationem horum studiorum extitisse. Dicam ergo
 paucis de eius vita ac moribus atque instituto ex sacro-
 rum Analogia Bibliorum: Ut gratior incundiorque

habeatur narratio eiusque recordatio. Fuit is dum viueret, Franciscanus Nantensis Armoricus, S. Theod. Parisiensis, Conuentusque nostris ibidem Gardianus quo non prestantior alter. Nostraque prouincia Turonia in comitis generalibus Custos Custodum (ut loquuntur) atque vigilantissimus Minister Prouincialis, Qui & in pietate & eruditione, omniumque virtutum genere excellebat: Qui denique circa etatis sue Annum 50. Nantensis obiit & ingressus est viam vniuersae carnis. Io. sue 23. In conuentu Minorum honorifice sepultus adhuc Annis circiter 13. In memoria aeterna erit iustus. Psalmo 111. Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. Isa 57. Memoria eius in benedictione sit. Ecclesiast. 45. Vis autem, ô lector, nosse eius dum viueret physiognomiam? 1. Reg. 16. Dauid erat Rufus, & pulcher aspectu decoraque facie. Vis scire quia nedum aliis humanioribus artibus, verum etiam modulandi peritia valeret plurimum. 1. Reg. 16. Dauid percutiebat citharam manu sua, & recedebat à Saule spiritus malus. Desideras quid ipse profiteretur scire? Theologiam nimirum, omnium scientiarum facile principem. 2. Reg. 23. Dauid sedens in cathedra sapientissimus. Cupis nosse quanta prudentia polleret? 1. Reg. 18. In omnibus viis suis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. Prudentius autem se gerebat Dauid quam omnes serui Saul, & celebre factum est nomen eius nimis. Vis scire quia dignus esset qui ab omnibus bonis amaretur? 1. Reg. 18. Omnis Israel & Iuda diligebat Dauid. Optas nosse virum cuius fama celebras longè latèque peruasit? 1. Paralip. 14. Diuulgatum est nomen Dauid in vniuersis regionibus. Si quaeritur inter verbi dispensatores ut fidelis quis inueniatur? 1. Corinth. 4. 1. Reg. 22. respondens Achimelech Regi, ait. Quis in omnibus

nibus seruis tuis sicut Dauid fidelis, & gloriosus in domo tua? Vis tibi egregium hereseos impugnatorem, acerrimumque debellatorem demonstrari? 1. Reg. 18. Praecinebant mulieres ludentes atque dicentes. Percussit Dauid decem millia. Desideras scire quam electum fuerit Sanctissimi organum? Psalm. 77. Elegit Dominus Dauid seruum suum, &c. Pascere Israël hereditatem suam. Item Psalm. 88. & Act. 13. Inueni Dauid seruum meum, Virum secundum cor meum, oleo sancto meo unxi eum. Cupis scire quia specialem de illo haberet Deus curam, illumque suo praesidio munitum peculiariter protegeret? Psalm. 88. nihil proficiet inimicus in eo, &c. Et concidam à facie ipsius inimicos eius. Misericordia mea cum ipso. Item Psalm. 131. Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea. Dicam itaque cum D. Chrysostomo. Dauid mortuus est, & merita eius vigent. Quoniam verò sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. 2. Machab. 12. Pro requie anima preceptoris, eiusque refrigerio, Pie Iesu, te deprecor. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius Psalm. 131. Iesu fili Dauid miserere mei ac ipsius. Matth. 15.

Requiescat in pace. Amen.



F. IOANNES DV DOVET

ARMORICVS DINANNICVS,
Ordinis D. Francisci, Alma Parisiensis
Facultatis Theologica Doctor Re-
gens: & professor ordinarius,
pio Lectori S.



Prov. 27



*N*udet te alienus non os tuum: extraneus, & nō labia sua. ait per Salomonē Spiritus sanctus. Qua commotus auctoritate. Sacrarum auctor Quinque partitarum Decadam, sui nominis quantum potuit, & suarum virtutum studuit memoriam, silentio præterire: ne

vis quidam vitio videretur insimulandus. Ignoscat mihi igitur, si sua encomia, vel digiti extremitate attingam. Multum, enim proderit operis auctoritati, tanti auctoris, cognitio. Quā facilius (& si res ardua sit non minus quā soli lumen inferre: nimirum commendare niti, quem sua scripta abundē exornant) luci exponere possum: quod Engolismæ loco suæ natiuitatis) & Aurelicę (cōuersationis) in totius illius inclytę & Christianissimę vrbis (si quę Christiana rapido adiaceat Ligeri) faciliē Principis Paroccię tēplo Deo Opt. Max. sub Diui Apostoli Pauli nomine sacro: ipsius fauore Quadragesimales habuerim conciones: Et quę sum scripturas partim viderim, & partim à testibus omni exceptione longē maioribus audiuerim. Mecum fortasse expostulabit Zoilus (licet immeritō, cum præclara facinora Liuij Christiani assentationis notam veritus omittam: leuiora tantum recitans que minus ad laudes Scriptoris facere videntur) de non obseruata Sapien-

Eccle. 17.

tis Iesu Syrach sententia, *Ante mortem ne laudes hominem quer*

VITA MAVRICII HYLARETI.

quęquam: Sed interpretum fidelium audiat censuram: & ei fiet satis abundē. Stultum est certē laudare pugnantem, & in stadio currentem quasi in incertum: tanquam iam victorem. Illum siquidem qui benē videtur agere: nescimus si velit vel possit perseverare. Non sic est de nostro Tito Gallo religiosissimo: qui vigiliis & laboribus, demirando & toti Reip. Christianę (ne dicam vtilissimo) nostra hanc tempestate necessario opere Quadragesimalium concionum triumphum retulit. Quid igitur mirum, si victoris coronam nonnullis mei exigui hortuli floribus ornem? Accipe igitur de auctoris vita, rudi stylo pauca scripta: Quatenus cum opus legeris, opificem clarius videas: & nostram (forfitam) temeritatem vna cum ipso, æqui bonique consulas.

Mauricius Hylaretus, ex parentibus honestis & legitimo matrimonio coniunctis: Ioanne Hylaret, & Francisca Texaudider, mercatoribus fortunę satis prosperę originem ducens: Anno Domini 1539. Die D. Clodoaldo sacra, peruigilio Natiuitatis Deiparę 7. Septembris in suburbis Diui Petri Engolismę natus est: & sacro baptis-
matis fonte ablurus Christo Deo Optim. Max. nomen dedit. Et ab ipsa statim infantia piorum & Catholicorum parentum cura & sumptibus ad Gymnasium publicum, discendarum literarum pietatisque gratia mittitur: vbi grammaticę ac humanioribus literis ad vndecimum vsque annum & quod excurrit, tam sedulam operam dedit: vt omnes coætaneos longē superaret. Orbatus patre (cuius anima matrisque pace fruatur æterna) ductore ac suafore S. Theologię Licentiato, F. Ioanne Sardin Franciscano cognato suo: Anno Domini. 1551. Ianuarij. 14. die, *Philip. 2.* nomini Iesu etiam immundis spiritibus tremendo, consecrato, Patre ac M. Iacobo Maguelot Doctore Theologo tunc Engolismenās Conuentus Gardiano ac moderatore, ordinem D. Francisci ingressus est: & anno probationis reuoluto præfatum ordinem inter manus eiusdem solemniter professus. Luteriam deinde beneficio Clarissimi Nobilissimique viri Mæcenatis sui Domini du Rupere (qui in pace quiescat) ad liberales artes addiscendas sub obseruandi præceptoris sui pię memorię, F. Iuliani Daudis Nanetenis Franciscanorum dum viueret lilij, tunc Collegij nostri Minoritani, Parisijs, artium

Magistri ferulæ destinatur : à quo toto Quadriennio, Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, Physicam, Moralémque Philosophiam diligenter edoctus, in quibus non vulgariter eruditus, absoluto liberalium artium curriculo, Anno. 1557. ad suos Engolismenses reuertitur. Ibi intra annum completum, sacerdotij gradu ac ordine sacro insignitus: Luteriam paulò post iterum petit: vt sanctæ Theologiæ studio nauaret operam. Cui cum tres circiter annos operam dedisset: sub præfati Dauidis S. Theologia: tunc lectoris publici, Franciscanorumque Parisiis Præsentati disciplina: eò cuius schola tanquam ex equo Troiano, excellentia, rarâque prodierunt ingenia, (Quorum eximius M. N. F. P. *Bourgongne* Andegauus Origine, Parisinus Theologica professione Doctor, meus obseruandus præceptor, cui in præsentati ordine iure Prouinciæ nostræ Almæ Turoniæ successi, vt ipse suo Hylareto: extra omnem inuidiæ aleam primas obtinet partes: vt pote qui duobus integris annis Sancti Martini Turonensis Magistralem magno cum ecclesiæ fructu & omnium fidelium applausu occupauerit cathedram & huius conuentus Parisiensis Gardianus & R. P. D. Francisci Gauzaga Generalis Commissarius in maximo rerum discrimine, cum pristina & laudatori reformatori restituerit: postea quàm multis annis post philosophiam, sacram Theologiam in hoc Gymnasio professus esset) vnde nostra Parisiensis Academia in quartam vsque seriem decoratur: ad Magistri postea gradum promouetur. Necnon pro more Philosophiæ stadium sive curriculum (arrium cursum vulgò vocant) docendis suis discipulis absoluit: Scholasticamque Theologiam, hoc est, Quatuor sententiarum libros, & in eisdem Doctoris subtilis Scoti reconditos abstrusosque Commentarios publicis lectionibus exposuit. In quo docendi ac perlegendi munere ab Anno 1562. exorsus decem continuos annos nimirum vsque ad Annum 1571. expleuit. Anno autem Domini. 1566. Prouincialibus comitis Castroduni celebratis cum inibi tunc fausta fortuna adesset: contigit vt vix perlectis designati respondentis conclusionibus Theologicis: quæ pro inueterato more disputandæ proponuntur, conuenientibus & irruentibus ad præfatas disputationes hæreticis, ad certamen cum illis incundum, de sacer

cerdotio Melchisedech ac Augustissimo Missæ sacrificio, inuocato prius Spiritus sancti nomine, nullo fretus concertationis præside ac Moderatore. (Hoc enim à nostris importunis clamoribus, ministri prædicantes extorserant, vt nullus scilicet ex Doctoribus Theologis qui tunc aderant disputationi præflet) præter expectationem alioqui imparatus: iussu ac mandato R. P. ac M. Prouincialis sui in arenam descendit: Cum Calvinista prædicante Godet inter cæteros ministros publicè congressus: Qui ex iurisprudencia ad præsentæ religionis ministerium apud Castrodunum intrusus erat. Cùmque per duas horas perdurasset dicta disputatio, singulari Dei gratia ac speciali fauore hæreticis confutatis atque confusis victor euasit. Ipsis nimirum aduersariis palam professus pollicentibusque ad disputationes altera die reuersuros: nusquam tamen præ pudorè comparentibus. Ipse Hylaretus ministri inter disputandum technas retagens, cum scripturis abuti publicè dixit. Inde apud Dunenses (qui vel semiprolato verbulo mentium expiscantur conceptus) si quod narretur *παράδοξον*: Gallicum ortum est proverbium. *Tu en abuses comme Godet*. Cuius disputationis & victoriæ pro Catholicis & aduersus Calvinistas ex Belsia prædicantes seu ministros rumor huius regni Franciæ partes breui tempore peruasit: & ad aures citissimè Christianissimi Francorum Regis Caroli 9. atque Reuerendissimi & Illustrissimi Cardinalis Lotharingi, (quorum memoria in benedictione est) peruenit: coram quibus totius disputationis ordinem ac summam prænominatus Hylaret tunc Bachalaureus Theologus exposuit. Multi proinde in fide vacillantes apud Castrodunum roborati, alij pristinum detestati errorem, fidem catholicam amplexati sunt. Denique Anno 1568. iure Præsentati Sorbonicam Palæstram aperiens biennio hac in exercitatione Theologica, cum disputando tum respondendo alternis vicibus, ex consuetudine scholæ, insumpto ac peracto: lauream Magistralem in Theologica facultate Amplissimorum benefactorum suorum Diui Ioan. Rupi Fulcadij Maioris Monasterij quondam Abbatibus, Et Dominæ Ioannæ de Clermont Sanctissimæ Trinitatis apud Pictauios nuper Abbatissæ pietissimæ (sic pax super eos) munificentia, ac celebritate post tot exantlatos labores respon

responsionum nimirum & argumentationum coram totius sacratissimæ facultatis Parisinæ toti orbi suspiciendo miraculo maximo sacro senatu ex quibus,

Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo,

Qui ei benignas exhibuerit aures: doctior non sit effectus. *Urget aut quibus auris?* tandem adeptus & consecutus est: 9. licentia (ita enim appellant) ordinem, Ut sicut 9. in ordines angelorum in triplici Hierarchia, sancta assignat pagina: sic ad functionem angelicam prædicandi verbi diuini vocatus, & autoritate apostolica assumptus, atque Licentiatu Theologus creatus: longè latèque Euangelium disseminaret. Quod non surdus auditor verbi, sed factor operis: impigrè & orthodoxè singulis Quadragesimæ temporibus, in Clarissimis totius Gallici Imperij vrbibus, Ciuitatibus, vniuersitariisque quotidie annuntiauit. Fidem faciant Cognacenses, Parisienses, Blesenses, Engolismenses sui, Caitrodunenses, Pictatienses, Andegauenenses, Ebriocenses, ac Lingonenses. Anno verò Domini 1571. Romam ad Comitia generalia pro officio Custodis Custodum profectus, ibidem publicè de Theologia respondit cum omnium qui aderant admiratione. Anno post suum Doctoratum (vt loquuntur reuoluto) nullum habens supra se disputationis præsidem vtpote qui vnus satis habens esset. Cuius responsis duo Reuerendissimi Cardinales nimirum à Clara valle Gallus, & S. Theol. D. Parisiensis cui suas dicauerat theses, & reuerendissimus à MONTALETORDINIS S. Francisci Patriarchæ natione Italus, interfuerunt. Is est Mons nedum altus, verùm & propter summum dignitatis fastigiũ altissimus SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER In Cathedra Petri nunc sedens Xistus 6. ex ordine nostro ad summum Pontificatus apicem nunc euectus & assumptus. Cui dominus ad multos annos prosperam largiatur valetudinem, atque prosperum faciat eius pro rectè gubernanda sancta Dei Ecclesia desiderium. A dictis comitiis reuersus D. Pauli cam quæ est ad Collossenses Epistolam publicis prælectionibus, in scholis nostris Scoticis Parisiis, pro vt Regentis Doctoris exigit officium interpretatus est. At verò ab anno D. 1572. ad præsentem vsque 1586. Aureliam euocatus à Reuerendo eiusdem loci Antistite eiusque Clero,

acc

necnon à ciuitatis proceribus & primoribus exostularus & requisitus ibidem diutius mansit: & in hodiernum vsque diem, ex obedientia seu mandato Reuerendissimorum totius Seraphici ordinis fratrum minorum Generalium, Prælatorum suorum Christophori à Capite fontium Galli nunc Cæsareæ Archiepiscopi & Francisci à Gonzaga Itali Principis illustrissimi, nunc Generalis ministri, longè dignissimi domicilium ibi habet: ac per continuos 14. integros annos, ibi hæsit & degit vitam. Prædicatoris ordinarij munere perfunctus: atque per vndecim Quadragesimas Conciones quotidianas habuit ibidem. Prædicauit insuper per aliquot annorum intervalla apud Pictauienses iterum, Turonenses, Nanetenses, & Ambianos: quantum tulit eius valetudo. Atque ita per annos 25. consequutiue, toridè Quadragesimas prædicauit: & aduersaria seu *très impuissantes* (memorialia vulgò dictitant) quæ obseruatione dignissima videbantur, congeffit: quibus relectis præstantiora quæque selegit, ac in Sacras Decades Quinquæ partitas digessit, mira fidelitate, ex ipsis fontibus potius hauriens, quam riuulos cõsectatus. Quibus in ordinem componendis aliquot annos innumeris alioqui negotiis distriictus & aduersa valetudine per sesquiannum retardatus impendit. Et ob peregrinationem suam in Hispaniam ad Congregationem Generalem Toleti, Anno 1583. Die Pentecostes celebratam (cui cum esset suæ Prouinciæ Turoniæ Prouincialis superiore anno in Comitiis Prouincialibus apud Pictauium per Reuerendissimum Generalem mense Octobri celebratis, suffragiis patrum selectorum pro more legitime electus ac confirmatus: necessario ex officio & Regula illuc proficiscendum erat) reuocatus & impeditus: vix tandem præsentem anno 1586. Die D. Barnabæ apostolo sacra, vsus Horatij consilio, qui in arte Poëtica suaderet ne præcipitetur editio:


Nonùmque prematur in annum:

permisit vela ventis, & vt videant lucem hæ sacre Decades, ad Dei Opt. Max. gloriam & honorem, & Ecclesiæque Catholicæ Matris fidelium, ac sponsæ Christi ædificationem, in vsum publicum Cõcionatorum decreuit: Deo benè propitio. Cuius operis errata varia quæ impressioni irreplerunt, vix enim prima alicuius libri editio tam pura est vt pluribus non scateat mendis) diuersorum transferiptorum

VITA MAURICII HYLARETI.

ptorum quorum opera vsus fuit, incuriæ, maiori ex parte aſcribas. Viuit Dei gratia Autor ſub Chriſtianiffimi Henrici 3. Francia & Polonia Regis Imperio, Anno iam ætatis ſuæ 47. fideli vsus Comite ac ſocio à Miniſtris Generalibus ſibi ſpecialiter deputato F. Antonio Gallucier (Engoliſmenſis Conuentus æquè profeſſo ac prebytero & Confefſore.) Qui huius operis ex parte & monitor & (vt dici ſolet) ſollicitator fuit, ac exactor: Græcè ἐπιδοκιμωτής. Maſte virtute, cuius talia ac tanta primordia, qualis finis erit? Omnia quæ ſcripfit Sacroſanctæ matris Eccleſiæ Romanæ correctioni ſubmittens, ingenuè proteſtatur, nihil niſi Dei honorem & animarū ſalutem, errantiūque conuerſionem, ſe quærere. Denique pro tot vigiliis & laboribus ſuſceptis hoc tantum contendit, & feruentibus expoſtulat votis, vt pij Lectores à Deo miſericordiarum Patre ac miſerationis inexhauſto fonte ipſi gratiã & gloriã implorent: vt tandem cum ipſis in beatorum aula ſine fine lætetur. Amen. Vale Pariſiis 6. Kal. Nouembris anno. 1586.

C A R



CARMINA AMICO-

RVM ET DISCIPVLORVM

in operis & authoris commen-
dationem varia.

ANAGRAMMATISMVS.

Mauricius Hilaretus.

HIC MIRA VIRTVS A IESV.

Sermonum ad populū Chriſti mandata docentū,
In lucem geminos das HILARETE libros.
Sed qui multorum breue poſſunt inſtar haberi:
Plus pia quàm numero pondere verba valent.
Hunc fruitura tuis non eſt Aurelia ſola
Eloquiis: leget hæc vulgus vbique pium.

I. Auratus Poëta & Interpres Regius.

CLARISSIMO DO-
CTISSIMO QVE ECCLESIA-
ste Aurel. D. M. Hylareto.

In cognominis ἔτυμον, ὅλην καὶ ἀρετὴν.

Οὐ νέμεις, ὅλην ἀρετὴν σοὶ ἔμμεναι. Ἀ' ἰδὲ
καλὰ γὰρ ἀνθρώποις δύνηματ' ἄρα νοθεύει.
Materiem virtutis habes: tibi nominis omen
Præcia virtutis fata dedere tua.

G. Forn. A.

F. IOANNIS PICARDI MI-
noritæ Aureliani in idem τετραδίσχον.

QUam fecunda tibi sit mens natura ferax que
Cortice significas hoc Hylarete tuo.
Quare opus hoc merito liceat modo dicere syluam
Virtutis, de qua nomen & omen habes.

Symbolum authoris. Ε'ν τετράδι τελείωσις. In
ternione, perfectio. Pium auctoris votum, vt ad Dei
laudem & Ecclesiæ suæ ædificationem, puræ Riuus
aquæ, Theologicæ scilicet scientiæ, illi inclareat.
Hoc est clarum intelligibilémque se illi præbeat,
quod idem est, cum psaltris Regij desiderio, psal. 118.
Revela oculos meos & considerabo mirabilia de lege
tua: Atque Moïsis, *Aperi eis thesaurum tuum fontem
aque viæ*: numero 20. Ex eiusdem auctoris inuer-
so transpositòque nomine (Ἀ' νεγραμματισμὸν Græ-
ci vocant, id est literarum transpositionem) hoc
modo,

Mauricius Hylaret.
Clare et mihi Piuus.
Subaudi Theologicæ scientiæ.

IN DECADES QVADRAGESI-
MALES OBSERVANDI PRÆCEPTO-
ris sui F. Mauricij Hylareti Engolismensis
Theologi Paris. F. Marurini Barbé
Minoritæ Lochiensis à confes-
sionibus monialium Guy-
chiæ ad Ligerim,
Carmen.

PER me alios alij celebrent licet, unius ergo
Hos cecini versus, dux Hylarete, tui.
Dux Hylarete mihi, memini, tu, autorque fuisti.
Vt sacro Bibliôn flumine proluerer.
Acceptum tibi, quicquid id est, fero, quod mihi sanctus
Dixit sacri spiritus eloquij.
Et quia iam calamus scripsit, que lingua tot annos
Edocuit, mandas & tua scripta typis.
(Pulchrum opus, à pulchra veniens pietatis amante
Omnibus & pulchris omnia pulchra parans,
Et pulchra Soboli monstrans ieiunia quæ sunt
Quadragena suo grata futura Deo.)
Mnemosynon hoc, queso, ne spernito seraque nostra
Posteritas sciat hoc pignus amicitia.
Ergo discipulus quo doctorem ore saluat
Hoc bone tu mihi nunc, dux Hylarete, Vale.

IN LAVDEM OPERÆ ET AV-
TORIS INNOCENTII IOLINI AV-
relij. I. V. licent. Epigramma.

FONte Caballino quantum tua labra Rigaris
Elicitur scriptis his, Hylarete, tuis.

Et

Et cum diuini prodīs mysteria verbi,
 Colligit argutus, quam graue lingua sonet.
 Mirantur docti, docta quod discutis arte,
 In dubium quicquid promere quis valeat.
 Nam salebroſa prius, gyrīſque referta recludis,
 Ius, ſacra que is haud ſat pagina nota fuit.
 Nunc opere hoc magno Republica noſtra fruetur:
 Scripturis quod ſit lux: lata clara ſacris.
 Nec ſolus tanto potietur munere Celta,
 Aſt Italus, nec non Bœtiſcus Hæſperius.
 Germanus filius, Cimber, rigidūſque Polonus:
 Conſpicuūſque polo Sarmata ſuppoſitus.
 Sicque tui rumor varias diſperſus in oras
 Orbis, claudetur non niſi cardinibus.
 Atque erit hic Codex monimentum grande laboris,
 Fida comes, cuius laus tibi ſemper erit.

τῷ αὐτῷ.

Ος ποθέεις ἔπειος θέει μυσηρία εἶδειν
 Μάνθανε τὴν χρονον ἐνιδίνυτε βιβλον.
 Αὐτεργὸν γδ τῆς ἐδίδαξεν πότνια. Πείθω
 Μῆσαι δλαμπιδέες κ̄ θε̄ μαι νῦ γενῆς.

IOANNES MOYNETIVS AVRE-
 LIANENSIS IVRIS STUDIOſVS
 ad hunc librum.

SI S decus auctori, decus immortale parenti
 Chare liber, doceas quo ſatus ore venis.
 I, timeas nullos, videas Garamantas & Indos:
 Alta volāns que petas, ima reuiſe volans.

Pone metum: haud poſſum (dicis) nam dente canino
 Me rodent omnes: inuidioſus ego.
 Quid: metus ille tuos curſus remorabitur acer?
 Et ſummo pariter vindice fretus eris?
 An non patroni validis innixus utriſque
 Summi humeris? tanti nobilitate viri,
 Nobilitatus eas: tibi nunc (Liber) ardor eundi:
 Quo dacti, Salio: nunc tibi dico, VALE.

IN D. M. HYLARETI FRAN-
 CISCANI DOCTISSIMAS
 & piſſimas conciones.

Summo ſers HYLARETE iure ſancti
 Nomen Hilarij, fidele Chriſti
 Qui ſeruabit ouile, cuius omnes
 Virtutes imitaris, actiones
 Exprimis eius amulator: eius
 Vt non nominis eſſe tam putere
 Hæres, quam pietatis & diſerti
 Sermonis: faciunt ut expoliti
 Facundique tui fidem libelli,
 Quos gratum quia iam diu cupitos
 Feciſti iubar introire, tota
 Pro tali pietate, ſanctitate
 Haſ Republica Chriſtiana grates
 Latas, δ HYLARETE, ſic merenti
 De ſe nunc hilariſ tibi rependit.
 Nec ſanè immerito erudita namque,
 Et iam religioſa verba, docta
 Sincera documenta ſanctitatis,
 Non Aurelia in vrbe digna tantum
 Sunt mirantibus auribus piorum

d

Indicata

Indicata, sed omnium venire
 Puras Christicolū in manus, videri
 Integris oculis, legi ore sancto,
 Fida mente, animo & teneri,
 CHRISTI Ecclesie & orbis vniuersi.
 Vi sic utile quod fuisset vni
 Vrbi, vel semel & breuem per horam
 Tantū, profit & omnibus per omnes
 Oras gentibus, & per omne tempus,
 Summo non sine summi honore CHRISTI.

I. Clodouetus Andegauensis.

Qualis erat virtus Hilari, pietasque fidesque
 Pictone dum CHRISTI seruat ouile sole:
 Talis nomen ab hoc qui fers, Hilarite, videnda
 Aureli populis, per tua verba, fuit.

F, G, T, E.

NOMINA



NOMINA AVCTORUM QVOS
 IN HIS DECADIBVS
 sacris citauimus.

A.



Bbias	Ambrosius Nouidius Poëta
Abbas Vrfpergenfis	F. Ambrosio Mōtesino Hispanus
Ado Viennefis	Ambrosius Camaldulensis
Adamus Sabout	Ammianus Marcellinus
Adamus Reifuerus	Ammonius Alexandrinus
Æschines	D. Antonius magnus Abbas
Ælopus	D. Antonius Paduanus
Ælius Lampridius	D. Antonius Archiepiscopus Florentinus
Ælius Spartianus	Antonius de Gueuara Hispanus
Ælianus	Antonius Nebriffensis
Æmylius Probus	Antonius in Meliffam
Æneas Syluius	Antonius Muretus
Agellius siue A. Gellius	Antonius Margarita, ex Iudæo Christianus
Agapetus	Antonius Sabellicus
Aimoinus aliàs Annonius Monachus	Antonius Constantius
Alanus Copus Anglus	Aufbertus Gallus
Albertus Magnus	D. Anselmus
Alcimus Poëta	D. Anastasius Synaita
Alciatus Iurifconsultus	Anastasius Bibliothecarius
Alexander ab Alexandro	Andreas Osiander Hereticus
Alexander Aphrodisæus	Angelus de Clauasio Minorita
Algerus contra Berégarium	Annales Francici
Aloyfius Lipomanus	Annales Aquitaniae
Alphonfus de Castro	Annotationes in Pfalmos, ex Oliua R. Steph.
D. Ambrosius Epifcopus	

Apuleius
 Appianus Alexandrinus
 Arnobius
 Aristoteles
 Aristophanes
 Arrianus de vita Alexandri
 Arias montanus Hisp.
 Asconius Pedianus
 Athenagoras
 Athenæus
 D. Athanasius magnus
 D. Augustinus Episcopus
 Augustinus Eugubinus
 Aufonius Poëta
 Augerius Gisenius
 Auctor Rhetoricum ad Herennium.
 65. Auctores.

B

Baptista Fulgofius
 Baptista Folengius
 Baptista Mantuanus
 Baptista Fognatius
 Bartolemæus Laurens
 D. Basilius Magnus
 Beda Venerabilis
 Beniamini Itinerarium
 Beroaldus
 D. Bernardus
 Bernardus Glossator
 Bernardus de Luxemburgo
 D. Bernardinus Senensis
 Bernardus de Buftis.
 Beauxamis Carmelita
 Belleforest
 Beza Hærefiartha
 Beroaldus in Apuleium
 Biblia Sacra

Biblia Complutenfia
 Boethius
 Bodinus
 Bonfinius
 Brocardus Monachus
 Breuiarium magnorum
 Chronicorum.
 Brassicanus Iuris C.
 Brunfelsius Hæreticus
 27. Auctores.

C

Cassiodorus
 C. Calepinus
 Catharinus
 Canones Apostolorum
 Catechismus Concilij Tridentini
 Catullus Poëta
 Catonis Disticha
 Canus Dominicanus
 Caictanus
 Cantica Paschalia Græcorum
 Caluinus Hærefiartha.
 Calendarium Græcorum
 Cenforinus de Die natali
 Ceberis tabula
 Cedrenus
 D. Chrysoftomus
 Charondas Iuris C.
 Chronicon Sigiberti
 Chronicon Martini Poloni
 Chalcondylas
 D. Chryfologus.
 Chronologia maior Hebræorum
 Chronica rerum Hispanicarum

Chalci


D.

Chalcidius Platonicus
 Cicero
 Claudius Guiliandus
 Claudius de Saintes Episcopus
 Claudianus Poëta
 D. Clemens Romanus
 Clemens Alexandrinus
 Concilia varia, & specialiter
 Concilium Tridentinum
 Corpus Iuris Ciuilis
 Cornelius Tacitus
 Cornelius Bitontinus Episcopus Italus
 Cornelius Iansenius Episcopus
 Columella
 Conradus Lycosthenes
 Codex Theodosianus
 Cornificius
 Cælius Curio Augustanus
 Cælius lectionum Antiquarum
 Commentaria Iulij Cæsaris
 Collatio suæ Conferentiæ Paris.
 Crantzius
 Crinitus
 Cuspianus
 Cyrus Prodrumus Græcus
 D. Cyrillus Hierosolymitanus
 D. Cyrillus Alexandrinus
 D. Cyprianus martyr
 52. Auctores.

E.

Egesippus
 Ennius Poëta
 Eobanus Hessus Poëta
 Epigrammata Græca
 D. Epiphanius
 D. Ephræm Syrus
 Erhardus Nonni Græci interpres
 Erasmus Roterodamus
 Etymologicum magnum Græcum
 Eusebius Cæsariensis
 D. Eusebius Emiffenus
 Euthimius Græcus
 Euripides
 Ennapius Græcus

d. Eutro



Eutropius.
Euagrius Histo. Ecclesiast.
Scriptor.
16 Authores.

F.

Fasciculus temporum
Fagiſ Hæreticus
Faber Stapulensis
Festus Pompeius Gram-
maticus.
Il.Fiamma Ital.
Florus Historicus
Forſalitiſ Fidei
Sanctus pater Franciscus
Seraphicus
Franciscus de Maronis
Franciscus Petrarcha
Franciscus Sonnius Epif-
copus
Franciscus Turrianus
Franciscus Patritius
F. Franciscus Titelmanus
F. Franciscus Horantius E-
piscopus Hispanus
Franciscus Vatablus
F. Franciscus Feuarden-
tius

Franciscus Duarenus. I. C.
Franciscus Balduinus I. C.
Freculphus Lexouienſis E-
piscopus
Fridericus Naufcas
Frontinus
Fulgofius
Fulgentius

24. Authores.

G.

Gabryas Græcus
Gabriel Biel
Galenus Medicorū facile
princeps
Gellius
Gregorius Ederus
Gerardus Mercator
Gennadius Græcus
F. Georgius Venetus
Germanus Constantinopo-
litanus
Georgius Pachymeres.
Georgius Fabricius
Gilberrus Genebrardus.
Giouantonio, Itali,
Glycas
D. Gregorius Magnus
D. Gregorius Naziâzenus
D. Gregorius Nyſſianus.
Gregorius Turonenſis
Gratianus
Gregorianus Codex
Guaguinus
Gulielmus Philander
Gulielmus Xilander
Guitmundus Auerſanus
Guido Fabricus Boderia-
nus.
25. Authores.

H.

Hamerus
Haitonus Armenus
Haymo Alberſtatenſis
Herodorus
Hector Pintus
Hermes Boſſec
Henricus Stephanus
F. Helmeſius

Hero

Herodianus Historicus Græ-
cus
Heraclides de Politiis.
Heraclides de vitis Patrum
Hefiodus Poëta
F. Hieronymus de Piſtorio
Hilduinus Abbas
F. Hieronymus Roman.
Hiſpan.
Hieronymus Verrutus I. C.
D. Hilarius Episcopus
Historia Gallicè ſcripta
Hippocrates *ap̄xiwtos*
D. Hippolitus Martyr
Hierocles in carmina Pytha-
goræ
D. Hieronymus trilinguis
Homerus Poëta Græcus
Horatius Poëta
Hofmeiſter
Honorius Auguſtodunenſis
Hyginus Auguſti libertus.
27. Authores

I.

Iacobus Pamelius
Iacobus Billius
Iacobus de Vitriaco
Iacobus de Voragine
Iacobus de Feure, Gall.
Ianſenius
D. Ignatius Martyr
Innocentius tertius
Ioachimſ Perionius
D. Ioannes Damascenus
Ioannes Caſſianus
Ioannes Pierius
Ioannes Heſſelius
Ioannes Carion

Ioannes Baptiſta Fiklerus
I. C.
Ioannes Ferus
Ioannes Cuſpinianus
Ioannes Gagneus
Ioannes Molanus
Ioannes Gerſon
Ioannes Philoponus
Ioannes Hentenius
Ioannes Arboreus
Ioannes Fernelius Medic⁹
Ioannes Brodæus
Ioannes Mercerus
Ioannes Gropperus
Ioannes Diaconus
Ioannes Climacus
Ioſephus Hiſtoriographus
Iudæus
Iouinianus Pontanus
Iſocrates
Iſychius preſbyter Hiero-
ſolymitanus
Iſidorus
D. Iuſtinus Martyr & Phi-
loſophus
Iuſtinus Historicus
Iulius Solinus
Iulius Capitolinus
Iulius obſequens
Iulius Pollux
Iulius Caſar
Iulius Scaliger
Iulius Paulus I. C.
Iulianus Imperator Apo-
ſtata
Iulianus Patricius Ante-
ceſſor Conſtant.
Iuſtinianus Imperator
Innocens Poëta
Iuuenalis Poëta.
48. Authores.

d 4 Kalen

NOMINA

K. Luceio Fanno, Itat.
Luitphrandus
Kalendarium Græcorū
vide C.
Kimhi, Rabbi
Krantzius historicus.
3. authores.

L.
Lactantius
Lambinus
Laërtius.
Lampridius historicus
Langus, interpres.
Laurentius Valla
Laurentius la Barre
Fr. Leandro, Ital.
D. Leo Magnus Papa 1.
Leo de Castro
Leontius Episcopus
Leges 12. tabularum
Lexicon Græcum
Liranus
Libanius Sophista
Lindanus episcopus
Lipsius
Liturgiæ Græcorum
Liuus historicus
Liuus Lemnius
Lodouico Domenichi,
Ital.
Lucianus *Histor.*
Lucretius poëta
Lucanus poëta
F. Ludouicus Granatenfis
F. Ludouicus Caruaialus
Hispanus
Ludouicus Abulensis histo-
ricus Hisp.
Ludouicus Viues

M.
Macrobium
Magister sententia-
rum
Mahometus antichristus
M. Manilius
D. Martialis
Martialis poëta
Marulus
Marcellinus Comes
Marfilii Ficinus
Marbodeus
Mathias Bredembachius
Mathæus Beroaldus
F. Mathæus Felisus
Maximus Planudes Græ-
cus
Maximus Monachus
Maximus Tyrius
F. Medina Minorita
Menander Comicus
Melchior Canus
Michaël de Palacio
Michaël Neander
Michaël Syngelus Græcus
Moltherus
Molanus
Munsterus.
25. authores.

N.
Nauarrus
Nectarius

Nice

AUCTORVM.

Nicephorus
Nicephorus Gregoras
Nicerat Chomates
Nicerat Nazienzeni Scho-
liastes
Nicolaus de Clemangis.
Nicolaus Sanderus Anglus
Nicolaus Grenier
Nonius Marcellus Gram-
maticus
Nonnus poëta Græcus
Nomocanon Photij
Nona Glossa hæreticorum
ex oliua R. Steph.
13. authores.

O.
Oécumenius Græcus
Oecolampadius hære-
ticus
Oliuerius de la Marche,
Gall.
Onkelos
Onuphrius
Opratus Mileuitanus
Orus Apollo
Origenes
Orthodoxographa
Ouidius poëta.
10. authores.

P.
Palladius
Pamellius
Pardulphus
Paterculus
Paulus Scaliger
Paulus Orosius
Paulus Diaconus

Paulus Iouis
Paulus Fagius hæreticus
Paulus Burgensis
Paulus de Palacio.
Paulinus
Pausanias
Pepin, Dominicanus
Pero Mexia Hisp.
Petronius Arbitr
Pettrarcha
Persius poëta
Petrus Galatinus
Petrus Venerabilis
Petrus de Natalibus
Petrus Ramus
Petrus Damianus
Petrus Chryfologus
Petrus Ærodius
Philo Iudæus
Photius Græcus
Phocylides
Philostratus
F. Philippus Diez Lusitanus
Minorita
Philelphus
Philippus presbyter
Pindarus
Pierius
Plato diuinus
Platina
Plautus poëta
Plinius historicus
Plinius secundus Nepos
Plutarchus
Pompeius Festus, Gram-
mat.
Pomponius Mela
Polydorus Virgilius
Possidonius episcopus
Porcherus
Porphirius

d 5

D. Po

D. Polycarpus Martyr
Pontificale Romanum
Procopius historicus
Procopius Gazaus
Propertius poeta
Prudentius
Pragmatica Sactio
Pythagoræ Carmina.
54. authores.

Quintilianus
Quintinus
Quintus Curtius.
3. authores.

Rabbini
Rationale diuinorum
officiorum
Reuelationes S. Brigittæ
Reuchlinus.
Richardus de sancto vi-
store
F. Richardus Cœnomanus
Minorita
Richardus de ordine præ-
dicatorum
Richardus Dinothus
Robertus de Licio
Robertus Guaguinus
Robertus Titius
Rodericus Santius Hispa-
nus
Ruffinus
Rupertus Abbas.
14. authores.

Sabellicus
Sacerdotale Romanum
Salustius
Sanctus Pagninus
Saxo Grammaticus histori-
cus
Scotus, doctor Subtilis Mi-
norita
Scholia Græca
Sebastiano Erizzo, Ital.
Sebastianus Munsterus.
Sedulius poeta
Seneca
Seneca poeta
Septuaginta Interpretes
Sextus Aurelius Victor hi-
storicus
Sextus Rufus historicus
B. Seuerus Alexandrinus
Sibyllæ
Sidonius Apollinaris
Sigonius
Sigebertus
Siluius Italicus poeta.
Simon Metaphrastes
F. Simon Fontanus, Mino-
rita
F. Sixtus Senensis Domini-
canus
Solinus polyhistor
Solon legislator
Sophonius
Soarez
Sophocles
Sozomenus
Socrates historicus
Speculum exemplorum
Sprenger
Spartianus historicus
Stepha

S.

Stephanus de vrbibus Græ-
cæ
Stephanus Niger
Stephanus Pighius
Stephanus Paris. episcopus
Stella Minorita Hispanus
Strabo
Stobæus
Statius poeta
Suetonius
Surius Carthusianus
Sulpitius Seuerus
Suidas
Summa Angelica.
47. authores.

Tabulæ de operibus mi-
sericordiæ Antuer-
piæ excusæ
Terentius poeta
Terentius Varro
Tertullianus
Theophilus I. C.
Theophilus Alexandrinus
Theophylactus
Theodoretus
Theocritus poeta
Theophrastus
Theodulphus Aureliorum
episcopus
Theodorus Peltanus
Theodorus Zuingerus
Thomas de Trugillo, fi-
ue
Thesaurus concionato-
rum
Thomas Vvaldensis

Thomas Beauxamis Car-
melita
D. Thomas, doctor Angeli-
cus
Theuet, Cosmographus Re-
gius
Thucydides historicus Græ-
cus
Tibullus poeta
Titus Liuius, Romanæ scri-
ptor historia
Tilueamus Hesbugius Lu-
theranus, contra Calui-
num & Bezan. Sacramen-
tarios
Tonstallus
Trithemius Abbas
Turpinus archiepiscopus
Rhemensis.
25. authores.

Valerius Maximus
Varro
Vegetius
Verrucius
Victor Vticensis
Vincentius Lirmensis
Vitruuius
Viues
Vitæ Pratum
Virgilius poeta
Vlummerius Canonicus
Volaterranus
Vopiscus
Vulcatius Gallicanus histo-
ricus Romanus.
14. scriptores.
Xeno

V

NOMINA AVCTORVM.

X.

XEnophon
Xiphilinus
2. authores.

Z.

Zimara Philippus
Zozimus historicus
Zonares Græcus.
3. authores.


Summa 480.

EX ORDINE SAN-
CTI PATRIARCHÆ
Francisci sunt infra scri-
pti, à nobis hoc ope-
re citati.

Adamus Sasbout
Alfonfus de Castro *
Ambrosius Montefinus Hi-
spanus.
D. Antonius Paduanus

Antonius de Gueuara
Angelus de Claufio, Au-
thor summæ Angelicæ
D. Bernardinus
Bernardinus de Buftis
Il Cornelio, Ital.
De Medina
Didacus Stella
Fortalitij fidei author
Franciscus de Maronis
Franciscus Titelmannus
Franciscus Horantius
Franciscus Feuarentius
Georgius Venerus
Henricus Helmesius
Ioannes Ferus
Liranus doctor literalis &
Biblicus
Ludothicus Carnaia Ius
Matthæus Felifius
Petrus Galatinus
Philippus Diez
Richardus Cœnomanus
Robertus de Licione
Scotus
Simon Fontanus.
28. authores.

Finis Nominum Auctorum iuxta ordinem
Alphabeticum.



F. GABRIEL YVERNEA VEX
SORORE PRÆFATI HVIVS OPERIS
authoris nepos, sacrae Theofophiæ Studiosus, ac
Minorita Engolismensis, Candido Lectori S.



Expecta ab auunculo meo multis à me no-
minibus perpetuò observando, Benevole
lector, propediem (si vita comes fuerit)
post has sacras Decades (quas, ut mature
in conciones Quadragésimales emergen-
tis anni 1587. ederentur instantia magna curavimus)
adventuales etiam Enneades quadripartitas, pro con-
cionibus proximè insequentis aduñtis, quas maxima
ex parte, ut mihi idem auunculus significavit, appara-
tas penes se tantisper retinet, donec locupletiores, atque
politiores à paschate prelo cõmittat, in Dei Opt. Max.
gloriam, & concionatorum publicam utilitatem. Tu
Candide Lector, unà mecum, pro colendi, atque obser-
uandi mei auunculi piis conatibus, ut prospere succedat,
in rei litteraria commodum, Deum supplex, obsecra.
Meditatur in dies longè maiora, quæ temporibus suis,
Deo bene propitio in rem tuam, in lucem prodibunt. Faxit
Deus; ut quæ fauste ab eo incepta sunt, ad finem fe-
liciter perducantur. A M E N.

Ex Museo nostro Lutetiæ, Anno Domini 1586.
Conceptionis immaculatae, Sanctissimæ Deiparæ, so-
lemni die.



שיר אל קורא

הנה יהרוש איש תם נפשו
ימעא לכו נוח תמים
קורא ספר תוה תמיה
יום ולילה עד עולמים :
שם לו חובק מספר שם יה
המש עשרה בספר יושר :
בי נתן אל על לב אדם
דעת לספור הרך כשר :
גם מספר זה יחל השבם
שראש שמות מכל בפלא :
הוא שם גדול אביר בורא
מן תפארתו ארץ במלא :
בן למחבר מספר ההוא
יחל השם אחרון שלו :
כי הילרץ בתחלתו
יהפך שם יה נכוה יש לו :
ירע רעת הקרמנים
חכמתו היא לרוץ ארץ :
מגיד כל סוד נסתר מהר
לכו לקת שם הילרץ :
על זאת למדו בספר זר
עמלו לבין בו כל ימים :
תמים מספר תמים ספר
ערה אתכם הנעלמים :

Iodocus Zangrius Louaniensis, S. Theol.
Laceniatus.

BENEVOLO LECTORI,
Bibliopola, S.

METRAVIMVS tandem, amico-
rum precibus freti, vel verius quoti-
dianis cōuitiis extorsimus insignem
hunc ac prædiuitem concionum ap-
paratum, F. M. Hylareti S. Theolog.
Doct. in quibus quicquid ex sacris Bibliis, Eccle-
siasticisque Historiis atque externis seu prophanis
quicquid ex probatis Doctoribus & Clâsicsis,
quicquid ex Poëtis, atque ex iurisprudentiâ fonti-
bus limpidiſsimis, quicquid denique ex diuerſo-
rum idiomatum in linguam latinam translatorum,
concionibus variis, ad huius operis absolutam
effigiem, conduceret: authoris studio, & indu-
ſtria incredibili ſelectam deprehendes, & in faci-
lem methodum digeſtum. Vltróque mecum, niſi
virtuti ac veritati inuideas, omnibus ſtudioſis tum
præcipuè verbi diuini declamatoribus: vtiliſimū
fatebere. Et ſi perlegere dignaberis, plus habere
in reſſu, quam fronte promittat: certò compe-
ries. Nos quanta fide ac diligentia potuimus, au-
ctoris pietati, ſuccenturiari voluimus. Vale Lute-
tiæ Pariſiorum, Anno Domini, 1586.



IN CIPIVNT
SACRÆ DECADES
QVINQVEPARTITÆ.

Decas prima.

FERIA IIII. CINERVM.

Cùm ieiunatis. Matth. 6.



IEIUNANDVM esse indicavit Christus, ac veluti præsupposuit. Nam ieiunium præceptum est doctore Diuo Augustino tomo. 2. epistola 86. ad Casulanum presbyterum. Ego in Euangelicis & Apostolicis literis rotóque instrumento quod appellatur Testamētum nouum, animo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto domini vel Apostolorum non inuenio definitum. Quod sic intellige, quibus diebus sit ieiunandum, pertinere ad traditiones Apostolicas, haberi ex praxi ecclesie, & referri ad τὸ ἄρραρον siue verbum domini non scriptum, non autem expressum esse in sacro Euangelio. Id probat diuus Hieronymus tom. 2. epistolarum ad Marcellam aduersus Montanum. Nos vnam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum toto anno tempore nobis congruo ieiunamus. Illi (Montaniste scilicet) tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores. Nō quòd & per totum annum (excepta Pentecoste) ieiunare non liceat, sed quòd aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre. Necessitatem expono, præcepti obligationem: voluntatem autem, quādo ex deuotione & citra præceptum assumitur

*D. Aug.
to. 2. epi-
sto. 86. ad
Casula-
num.*

*D. Hier.
to. 2. epi-
ad Mar-
cellam.*

A ieiunium.

D. Aug. ieiunium. Aug. to. 6. l. de hæresibus ad Quod vult Deū. ha. 6. de bar. ref. 53. Ariani ab Ario quodam, qui cum esset presbyter, ad quod vult doluisse fertur quod Episcopus non potuit ordinari. Dicit Deū. ha. bar ille, nec statuta solemniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisque voluerit, ieiunandum, ne videatur esse sub lege. Colligo hereticā esse doctrinam quæ præcepto Ecclesiæ aduersatur. Nam dies ieiunij nullo præcepto Christi aut Apostolorum in noui testamenti scriptura constitutos esse supra docuit D. pater & ecclesiæ doctor, optimus antiquitatis interpres (ipsi etiam Caluino hæresiarchæ) Aug. Idem

Id. Aug. to. 9. Tractatu de utilitate ieiunij, quem esse D. Augustini trac. de in indiculo librorum Possidonius episcopus pag. 24. in app. utilitate pendice Louaniensii affirmat, & ponitur ille sermo in eadem Ieiunij. appedice per Vlymmerium. Si quis tentet te dicens, Cur Possido- ieiunas? tuus ipse tortor existis. Putas Deo placet, quia te nius VV- crucias? Ergo crudelis est, qui delectatur pœnis suis. Responde huiusmodi tentatori: Excrucio me vt ille parcat, do- lymme- de me pœnas vt ille subueniat. Minus premet mentē meam riuus. caro mea. Adhibe hanc similitudinem: Si iumēto fortē in- sideres, si equo vtereris qui te possit præcipitare, nonne vt securus iter ageres, cibaria ferocientij extraheres, & fame domares, quē freno non posses? Caro me iumentū meum est. Iter ago in Hierusalem, plerumque de via conatur excludere vel excutere. Via autem mea Christus est. Ita exultantem non cohibebo ieiunio? Ad hunc modum faciebat

D. Hier. vir sanctus Hilarion, referente D. Hieronymo, to. I. Epist. 10. 1. epist. larum, in vita S. Hilarionis, Apostrophe ad suum corpus. in vita Ego (inquit) aselle, faciam vt non calcitres, nec te hordeo S. Hila- alam, sed paleis, fame te conficiam & siti, graui onerabo rionis. pondere, vt cibum potius quā lasciuia cogites: post tri- P sal. 34. duum vel quadrudum se sustentabat. Sic Dauid Psal. 34. hu- 2. Cor. 6. miliabam in ieiunio animam meam. Et D. Paulus 2. Cor. 6. in 1. Cor. 9. laboribus, in vigiliis, in ieiuniis. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum & Col. 3. in seruitutem redigo. Collof. 3. Mortificate mēbra vestra. Imò D. Aug. vt asserit D. Aug. to. 4. lib. quæstionū veteris & noui testa- 10. 4. lib. menti q. 120. Iusti & Prophetæ quādo à Deo aliquid impe- q. vet. & trare volebant, ieiunio se humiliabāt. Exempla nota sunt, noui test. Moysi legislatoris, Daniëlis, & similibus: nec non Gentiliū, q. 120. vt Niniuitarum. D. Aug. to. 6. l. de hæresibus hæref. 82. Iou- Augusfi. nianus quidam monachus hæreticus dicebat, Non aliquid 10. 6. hæ- prodesse ieiunia, vel à cibis aliquid abstinentiā. Ergo hæ- ref. 82. refis est ciborū delectum negare, vel ieiunium improbare tanquam

tanquā inutile. Sancta mater Ecclesia in præfatione Missæ Prae- tempore quadragesimæ canit, Qui corporali ieiunio vitia tio Missæ cōprimis, mētem eleuas, virtutes largiris & præmia. Etiam quadrag- Plinius scribit historiæ naturalis lib. 28. c. 4. hominū impri- Plinius li. 28 ca. 4. mis ieiunam saluam contra serpentes præsidio esse docui- mus. Serpentes rumpuntur, si quis in hiatum earum expuat. Astipulatur D. Ambrosius lib. 6. hexameron vel, sex diebū D. Amb. c. 4. in fine. Ieiuni hominis spiritū si serpens gustauerit, mo- li. 6. hex. ritur. Vides quanta vis ieiunij sit, vt & sputo suo terrenum cap. 4. serpentē interficiat, & meritō spiritalem. Iure ergo Chris- tulus Dominus contra serpentē inferni, remedium docet & Matt 17. alexipharmacū. Matt. 17. & Marc. 9. Hoc genus dæmoniorum Marc. 9. nō eicitur nisi per orationem & ieiunium. Sicuti arte medicinae, contraria contrariis curantur, sic necesse est ieiuniis quasi postliminio reueri, & ad Paradisum pergere, vnde gula & ligni veriti esu, eiectus fuit primus parēs noster. Ergo quia gula excludit nos, reducat abstinentia & ieiunium. Ieiunium Deo patriam & gratissimum cultum exhibere nos docet. D. Lucas Euang. c. 2. de Anna prophetissa, anu sanctissima, virtutis nō dicitur nisi per orationem & ieiunium, Ieiuniis & orationibus Deo seruitutem patriæ exhibebat, & præfenti Euangelio, Cum ieiunas, pater tuus reddet tibi. Ita tamen institueda sunt ieiunia nostra, vt nedū à cibis & escis carnalibus, verū etiam à peccatis abstineamus & ieiunemus. Quod pulchrē docet Euangelicus propheta Isaias c. 58. Numquid tale est ieiunium Isaias 58. quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Saccum & cinerem sternere? Nonne magis hoc est ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis &c. Quinimō Plutarchus to. Plutarc. 2. Opusculorum, De cohibēda iracundia scribit: Super omnia illud Empedoclis, magnum quiddam ac diuinum existi- 10. 2. O- stinabam ieiunium esse à malitia. Laudabā interim Deum puscul. à re venerea, vinōque puros viuere, colētes interim Deum temperatā: aut rursus à mentiendo certum tempus abstinere. Idem Plut. to. 2. opusculorum de tranquillitate animi Plut. 10. 2. opuscu. circa medium, vini & carniū, inquit, plenior vsus corpus quidem validum athleticāque firmitate facit, animū verò imbecillū & fragilem. Hæc ille. Nolite fieri &c. hypocritas adeo auersatur dominus, vt illis vā imprecetur, Mat. 23. vā Mat. 23. vobis hypocritæ. Eccl. 1. Ne fueris hypocrita in conspectu hominū. Eccles. 1. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Luc. 12. At- Iob. 36. tendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocritis. Intellexe- Luc. 12. runt discipuli quia dixerat cauendū non à fermento, panū,

Mat. 16. sed à doctrina Phariseorum *Mat. 16.* Nam falsi doctores & heretici sunt hypocrite, teste eodē Christo Domino nostro
Mat. 7. *Attendite à falsis prophetis: veniūt ad vos in vestimentis*
Prou. 11. *omium.* *Prou. 11.* *Simulator ore decipit amicum suum.* Beda venen-
locū istū decipit auditorem suum. *1. Tim. 4.* *in hypocritis loquentiū men-*
1. Tim. 4. *datium.* Comparatur hypocrita simia aureum gerenti cul-
Lucian⁹ tum, iuxta adagium apud Lucianū to. 2. oratione aduersus
orat. ad- indoctum: Sicut adagio fertur, simia est simia, etiam si au-
uerfus in reum cultū gesserit, *ωιδνωσὸ ωιδνωσ, ἢ ωωρωπιλα φήσιν, ἢ χολ-*
doctum. *ορατ. 2. σὺ μὲν δα.* hoc retulit Erasmus chiliad. 1. ceter. 7. ad
Erasmus gio. 11. Simia simia est, etiam si aurea gesserit insignia. Greg.
chilia. 1. Nyssen⁹ oratione. 1. Professio Christianorū quid sibi velit.
cent. 7. a- Ab externis & infidelibus de simia vulgò narratur: quen-
dagio. 11. dam in vrbe Alexandri circulatorum exercuisse & docuisse
Gregor. simiam, vt agitatione quadam in habitum saltatricis sese
Nyss. ora- cōponeret, ei saltatricis opposuisse personā & vestem cir-
tionē 1. cūm dedisse exercitio conuenientem. Quum ad cantilena
 modos sese flecteret, capti rei nouitate spectatores. Quidā
 ceteris astutior ibi fuit, qui ludo quodam inhiatibus spe-
 ctaculo ostendit simiam esse simiam, proiecisse eum aiunt
 in orchestra ex bellariis ea que talium bestiarū ingluuiem
 attrahunt, atque inuitant. Illam verò nihil cunctatam dis-
 persa amygdana videns, oblitam & saltationis & vestis or-
 namentorum, accurrisse ad ea, & manuum palmis colle-
 gisse que inueniret, & personam ori detraxisse celeriter, &
 vnguibus suis assimulatam formam corrupisse, atque ita
 pro admiratione risum abundè spectatoribus mouisse, vt
 que ridicula esset ex personæ reliquiis. Sic (applicando ad
 institutum nostrum) hypocrita ingluuiē & diaboli esca il-
 lecti, tandem deposita persona simulata sanctitatis, depre-
 henduntur & reuincuntur: turpitudinis, & voluptatum ama-
 tores, magisquam Dei, habentes speciem quidem piete-
 tatis *2. Tim. 3.* *Virtutem autem eius abnegantes. 2. Timot. 3.* Comparan-
Persius tur item vulpi dolosæ & astutæ. Vulpes se mortuā simulat,
sat. 5. vt auiculas decipiat & comedat. Sic hypocrita se mortifi-
D. Aug. catū ostēdit, vt sub specie sanctitatis decipiat. Persius Sat. 5.
to. 2. lib. *Pelliculam veterem retinet, & fronte politus*
2. de ser. *Astutam vapidō seruas sub pectore vulpem.*
Domini D. Aug. to. 4. lib. 2. de sermone Domini in mōte, sub ouina
in mōte. pelle cauendos lupos dominus præcepit *Mat. 7.* Ibidē non
Mat. 7. longè à principio. Sunt autem hypocritæ simulatores tan-
 quam

quam pronūtiatores personarum alienarum: sicut in thea-
 tricis fabulis. Nō enim qui agit partes Agamēnonis in tra-
 gœdia, (verbi gratia,) siue alicuius alterius, ad historiā vel
 fabulam quæ agitur pertinentis, verè ipse est: sed simulat
 eum & hypocrita dicitur. Sic in Ecclesiis vel in omni vita
 humana quisquis se vult videri quod nō est, hypocrita est.
 Simulat enim iustum, & non exhibet: quia totum fructum
 in laude hominum ponit, quam possunt etiā simulantes
 percipere; dum fallunt eos quibus videntur boni: qui ab
 eis laudantur; sed tales ab inspectore cordis Deo mercedem
 non capiunt, nisi fallaciæ supplicium: ab hominibus
 autem (inquit) perceperunt mercedem suam, rectissimè-
 que de his dicitur, recedite à me operarij dolosi. Nomen
 meum habuistis, sed opera mea non fecistis. Hæc August.

Exterminant facies. Simiæ facti *sathana, qui se transformatur*
in angelum lucis: (2. Cor. 11.) cūm tamen sit angelus tenebra- i. Cor. 11:
 rum. Meretricis vultus plerumque cūm turpis & foedus est
 per naturam, fucis & coloribus pigmentatus prostituitur,
 ad decipiēdos eos qui ignorant, que foeditas sub velamine
 fuci illi⁹ cōtegatur: sic de istis hypocritis cogitare licet. Si
 damnatur hypocritis quæ speciē prætēdebat boni, & ieu-
 nij ostentatione fulgebat, quanto magis de fucis mulierū,
 earum facies corrumpentibus, in perditionē iuuenum las-
 sciuorū, qui inde ad libidinē prouocantur, erit sentiēdum?

Vt videantur hominibus &c. appetitus laudis hominū, &
 auræ captatio popularis, eos pelliciebat: Verūm de Catone
 scribit Salustius in cōiuratione Catilinæ, cū innocente, ab-
 stinētia certabat: esse, quām videri bonus malebat. Itaque
 quo minus gloriā petebat, eò magis illā assequēbatur. Va-
 lerius maxim⁹. li. 7. c. 2. de sapienter dictis, Socrates humanæ
 sapientiæ quasi quoddā terrestre oraculū, expedita & com-
 pendiaris viā eōs ad gloriā peruenire dicebat, qui id age-
 rent, vt quales videri vellēt, tales etiā essent, sicque apertè
 monebat, vt homines ipsam poti⁹ virtutē, quā vmbra eius
 cōspectarentur. Id aduersus hypocritas accōmodandū erit.

Receperunt mercedem, Iob. 8. *spes hypocritæ peribit.* cap. 20. iob. 8. &
Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti, 20.
 Manet hypocrita interim pœna aeterna recipienda. Ad-
 uerte, in omni opere bono duo sunt, alterum meritum,
 alterum gloria seu honor: primum exhibet Deus homini
 benè operanti, secundum sibi reseruans, *Gloriam meam al-* *Isai. 42*
teri non dabo. *Isai. 42.* Luc. 2. *Gloria in excelsis Deo, & in terra.* Luc. 2.

Matt. 5. *pax. Pulchra diuifio, Matth. 5. Luceant opera ueftra vt glori-*
Pfal. 113. *ficient patrem ueftrum. Pfal. 113. Non nobis Domine, &c. Glo-*
 riam fibi dominus vendicat, meritum nobis relinquens,
 Quia hypocrita vult furripere gloriam Dei, par est vt me-
 rito fuo multatus, mercedem cōmeritam ab hominibus
 accipiat, temporalē fcilicet gloriam, mercedem verō fan-
 cōtorum non habeat, fed rependet illi Dominus gehennā.
Apoc. 4. *Contra iufi & pij viri omnia ad gloriam Dei referunt Apoc. 4. Seniores 24. coronas fuas ad pedes agni demittebant, q. d.*
 Omnia opera bona in nobis operatus es domine, tibi laus
 & gloria in aeternum. *Ifai. 26.*
Vnge caput, Oleo fcilicet mifericordiae in pauperes, vt e-
Tob. 12. *leemofyna fit ieiunij comes. Tob. 12. Bona est oratio cū iei-*
Ifaia 58. *uo & eleemofyna. Ifai. 58. post ieiuniū, ftatim fubiecit de e-*
 leemofyna mentionem, *Frange efurienti panem tuum.*
Hier. 4. *Faciem laua, &c. i. concientia, Hierem. 4. Laua à malitia*
Ia 21. *cor tuum, Ifai. 1. Lauamini, mundi efitote, lachrymis, Pfal. 6. Lau-*
Pfal. 6. *uabo per fingulos noctes, lachrymis fratū meum rigabo. Nedū a-*
 qua pura & fimplici fordes eluuntur, fed vel maximē lixi-
 uo, in quo cineres permifcētur, & calfacta aqua ac feruē-
 ti, tum demū in fluuio aliquo emundantur & abluuntur.
 Per fe nō fufficiūt lachrymę, fed cinerē adhibere cōuenit,
 recordationis mortis, vt fructus digni pœnitentię fequātur,
 in eū finē capitibus noftris hodie cineres afpergit & im-
 ponit fancta mater ecclefia cū his verbis, *Memento homo*
Genef. 3. *quia cineris es & in cinerē reuerteris. Genef. 3. Facile contēnit*
 omnia qui fe femper cogitat eſſe moriturū, ait D. Hieron.
 epift. ad Paul. de omnibus diuine hiftorię libris, & Seneca
 lib. 20. epiftolarū epift. 115. in fi. *Quicquid facies, inquit, re-*
 ſpice ad mortē. hinc Sapiens, *Memorare nouiffima tua & in*
Eccle 7. *atērnū non peccabis, Eccleſiaſt. 7. D. Aug. 10. 1. de Genefi cōtra*
 Manichæos lib. 2. c. 28. nihil fic reuocat homines à peccato
 quemadmodū imminentis mortis cogitatio, & Eccleſ. 12.
Eccle. 12. *Renertetur puluis in terrā fuam vnde erat Quid ſuperbis terra*
Eccle. 10. *& cinis? Eccle. 10. Memēto quæſo quā ſicut lutum feceris me, &*
Iob 30. *in puluerem reduces me. Iob. 10. Bene huius rei idem meminit*
 D. Hier. c. 30. *Cōparatus ſum luto. & aſſimulatus ſum fauilla & cineri.*
 ad Pau. Item pater fidei noſtræ Abraham Genef. 18. *Loquar ad do-*
Gen. 18. *minum cūm ſim puluis & cinis. Regina Heſt. cap. 14. quando*
Heſt. 14. *Gen. 18. pro vngu. nris afperſit cinerē, & udith. c. 9. quādo ingref-*
Iudith. 9. *ſa oratorium, induit cilicium, & poſuit in capite cineres.*
 Et tu Chriſtiane, fac ſimiliter, vnge caput tuum, non vn-

guen

guētis laſciuie, fed cineribus benedictis: inſtar Dauidis re-
 gij prophete Pfal. 101. *Cinerē tanquam panem manducabam. Pfal. 101.*
 Cinis vſitatiffimū fuit apud veteres pœnitentię ſymbolū.
 Nedū ſancti viri in cinere & cilicio pœnitentiā agebāt, fed
 etiā gentes vt Niniuitarum regis exemplo patet: qui *ſediſſe*
dicitur in cinere, Ionę 3. Pfal. 102. Recordatus eſt quoniam puluis Iona 3.
ſumus, homo ſicut fœnū, dies eius tanquā flos agri. In tranſmi- *Pfal. 102.*
gratione Babylonis Threnorū 2. Cōſperſerūt cinere capita ſua Threnor
virgines Hieruſalē. Chriſtus de Tyriis & Sidoniis Matth. 11. 2.
Luc. 10. Olim in cinere & cilicio pœnitentiā egiffent, De tranſitu Luc. 10.
S. Martini ex Epiftola quā Sulpitius ſcripfit ad Baſſulā ſo- *Sulpitius*
crū fuam, cum B. Mart. moribūdus à diſcipulis rogaretur, de tran-
recubās in cinere & cilicio ut ſaltē vilia ſibi ſineret ſtramē- *ſitu S.*
ta ſupponi: Nō decet (inquit) Chriſtianū niſi in cinere mo- *Martini.*
ri. Ego ſi aliud vobis ex eplū relinquo, ipſe peccaui. Hæreti-
 ci moderni cinerū cœremoniā deridēt, quaſi verō nō eſſēt
 ipſi filij Adā, cineres futuri. Adā ex Hebręo terrenus expo-
 nitur. *Qualis terrenus, tales & terreni 1. Cor. 15. Cinis vitula 1. Cor. 15*
aſperſus, Heb. 9. ſanctificabat ad emundationē carnis, quā *Hebr. 9.*
 to magis cinis benedictus verbo Dei & oratiōe per Sacer-
 dotem ſanctificatur, ad ſanctificationem proderit: *Leu. 1. Si Leuit. 1.*
de turturibus & pullis columba fiat oblatio, plumas proiciet pro-
pē altare ad Orientalem plagam in loco in quo cineres effundū
ſolent. Vnaquæq; anima columba eſt, Meditabor vt columba,
Recogitabo tibi omnes annos meos. ait Ezechias in ſuo cantico *Iſaia 38.*
Iſa. 38. Columba gemitum habet pro cantu, ſymbolum eſt
 pœnitentis, ergo plumas honoris deponamus in loco ci-
 nerum, hoc eſt, ſepulturæ & mortis recordemur: *Quodq;*
 omnes reges & magnates in cineres rediguntur. Vbi Ale-
 xander magnus? vbi tot monarchæ, principes & tyranni?
 Sunt cineres. Vbi tot Sapientes, Philoſophi, Oratores, Poë-
 tæ, Græci, Latini, Barbari? Sunt cineres. Vbi tot populi alio-
 rum victores, tot trophæis clari? Sunt cineres. *Pſalm. 81. Vos Pſal. 81.*
ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis.
 Et vt eleganter dixit Etrufcus Poëta ſermone & rythmo
 vulgari, Petrarcha, triumpho di morte, cap. 1. *Petrarc.*
Tui tornate a la gran madre antica.
E' l'nome voſtro à pena ſi retrous.
 Lactantius diuinarum inſtitutionum libr. 2. cap. 11. Homi-
 nes ortos eſſe de terra illud Virgilianum fati aperit.
Ferrea progenies diuis caput extulit aruis. *Virgili.*
 Habetur apud eundem Georgicorum libr. 2. poſt medium.

Ferrea progenies. Sic enim in textu legitur. i. dura ad laborem sustinendum. Vnde homines nati, durum genus, sed melius dicitur Terrea progenies, ut Lactantium legitur. se certum est. Aufonius in Heroum tumulis 17.

*Aufoni⁹
in He-
roū tu-
mulis 17.*

Ductores quondam puluis & umbra sumus.
Ante quem & Horatius carminum lib. 4. ode 7.

*Horat.
li. 4. ode*

*--Nos ubi decidimus
Quod pius Aeneas, quod Tullus diues & Ancus.
Puluis & umbra sumus--*

*7.
Basilius.*

D. Basilius magnus homilia in dictum illud Moscos: At tēde tibi ipsi. Mortalis enim tu, quippe terra es, & in terrā abibis, Qui inter eos numerati sunt, quos prae te splendor confimilis opum & dignitatum exornabat: hos tu mihi circumspice diligenter. Vbi iam dic, qui ciuitatum magistratus amplissimos capebant? Vbi nam inexpugnabiles illi atque inuicti Rhetores? Vbi item qui praclarē adeo statuerūt ac benē meriti sunt de publicis istis cōuentibus? Quo abierunt illustres Hippotrophi? hoc est, equorū nutritores. Vbi duces sunt exercituum? Vbi satrapae? Denique tyranni quō concesserunt? Non omnia puluis? non sunt in fabulam versa omnia. Memoria vitā in eorum in quā paucis ossibus retinetur? in horum sepulchra despecte parumper oculos. Possē ne te speras discernere inter famulum & dominum, inter pauperem & ditē? Discerne si qua superit vis discernendi inter vincitum & eum à quo vincitū erat, Regem, inter robustum & debile, inter eleganti quōdam forma praeditum & deformem. Memor igitur naturae, quando eleuere in superbiam, fueris utique tū ipsius memor, si tibi ipsi attenderis, haec ibi Pindarus Pythiorum hymno. 8. *οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἀνὴρ ποσειδωνοῖ.* Umbrae somnium, homines sunt. Merito sic dixit. Quid umbra fugacius? quam si persequaris, aufugiet, nec comprehendes: Quid somnio vanius & minus consistens? Quid somnio umbrā instabilis? Cōsonat illud Iob 14. *Homo natus de muliere breui viuens tempore fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Sabelli. *Sabelli.* *Encad.* *Platina* *10. li. 10.* *Celest.* *Brenia-
rio chro.
1493.* *nis scribit, Anteire crucis simulachrū principes antistites, nec crucē modō, sed vas etiam aurēū terra refertū: ut haec inspecta euntē suā admoneat mortalitatis, illa dominica passionis. Narrat Platina, in Celestino tertio, legitur quoq; in breuiario magnorū chronicorū, anno 1493. Nurē-berge, in magnis foliis impresso: De Saladino Saracenorū rege*

rege Aegypti, qui Hierosolymā à Christianis regibus, abstulit: & de ea triumphauit; cui nihil ad summam defuit laudem nisi Christiani nominis character, qui moriēs tandem mandauit in sui funeris trophaum tale ante corpus suū deferri spectaculū, videlicet pannū nigrū in lācea suspesum, Platina, vocat interiorē tunicā, p̄conē clamāte, Saladinū Asiā domitorē & dominatorē, ex tāto regno, tātisque opebus nihil aliud secū ferre. Et nūc reges intelligite, & cristas deponite. Memēto ergo quia cinis es. Narrat Herodotus pater historię dictus, lib. 2. Aegyptiis conuiuīs circūfertur mortuus ē ligno factus, & ostēditur cōuiuis, ac dicitur, in hunc intuens, pota & oblectare, talis post mortē futurus. Aufonius carmine, septem sapientum sententias comprehendit, Chilo Lacedaemonius ibi sic dicit.

*Herodo-
tus lib. 2.*

*Aufoni⁹
in car.*

Vitae memor mortis, uti sis memor & salutis.

Sunt qui referāt quod cū apud Cōstantinopolim Imperator aliquis crearetur, Lapideq; ad eū venientes & varias eis marmorū crustas ostēdētes, ab eo sciscitabātur, ex quo potissimū illorū marmorū genere, vellet sibi incidi sepulchrū: ita immoderatam animi efferuescentiā, ex noua dignitatis accessione mortalitatis admonitione repērantes. Habetur in vitis patrū ex Leontio episcopo Neapolitano, in vita Ioānis eleemosynarij c. 123. sic ut Latine ex Gallico reddidi, quod ex Latino in Gallicū conuersum fuerat, cū olim coronaretur Imperator, sepulchrorū cōstructores aut, ad eū deferebant marmoris frusta, varij coloris: inquirētes ex quo sibi vellet Mausoleum cōfici, quo ritu suae mortalitatis admonebatur, & ut curā haberet animae suae, atq; prudēter imperiū administraret, regeretq; , ob oculos ei proponebatur. Quod S. Ioā. eleemosynarius patriarcha sibi imitādū constituit, ut mox dicitur. Simili ratione Romanē Pōtifex designatus inter varias populi acclamaciones adsunt qui leuem stuppā ante illum cōburentes dicāt, Pater sancte, sic trāsit gloria huius mundi. Agapetus diacopus sanctissimae dei magnae Ecclesiae, ad Iustinianum Imper. expositione, capitū admonitoriorū §. pen. Fastuosus, inquit, & superciliosus homo, ne ut taurus alticornis (gracē habetur *μὴ ὡς ταύρος ὑψίκορος*), eleuetur: sed animaduertens carnis subsistentiā, sedare debet cordis elationē. Nam etū factus est princeps in terra, ne tamen ignorēt sese ortū ex terra, quū ex puluere ad solū descendere, atq; in puluerē tandem descendere possit. Haec ille. Obserua quod ex

*Agapet⁹
lib.*

sanctis patribus, aliqui toti erant in mortis consideratione. *Marull.* rullus. li. 5. c. 6. de mortis meditatione, Philoromū Galatam
li. 5. ca. 9. presbyterū tradit Heraclides annos sex in sepulchris habi-
Pallad. tuū & vivere Christo. Idē ferē de illo scribit Palladius in
lausiaca Lausiaca historia vit. 113. Marull. loco precitato profert e-
hist. vlt. xēplum de S. Ioan. eleemofynario, de quo fusē Surius tom.
113. 1. in eius vita ex Symeone Metaphraſte. Et Leōtius episcopus
Sari^o to. Neapolit. in vitis patrum in vita Ioan. eleemofynarij
1. in Ioā. c. 123. eadē recitat quē Metaphraſtes, vt mortis memoriam
eleemo- semper haberet presentem, iubet sibi extrui monumētum,
syn. vita. ei aut finem non imponi, sed semiperfectū sic relinqui, de-
 inde eos qui præfecti erant operi, cum esset festū aliquod
 insigne, in cōspectu omniū apertē dicere, Monumentū tuū
 in hodiernū vlt; diē est imperfectū, domine, iube ergo vt
 id finē accipiat. Incertū est enim qua hora fur ingreditur,
 nempe Mors. Ergo horū exemplo cogitemus mori, & nos
 cineres esse meminerimus. Philosophi etiā ipsi frequenter
 animo verfabant se se morituros, à quo non abludit quod
 Cicero Tusculanarū quæst. lib. 1. scribit tota philosophorū
 vita (vt ait Socrates) cōmentatio mortis est. Et Diogenes
 Laërtius in vita philosoph. li. 9. de Democrito sic. Sæpe so-
 litarius viuens atque etiā sepulchra incolens. Sicut cineres
 prunas fouent & tegunt ne ignis extingatur, sic mortis
 memoria ignem in nobis conseruat diuini amoris. Cineres
 licet sericis inuoluti, & bysso cooperti nō minus tamē
 sunt cineres, quā qui vili cilicio & sacco includūtur, *Simul*
in vnum dimes & pauper, (vt loquitur Psalmista) hic & ille
 sunt cineres & veluti in Latruncolorū ludo varia sunt in-
 strumentā diuersis distincta nominib. & gradibus, vt (verbi
 gratia) Rex, Regina, Equites, Pedites, & sic de similib. & tā-
 tis per dū durat lusus, alterum alteri præstat & amplius va-
 let, in fine aut permiscetur omnia, & absq; vilo delectu in
 sacco reponūtur vel pixide, nihilq; interest: hoc vno ex-
 cepto, q̄ maioris pōderis & grauiora, eō citius in profun-
 dū delabūtur. Ad hunc planē modū alij sunt principes, alij
 subditi, alij quidem nobiles, alij autē ignobiles & plebei, j,
 fatui alij, sapientes habiti reliqui. Sed decurso præsentis
 vitæ stadio, omnes ex æquo in foueam vel sepulchrum de-
 ponuntur, & *potentes potenter tormenta patientur, & fortiori-*
bus fortior instat cruciatio, Sapient. 6. & quō diuitiis magis
Sap. 6. onusti, eō velocius ad inferni profundum & ima barathri
 descen-

descendent, quod euaderēt vitarentque si se morituros re-
 cogitarent, & ex animo poenitentia agerēt. Deut. 32. *Gens Deut. 32*
absque consilio & sine prudentia vitam sapient & intelli-
gerent, ac nouissima prouiderent. Hier. 22. Terra, terra, terra, *Hier. 22.*
audi sermonē Domini, hoc est verbū Dei, De terra sumptus
 es, de terra viuis, & in terram ibis, Gene. 3. *Donec reuertaris Genes. 3.*
in terram, de qua sumptus es. Ex terra facti, terra alimur, in-
 tra terrā mortui excipimur, Eccle. 40. *Iugū graue super filios Eccle. 40*
Adā à die exitus de ventre matris eorū vsque in diem sepultura
in matrem omnium. Iob 1. *Nudus egressus sum de utero matris Iob 1.*
 & nudus reuertar illuc, hoc est, in vterum matris cōmunis,
 scilicet terræ: quæ mater est omniū secundū corpus. *Liuius*
 Liuius author Romanæ historiæ lib. 1. Brutus ex industria factus
 ad imitationē stultitię, Oraculo reddito Tarquiniis. Imperium
 Romæ habebit, qui vestrum primus è Iuuenes osculū
 matri tulerit. Ille velut si prolapsus cecidisset, terrā osculo
 contigit, scilicet quod ea cōmunis mater omnium mortali-
 um esset. Hęc Titus Liuius. Lucanus lib. 7. de bello ciuili.

--Capit omnia tellus,

Qua genuit:--

Ouidius lib. 1. Metamorphosewn.

Magna parens terra est, lapides in corpore terra,

Ossa reor dici, iacere hos post terga iubemur.

Deucalion & Pyrrha eius coniunx ab oraculo mandatum *Lucanus*
 hoc acceperant. *lib. 7. de*
bello ciuili

Ossa que post tergum magna iactate parentis,

Et iussos lapides sua post vestigia mittunt.

Terrea progenies, dixit Virgilius, (vt supra citauimus) Ci-
 cero Tusculanarum lib. 3. Euripidis carmen citat: *Cicero*
Tusc. 3.

Reddenda est terra terra.

Phociliadis illud est:

Ζῶμα γὰρ ἐν γῆνι ἔχομεν ἢ πᾶν τὸ ἐστὶν αὐτῆς,

Δυσίμωτοί ἡμῖς ἐσμεν. id est,

Corpus verō ex terra habemus: & omnes in eam resoluti,
 puluis sumus. D. Greg. Nyssenus lib. de beatitudinibus ex-
 plicans illud, Beati pauperes spiritu, &c. *D. Greg.*
Nyssen,

quid homo estis qui splendidus de nobilitate humana loquitur, ex luto ge-
 neratam naturam esse dicit (nempe Moyſes) atque nobilitas
 & splendor superbi cognationem cum latere habet. Et
 nō erubescis terrea statua, mox puluis futura, qui in modū
 bullæ breui duraturum in te tumorē continet, te superbia
 repleti, saltu tumere? vano spiritu atque cogitatione mēte
 inflatam *libro de*
beat. Mo
ses sancti,
proph.

inflatam habere: an non respicis ad vtrumque vitæ humanæ terminum, vnde & initiū sumat, & in quid desinat? Verum superbis; ac iactas te nomine iuuentutis, & ad florem ætatis respicis, & gloriaris, & tibi places propter decorem, & pulchritudinem, quod tibi manus supra modum vigeant ad motum; quod celeres & veloces ad saltum sint tibi pedes, quod capillus ventis diffundatur, quod lanugo maxillas distinguat, quod tibi vestis purpuræ tinctu supra modum florida sit, quod panni tibi serici sint, ad ista respicis, te ipsum verò non intrueris? Ostendā tibi tanquam in speculo, qui sis & qualis sis. Non vidisti in loco publico sepeliendis hominibus destinato, naturæ nostræ mysteria? Non vidisti ossiū, aliis super alia temerè abiectis, congeriem? Caluaritas carnis nudatas, terribilē quendā ac deformem aspectū exhaustis oculis præbentes? Vidisti ora, reliquaque membra diuisa atq; dispersa? Si illa vidisti, te ipsum in illis spectasti. Vbi signa præsentis floris? Vbi coloris bonitas in genis? Vbi flos labiorū? Vbi oculorū pulchritudo sub vallo protegimentoque superciliorū elucens? Vbi rectus nasus in medio genarū pulchritudinis collocatus? Vbi ad ceruices vsq; demissa coma? Vbi circa tempora cincinni? Vbi sagittariæ iaculatriciq; manūs? Equitatores pedes? Vbi purpura? Vbi byssus? Vbi paludamentum? Vbi baltheus? calcariæ? equus? cursus? omnia, per quæ nūc tibi factus augetur? dic, vbi hæc, quorū nomine nunc animos tollis & superbis, magnosque tibi spiritus sumis in illis? quod somniū adeo vanū & non subsistēs? Quæ nam ex somnio talia visa? quæ umbra adeo tenuis tactum subterfugiens, vt iuuetutis somniū simul & apprensus & protinus præteruolans? Hæc ad eos, qui in iuuentute propter ætatis robur imperfectū minus sapientiam, à me dicta sunt. Hactenus diuus Gregorius. Scriptor quidam

Popelinie Gallicus dictus *la Popelinie* lib. 2. de tribus mundis fol. 17. ait Mexicanos instar Thracum natales filiorū lugubres hæcè lib. 2. bere & celebrare: deinde maxillis infantium calcis frustum de tribus mundis. immittere, eo ipso significantes in puluerē eos conuertendos. In speculo exemplorum distinct. 6. §. 77. Ex Cæsario, in *Spec. exē pl. di. 6. §. 77.* Confluentia fuisse carnificæ siue laniū, vt ego interpretor, in officio suo probū satis, narratur: hic cum tēpore quodā tertia feria ante cineres totam pœnē noctem in cōmestationibus expēdisset, mane quasi ad abluendas carnes cum quodam suo collega tabernā intravit. Cūque ad officiū missæ pulsaretur, & fideles ad Ecclesiā confluere, necnon ex ea

ex eadē taberna: iamque foli hi duo illic remanētes porarent, ait alter carnifici. Certè diu minus expectauimus. Eamus ergo ad Ecclesiā propter sacros cineres: Cui ille mysterium cinerū irridendo respondit: sed ego dabo tibi cineres, & tu mihi: tollensque cineres de latere iactauit super caput eius: ecce mox pœna irrisionis subsēcuta est. Nā statim circa caput & faciē tātum sensit puluerē, ac si follihus ei insufflaretur. Cūque territus clamaret, tantum ore cineres hausit, vt pœnē suffocatus fuisset, accurrerūt multi plagam tam mirabilem videntes. Ductus est in proximam insulam, in qua non puluis sed gramen erat, sed nihil ei profuit in pomerio, in solario, neque in aliquo loco à turbine cinerum se defendere poruit, à quibus tandem suffocatus pœnam irrisionis soluit. Hæc ibi.

Pater tuus qui videt in abscondito, &c. A Græcis appositissima cōpositione dicitur, *ναπηδωγρός*, *Qui corda nouit*, Act. 1. *1. Tu Domine qui corda nosti omnium.* 1. Reg. 16. *Homo videt ea* 1. Reg. 16 *qua patet, dominus autē intuetur cor.* Heb. 4. *Nō est vlla creatura* Hebr. 4. *inuisibilis in conspectu eius, omnia autē nuda & aperta sunt* oculis eius. Psal. 7. *Scrutans corda & renes Deus.* 1. Paralip. 28. *Psal. 7.* *Omnia corda scrutatur dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit,* Hieronym. 11. *Tu autē domine sabaoth, qui probas* Hero. 11. *renes & corda.* Psal. 43. *Ipse enim nouit abscondita cordis.* Hoc *conferans Ioseph* Gen. 39. *Semotis arbitris, coactus à domina* Gen. 39. *vt dormiret cū ea, noluit illi cōmisceri.* Itē *Sufanna Danielis* 13. *Legitur in catalogo sanctorū, quem scripsit Petrus de* Petr. de *natalib. Alexadriam, quæ tantæ pulchritudinis exitit: vt amatores* li. 9. c. 38. *eius, præ zelo, litibus inter se confertis, eius limina sanguine replerent. quod audiens Paphnutius abbas, sumpto seculari habitu, & solido aureo, profectus est ad eā: deditque ei solidū quasi pro mercede peccandi. Cūque camerā secum ingressus, lectū pretiosum ascendere inuitaretur: interrogauit si esset secretius cubiculum, quod nullus ingrederetur. Quæ duxit eū in interiorem cellam, dicens quod nemo illū ibi videre posset, nisi solus Deus: Interrogatq; à patre, an sciret esse Deū, Respondit quod sciebat Deū, & futurū seculum, & tormenta peccatorū. quam senex interrogauit iterū, si hæc esse nosset, cur tot animas hominum suamque perderet: Quæ mox cōpuncta ad pedes eius procidit, & pœnitentiā postulauit: quā & adimpleuit. Magnum fuerit à peccando dehortamentum hoc sibi proponere, nō posse*

posse nos Dei oculos effugere, & quantumuis latitare vo-
 Hier. 29. *luerimus, Pater noster ipse iudex & testis*, Hier. 29. *Vider in*
Val. li. 7. abscondito. Valerius maximus lib. 7. c. 2. de sapienter dictis
 cap. 2. Thales interrogatus an facta hominum, Deos fallerent.
 Nec cogitata (inquit) vt non solum manus, sed etiã men-
 tes puras habere vellemus: Cum secretis cogitationibus
 nostris celeste numen adesse credidissimus, *καρδιον νόστρον*
 Laërtius d. *διδος.* Idem, Laërtius in eius vita lib. 1.
 lib. 1. *Reddet tibi.* Nullũ bonum inremuneratũ manet, vt dicit
 Theologi. Hebr. 6. *Non est iniustus Deus vt obliuiscatur operũ*
vestri. Reddere est actus iustitiã 2. Timothe. quarto. *Repo-*
sita est mihi corona iustitiã, quã reddet mihi dominus iustus iu-
dex. *ἀποδοσὴς σοὶ ἐν τῷ ῥῆματι.* Reddet tibi etiã in propatulo
 & publicẽ, Psal. 36. *Revela domino viam tuam, & educet quasi*
lumen iustitiã tuam & iudicium tuũ quasi meridiem. Reddet,
 ergo meriturum est ieiuniũ Christianum, quia redditur
 merces, & imputatur secundum meritum, vel debitũ, nepe
 ex pacto: vt disputat Paulus Rom. 4. Lindanus; Panoplia
 Rom. 4. *Euangelicã* lib. 3. c. 20. expendens hæc verba, 2. Timot. 4.
 Lindan⁹ *Quã reddet mihi dominus.* Sanẽ non reddet, *ἀποδοσὴς* retri-
 buet atque remunerabit nisi pro meritis, quod eius vox
 Panoplia *Euãg. li. 3. ca. 20.* *ἀποδοσὴς* expressius loquitur quã vt cõmentario habeat
 2. Ti. 4. opus. *Quod cùm Atheniẽses in illa cũ Philippo Macedone*
de Haloneso contentione, prudenter intellexerint, qui eã
illis ἀδιδναί, ἢ ἀποδιδναί dare nõ reddere volebat. Mirũ,
 ni & nos in re multò maxima hoc discriminis putem⁹ ob-
 seruadũ, aut oscitanter dissimulandũ. Libanius argumento
 in orationẽ de Haloneso scribit. Halonesus cùm antiquit⁹
 de Halo- Atheniẽsũ esset Philippi tẽporibus, à latronib⁹ tenebatur,
 neso. quibus Philippus eiectis, repetentibus Atheniẽsibus insulã,
 Demost. Nõ reddit, quod suũ esse dicat, petẽtib⁹ eã se daturũ pol-
 licetur. hæc oratio nõ videtur esse Demosthenis (ait) sed
 Hegesippi oratoris suadentis vt Halonesum nõ accipiant
 sed recipiãt, & controuersia nominis torquetur. Hęc Liba-
 nius. Habetur inter opera Demosthenis oratio de Halo-
 neso. Philippus (ait orator ille) auspicatur epistolã ab Ha-
 loneso, eãmq; quum suãsit, se vobis donare dicit: vos verò
 iure eã repetere negat, quã dũ vestra esset, neque cõperit,
 neque nũc teneat. Ad nos etiã cùm legatione apud eũ sun-
 geremur, in hunc modũ verba fecit, Se insulã hanc latroni-
 bus ereptã occupasse: equũ esse igitur vt ea sua sit. Nec hoc
 eũ præterit, scilicet per vtrũque nomẽ vtro vti malueritis,
 vos in

vos insulam habituros, siue accipiatis, siue recipiatis. Quid
 igitur eũ mouet quo minus iusto vocabulo vsus, vobis re-
 stituat, sed iniusto, dono det: Eius epistolã quã ad vos dũ
 Amphipolim obsideret misit, oblitus est, in qua confiteba-
 tur Amphipolim esse vestrã, & promittebat si expugnasset
 eã se vobis redditurũ, vt quã vestra esset, nõ eorũ qui tum
 tenebant, teneri enim possunt etiã aliena, & nõ omnes qui
 tenent, sua tenent. Nam multi etiã aliena possident. Quia
 merces maximũ est illectamentum, vt patet Psal. 118. *Incli-*
Psal. 118.
naui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retribu-
Gene. 15.
tionem, & Genes. 15. Ego merces tua magna nimis, & Hebr. 11. Heb. 11.
Moses magis elegit affligi cũ populo Dei. Aspicebat enim in re-
mumerationẽ. Ideo pollicetur Christ⁹ quod pater reddet ti-
 bi in propatulo. Non perdes mercedẽ. Merces (ait Varro *Varro de*
de lingua Latina lib. 4. duobus in locis, & lib. 7.) à mercedo *lingua*
 & ære dicitur. Merces appellatur in scripturis. *Matt. 5. Mer-*
ces vestra copiosa est in cœlis, 1. Cor. 7. vnusquisque propriã mer-
cedem accipiet secundũ suũ laborem. Theologi dicũt, præmiũ *Matt. 5.*
 correspondere merito. *Eccle. 16. Omnis misericordia faciet lo-*
Eccl. 16.
cum secundum meritũ operum suorũ, Hebr. 13. Talibus hostiis Heb. 31.
promeretur Deus. Opera ergo in gratia facta sũt meritoria.

Nolite thesaurizare. Omnis thesaurus aut est ex metallis,
 aut ex vestimẽtis, aut ex lapidibus pretiosis, metallũ ergo
 demolitur, vestimentũ autẽ tineã. Gemmas & lapillos pre-
 tiosos fures auferũt, *Iac. 5. Aurũ & argentũ vestrũ arugina-*
Iac. 5.
uit, & arugo eorũ in testimoniũ vobis erit. Ibidẽ vestimẽta ve-
 stra à tineis comesta sunt. *Iob. 13. Quasi vestimentũ quod co-*
Iob 13.
meditur à tineã. *Eccle. 4.2. De vestimẽtis procedit tineã.* Marga-
 ritũ, rubigine nõ obducitur, neq; à tineã corroditur, tamẽ
 à furibus cõpilatur, & momento breui aufertur. In terra,
 ne thesaurizemus, quia *Nõ habemus hic ciuitatẽ permanẽtẽ,*
sed futurã inquirimus, Heb. 13. Nihil intulimus in hũc mundum Heb. 13.
haud dubiũ quòd nec auferre quid possum⁹. 1. Tim. 6. *Iob. 1. Nu-*
1. Tim. 6.
mus reuertar. *Quẽ sursum sunt sapite, nõ quã super terram.* *Iob 1.*
 Nemo prudẽs in exilio potiusquã in patria thesaurizaue-
 rit, vnde exiturus est, quomodo potius thesauros sibi co-
 acervabit quã in solo natali, vbi firmã sibi sperat futuram
 mãsionẽ: Hoc intuitu, totus deditus cõtẽplationi Anaxago-
 ras Philosph⁹, vt refert Diogenes Laërtius de vitis Philo-
 Diogen.
 sophorũ li. 2. dixit. Cùm tot⁹ ille esset in speculatione Reip. *Laërtius*
 & priuatẽ omnino negligẽs: dicẽti cuidã, Nullãne tibi pa-
 lib. 2.
 triũ cura est? Mihi vero (respõdit) patriẽ cura & quidẽ summa
 est: digi

est: digitum in cœlum intendens. *Nostra conuersatio in cœlis*
Philipp. 3. est, Philipp. 3. Sulpitius de transitu S. Martini refert, Oculis
Sulp. de ac manibus in cœlum semper intentus, quum rogaretur vt
vita S. corpusculum lateris mutatione releuaret, respondit, Sini-
Mart. te me fratres cœlum potius respicere quàm terram, vt suo
Luc. 5. iam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Luc. 5.
 Christus Simonem rogauit vt à terra reduceret pusillum,
 cui & dixit, *Duc in altum!* Quod ad propositum facillè ac-
 commodabitur: Quatenus in cœlo thesaurizemus, non in

Horat. li. terra quam velis nolis te relinquere oportet, vt etiam ce-
2. carmi. cinit Horatius lib. 2. Carminum ode. 14. Sic.

ode 14. Linqvenda tellus, & domus, & placens
Vxor, neque harum, quas colis, arborum,
Te, prater iniuias cupressos,
Vlla breuem dominum sequetur.

2. *Cor. 12* Sed dices, Annon licet thesaurizare? Respondeo dicit Apo-
 stolus 2. *Cor. 12. Parètes thesaurizant filiis, si modo licito fiat*
Psal. 61. fas esto, ea lege vt si diuitia affluant, cor non apponant, congre-
Iuriscon: gantur opes. Psalm. 61. Nec iterim pauperes negligant. Quid
leg. 31. sit thesaurus explicat Iuriconsultus lege. 31. D. de acquire-
D. de ac- do rerum dominio, sic: Thesaurus est vetus quædã depoli-
 quirendo rio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum
rer. dom. non habeat. Item lege vnica C. libro. 10. de thesauris, Leo

imperator interpretatur thesaurum. i. condita ab ignotis
 dominis tempore vetustiori mobilia, cuius inuentionem
 (ibidem) vocat Dei beneficium. Pecuniam terra condere
 custodiæ causâ, non est satis tutum ac securum, eius enim
Eccli. 41 furtum fieri contingit sæpè, & est omnino inutile, dicente
Mat. 25. scriptura *Eccli. 41. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus*
qua vtilitas in vtriusque? Matth. 25. arguitur seruus malus &
 piger, qui acceptum à domino talentum abiens fodit in terram,
Mat. 19 & abscondit pecuniam domini sui, &c.

Theaurizate in cœlo, &c. Mat. 19. da pauperibus, & habe-
bis thesaurum in cœlo. Hic verus & magnus est thesaurus,
 Petrus erga pauperes propter Christum liberalem se prestare. D.
Chrysol. Pet. Chrysol. ser. 8. de ieiunio & eleemosyna sic scribit: The-
 saurus cœli est manus pauperis: quod suscipit, ne in terra
 pereat, reponit in cœlum. *Theaurizate* (inquit) *vobis the-*
saurus in cœlo. Manus pauperis est gazophylacium Christi:
 quia quicquid pauper accipit: Christus accipit. Da num-
 mum vt accipias regnum. Da micam vt accipias totum. Da
 pauperi vt des tibi. Quia quicquid pauperi dederis, tu ha-
 bebis:

debis: quod pauperi nõ dederis, habebit alter. Clamat Deus,
 Misericordiam volo. Qui quod vult Deus Deo negat, à
 Deo sibi quod desiderat, vult negari. Misericordiam volo.
 O homo petit Deus, sed tibi non sibi. Humanam miseri-
 cordiam petit, vt largiatur diuinam. Fratres quod est ter-
 ris ver, hoc misericordiã scimus esse ieiunio. Quod oleum
 lucernæ est, hoc ieiunio pietas. Sicut lucernæ lumen olei
 pinguedo succendit: sic pietas faciat splendere ieiunium.
 Quod dici sol est, hoc eleemosyna notatur esse ieiunio.
 Ac ne multis immerer, quod est anima corpori, ieiunio
 largitas hoc habetur. Sicut enim mortificatur corpus, à
 corpore anima cum recedit: ita mors est ieiunij largitatis
 abscessus. Est quidem ieiuniũ, vitorũ mors, vita virtutum,
 est ieiunium robor mentium, vigor animarum, est ieu-
 nium castitatis murus, pudicitia propugnaculum, schola
 meritum, disciplinarum disciplina. Sed in his virtutibus
 ieiunium tunc viget, tunc vincit, tunc triumphat: cum d u-
 ce misericordia pugnat. Misericordia & pietas sunt a lae
 ieiunij, per quas tollitur & portatur ad cœlum: sine quibus
 iacet & voluatur in terra. Ieiunium sine misericordia si-
 mulachrum famis est: imago nulla est sanctitatis. Sine pie-
 tate ieiunium occasio est auaritiæ: quia quantum siccita-
 tis in corpore tantum tumescit in sacco. Ieiunium sine
 misericordia non est veritas, sed figura: vbi autem miseri-
 cordia ibi & veritas: probante propheta cum dicit, *Miseri-*
cordia & veritas obuiauerunt sibi. Ieiunium sine miseri-
 cordia non est virtus sed hypocrisis, dicente domino, *Vos au-*
tem cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ & tristes. Hæc Chry-
 sologus. *Theaurizate ergo,* dando pauperibus, vt celebri &
 Ecclesiastica edocemur historia. Gregorius Turonensis
 historiae Francorum lib. 5. §. 19. & Paulus diaconus de ge-
 stis Longobardorum lib. 3. c. 5. Iustinus Imperator Cõstan-
 tinopolitanus omni auaritiæ deditus arcas ferreas iussit
 fieri, in quas ea quæ rapiebat talenta congescit: iusto Dei gestis Lũ
 iudicio, amens effectus est. Hic Tiberium Casarem aſciuit, *Job. li. 3.*
 sapientem & eleemosynarium quem, quum multa de the-
 sauris erogaret pauperibus, Sophia Augusta, increpabat
 quòd Remp. sic in paupertatem redigeret & fiscum exhaurirer. Qui respondit, Non deerit fisco nostro: tantum pau-
 peres eleemosynam accipiant, aut captiui redimantur. Hic
 est enim magnus thesaurus dicente domino, thesaurizate
 vobis thesauros in cœlo &c. Ergo de quo deus dedit, con-
 gregemus

gregemus per pauperes in celo: vt dominus nobis augeat dignetur in alio saeculo. Idem Paulus vbi supra cap. 6. prosequitur narrans, quod dum hilari distributione pauperibus opem praestat, magis ac magis ei dominus subministrat. Quadam die ambulans per palatium vidit in pavimento domus tabulam marmoream in qua Crux dominica sculpta erat, & ait. Cruce Domini frontes signare debemus, & ecce sub pedibus nostris eam cōculcamus. Ad hoc (yt istud obiter attingamus) facit, Lex vnica: Nemini licere signum saluatoris Christi humi, vel in silice, vel in marmore, aut inculpere, aut pingere, lata ab Imper. Christianis Theodosio & Valentiniano. Et 6. synodus celebrata in trullo, Canone 73. Crucis figura ne in pavimento fiat cauetur his verbis: Crucis figuras quae à nonnullis in solo ac pavimento sunt, omnino deleri iubemus: ne incedētium conculcari, & victoriae trophaeum iniuria afficiatur. Qui secus fecerit excommunicari decernimus. Tiberius itaque iussit tabulam praedictam auferri. Cum leuaretur inuenerunt aliam, simili modo signatā: cumque & illam subleuari iussisset, apparuit tertia, iussuque eius & haec auferretur: & inueniunt magnam thesaurum habentem supra mille auri centenaria. Ex quo thesauro pauperibus adhuc abundantius, yt consueuerat, subministrat: nec ei dominus aliquid deficere permittebat, pro bona voluntate sua. Item Narses patrius Italiae multos thesauros habens, venit Constantinopolim, defodit thesaurum, multa millia cōtenariorum auri & argenti continentem, ibique interfectis consciis vni tantummodo seni per iuramentum, condita commendauit, defunctoque Narsese, ille senex ad Tiberium venit praedicta reuelans. Misit illic pueris suis thesaurum repositum ad se deportari iussit. Ex hoc ille amplius hilarij erogatione dispensauit egenis. Sic thesaurizandum. Mirum quāto plus dat & liberalius dispergit, tanto copiosius congregat & recipit cum faenore à domino 2. Cor. 9. *Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.*

Surius Vbi thesaurus tuus &c. Surius to. 3. de S. Antonio à Padua. to. 3. de In vsurarij cuiusdam exequis, vir Dei concionaturus thematis loco accepit, *Vbi thesaurus tuus*, in concione ait. Mortuus est hic diues, & sepultus est in inferno. Ire ad thesaurū eius, & in illius medio inuenietis cor eius. Corpore iam humato, abierunt hominis parentes & amici, & cor adhuc calidum

calidum in medio nummorum eius inuenerunt. Vulgò dicitur ex philosophia, Anima verius est vbi amat quā vbi animat. Suetonius Tranquillus in Caio Caligula, refert c. *Suetoni* 42. contrectandae pecuniae incensus cupidine, saepe super in Caio immensos aurocorum acervos, nudis pedibus spariatus, & *Callig. l. c.* toto corpore aliquādiu volutatus est. Quo exemplo patet 43. similes, opibus congerendis inhiantes, & ad rem vt dicitur audiores, ibi defixum habere cor suum, vbi conditum habent thesaurū suum, vnde vix ac ne vix quidem auelli possit. De talibus thesaurizantibus dicitur Luc. 11. *Stulte hac Luc. 12. nocte animā tuam repetunt à te, quā autem paraui, cuius erit?* Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Contra monet Paulus 1. Tim. 6. *Nō sperare in incerto dititiarum, 1. Tim. 6. sed diuites fieri in bonis operibus.* thesaurizare sibi fundamentum bonum, in futurum, vt apprehendant verā vitam, hoc est thesaurizare in celo nō in terra, quatenus terra distinguitur contra caelum, & caelum opponitur terrae. Exempla eorum quorum animus erat in spiritualibus, vbi thesaurus, ibi & cor ipsorum. Quod visibilibus paruit miraculis & prodigijs. Legitur in breuiario chronicorū magnorum supra citato, & in Italiae descriptione F. Leandri, lingua Italica, recitat quoque Ludouicus Granatenis, concione 2. in festo S. Trinitatis, Clara virgo deuota, ordinis eremitarum S. Augustini, circa annum 1299. in oppido Montisfalconij, in ducatu Spoletano: multis extitit decorata meritis & miraculis. Ea defuncta (rem miram sed verā narro) in eius corde crucifixi imago aperta, visa est: cum ipsius passionis insignibus, in quo etiam tres lapilluli eiusdem ponderis inuenti sunt: Eminentissimum sanctitatis indicium, de nullo alio sancto lectum vel reperiū. Quia nimirum viuens in maxima habuerat veneratione passionis, & *Mar. Po. sanctae trinitatis mysterium: cor eius tres globulos, & Ionis in passionis dominicae instrumenta descripta habuit: hic erat chronicorū, thesaurus eius, ibi & cor.* Martinus Polonus in suo chronico *Petrus de co,* Petrus de natalibus in Catalogo sanctorum & Baptista natal. in Mantuanus de sacris diebus lib. 2. concorditer scripserunt *catalogo de S. Ignatio sub Traiano Imper. martyrio coronato. Hic sanctiorū semper inuocabat nomen Iesu: interrogatus cur id faceret, & Bapt. post mortem experiri volentes, dissecō & minutatim diuiso eius corde, in singulis particulis, aureis literis scriptum nomen Iesu inuenerunt? Iesus erat thesaurus ipsius, l. c. lib. 2.*

ibi & cor. Sic Mantuanus cecinit.

--Hic à lictore rogatus,

Cur totiens in tormentis clamaret Iesum:

Nomen id inscriptum cordi sibi saepe relabi

Dixit in os, id post fatum perquirere lictor

Nixus, in exæcti conspexit vulnere cordis,

Nomen id ex auro ductis splendere elementis.--Hæc ille.

Nam vt dixit Christus ex abundantia cordis os loquitur.

Cicero Tuscularum quæstionum lib. 5. Princeps, inquit ille philosophiæ Socrates dicebat, qualis ipse homo esset, talem ei⁹ esse orationem, orationi autem facta similia, factis vitæ. Hæc ibi, quæ cum ita sint, discamus in cælo thesaurizare, scûdû quod ait Christus, vt ad cælû quoq; peruenire valeamus, ibique æternâ habere mensionem. Amen.

FERIA V. POST CINERES

de Centurione Matth. 8. Luc. 7.



CESSIT ad Iesum Centurio, &c. D. Lucas scribit eum misisse primùm quidem Seniores Iudæorum, deinde amicos, per eos rogans Iesum vt veniret & sanaret seruû eius. At D. Marthæus ex professo, asserit ipsum Ceturionem accessisse, quod sic facile conciliatur. Principiò quidem oratores uisit, morem seruans à multis uisitatû qui dum cõsulere uellēt dominû, per prophetas intermedios, eû adibant.

- 1. Reg. 9. *Olim in Israël sic loquebatur unusquisque vadēs cõsulere deû, Venite, & eamus ad uidentē. Qui enim propheta dicitur hodie, uocabatur olim uidentē.* Ibidē. Saul diuertit ad Samuelem vt sibi indicaret uia, propter quam uenerat, requirens patris sui asinas. Dauid rex, per Nathan prophetâ cõsultuit, vt patet ex libro secundo & tertio regum. Ieroboam per Ahiam prophetâ 3. Reg. 14. Iosaphat rex Iuda dixit ad Achab regem Israël. 3. Reg. 22. *Non est hic propheta Domini quispiã vt interrogemus per eû?* Et adducte est Micheas propheta. Sic Ceturio ex reuerentia producte ex fide, de qua egregiè laudatur à Christo, *Non inueni tantam fidem:* ad Christum seniores Iudæorum vt eum sibi cõciliaret initiò misit: deinde per seipsum accessit, quod expressit noster Matthæus. Adde quod nõ immeritò accessi sic perhibetur, qui pro se alios miserit ex uulgata iuris regula, qui per alium facit, per se facere uidetur, quæ desumpta ex leg. 22. §. 1. de liberali causa. Emeret sic accipiemus, etiã si §. 1. ff. per alium quis emerit, vt puta procuratorē. Suo docet nos exemplo

exemplo per intermedios suffragatores ad deum accedere. Quod piè facim⁹, ex humilitate & animi demissione, indignos nos reputantes præ peccatis nostris: quomodo iste Centurio dicebat, Non sum me dignum arbitratus, qui venirem ad te. Non de Dei beneuolentia ac fauore diffisi, ne sanctorum intercessionē calumnientur hæretici. Hoc modestiam respicit Christiano homine dignam, auctore Prudentio poeta Christiano. Libro *Wpi 7. q. auv. de B. Laurétio.*

Indignus agnosco & scio,

Quem Christus ipse exaudiat:

Sed per patronos martyres,

Potest medelam consequi.

Prudentius libr. *Wpi 7. q. auv.*

Origenes in suo lamento: Incipiam me genibus prosternere, & deprecari uniuersos sanctos, vt mihi non audenti petere Deum, propter nimietatem peccati, succurrant, O sancti Dei vos lachrymis & fletu, pleno dolore deprecor, vt procidatis misericordiis eius pro me misero. Hæc ille. Pro infirmo accessit ad medicum spiritualem: in infirmitatib⁹ nostris primùm medicos animarum euocemus, nimirum presbyteros Ecclesiæ, vt docet D. Iacob⁹ c. 5. *Infirmatur quis in uobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum & oratio fidei alleuiabit infirmum, & si in peccatis sit dimittentur ei.* Rescindenda est prius causa morbi vt citius infirmus conualecat. Confiteatur, & agat penitentiam: & si expediat ei oprata sanitatis cõpos fiet. Extra, de penitentis & remissionibus c. Cum infirmitas, statutum legimus in hunc modum. Cum infirmitas corporalis, nonnunquam ex peccato proueniat, dicente domino languido quem sanauerat: *Vade: & noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat: præcipimus medicis corporû, vt cum eos ad infirmos vocari cõtigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant vt medicos aduocent animarum, vt postquam fuerit infirmo de spiritali salute prouisû, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cum causa cessante cesset effectus.* Non in arte medicorû nimium confidendum, quin potius in infirmitate nostra ad deum recurrédum. *Quod quia Asa rex non præstitit, uariis pedum doloribus tortus, tandem moritur. 2. Paralip. 16. agrõtavit sui regni anno 39. dolore pedû uerbemētissimo, & nec in infirmitate sua quesuit dominû, sed magis i medicorû arte cõsuis est? Mortu⁹ est ergo anno 41. regni sui.*

Origenes in lamento.

Iacobi 5. In decreta. Extra de penitent. & remiss. c. Cum infirmit.

Pro seruo suo rogabat Centurio, Qui (vt ait D. Lucas c. 7.) illi erat pretiosus. Hinc domini, quales se erga famulos

Lucas 7. 16.

Eccli. 33. gerere debeant & vicissim serui quales aduersus dominos liquidò intruuntur. *Eccli. 33.* Si est tibi seruus f. delis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratri cras sic eum tracta. Hoc expellens Centurio, nō expellens è domo sua agrotantem seruū, sed perinde ac fratrem aut filium, humanissimè eum tractauit *Eccli. 7.* Seruus sanctus sit tibi dilectus quasi anima tua, neq; inopè derelinquas illū. *1. Timot. 5.* Si quis suorum, & maxime domesticorum curā non habet, fidē negauit, & est infidelis deterior. Amalechita quidā deseruit & neglexit seruū suū agrotantem. *1. Reg. 30.* quem semimortuum & penè fame cōfectum reperit Dauid: à tribus siquidem diebus non comederat. Hunc refocillauit, eius miseratus. *Seruus viri Amalechita ego sum, respondit ille (interrogatus qui nā esset.)* Verū dixit Salomō *Prou. 11.* Viscera impiorū crudel' a. Nō sic utendum seruis quemadmodum & calceis, qui vbi detricti sūt, abiiciuntur, nec de illis nobis est cura amplius. Serui tamē fracti viribus, nō sunt deserēdi. *M. Crassus*, vt scribit *Erasmus* apophteg. li. 5. de eo sumptū ex *Plutarcho* to. 2. vit. in *M. Crasso*. Putabat seruorū quāsi viuorū tci familiaris organorū p̄cipuè ad dominos pertinere curā. Ecce id quidem *Crassus*, si (vt dicebat) ita sentiebat. Ille magnā seruorū turbam domi aliebat, quorū p̄cipuā agebat curam: dicebat hanc oportere p̄cipuā esse patris familias sollicitudinē, quòd sint rei familiaris animata instrumenta. Idem sentit *Aristot.* libr. 3. *Ethicorum* c. 11. Seruus instrumentum est animarum, & inārunētum seruus inanimus. Ergo quia homines nobis similes, serui non sunt deserēdi, sed quia fideliter nobis inseruierunt, humanissimè, si in nostro obsequio infirmitatem contrahant, & liberaliter veniunt tractandi. Vt crudeliom̄ dominorum frangatur & confundatur inclementia & duritia proponetur ex profana historia *Plut. to.* Atheniensis muli exemplum. Mulus quidam Atheniensis sumptu publico enutritus fuit, vt referunt *Plinius* libr. 8. in *M. Ca.* cap. 4. & *Plutarchus* tomo 2. vitarum in *M. Catone* maiore, & ante ipsos, *Aristoteles* de historia animalium libr. 6. c. 24. Nouissimè verò *Caelius* lectiōnem antiquarum libr. 13. c. 51. *Populus Atheniensis* cum templum in arce edificaret, lecti. ant. quascumque norauit mulas laborum tolerantes, dimisit liberas patere, atque vnā fuerunt liberatarum, vtrò ad opera descendisse, vnāque cum iumentis quæ in arce tractor li. 6. hebant plantia, currense, & praestitāquam adhortantem ea & excitantem. Decretum fecerunt Athenienses, quo

caue

caueretur ne frumentarij negotiatores ab incerniculis eū mulum arcerent. Incerniculum autem (vt istud obiter dicatur) est instrumentum quo frumenta purgātur. Mulum illum vel mulam 80. annis vixisse Atheniensium monumentis apparet, cui publicè sciuit & constituit Pop. vsque ad mortē alimenta, *Plut. to. 3. opusc.* Vita animantium plus rationis habeāt terrestriane, an aquatica? Canem quendam, describit custodem templi *Æsculapij* (*Capparus* vocabatur canis) sacrilegum hominem is prodidit, & donec comprehenderetur, nunquam destitit ei vt alimentum publicè daretur, tum vt Sacerdotibus cura huius perpetua incumberet, Athenienses sciuerunt: Vetus (arbitror) humanitatis in mulum maiorum suorum exemplum sequuti. Nam quū adem centrum pedes ab omni latere patentem, quæ in arce sacra Mineruæ est, *Pericles* moliretur, mulus ob senectam manumissus velut hortator ante plaustra currere solitus: vt aleretur publicè, (quemadmodū annis defectus pugil) populus iussit. Si erga bruta exhibita humanitas & misericordia, rantopere laudatur apud gentes, quantò magis erga famulos nostros (quibus pro obsequiis impensis deuincimur,) misericordia exhibenda erit & benigna, ac liberalis quædam subuentio & cura: Hic occurrit dicendum etiā de fide seruando. *Valerius* maximo lib. 6. *Valerius* ca 8. sub hoc titulo, varia proponit exempla. *Vrbani Pannonionis* seruus cum dominus ad necem quæreretur: cōmutata cum eo veste, illum postico clam emisit, se autē vt *Pannonionem* occidi passus est, vt *Macrobius* *Saturnaliorū* li. 1. cap. 11. idem de illo refert, Antij *Restionis* seruus simile quidpiā fecit, de quo *Val.* & *Macro.* vbi supra. Cum dominus eius proscriptus, à militibus ad mortem quæreretur, in eo seruando mira arte vsus est: amoto domino rogam extruxit: eiq; egentem à se comprehensum & occisum senem superiecit. Interrogantibus deinde militibus, vbinam esset Antius: manum rogo intentans ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis vri respondit: Quia verisimilia loquebatur, habita est illi fides, sicque euant incolumis & saluus dominus mira serui sui fideitate, quæ tamen pessimè tractauerat, & vinculorū pœna coercuerat. Nihilominus tam grauius punitus, cum abundè foret iram remittere, adiecit etiam charitatem. Insigne exemplum de diligendis inimicis, pro sequenti concione. Addit *Macrobius*, aliud serui exemplum, nimirum, *Cepionis* domini sui, qui in

B 4 Augu

Seneca
epist. 4.
lib. 6.

Gen. 39.
Necpho
rus li. 12.
cap. 40.
Xiphilin.
in Angu-
sto.

Augusti necem fuerat animatus: postquam detecte scelerē damnatus est: à seruo ita occultatur, vt seruus exceptus à Centurione, nec pretio, nec minis vt dominum proderet potuerit adduci. Adicit Macrobius & sequentia (quæ ad verbum excerptæ ex Seneca epistolarum li. 6. ep. 47.) Serui sunt; Immo homines. Serui sunt? Immo cõtubernales. Serui sunt: Immo cõserui, si cõsideraueris tantũdem in vtroque que licere fortunę. Sic cum inferiore viuas, quemadmodũ tecum superiorem velis viuere. Noli ergo fortuna homines, asti nare, sed moribus. Quemadmodum stultus est qui emprurus equum, nõ ipsum inspicit: sed stratũ eius ac frenos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste aut ex cõditione seruili (quæ modo vestis, nobis circumdata est) æstimandum putat. Vnde putas arrogantissimũ illud manasse prouerbiũ, quod iactatur totidem nobis hostes esse quot seruos: Nõ habemus illos hostes sed facinus cum in illos superbissimi, cõtumeliosissimi & crudelissimi sumus. Hęc Macrobius. Si historiã sacram & ecclesiasticam iustremus, quis in fidelitate erga dominum suum, erit cõparandus Ioseph Patriarchæ, qui nullis blãditis illici potuit, vt cõiugi illius miseretur. Gen. 39. *Mulier erat molesta adolescenti, & ille recusabat stuprum. Quomodo (inquit) possunt hoc malũ facere & peccare in dominũ meum qui omnia sua mea cõmisi fidei?* Nicephorus lib. 12. c. 40. Cum Theodosij iussu Xiphilin. Theſſalonicæ cædes & strages ingens fieret hominum, qui tũ interficiebantur, seruus quidam hero suo, quo benigno vsus fuerat, cum is ad cædem duceretur, opem ferens, se ipsum ad necem alacri animo obtulit. Xiphilinus abbreviator Dionis Nicęi, in Augusto. Tẽpore proscriptionis & bellorũ ciuiliũ, tẽpore scilicet Antonij Lepidi & Augusti triũuironum, cõstigit, quod quidã seruus in speluncã dominum includit, quod cum indicatum fuisset à quodã, ita vt mors indubia impenderet, seruus veste cum domino cõmutata, ingredientibus properauit obuiã, & quasi ipse dominus esset, occidi se passus est: sic illi abierũt, lictores scilicet & mĩtres: hic postea nempe dominus, aliõ se cõtulit. Sed & alius pariter mutatis cũ domino vestibus, in operã lecticã ingressus, domino persuasit vt eam deferret: post vbi ambo deprehensi sunt, seruus ne cõspectus quidem necatus est, dominus quasi lecticarius, euasit. Id serui dominis, beneficio eorum affecti præstiterunt. Ceterũ quidã seruus à domino malè tractatus nõ modò nõ prodidit dominum,

dominum, à quo notis fuerat cõpunctus, sed etiam ad eum seruandum promptissimus fuit. Quum enim clam dominum exportaret, eumq; inimici re cognita inſequerentur, hominem sibi fortè factum obuiam interemit, eiq; vestẽ detrahit ac domino induit: deinde mortuo in rogam impositio, acceptaq; veste domini annulloq; eius, perlequentibus occurrit, iis ait se fugere quod dominũ occidisset, atq; eius rei fidem ex spoliis & notis fecit, qua ratione nõ modò conseruauit dominum, sed ab his quoque beneficium accepit. Verũ memoria nominis istorum, quod obscuro homines erant, nullis monumentis cõsecrata est. In eadem causã Cicero obruncatur, cuius capiti alato, cõtumeliosissimè Fulvia Antonij vxor maledixit. Hęc ex Dione Xiphilinus, Valerius li. 3. c. 3. de patientia, Seruus Barbarus Andrubalem, quod dominum suum occidisset, grauiter ferens, subito aggressus interemit, cumq; cõprehensus omni modo cruciatur, lætitiã tamen in ore constantissimè retinuit, quod recitat etiam Lilius lib. 21. circa principũ, in Carthagine id factum. Iustinus historicus libr. 44. idem refert sic: Bello Punico paruit serui illius patientia, qui vltus dominum inter tormenta risu exultauit, serenaq; lætitia crudelitatem tormentum, vicit. *Iste Centurionis seruus erat illi pretiosus.* Luc. 7. tamen grauiter agrotabat vt ipsemet dicit Matt. 8. Solemne est Deo pios in eo maximè affigere & visitare, quod ipsi habent maximè pretiosum. Adam in Abele percussus, Abraham in Isaac, Iacob in Rachel & Ioseph, Dauid in puerulo nato de Bersabee, adulterio: ad eò ille tener amor in secularia frequenter à deo punitur & reprimitur, hoc enim à nobis requiritur Deus, vt prę omnibus ametur, & super omnia appetiatiuè (vt dicũt Theologi) diligatur. *Domine, puer meus iacet in domo.* Psal. 67. Primò captat beneuolentiam, Dominum vocans q. d. Tu sapiens ad intelligendum, potens ad faciendum, misericors ad exaudiendum. Psal. 67. *Dominus nomẽ illi.* Exo. 15. *Omnipotens nomen eius.* Ex consequenti, obsequentem agnoscit se & proficitur subditũ & veluti seruũ. *Puer*, vocat Hebraismus minillros quosq; etiam si senes fuerint, pueros, & quia D. Mattheus Hebraicè scripsisse dicitur, puerum pro seruo siue ministro accepit vt exprimit D. Lucas vocans *Abdior* seruũ. *παις* non solum dicitur filius sed & seruus. Gen. 30. ex versione 70. interpretum, dicitur de Iacob. *ἔγεννη αὐτῷ παιδὲς ἡγὰρ πικρὰς ἦσαν.* Habebat seruos & ancillas: & ca. 31.

Valer. li.
3. c. 3.

Lilius li.
21.

Iustin. li.
44. libro
4. c. 7.

Psal. 67.
Exod. 15.

Gen. 30.

1. Reg. 21 *αἰθροῦν*, ancillarum. Sic 1. Reg. 21. *Si mundi sunt pueri*. D. Ambrosius lib. 1. de Abraham patriarcha. cap. 9. seu ultimo brosius. vocavit Abrahā, puerum suum seniore domus suae. D. lib. 1. de sce hinc (ait) quod & seniores aetatis seruu, pueri dicantur Abrahā a dominis vel a quibusq; porioribus, vnde Virgilius eclip. cap. 9. *ga. x. Pascite ut ante, boues, pueri, submitte tauros.* vnde pueros dicimus quando seruulos significamus, nō aetatem exprimentes, sed conditionem. Hinc Iuriconsf. leg. 204. D. de Leg. 204 verborū significatione pueri appellatio tres significaciones habet: vnam cum omnes seruos pueros appellaremus, alteram cum puerum cōtrario nomine puellē diceremus, tertiam cum aetatem puerilem demonstraremus. *Iacet in s. in diu. orig. ho. s. in diu.* Non enim expuli. Origenes hom. 5. in diuersos Cēturio iste in mentis abdito dicebat. Mihi hic seruus es, & ego creatori. Iste me super terram, & ego magnum in caelis habeo dominū. Si ergo eius non misereor, quomodo mei ille miserebitur? *Ego veniam, &c.* Plus pollicetur quam sit rogarus. *Tribun t abundantē supra id quod petimus aut intelligimus*, ad Ephes. 3. *Iac. 1. Dat omnibus abundantē &c.* In collecta orat Ecclesia, Deus qui merita supplicium excedis, & vota. Ne diuitias honorare videre tua eccle. tur, noluit ad Reguli filium proficisci, Ioan. 4. Sed ne seruilem cōditionem spernere videretur, ad seruum Centurionis curandum vtrō se obtulit: dicit, *Ego veniam, &c.* quod qualiter praestiterit sub linem dicitur. *Domine non sum dignus ut intres sub tectū meum &c.* Perinde ac sic philosopharetur cū domino, Psal. 3. *Quid est homo quod memer es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum?* Moles iudicauit se indignū qui loqueretur verba tua. Exod. 3. & 4. *Quomodo ego dignus suero tuae praesentia?* Dauid nō fuit dignus qui aedificaret tibi templū. 1. Paralip. 17. & c. 22. dictū fuit ei: *Multum sanguinem effudisti. Non poteris aedificare mihi templū.* Quomodo ego dignus vt intres sub tectū meū? Vidua Sareptana indignā se arbitrata est, hospitio sanctū Dei propheta Heliam, excipere: Petrus quoq; indignum se tuo confortio reputauit: Luc. 5. *Exi a me domine (inquit) quis homo peccator sum.* Quomodo dignus essem vt venires ad domum meā? Ica. Baptista sanctissimus tuus praecursor dicebat Ica. Luc. 7. *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti tui:* Et ego tanto fauore dignus ero, vt intres sub tectū meum? Luc. 17. Orig. ho. s. in diu. *urjos.* Ego, gentilis, miles gladio accinctus, sanguinem fundens,

ad praelium exiens, non sum dignus. Quando sanctum cibum illud que incorruptum accipis epulū, quando vita pane, & poculo frueris: manducas & bibis corpus & sanguinē Domini, tunc Domiuus sub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilians temetipsum imitare hunc Centurionem, & dicito, *Domine non sum dignus.* Vbi enim indignē ingreditur, tibi ad iudicium ingreditur accipienti. 1. Cor. 11. Nota, 1. Cor. 11. eū qui ex humilitate confiterur se non esse dignū, vel hoc nomine fieri dignum. *Nam sicut Deus superbis resistit, ita humilibus dat gratiam,* Iac. 4. Sancta mater Ecclesia nos docet Iac. 4. communicaturos ad mēsam domini ex animo prius dicere, *Domine non sum indignus:* O res mirabilis! manducat dominum pauper seruus, & humilis, exclamat praestupore magnam Dei erga nos dignationē admirata. *Verē Domine, non sum dignus,* Quis enim ego sum, qui ad sanctum tuum altare, accedere praesumo, vt particeps fiam mensae tuae, tuū sanctissimum corpus percipiam? Quem pollicentur capere non possunt, quomodo te hospitio cordis mei capere attentabo? Tu solus sanctus, ego peccator. Tu creator, ego creatura. Ingenuē cum prodigo fatebor Luc. 15. *Peccavi in caelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* Tu dominus, omnia s. ruiunt tibi, Psal. 118. *Ego verē seruus tuus,* omnium abiectissimus & infimus. Qua fronte suscipiam diuinam & super substantialē Eucharistiā, de qua Doctor sanctus in prosa sanctissimi eucharistiae sacramenti admirabūsus cecinit: *Ecce panis Angelorum factus cibus viatorum, Verē panis filiorum non mittendus canibus, ex Matth. 15. ad Chananāam dominus dicebat: Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. Sub tectum.* Licet militiæ praefectus, magnis quoque opibus abundaret, adē vt Synagogam Iudaeis aedificauit eisdem testibus Luc. 7. *Luc. 7. Diligit gentem nostram, & synagogam aedificauit nobis,* non tamen palatium suum, vel superbas aedes, vel castellū vocauit, sed tectum. De antiquis patriarchis scribit D. Paulus Hebr. 11. *In casulis habitabant, in terra promissionis, tanquam in aliena. Expectabant enim fundamenta habentem civitatem, cuius artifex & conditor Deus.* Scribit Elianus variae historiae lib. 12. c. 11. c. 29. Plato filius Aristonis, cum videret Agrigētinus magnis impēis aedificare. Eodēmq; modo cenare: Agrigētini, (inquit) aedificāt, quasi semper victuri: & comedant quasi saepe morituri. Plutarchus to. 2. opusculorū de cupiditate diuitiarū ante medium, Sratonicus Rhodiensū luxuriam taxauit,

taxauit, quum diceret eos ædificare tanquam immortales, opsonare tãquã breui tẽpore victuros: at auari parãt quie dẽ opes tanquã splendidi, vruntur autẽ velut sordidi, & labores tolerant, quũ careant voluptatibus. Hęc Plutarchus. Solẽt enim auidius, ea sumi, quẽ à mox decessuris: & quorum paratã ad momentum habemus copiam. Quid putas diceret, si Chritianorũ titulo tenus, magnificas & planẽ regias ædes, videret: Videas aliquos, quasi paradysum hĩc sibi statuerent, & de altera vita nihil cogitarent vel sperarent. Lucullana (vt iactatũ fuit olim prouerbio) ædificia, sibi perditissimo luxu, immẽsis sumptibus, & magno Turcarum & cæterorum nominis Chritiani hostium (si hęc ipsos videre aliquando contigerit) scandalo, excitare & construere, Ioannes Cuspinianus de Cæsariibus, agens de domesticis Turcorum moribus, Simpliciter, inquit, ostẽdunt Turcæ ædificiis suis nullam penitus habentes delectationem in construendis domibus, licet sint auro atque argento ditissimi, superfluitatem tamen esse iudicãt: rarõ enim ex lapidibus, frequenter ex lignis domus construũt. Ridet itaque mirum in modum Chritianos, cum tanta vident ædificia, quæ idẽo putant extructa, quasi credant se perpetuõ victuros. Hęc ille. Simile quiddam in suo itineraio Constantinopolitano, ad Solimanum Turcarum Imperatorem Augerius Giflenius, Cæs. Maieſt. orator, libello, anno Domini 1581. apud Plantinum excuso scriptum reliquit: instituti esse Turcici vt ab ædificationis magnificentia abhorreant. Quod superbi elatique, neque se suo modulo metiẽtis animi esse iudicẽt studere magnificis ædibus, vt si quis sibi immortalitatem & perpetuam mansionem in hac vita polliceatur. Se ita domibus vti, quemadmodũ peregrinantes diuersoriis, in quibus si sint à latronibus, à frigore, à sole, ab imbre, tuti, reliquas opportunitates non requirunt. Itaque non facillẽ tota Turcia quamuis magni, quamuis diuitis viri, paulõ elegantius ædificium reperias, vulgõ turguria & case habitantur. Magnates hortis student & balneis, & vt pro multitudine familiæ, laxas habeãt ædes: Ceterũ ibi nec porticus luculenta, nec visendũ atrium, nec aliud quicquam magnificum aut admirandum. Quam cõsuetudinem ex verustate retineri puto. Militiæ & castris & longinquis bellis assueta gens, ædificandi curam negligit. nec vrbes aliter coluit quã si mox relictura: hęc ille. Te-ctum vocauit, vir sanctus. Quia sumptuosã etiam palatia

reputat

Cuspinianus
de
Cæsariibus.

Augerius
Giflenius
1581.

reputat vt tecta, omnia cum apostolo pro Christo, arbitratur vt stercora, adde quõd etiam curiosior fuit in Dei opere, ædificanda scilicet synagoga, quando pro suo cõmodo Aggæi 1. inuehitur dominus, dicens *Domus mea deserta est, Aggæi. 1. & vos festinatis vnusquisque in domum suam, habitatis in domibus laqueatis, & domus ista est deserta, idẽo prohibiti sunt cœline darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum.*

Dic verbo, & sanabitur puer. Omnipotẽtem eum faterur, cuius sermo sit adeo efficax & energia præditus, sicut scribit Apostolus Heb. 4. & Sap. 18. *Omnipotens sermo tuus domine. Heb. 4. ne. & c. 16. Neque herba neque malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo, qui sanat omnia, Psal. 32. Verbo domini cœli firma & c. 10. si sunt. & c. 148. Dixit & facta sunt. & c. Nã & ego homo sum, & c. Psal. 32. Persuadere nititur argumẽto à minori ad maius ducto affirmatiuẽ sic, quod minus videtur inesse, inest ergõ quod magis: ex Topicis. Ego homo sum tãtũm, tu verõ etiã Deus: ego sub potestate alterius nempe Cæsaris, tu potestati potestas omnipotens habeo sub me milites cõtum, tu omnes cœlestes virtutes, omnẽ creaturam visibilem & inuisibile. *Dico huic vade & vadit, & c. Quanto magis si morbo imperaueris, cedit? Et si iusseris, sanitas accedit? Satis est te dixisse. Pulcherrima sanẽ & modestissima hęc consideratio, Ego homo sum. Plinius lib. 7. c. 32. De Chilone Lacedæmonio Plinius inter præcepta eius Delphis consecrata aureis literis, hoc lib. 7. cap. 1. vnũ est nosse se quemque. Sed Cicero Tusc. quaest. libr. 1. 32. vocat præceptum Apollinis, quo monet vt se quisque noscat: & vocat diuinũ præceptũ sicut tributum Deo fit. Idẽo Tuuena- Iuuenalis Satyrogaphus Sat. 11. E cœlo descendit *πρόβλεψον* Delphici vox hęc fertur oraculi, consulenti ad beatitatem, quo itinere perueniret: si te (inquit) agnoueris (quod infra referretur) sed & ipsius fronti templi hęc inscripta sentẽtia est. Hęc ille. Quẽ supra videri potest ex Mosẽ Deut. 8. *προσεχε σκεπτήν.* Cauẽ vel attende tibi ipsi. In quem locũ D. Basilii reuera Magnus, elegantissimam conscripsit homiliam, supra à nobis citatam, in qua dicit: In examẽ te ipsum aduoca, quis ipse sis, tuam ipsius naturam fac vt noueris. Nam corpus quidẽ mortale, anima verõ immortalis, est. Xenophon ob eloquentiam Musa Attica vocatus, de prædica Cyri lib. 7. Cræsus ad Cyrum ait, mitto in Delphos ad Apollinem, Deum consulo, quid faciendo quã felicitissimẽ degerem? Responsum tuli ab oraculo: ipsum te noscens**

nocens decedes Crœse beatus. Græcè sic legitur.

Xenophō *Ξυλον γινώσκων ἐν δόξῳ Κροίῳ τὴν παρ' ἑσέως.*

de padia Franciscus Philolphus sic transtulit, venustè satis.

Cyri. *Si bene te noris, deges ô Crœse beatus.*

Franc. *Ælianus* de Var. hist. lib. 8. c. 15. Philippus fortuna euectus, ne insolesceret, consultum esse putavit, quendam ex pueris quotidie, hoc ei manè in memoriam reuocare, quòd esset homo. quare neque ipse prodibat antea (sicut fertur) nequisquam qui eum conuenire vellet, prius ad eum introibat, quàm singulis diebus puer hoc ter ei proclamasset Philippus.

Ælian. *li. 9. c. 14* pe homo es. Idè lib. 9. c. 41. Simonides Pausania Lacedæmonio in conuiuio iubèti de Philosophia aliquid depromere, dixit Memento te hominem esse. quod licet tunc non magnopere curaret, tamen fame periens recognouit esse

Ælianus verum. *Ælianus* de Var. hist. lib. 12. c. 51. & Athenæus dipno-
var. hist. sophistarū lib. 7. ca. 13. de ostentatione Menecratis referunt
lib. 12. in hūc modum. Menecrates medicus adeò superbia effe-

cap. 51. rebatur: vt seipsum Iouem appellaret, Misit aliquando Philippo Menecrates Iupiter S. Ad ea rescriptit Philippus. Philippus Menecrati sanitatem. Consulo vt ad Anticyram te

Athen. *dipnos.* *lib. 7. c. 13* conferas. Significauit hic latenter hominem non esse sanæ mentis. Addit Plutarchus tom. 1. op. in apoph. Laconicis, Menecratem Agefilao magno consimiliter scripsisse. Menecrates Iupiter Agefilao regi S. Cui superbièti rescriptit, Rex Agefilaus Menecrati sanam mentem. Insuper locis citatis *Ælianus* & Athenæus testantur, quòd aliquando lautissimum conuiuium instruxit Philippus, ad quod Menecratè etià inuitauit: secretimque mentem ei iussit apparari, & apponi acerrâ sufficiumque fieri: reliqui verò epulabantur, eratque admodum opipara cœna. Menecrates itaque primum ferebat, gaudebatque honore: postquam verò paulatim fames obreperet, & homo esse cõuinceretur: is vanus & stolidus, cõsurgens discedebat: seseque iniuria affectu querabatur, festiuissimè Philippo stultitiâ eius redarguentem, & in lucè proferentem. Id fecit Philippus vt Menecrates sese hominè esse agnosceret. Alexandri Magni insaniam adeo arrogantè, vt se Deū prædicari & haberi vellet: in Demade grauissimè atque religiosissimè cõdemnarunt Athenienses

Ælian. auctore *Æliano* var. hist. lib. 5. c. 12. Conuocata Atheniensium

var. hist. concione Demades surgens, decreto iussit, vt Alexander in

li. 5. c. 12. Olympicis ascriberetur Deus decimus tertius. At populus impietatis

impietatis magnitudinem non ferendam ducens, Demadi oratori irrogauit multâ centum talentorū, quòd Alexandrum mortalem & hominem ascripsisset Olympicis. Athenæus autem lib. 6. c. 6. refert Demadem decem talentis ab *li. 6. c. 6.*

Atheniësisibus multatū, quia Alexandrum Deū existimari. Plutarchus to. 1. opus. in apoph. Græcorum & to. 2. opus. de *Plut. to.* civili institutione ad Traianum Imper. Quum in senatu *1. opus. in*

Athenis de magnis honoribus Alexandro Macedoni decernendis ferretur, Pytheas orator etiamnū adolescēs acriter *apoph.* & to. 2. contradixit. Dicenti verò cuidam, tu ne Pythea ista ætate *de civili* tantis de rebus verba publicè facere audes? Respondit: At-
institutio qui is què Deū discernere molimini Alexander, me iunior æ.

est. Idem to. 1. opus. de discrimine adulatoris & amici, scribit Alexandrū dicere solitum rebus sese cõmoueri, quo minus fidem haberet iis qui sese Deum esse prædicarent: Nempe somno & veneris vsu: quòd in his degeneraret, plúsque solito sentiret mali. Et eodem to. in apoph. Reg. & Imp. Iaculo crus ictus multis concurrentibus corū

qui ipsum sepenumero solebant Deum salutare: residente vultu, hoc (inquit Alexander) sanguis est, vt videtis: Non humor qui superiùs manat de corpore diuini. Athenæus lib. *Athenæ*

6. c. 6. ex Aristobulo refert Dioxippum Atheniësem athletam vulnerato aliquando Alexandro, sanguinéque defluente, dixisse: *Quis solet ex superiùs cruor effluxisse beatis.* Què fallit vel later Alexandrum Iouis filium se appellari voluisse?

Q. Curtius lib. 4. in eius historia ad Iouis Hammonis oraculum veniēs (inquit) maximus natu è sacerdotibus, filiū appellat: Hoc nomen illi parentem Iouè reddere affirmat. *Q. Curtius lib. 4.*

Ille se verò (ait) & accipere & agnoscere, humanæ sortis oblitus vates in adulationem compositus terrarum omnium rectorem fore ostendit. Amici Alexandri consulentes Iouem quæsiuerunt, an author esset sibi diuinis honoribus colendi suum regem. Hoc quoque acceptū fore Ioui vates respondit: vt ipsi victorem regem diuino honore cõferent. Iouis igitur filiū se non solum appellari passus est, sed etiam iussit: rerumque gestarum famam dum augere vult: tali appellatione corrupit. Hæc *Q. Curtius.* Homo

eras Alexander nõ Deus. Tertullianus in Apologetico cõtra *Tertullianus.* gentes. D. Hieronymus to. 1. epistolarum ad Paulam super *in Apolo.* obitu Bleissæ filia. Cum Imperator triumpharet, præco à *Hier. to.* tergo frequenter dicebat, Hominem te esse memento. *1. episto-*

Tertullianus sic: Hominem se esse etiam triumphās in illo *larum.*

sublimissi

sublimissimo curru admonetur. Suggestur enim ei à te-
 go respice post te, hominem memento te. Etiam hoc ma-
 gis gaudet tanta se gloria coruscare, vt illi admonitio con-
 ditionis suae sit necessaria: Psal. 9. *Sciât gentes quoniam homi-
 nes sunt*, Bestiis quidem superiores, Deo autem inferiores.
 Act. 12. *Herodes concionabatur in veste regia, populus acclama-
 bat: Dei voces & non hominis, confestim percussit eum Angelus
 Domini, eo quod non dedisset honorẽ Deo, & consumptus à ven-
 tribus expirauit*. Refert Plutarchus to. 1. opusc. in apoph. Re-
 gum, & Imperatorum de Antigono rege, quod leui morbo
 cum laborasset, recepta sanitate dixerit: hunc sibi morbum
 nequaquã accidisse incommodẽ: eo enim se monitum ne
 mortalis quum sit animo efferatur. Quum Hermodorus
 in poemate eum Solis filium appellasset, diuersum (inquit)
 nouit, qui matulam mihi fert. Paulus Orosius lib. 7. cap. 10.
 Domitianus (inquit) in tantam superbiam prolapsus fuit,
 vt dominũ sese ac Deũ vocari, scribi, coliq; iusserit. Crude-
 liter aut in palatio à suis interfectus est. Suetonius in Do-
 mitiano §. 13. Cum formalem distaret epistolam sic cepit
 Domitianus & Deus noster sic fieri iubet. Vnde institutum
 posthac vt ne scripto quidẽ ac sermone cuiusquã appella-
 retur aliter. O monstrũ! ò belluam nõ hominem! Sicut de
 Cretensibus Epimenides, ipforum proprius Poëta à D. Pau-
 lo citatus scripsit, *Cretenses semper mendaces, mala bestia, vñ
 tres pigri*, Tit. 1. & D. Lucas in Actis c. 14. narrat Lycaonius
 vocasse Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium, qui-
 bus tanquam diis sacrificare volebant. Tunc Apostoli scis-
 sis tunicis clamauerũt: Et nos mortales sumus, similes vo-
 bis homines. Act. 10. Cornelius procidens ad pedes Petri,
 adorauit eum. Petrus verò clenauit eum dicens, surge &
 ego homo sum. O vir, ò mulier cogita! nam & ego homo
 sum. Hominis enim vocabulo etiam mulierem intelligi in
 confesso est. Ita enim obrinuit vsus gram. vtriusque lingue
 Leg. 152. *ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος*, hic & haec homo, & apud Iurifcons. Leg. 152.
 D. de verb. sig. nam quã masculinum continere non dubitatur, *ἄνθρωπος* siue
 sententia Menandri continent hunc versum: *ἄνθρωπος ἄνθρωπος*.
 Cicerv. e- pist. li. 4. Ciceroni Sulpitius de obitu Tulliae filiae suae, (in-
 ter epist. Cicer. habetur lib. 4.) in hunc modum. Ei mori-
 endum fuit quoniã homo nata erat, id est cõditione hu-
 mana, scilicet mortalis. *Homo sum*. Laërtius lib. 6. in Dioge.
 Oratorum

Psal. 9.
Act. 12.

Pluta. to.
1. opusc. in
apoph.
reg.

Paulus
Oros. lib.
7. c. 10.

Suetoni-
us in Domi-
tiano §.
13.

Tit. 1.
Act. 14.

Act. 10.

Leg. 152.
D. de
verb. sig.

Cicerv. e-
pist. li. 4.

Oratores in dicendo gloriam quarentes, ter homines, pro
 eo quod est ter infelices appellabãt. Stobaeus sermone 96.
 Aristoteles, inquit, rogatus quidnã est homo? respond. *ἀσ-
 τὴν ἰσχυρὰν καὶ τὸν ἀσθενῆ, τὸν ἀσθενῆ καὶ τὸν ἀσθενῆ*. Sic
 ibi Latine verbum reperio, Imbecillitatis exẽplum tempo-
 ris spoliũ, fortuna lufus, inconstantia imago, inuidia &
 calamitatis trutina, reliquũ verò, pituita & bilis. Hæc ibi.

Dico huic vade & vadit &c. Hic locus erit dicendi de o-
 bedientia militũ. Quæ neruus est disciplinæ militaris. Plut.
 tom. 1. opusculorum in Apoph. Rom. Interrogatus Scipio
 maior, in Sicilia, à quodam qua re frerus auderet exerci-
 tum in Africam aduersus Carthaginẽs traicere, demon-
 strauit ei 300. viros qui in armis exercebantur: turrinque
 ad mare excelsum, hocque addidit: Nullis horum esse qui
 non me iubente sit conscensa hac turri, præcipitem sese in
 mare deiecturum. Nitetæ Choniata Annalis lib. 2. de Im-
 perio Isaacij Angeli circa principium libri illius. Genes. 5.
 Chasiorum, inquit, suos principes ita vereri & obseruare &
 iussis eorum exequendis ad eò alacris esse dicitur, vt si tan-
 tum supercilio magistratus innuerit, statim de rupibus se
 præcipitent, in enses irruant, in vndas desiliant, in ignem se
 coniciant: & ad eos missi, quos eorum principes occisos
 volunt, vt hospites & amici adeunt, & aut se habere quod
 eis dicant, aut legatos venire simulantes, sepe dominorum
 suorum aduersarios pugionibus occidunt: nulla difficul-
 tatis & explorati supplicij ratione habita, etiam si alterum
 non occiderint. Hęc ille. Sic militem oportet esse obedien-
 tem Duci, Imperatori exercitus, & Centurioni qui ei præ-
 fectus est. Leg. 3. §. in bello D. de re militari. In bello qui ré
 à Duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite
 punitur: etiam si res bene gesserit, historia probatur Græca
 & Romana. Plut. to. 1. opusc. in parallelis. 12. Epaminondas
 Thebanorum dux bellum contra Spartanos gerens, ad co-
 mitia in urbem profectus: quum prius iniunxisset Stelim-
 broto filio, ne cum hoste cõfugeret: Spartani eius absentia
 cognita, iuueni timiditatem exprobrauerũt: Quod ille in-
 dignè ferens, oblitus paterni mandati, pugnam conferuit
 & vicit. Pater autem iratus ei coronato, collum abscedit.
 Et Manlius Imperiosus apud Romanos ad comitia abiens
 filio mandauit ne pugnam committeret: Samnitæ re per-
 cepta, cõiuciiis iuuenem irritauerunt & ad prælium elicue-
 runt:

Plut. to.
3. opusc.
in apoph.
Rom.

Leg. 3. §.
in bello
D. de re
militari.
Plut. to.
1. opusc. in
paralle-
lis 12.

runt: Ex eo victor discessit: pater autem eum securi percussit. De Manlio Consule idipsum refert Liuius lib. 8. hist. T. Manlium filium aduersus edictum patris extra ordinem in hostem pugnantem licet victorem securi feriri iubet dicens. I. Lictor, deliga ad pallum. Hinc Manliana imperia fecit atrocitas pœnæ obediētiorem duci militem, hæc Liuius, Eadem penè narrat Diodorus Siculus biblior. lib. 14. Sic bibli. dicitorem A. Posthumium, erga filium suum fecisse: auctoria quadam & dimicandi studio tractatum, longius proficientem extra ordines scilicet à patre institutos: idèoque mox à patre correptum ac seuerè more patrio in eum capite veluti desertorem ordinum iudicatum. Liuius tamen lib. 4. reclamatione scilicet, hoc arg. ductus, quia imperia Manliana non Posthumiana appellata sint; quum qui prior author tam saui exèpli foret, occupaturus insignem virulum crudelitratis fuerit. Imperioso quoque Manlio cognomen inditum, Posthumius nulla tristi nota est insignitus. Hæc ibi. Valerius interim de vtroque Posthumio & Tu Posthumi Tuberte dicitur A. Posthumium filiū, qui non tuo iussu, sed sua sponte, præsidio progressus, hostes fuderat, victorem securi feriri iussisti. Tu item Manli Torquate, Latino bello consul, filium quod prouocatus à Geminio Metio duce Tusculanorum ad dimicandum te ignaro descenderat, gloriosam victoriam & speciosa spolia referètem, abripi à Lictore, & in modum hostiæ mactari iussisti, satius esse iudicans, patrem forti filio, quàm patriam militari disciplina carere. Item Valerius lib. 9. c. 3. de ira & §. filius odio. Manlio Torquato amplissimam & gloriosissimam ex quoq; fa Latinis & Campanis victoriam in urbem referèti, cum se milias D. niorens omnes occurrerēt lætitia ouantes: iuniorum nemo de capt. obuiam processit, quia filium suum fortissimè aduersus & possibi imperium suum præliatè, securi percussisset. Misertus sum minio re- æqualis nimis asperè puniti. Hæc ille Conformis est lex ueyis. 19. §. filius quoque familias D. de captiuus & postlimio re Gellius. uersis, disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm caritas liberorum. Gelli⁹ in noctibus Atticis lib. 17. ca. lib. 17. c. 1. vltimo: Posthumi⁹ dicitur, filium suum de quo 21. & lib. Suprà securi necauit. Idè lib. 1. c. 13. memorat Posthumiana 1. cap. 13. imperia & Manliana. Nedum ita aduersus filios, sed etiam Valer. li. extraneos, ita factum fuit: vt Valerius loco præcitato nar. 1. cap. 7. rat. Papirius dicitur, cum aduersus imperium eius, Q. Fabius

bius Rullianus magister equitum, exercitum in aciem duxisset, quamuis suis Samnitibus in castra redierat, tamen virgas expediri, eumque nudari iussit: sed quum Papirius ab vniuersis ciuibus, & ipsis tribunis pleb. rogaretur pro illo, testatus est non pœnā illam se Fabio sed populo Rom. & tribunitiæ concedendum potestati. De eo Liuius lib. 8. Liuius li. Haud absimile quid legitur. 1. Reg. 14. de Saule & Ionatha s. quem necessitas, durissimū vtrique telum, & cui cedit lex, 1. Reg. 14. sari debuit excusasse, cum legis paternæ ignorantie qua laborabat. Verum nisi Populus Ionatham à mortis, imminenti periculo eripuisset, illum haud dubiè quamuis innocentem, pater erat interfectorus: velut rebellem edicto patris, & disciplinæ militaris ac obediētiæ violatorem. Vegeus ad Valentinianum Augustum de re militari lib. 3. cap. 5. Nihil magis (inquit) ad victoriam profuit quam ad Valet. monitis obtemperare signorum. Prouer. 21. Vir obediens loquetur victoriam &c. Iouianus Pontanus lib. 5. de obediētia re milit. cap. 7. scribit: Cyrum dicere solitum accepimus præcipuum militis munus esse parere superioribus. Ergo à fortiori præpositis Ecclesiæ obediētiā præstare oportet. Iouianus Pontan⁹ Vt latius in conc. de Cathedra Moysi dicitur *ὁὐδὲ ὁὐδὲ* lib. 5. de Non inueni tantam fidem &c. Admiratur dominus eius fidei. lib. 5. de dè, quod ita dicitur, quia toti posteritati vult eam reddere admirabilè. Hier. 5. Domine oculi tui respiciunt fidè. Non, miratur aurum, diuitias, regna, principatus (quod solemus facere) sed fidè insignè: quæ illi est præiosa, & clarissima. In Israël, *ἰδὲ ἐν τῷ ἰσραὴλ* &c. Ne in Israël quidem, vt intelligas Centurionem non fuisse Israëlitam, quod tamen dixit D. Hilarius in Matt. Centurionem scilicet non fuisse D. Hilarynum ex gentibus. Verum D. Chrysostramus homil. 27. in riuus in Matth. dicit alienigenam fuisse non Israëlitam: & D. Hieronymus in hunc Matth. locum dicit, cum typum gerere Chrysostr. Ecclesiæ, & quod in eo fides gentium prænotitur Israëliti: hom. 27. dum dicitur, non inueni tantam fidem. q. d. Dominus vt in Matt. expatiatur ac veluti digreditur. Origenes hom. 5. in diuersos semel hic citata, Ecclesiæ in se Centurio monstrauit imaginem, primitiæque ex gentibus domino credentibus factus est. Centes omnipotentem me & dominum asserunt, in Matt. Origenes Israël me Beelzebub & Samaritanum & peccatorem extitimat: Iairus in Israël princeps, pro filia sua me petens non dixit: Dic verbo sed veni velociter. Nichodemus doctor in Israël, de fidei sacramento audiens, ait: quomodo possunt

hæc fieri? Maria & Martha me valde diligentes, dicunt Domine si fuisses hîc tanquam dubitâtes quod ubique veritas non possit esse mea potentia. Euthimius monachus doctor Græcus in Matth. 8. Ceterum verbum exposcit: Leprosus solam voluitatem: Quod maioris est fidei. Quare ergo magis admirationi habitus Centurio? Quia leprosus cum esset Iudæus, nouerat libros qui de Christo testificabatur, & inde multa habebat, quibus facili ad fidem induceretur: Centurio verò, quum ethnicus esset, à nullo aliunde ad fidem ducebatur, quàm à sola recta mente: ideo præpositus est credentibus in Israël. Multis itaque modis nõ incongruè explicari potest istud, Non inueni tantam fidem.

1. Primò à tempore videlicet prædicationis meæ, quod dicitur propter fidem Patriarcharum & Prophetarum, de quibus amplissimè ratiocinatur D. Paulus Heb. 11. toto capite. Item propter fidem diui Ioannis Baptistæ præcursoris Christi, & fidem *beatus*, Elizabeth anus sanctæ, voce laudatam: Luc. 1. *Beata qua credidisti*. Horum omnium & singulorum fides maior fuit fide Centurionis.

2. Secundò, in his in quibus miracula operatus sum: A quibus dominus requirebat fidem. Alius precabatur vt tangeret, Alius vt descenderet: hic nihil horum, sed credidit verbo tenus absentem posse sanare.

3. Tertio intelligitur in proportione: Nam proportionaliter maior erat fides in Gentili, quàm in Iudæo. Quomodo vidua plus dicitur missile in æratiu, quàm omnes diuites.

4. Quarto sic quatenus primus est ex gentibus, in quo miracula Christi ostensa sunt typum gentiu gerit. Maior autem fides gentium quàm Israël's seu Iudæorū. De gentium autem vocatione Christus statim, ex occasione, prophetauit dicēs: Multi venient. Qua de re sunt expressa vaticinia in Psal. *populus quem nõ cognoui, seruiuit mihi.* & Malach. c. 1. *Magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus.*

5. Quintò tantam fidem expone tam perfectam, quæ scilicet per charitatem operatur. Fidē (inquam) tot virtutum satellitio instructam, amore, humilitate, prudentia, pietate, ac religione, comitatam: vt sequenti enumeratione constabit. Habeat Centurio erga Deum amorem, signum cuius est Synagogam ædificauit. Erga proximum nempe seruum, pro quo dominum rogauit, quem domo sua non exclusit, quem multum dilexit. Erga Iudæos etiã, quorum gentem amore non vulgari prosequabatur, illis synagogam

gam construxit, rara denique humilitate summa coniuncta prudentiæ claruit, cum tamen ille diues esset, & in pretio apud Iudæos, à quibus hoc testimoniū bonum habuit, quia *Dignus est cui hoc præstes*: Cum artem profiteretur militarem, & in ea Centurionis siue centum militibus, præfecti gradum obtineret, interim cum talis tantusque esset, adeò submissè & humiliter de se sentit, dicens: *Domine non sum dignus*, de quo dici potest illud satyrogaphi Iuuenalis sat. 6. *Rara avis in terris, nigroque simillima cygno.* Diuities autem communitè tument superbia & fastu, milites thraconicè se gerunt, hoc est, adeò arroganter vt iam illud abierit in prouerbum, *Gloriosus miles* vide 4. Reg. c. 1. quanta insul. 4. Reg. 1. ratione duo quinquagenarij virum Dei, sanctum nimirum Heliam sint aggressi verbis tam imperiosis, vt nullum ad illum respectum habuerint: quos ignis cœlitus demissus ad vnum omnes exussit. Vulgatum est illud poetæ Lucani, *Lucanus de bello ciuili lib. 10. Nulla fides pietasque viris qui castra se lib. 10. de quuntur.* Huius autem tâta fides, tam præclara pietas, bello ci- (vt ex suprâ dictis euadit notissimum) quod si diutius his *uili* commemorandis immorari velim, actum agere (vt est in *Salustii teri prouerbio*) videbor, vel (vt Salustius ait de Carthagine, de bello ne) de laudib⁹ eius silere meli⁹ puto, quàm parum dicere. *Ingen-*

Multi venient ab oriente &c. Promissio facta est Abraham: *rhino.* *Multiplicabo semē tuum sicut stellas cœli &c. velut arenam que Gen. 22. est in littore maris.* Gen. 22. & ad Isaac c. 26. ac Iacob, 32. Item *Gen. 26.* repetitur Psal. 2. *Dabo tibi gentes hereditatem tuam terminos Psalm. 2. terra.* Tessera & genuina nota Ecclesiæ est, *uabulum* seu *v. Itē Psal.* niuersalis, iuxta illud symboli Apostolici: sanctā Ecclesiam 2. *Vincē-* Catholicam. Tria verò cōplectitur hoc verbum, ex doctrina *tius Liri-* simo Vincentio Lirinensi contra prophanas hæreticorum *nes. ad-* nouationes. Vniuersitatem, antiquitatem, & cōsensionem, *uers. ha-* quod vtrique (ait) quod semper, quod ab omnibus, creditū *ref.* est: hoc verè proprièque est Catholicum: & sequemur vni- *D. Aug.* uersitatem si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam *ro s. cont.* tota per orbē terrarum cōfiteretur Ecclesia. Nota, quia nulla *epist. Fū-* hæresis fuit Catholica. D. Aug. to. 6. contra epistolam *damenti* Fundamenti lib. 1. c. 4. Inter cetera quæ ipsum in Ecclesiæ gre- *Manich.* mio, iulissimè retinent, hoc adnumerat: Tenet ipsum (in- *Aug. 10.* quit) Catholice Ecclesiæ nomen, quod inter tâ multas hæ- *6. ad Ho-* reses sola obtinuit. Idem to. 6. de vtilitate credēdi ad *onoratum* noratum contra Manichæos lib. 1. cap. 7. Cum sint hæreses *lib. vni-* plures, atque omnes se catholicos velint *co. cap. 7.*

Aug. 10. prater se hæreticos nominant: Vna est Ecclesia, vsq; omnes
6. cõt. ad concedit, si totum orbem consideres, reſertior multitudine
uerſ. Be- dine. Idem tomo 6. contra aduerſarium legis & prophetarum
7a lib. 2. rum lib. 2. cap. 12. Omnibus hæreticis cõmune est, de pau-
cap. 12. citate gloriari. Vefanus Beza hærefiarcha, suos vocat &
 Gallicis rythmis alloquitur. *Petit troupeau, &c.* quasi ſibi
 vendicans illud Chriſti ſuos diſcipulos his verbis compelle-
Luca 12. lantis, *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro*
dare vobis regnum. Luc. 12. Sed Chriſtus præſenti loco mul-
 tos dicit colligendos & congregandos, cum Abrahamâ Isaac
Pſal. 18. & Iacob, & Pſal. 18. *In omnem terram exiit ſonus eorum.* Luc.
Luc. 24. 24. Prædicari in nomine eius in omnes gentes. Incipientibus ab
Act. 1. Hieruſalẽ. Act. 1. *eritis mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria &*
vsque ad vltimum terra. Sicq; reuincitur cauillũ hæretico-
 rum, de ſua paucitate gloriantium. Socrates hiftorie eccle-
 ſiaſtica lib. 5. c. 10. ſcribit Arianos cum ab Theodoſio Im-
 peratore repreſſi eſſent & ciuitatibus ciecti, iactaſſe in ſuis
hiſt. li. 5. deſertis ſynagogis illud: Multi ſunt vocati, pauci verò ele-
c. 10. cti, *Quam* quidem neutiquam tum protulere ſententiam,
 cum maxima populi pars, ex Imperatorum natu pendens
Aug. 10. merdicus illorum opinioni adhærebat. D. Aug. 10. 7. cõn-
7. contra tra Creſconium grammaticum lib. 3. cap. 66. Conciliat hos
Creſcon. locos ſcripturæ ſibi inuicem in ſpeciem pugnantes. *Matt.*
gram. li. 22. *Multi ſunt vocati, pauci verò electi &c.* cap. 7. Quam arcta
3. c. 66. eſt via quæ ducit ad vitam & pauci ſunt qui inueniunt eã.
Matt. 22. Item modo dicitur, *Multi venient & recumbet &c.* Et Apo-
Matt. 8. cal. 7. *Vidi turbã magnã quam dinumerare nemo poterat ex*
Apoc. 7. *omnibus gentibus.* Quomodo idem ſint pauci qui multi, Niſi
 quia ipſi boni veri q; Chriſtiani, qui per ſeipſos multi ſunt,
 in comparatione malorum falſorumq; itidem pauci ſunt.
 Sic multa grana quibus horrea magna complentur, pauca
 dicimus, in comparatione palcarum. Hæc ille. *Multi, nõ om-*
2. Theſ. 3 *nes 2. Theſ. 3. Non omnium eſt fides.* Multi reſpectu ſcilicet
 Iudæorum, quia notus olim in Iudæa Deus, ex pſalmogra-
Mal. 1. pho. Sed modò Mala. 1. *Ab ortu ſolis magnum eſt nomen meũ*
in gentibus &c. Pauci interim reſpectu vniuerſorum inſide-
 lium & reproborum, ſicut in arca Noë pauci. i. 8. animę ſal-
 uatæ tantum, cum omnes extra arcam in maximo numero
 & incomparabili, diluuiò perierint.
Recumbent cum Abraham &c. Hoc eſt gentes eſſe cohæ-
 redes, & concorporales, & comparticipes promiſſionis in
Ephes. 3. Chriſto Ieſu per euangelium Ephes. 3. Quæ promiſſio pri-
 mò fa-

modò facta eſt Abraham & ſemini eius. *Quia benedicetur in ſe-*
mme tuo omnes gentes. Genef. 22.

Filij regni euicentur &c. Quod illis ignominioſum & pro-
 broſum fuerit, vt reſert tritũ illud carmen Ouidij, triſtium
 lib. 5. eleg. 6. qui ſic cecinit: *Turpius euicentur quam non admit-*
tuntur hoſtes. Filij regni magis appellatione, quã reiſpã, vo-
 catione, quã conſecutione, hominum iudicio, quã ven-
 irate, ob infidelitatem & rebellionem euicentur.

Vade ſicut credidiſti fiat tibi, Euthimius in hunc locum: *Eurbi.*
 Hinc oſtendit Chriſtus quòd plurimum conferat ad mira-
 culi operationẽ fides deprecantis (Amplifica ſi vis de fide
 Chananeæ pro filia deprecantis, de fide offerentium Para-
 lyticum alium, & ſubmittentium ante Chriſtum per regu-
 las domus: *Quorum videns fidem dixit Paralytico, Conſide*
gli: ſicut credidiſti, fiat. hoc eſt quia credidiſti me poſſe egro-
 rum curare, licet domum tuam non ingrediar, fiat tibi. Et
ſanatus eſt puer in illa hora. Eufebius Emiſſenus, inter dice-
 re & facere Chriſti, nulla diſtantia eſt. Miraberis fortãſſe
 quomodo cum pollicitus fuiſſet ſe venturum, non tamen
 illuc fuerit profeſtus: *Quomodo* (inquies) verum loquu-
 tus eſt? *Ego veniam & curabo eum &c.* tamen remiſit Cẽtu-
 rionem, nec cum illo ad domum eius deſcendit? Reſpon-
 deo, veniam ſcilicet potentia curandi: non præſentia cor-
 porali: ſic verũ dixit ipſa veritas. Non neceſſe habuit cor-
 poraliter deſcendere, qui abſens corpore priſtinæ reſtituit
 ſanitati Paralyticũ ſolo verbo, in inſtanti. Quod illũ poſſe,
 firmiter credidit Centurio, nec vllo modo dubitauit. Eius
 fidei quædam fieri videretur iniuria ſi dominus iter ob id
 arripuiſſet ad ſanandũ eius ſeruũ, quippe qui diſertis ver-
 bis rogãſſet (Luc. 7.) per amicos, dicens: *Domine, noli vexari.*
Sed sic verbo & ſanabitur puer meus. Si Chriſtus poſtea i-
 uiſſet, ſuboriri ſuſpicio potuiſſet de imbecillitate ei? fidei.

Sicut credidiſti, fiat. Non præcepit Chriſtus huic Cẽtu-
 rioni diſcedere à militia, ſicut nec Petrus alteri Cẽtu-
 rioni, Cornelio, Act. 10. Nec Ioannes Baptiſta militibus,
 Luc. 3. *Interrogabant eum & milites quid faciẽmus? Et ait illis,*
neminem conculcatis, neque calumniã faciatis. Et cõtenti eſtote
 ſtipendiis veſtris: Quia ſicut magiſtratu & legibus ita &
 militibus opus ſit, ad pacem præparatam teſtam tuendam: er-
 go qui deſiderat pacem præparet bellum dixit Vegetius
 lib. 3. c. 1. Et Ariſtoteles Ethicorum lib. 10. cap. 7. *Bella gerim-*
us, ob eam cauſam vt in pace viuamus. Cicero lib. 1. offi-
 ciorum:

li. 10. c. 7. **Cicero**: Suscipienda quidem bella sunt, ob eam causam sine iniuria in pace viuatur. D. Aug. 10. 6. lib. 22. cōtra Faustum Manichæum c. 74. Ios. Baptista nō dixit militibus arma abiicite: quia sciebat eos cū hæc militādo facerent (scilicet licet vtētes armis, hostes interficerent) nō esse homicidas, sed ministros legis, & non vltros iniuriarū sūarū, sed salutis publicæ defensores. Cēturionis fidē laudauit Christus, nō illius militiæ desertionē imperauit. Idē to. s. li. 22. de ciuit. Dei c. 6. Scio in lib. Cicero. 3. (nisi fallor) de rep. disputari, nullum bellum suscipi à ciuitate optima, nisi aut pro se, de aut pro salute: Colligo ergo pro aris & focis (vt pro vltro bio dicitur) 1. pro religione tuēda, pro salute reip. pro vitæ propriæ conseruatione, licebit iusto bello decertare, tuta cōscientia, exercitum cōscribere, in militiā proficisci, arma tractare. D. Hieron. 10. 1. epistol. ad Saluinam, de seruāda viduitate, loquēs ex professo de Nebridio eius nobilitate marito: qui disciplinam militarem profusus fuerat dū viueret. Possum ego super eo verē abuti Apostoli voce Act. 10. dicentis in veritate cognoui quod non est personarum acceptor Deus, sed in omni proposito, qui timet Deum & operatur iustitiā acceptus est illi. Nihil nocuit militati paludamentum, (militaris vestis est) & baltheus, & apparitorum cateruæ, quia sub habitu alterius, alteri militabat, nimirum Christo. Cui est honor & gloria in secula, Amen.

FERIA VI. POST CINERES.

De inimicorum dilectione Matth. 5. & Luc. 6.



Leui. 19. Vidisti quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. &c. Prima periodus seu clausula habetur Leuit. 19. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Nomine autē amici intelligitur proximus, apud Scribas verò, problema erat quisnam dicendus esse proximus: Vt ait d. Luc. c. 10. Et quis est meus proximus? Ineptè legisperiti seu Rabbini Iudæorum, inferebāt à contrariis. Si præcipitur diligendus amicus, ergo præcipitur odio prosequendus inimicus ex Topicis, contrariorum contraria sunt cōsequētia. Sed obseruandū, proximi nomine omnem eū designari qui vel tibi, vel tu illi benefacere potes & opiculari, vt scopus parabola: à Christo propozita **Luca 10.** Luc. 10. clarè ostendit: *Quis tibi videtur proximus? Qui fecit mihi*

miserentiam in illum. Vade & tu fac similiter. Nullus hominum inde excipitur vel excluditur. Omnes debemus amore complecti, nullum odio prosequi. Illud ergo, *Odio habebis inimicum.* Pharisæicum fuit additamentum, legi aperte contrarium, **Leuit. 19.** *Non oderis fratrem tuum in corde tuo: Leuit. 19.* *Not quaras vltionem, nec memor eris iniuria ciuium tuorum.* Vbi patet odium in corde, seu rancorem, prohiberi, & vltionem in opere & effectu: Benè dixerat sanctificatus propheta. **Hierem. 8.** *Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum.* Nempe quia contortè interpretabantur legem domini, quos idè acriter reprehendit dominus, legis sic per eos adulteratæ & deprauatæ reformator, vnde circa medium huius cap. 5. apud D. Matth. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis &c. ego autem dico vobis. Qui* loquendi formula aduersatiua, aperte satis indicat eos legum violatores, & iterū c. 15. prætextum de honorandis parentibus & alendis, eos turpis lucri gratia, & propter inexplebilem auaritiæ ipsorum voraginē corrupisse conuincit dicens: *Vos dicitis, quicumque dixerit patri vel matri munus quodcumque est ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram.* Et c. 23. circa iuramenta turpiter aberrare eos demonstrat: dicentes, *Quicumque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Et quicumque iurauerit in altari, nihil est: quicumque autē iurauerit in dono quod est super illud, debet. Cæci, quid est maius donum, an altare quod sanctificat donum? Qui maius est, aurum an templum quod sanctificat aurum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus que super illud sunt, & quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso.* Sic quoque perperam exponebat & detorquebant istud, *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, &c.* Non dicit legis in lege, odio habebis inimicum, sed audistis quod dictum sit antiquis, est enim traditio & (vt vocant Græci) *Avripoiois*: secundaria quædam post ipsam legem, imò legi contraria seniorum traditio. Tales *Avripoiois* impugnat Christus **Matt. 15.** *Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram. & iterum. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram, &c.* Hoc Ego autem dico vobis, *Diligite inimicos vestros, &c.* Hoc pronomen Ego *emphaticum* habet maximam, quæ sic explicari

cari poterit non illepidè. Ego qui vos ex limo terræ, in
 ex nihilo condidi, ego qui in vos imaginem & similitudi-
 nem meam inculpsi, ego qui singulari mea & semper vigi-
 li providentia, vos protego & defendo, ego qui angelos
 meos ad vestram deputavi custodiam, & omnia in vestri
 vsum & utilitatem produxi: Ego qui vos sacro baptis-
 matis fonte laui, qui vos quotidie sacramentorū meorū virtute
 sanctifico, & immaculato corpore meo cibo: Ego qui
 ardentissimo salutis vestræ studio flagrans, è cœlis in terram
 descendi: qui vt vos sanctificem & copiosè redimā, mor-
 tuus sum destinatus, ego denique cui tot nominibus ob-
 noxijs estis, à quo & tam multa recepistis, & longè maiora
 speratis, ego inquam à quo discere deberis: *Matt. II. Discite
 à me quia mitis sum*, ego, què ex patre, cœlesti mandati mi-
 seratus. *Mat. 17. Hic est filius meus, ipsum audi-
 te*. Ego quem magistrum vestrū & dominum honorificè no-
 minatis. *Ioan. 13. Vos vocatis me magister & domine, & ben-
 dicitis, sum etenim*: Ego (vt semel finitā) cuius resolutioni ita
 hęret deberis, & (vt dicitur) *in istius iurare verba magistri
 vt vel tantillū de dictis meis hęsitare nefas sit & planè im-
 piū. Dico vobis*. In hunc locū Chryso. Vidisti dignitatē quo-
 latorem legis deceret, quis enim prophetarum ita vni-
 locutus est: *Quis patriarcharum? Nullus omnino. Illi dice-
 bant, Hac dicit dominus: Ille, Ego autem dico vobis. Illi con-
 seruis suis loquebantur: hic seruis. Valerius Max. lib. 8. ca.
 15. Quę quique magna cōtigerunt, de Pythagoræ scri-
 bit, Interpellari ad reddendam causam, hoc solum respon-
 debant ipsum dixisse ἀντὸς ἑα, vulgò circūfertur. Ego au-
 tē dico &c. Qui sum legislator & vobis vester. *Isai. 30.
 Domin⁹ legiser noster, ipse saluabit nos. Iob 36. dicitur de Deo,
 Psal. 83. Nullus ei similis in legislatoribus. Iac. 4. vnus est legislator & in-
 dex, qui potest perdere & liberare. Psal. 83. Etenim benedictioni
 dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem &c. Quod sic de-
 bet de isto exponi, qui in mōte 8. beatitudines ore proprio
 prædicauit, & suos ad maiorem perfectionem contendere
 docuit, vt eorum iustitia magno post se relinqueret inter-
 uallo Scribarum & Phariseorum iustitiam. Eusebius Cæ-
 sariensis demonstratione euangelica lib. 1. cap. 7. Moses di-
 xerat Deuter. 18. Prophetam de gente vestra, sicut me suscitabo
 euang. li. tibi dominus, ipsum audies, & ait dominus: prophetā suscitabo ei
 i. c. 7. similem tui. Qui verba eius qua loquetur in nomine meo audis
 Den. 18. noluerit, ego ultor existam. Ergo post Moysen Christus ve-**

niens

niens, est legislator, quia cum additione dixit, *Tanquam se.*
 Moyses autem legem posuerat, ergo propheta ille Moysi si-
 milis futurus, legis authorem illi similem extitisse par est.
 Quamuis innumerabiles post Moysen, prophetae extite-
 rint, de nullo tamen tale testimonium probatum est, quòd
 Moysi similis extiterit: cuncti enim ad illum remittebant
 auditores, idè scriptura testatur nò surrexisse prophetam
 Moysi similem. Neque Hieremias neque Isaias legum au-
 thores fuerūt, Christus autem, *Ego dico vobis, & Mulier cre-
 de mihi, non amplius Hierosolymis, sed in omni loco adorabitur,
 in spiritu & veritate. Idè stupebant quia docebat tanquam
 potestatem habens, non sicut Scriba & Pharisei.* Hęc ille.

Ego dico vobis, diligite. Hęc voce Ego dico, seruos suos Ab-
 salon ad teterrimum facinus, nempe fratris natu maximi
 Ammon. 2. Reg. 13. parricidium incitauit, *Observate* (inquit) *2. Reg. 13*
cum temulentus fuerit Ammon, & dixerò vobis percutite eum:
Nolite timere: ego enim sum qui precipio vobis. Roboramine &
 estote viri fortes. Hęc vna vox illis suffecit ad necem perpe-
 trandam. Cur non ergo eadem vox Christi, *Ego dico vobis,*
diligite inimicos, ad sanctissimū opus exequendum tantundè
 valeat apud nos? Isidorus Hispalensis Etymologiarum lib. *Isidorus*
 5. c. 1. Moyses gentis Hebręe, primus omnium leges sacris *etymol.*
 literis explicauit. Phoroneus rex (vt idè ait lib. 8. c. 15.) pri-
 mus Græcis legem dedit. Mercurius Trismegistus (prose-
 quitur ille lib. 5. c. 1.) primus leges Ægyptiis tradidit. Solon
 primus leges Atheniēsis dedit. Licurgus primus Lacedæ-
 moniis iura legū ex Apolliniis auctoritate confecit. Numa
 Pōpilius qui Romulo successit in regno primus leges Ro-
 manis edidit. Deinde cū populus sediciosos magistratus
 ferre nò posset, decemuiros legibus scribendis creauit, qui
 leges ex libris Solonis in Latinū sermonē translatis 12. ta-
 bulis exposuerunt. Ex Valerio & Diodoro Siculo, priore li. *Valer. li.*
 6. c. 5. de iustitia, posteriore, lib. 12. suæ bibliothecæ: Norum *6. cap. 5.*
 fit quod Charōdas fuit legislator Thuriorū, Zeleucus vrbis *Diodor. 6*
 Locrensiū. Cicero de legibus lib. 2. Zaleucū & Charondam *lib. 12.*
 legislatores facit & lib. 3. vt Charondas (inquit) in suis fa- *Cicer. de*
 cit legibus, & Valer. lib. 1. c. 2. de simulata religione, Minos *leg. lib. 2.*
 Cretensum Rex, illis leges tradidit. Et (vt colligitur ex hi- *& 3. Va-*
 storii) Mahumed Arabum legislator & Turcarum, suū ex *ler. lib. 1.*
 Alchoranū, hoc est, collectionē præceptorum, sed Epicuri *cap. 2.*
 de grege porci, & faaatici hominis, dicam an belluæ col-
 luumi

Iuuiem & putidā sentinam. Supranominati legumlatorum vindictam, & talionis reciprocationē, suis in legibus prescripserunt & cōcesserunt, magna ex parte: cum Pythagoræis definiētes omnino ius esse, & hoc quidē etiam à Rū-

Arist. li. 5. ethico. cap. 5. damanto profectū iniuriā acceptam retaliare. Aristoteles lib. 5. ethicorum c. 5. author est sic Pythagoræos sensisse, & ponit hunc versum: *Si quod quisque facit idem patiatur, erit ius.* Talionis, ex lege Moſis, vltus erat Iudæis: Exo. 21. *Leuiti. 24. 24. Deut. 19. Matt. 5. iudici dicitur seu magistratui, Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu exiges.* Romanis *Matt. 5.* similiter ex lege 12. tab. tit. 11. de iniuriis, si membrum raperit meum, è pacto talio esto. *Gellius li. 20. c. 1.* Pompeus Festus dicit. Talio. Talionis mentionē fieri in ait Verrius hoc modo, si membrum rapserit (vel ruperit) cum eo pacit (vel paciscatur) talio esto: Permittit lex per rem vindictam. Hæc ille. Item Atheniensibus: Scribit *Pardulphus in iuris. ve. Solonis leg. 72. et 74.* Quæ lex quam Moſaica seuerior est. Et leg. 74. eiusdem Noxæ par pœna esto, vbi talionis seruatur paritas. Thurijs similiter, (quibus leges dedit Charondas) sicut in sua commemorauit bibliotheca lib. 12. Diodorus. Si cui quis oculi eruerit, oculū reo pariter eruito. Sic de alijs gentibus existimare & opinari licebit, apud quas talionis erat repercutio Cicero officiorum lib. 1. Iustitiæ (inquit) primum munus est, vt ne cui quis noceat nisi laceſſitus iniuria. Quod dixisset, etiam laceſſitus: nihil certè euangelica Philosophia erat proximius. Christus verò vt demonstraret alijs quibus suis legislatoribus excellentior, repressa & abrogata talionis pœna & cuiuslibet generis vindicta, ad maiorem suos ducit perfectionem, ita itatuens.

Diodor. lib. 12. *Cic. off. 1.* *Psal. 138* *Exod. 22* *Rom. 13.* *Exod. 32* *Num. 25*

Diligite inimicos vestros. Vestros dicit non Meos quia Dei inimici & hostes aliter tractandi sunt quam (vt ita dicam) personales, qui nobis inimicantur. Psal. 138. Nonne qui oderunt te domine oderam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Non ait, Eximite à pœnis, sed diligite. Charitas iustitiam non opprimit, nec vicissim & debent magistratus lege diuina fontes plectere. Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. Rom. 13. Minister Dei est, vindex in iram ei qui male agit. An non Moyſes qui (Exod. 32.) Dei inimicos idololatras occidit, diligebat inimicos? & Phinees qui (Nume. 25) perfodit adulteros, nonne propter zelum suum, iram Dei placauit?

placuit: quia Saul (1. Reg. 15.) pepercit Agag. Amalechitarum Regi & Achab. (3. Reg. 20.) Benadab Regi Syriæ: idem 3. Reg. 20 contraxerunt iustissimū aduersus seipſos Dei odiū & supplicium. Alteri eorū dictum est: *Quia dimisisti virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius.* Alter verò vitam amisit & regnū, reprobarus à domino. Quod ergo dicitur de inimicorum dilectione, id sine præiudicio honoris Dei & religionis intelligi debet. Alioqui enim Dei iussu & auctoritate ad vindicandam eius iniuriā, contra idololatras insurgentes & inimicos Dei persequentes, cum Leuitis hoc referūt respōsum, *Consecraſtis manus vestras domino.* Exod. 32. Nota est omnibus Dauidis Regij prophetæ māsuetudo ac pietas ex *Psal. 131. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius,* qui & dicebat *Psal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidaam merito ab inimicis meis inanis,* artamē *Psal. 100. dicebat: In matutino interficiebā omnes peccatores terre, & c. 2. Theſſ. 3. de inobediente scribitur, Nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt fratrem.* Obseruanda est hæc regula, ita diligendi sunt homines vt eorum non diligantur errores. Dilige naturā nō vitium, Sic Diogenes Laërtius refert de Aristotele lib. 5. Cum sibi probro daretur quòd flagitioso homini misericorditer tulisset opē, Non (inquit) mores miseratus sum, sed hominem: & rursus, Nō homini dedi, sed humanitati, Alcon cretēsis sagittarius, cuius filiū cum rapuisset draco, tāta arte sagittā direxit, vt illæſo filio draconē confecerit, vt scribit M. Manilius, astronomiæ libro 5.

Manilius Astrono. lib. 5.

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus, Videlicet in sagitta zodiaci signo. Esse potest, qui serpentem super ora rubentem Infelix, nati somnūque, animāque bibentem Sustinuit, misso petere & prosternere telo Arserat esse patrem, vicit natura periculum, Et pariter iuuenem somnoque & morte leuauit, Tunc iterum natum, & fato per somnia raptum

Et Sidonius Apollinaris, Panegyrico Maioriano Augusto, Sidonius dicto carmine 5.

-- Non sic librauit in hostem Spicula, qui nato serpentis corpore cincto, Plus timuit dum succurrit, dum iactibus iisdem Interitum vitamque daret, stabilēque teneret Corde tremente manum, totāque exiret in artem Spe propiore metus, dans inter membra duorum

Virg. ecl. *Vnus mortem. De Alcone Virgilius eclog. 5. eceinit ad Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Rami cōmentarius hunc locum est huiusmodi. Alcon sagittarius fuit excellens qui in serpentem Phalari eius filio inuolutum tanta sagittam direxit, vt eam serpentis in vulnere defigeret, ut filium tangeret. In epigrammatis Græcis lib. 6. ut arachne*

Epigr. *μαία Θηρών, extant Græci versus αἰλὶς, de Alcone sic. παιδία πάτηρ ἄλκων ὄλωσ' ὀφιδίν' αὖ δράκοντι, ἀβήσας, δαδὴ τῶσιν ἰναμύχ' ἤξει.*

Ioannes Sleid. *Cum pater aspiceret natum serpente teneri Alcon, mox arcum, fidæque tela capit. Ictus erat certus, patulo qui laeserat ora. Vulnere, quod ferme senserat ipse puer. Hosteque prostrato, quercu suspendit ab ista Mox pharetram, & duplici nomine latus erat.*

Ioannes Brodaus Turonensis annotationibus suis in epigrama hoc sic scribit.

in epigr. *Παῖδια. Phalcreum Apollonius Argonauticōn, α. Græc. ἰνυδίνος τε φάλκρος ἄλκων μιν πρόεννε.*

Apollo. *πάτηρ πέος-- Hoc est, vt interpretor, bene hastatus Alcon pater filij sui Phaleri ipsum longè extenso arcu petiit, vti scilicet draconem perimeret, filiumque seruare incolu mem. Alcon Cretensis sagittarius Valerius Flaccus, primo Flaccus, Argonautic.*

Argon. i. *Stat procul intendens dubium pater anxius arcum. Sidonius Apollinaris, Alconem spicula nosse.*

Δαδὴ ἤξει, ne filium transfodiat timente, siue tremēte manu. Hæc Brodaus ibi, &c. Huius ad instar, & tu, malitiam ab authore malorum serpēte tortuoso diabolo, excitatam & immisam aduersum te, per inimicum tuum, ita sagittare contende: vt interim bonam hominis naturam (quæ a Deo est) non auerferis vel oderis aut iniuria affecteris: in malitiam hominis irasci licet, in hominem nō licet, in inimicis (si potes) occide errorem, sed foue charitatem.

Benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Quidam ex prophetis 3. Reg. 13. Cum venisset Bethel, Hierobeam regem Israel increpuit, & extendit rex manum, vt apprehenderet illum, arefacillam extrahere ne quibat: vir Dei pro illo orans eum pristina sanitatis restituit. Exercens pietatem erga lacescentem. Ioseph patriarcha, fratrum

fratrum inuidiam ingenti rependit beneficio Genes. 37. *Eos Gen. 37. panis, exosculatur, in amplexus ruit, omnem denique remisit Gen. 45. iniuriam Genes. 45. fecit Isaac conuiuium his qui oderant Gen. 26. eum Gen. 26. Quid venistis ad me (aiebar) hominē quem odistis & expulistis à vobis? Christ⁹ Iudæ traditori pedes lauit, ei sacram synaxim cum aliis tribuit, nec osculum ei denegauit, cum proderet ipsum. Insuper crucifixoribus suis veniam dari petiit: rogans, Pater ignosce illis, &c. Idē (Luc. 9.) Luc. 9. cum à Samaritanis non fuisset receptus, idēoque Iacobus & Ioannes vicisci iniuriam vellent, dicentes, Vis dicimus vt ignis descendat de caelo, & consumat illos? Respondit Christus. Nescitis cuius spiritus estis, Filius hominis non venit animas perdere sed saluare. Si obieceris 4. Reg. i. Cur Helyas quinquagenarios igne consumi imprecatur, respondeo, Non appetit vindictæ, sed iustitiæ affectu: & ex instinctu numinis diuini contra impios sententiā tulit, vel etiam dici potest, vt proponit D. Aug. to. 4. de sermone Domini in monte li. Aug. to. 1. Helyæ exemplum cum protulissent discipuli (rectè nimirum & implicite) vt ipsis daret potestatem petendi de cœdomini & lo ignem, ad comprehendendos eos, qui sibi hospitium non præmonte liberent: reprehendit in eis dominus, non exemplum prophæz sancti, sed ignorantia vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animaduertēs eos nō amare correptionē, sed odio desiderare vindictam. Neque hinc ea vindicta prohibetur, quæ ad correptionē valet. Ipsa enim etiā perinet ad misericordiā. Hęc D. Aug. adiiciens & istud, quod in nouo testamento in Actis c. 5. Anania & eius coniugē morte multauit Act. 5. D. Petrus, tanquā hac in parte locū tenens Dei id fecit. Et Paulus incastuosum tradens sathanæ, non eā vindictā fecisse odio, sed amore manifestat illud adiectū 1. Cor. 5. Vt 1. Cor. 5. spiritus saluus sit in die Domini. Obiicies ex Psal. 57. Latabitur Psal. 57. iustus cum viderit vindictā. itē Apoc. 6. Sancti clamant, vsque Apoc. 6. quo non vindicas sanguinem nostrum? Respondetur vindicta martyru est vt euertatur regnū peccati, quo regnate tanta perpassi sunt. Hęc Aug. to. 4. lib. 1. de ser. Domini in monte. Act. 7. D. Stephanus protomartyr pro lapidantibus se, flexis genibus Euseb. exorauit dominū Act. 7. dicēs, Domine ne statuas illis hoc Cas. lib. peccatū. Eusebius hist. lib. 2. c. 22. ex versione Christophori. Hier. 2. c. 22. soni, citato Egeffipo Apostolorum ætati proximè succē Hier. 2. c. 22. dente de Iacobo fratre domini martyrium passo ita refert. 1. catal. idem planē & D. Hieronym. tom. 1. epist. in catalogo scrip. eorum ecclesiasticorum de eodem. Deuētus in præcept, clef. genibus*

*Testib-
lianus a-
polog. cō-
tra gent.
ca. 30. cō-
31.*

Hier. 15.

Iob 4. 2.

2. Tim. 2.

1. Jo. ult.

*Hierony-
in Matt.
5. c.*

genibus flexis, dixit, obsecro domine Deus pater, da illi veniam: nesciunt enim quid faciūt. Cūque illum lapidibus obterere pergerent, vnus de sacerdotibus ex filiis Reocab, voce emissa contentius dixit: Quid agitis? Iustus pro vobis Deum precatur. Tertullianus Apologetico aduersus gentes, secundum recētem impressionem Lutetianā. c. 30. docet, etiam pro inimicis, & persecutoribus tūc temporibus Rom. Imperatoribus, Christianos orasse vitam illis proferam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, fenarū fidelem, populum probum, orbem quietum optantes. & c. 31. Qui magis inimici & persecutores Christianorum, quā de quorum maiestate conuenimur in crimine. Ideō Moyſes & Samuel in oratione aliis preferuntur: qui pro inimicis orasse legūtur. Hierem. 15. *Si steterit Moyſes & Samuel corā me, & non est anima mea ad populum istū.* Moyſes pro se lapidantibus deprecatur, Samuel pro deponentibus se & reiicientibus à principatu, Mirabile dictū! Deus parcere noluit amicis Iob, qui tot probra in eum iactatū, donec Iob orauit pro eis & sacrificium obtulit ca. 42. vltimo, Ite (ait dominus) *ad seruum meū Iob & offerat holocaustum pro vobis, vt non vobis, imputetur stultitia:* Et suscepit dominus facie Iob, cū oraret pro inimicis suis. Si roges, Quid orandum pro inimicis? Respondet 2. Tim. 2. Apostolus pro his qui resistunt veritati, *vt Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscat à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.* Si obiicis Ioan. vltimo dicitur, *Esse peccatum ad mortem, Siquis scit fratrem suum peccare ad mortē, non pro illo dico vt roget quis.* Quomodo ergo orate pro persecutoribus? Responde. Peccatum ad mortem esse finalem impœnitentiam ad mortem vsque perdurantem, in qua quicumque decesserit irreparabiliter & irremediabiliter damnatur, pro talibus non est orandum, nec pro damnatis (si nobis noti sint) vt neque pro demonibus, tamen quamdiu est spes emēdationis alicuius, orandum est pro eo. Ne dixeris hoc præceptum de diligendis inimicis esse impossibile, est enim impium & blasphemum sic sentire & proloqui. D. Hier. in Matth. 5. ad hunc euangelij locum, multi præcepta Dei imbecillitate sua non sanctorū viribus æstimātes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt. Sciendū est ergo Christū non impossibilia præcipere, sed perfecta, quæ fecit Dauid in Saul & in Absalon. Stephanus quoque martyr vt supra, & Paulus Anathema

cupit

cupit esse pro persecutoribus suis. Idem tom. 4. in symboli explanatione ad Damasum scribit: Execramur eorū blasphemiam: qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo præceptum esse: & mandata Dei, non à singulis, sed ab omnibus in cōmune posse seruari, hæc ille versus finem. *Matt. 11. 11. Iugum meum suauis est. & 1. Ioan. 5. Mādāta eius graua non sūt.* Ne dixeris cum Capernaitis & sacramentariis Ioan. *Ioan. 6. 6. Durus, est hic sermo &c.* Memineris illius prouerbij. *Quæ pulchra, difficilia.* Philipp. 4. *Omnia possum in eo qui me confortat* Apud Platonem legitur tribus in locis, *καλὰ τὰ ἤθη* Hippia καλὰ, Pulchra difficilia esse in Hippia maiore ad calcem, in Cratylo initio, & dialogo 4. de republica. Erasmus fusè & explicat chili. 2. Cent. 1. Adag. 12. *Difficilia quæ pulchra, Ardua quæ pulchra.* Virus circa difficile, vt dicitur in ethicis lib. 2. cap. 3. Et Ouidius poëta dixit. *Difficile est fateor, sed tendit in ardua virtus:* Et talis meriti gratia maior erit. *Arist. e. Habetur lib. 2. de Ponto elegia 2. ad Messalinū. Hoc opus, hic labor est,* Æneid. 7. Plutar. to. x. opusculorum, de liberis 2. cap. 3. educandis, In prouerbio est, inquit, difficilia esse ea quæ sunt pulchra. Si tibi durum videatur amare inimicum, fac de pont. memineris historie Ruth. c. 2. *Intinge buccellam tuam in ace-* eleg. 2. *vt hoc veluti condimento suauior sit tibi panis.* Thren. *Virg. Æ-* 3. *Recordare me absinthij & fellis,* dicit dominus Christus *noīd. 6.* propone tibi ob oculos domini nostri in cruce pendentis *Ruth. 2.* exemplum, & amaritudine fellis, aceti, & tormentorum, *Thren. 3.* quæ ipse passus est, cōdi cibos tuos, & dilige inimicos proprios. Adde quod spes præmij diminuit vim laboris: *Heb. 11. 11. Moyſes affligi & pati elegit, aspiciebat enim in remunerationem* Gen. 49. *Isachar vidit terram quod esset optima, & supposuit humeros ad portandum.* Considera (amabo) ingentem mercedem repositam tibi, si inimicos dilexeris sincere & ex animo, pro Christi amore & ex charitate. *Vt scribit (ait Christus in sequentibus) Filij patris vestri qui solem suum &c.* Attende iubentis auctoritatem: *Ego autem dico vobis: 4. Reg. 5. dicebant serui ad Naamā: Pater estis rem 4. Reg. 5. grandem dixisset propheta, certe facere debuisset. Quanto magis nos (omni excusatione semota) debem⁹ iubēti Christo to. 5. ser. nostro redēptori mente promptissima obtemperare? Et ad vt diligam confusionem nostram hoc adiicio, D. Chrylostomus to. 5. mus etiā sermone, vt diligamus etiam persequentes: Nonne spectantes, vt inquam qui turpi libidine detinentur, vt ab adulterata tes.*

D

muliercula

muliercula innumeris contumeliis affecti (cæduntur plerumque & conspuuntur? Quid igitur? (Amatium iræ amoris integratio est, scripsit Terentius in Andria Actus 3. c. 1. c. 2. circa medium.) Num amor ignominii soluitur? Minime, quin magis incenditur. Hæc sanè humili, & infimæ genere scæmellæ, postquam libidinata sunt, factitant. Nil nos pudet eam quæ dæmoniacus amor habere vim credidit, non existimare in diuinum posse desiderium transferri? Nostrum nullus vulgatum illud dictum vsurperet, Amorem prosequar me colentem. & illud, si me oderit frater, hanc quaquam huic mihi spectandum tulerim. Digna publicane vel gentili dicta, non homine Christiano. *Si diligitis eos qui vos diligunt, nomine ethnici hoc faciunt?* Pudeat Christianos, illum perfectionis non attingere apicem, aut velle contedere, in quo aliquot ex ethnicis excelluisse, & clarissimos habitos, ex historiis non dubiis instruimus: & vt hinc sumamus exordium, Socrates (ex Laertio lib. 2. in Socrate) Xantippe morosissimam tolerauit vxorem, quæ in eum contumelia dicebat, & sordidis aquis perfundebat eum, dicebat tunc post Xantippes vsu reliquorum mortalium facilis toleratio obuenerit. Apud Gellium pariter lib. 1. c. 17. Xantippe iurgiosa admodum fuisse fertur: has eius intemperies in meritum, Alcibiades demiratus, interrogauit Socratem, quam nam ratio esset cur mulierem tam acerbam, domo non exigeret? Quoniam (inquit Socrates) quum illam domi talis perpetior, insuesco & exerceor vt ceterorum quoque fortis petulantiam & iniuriam facilius feram. Plutarchus tom. 1. opusculorum de utilitate ex inimicis capienda idem de Socrate & Xantippe refert. Idem Socrates vt retulit D. Bassilius ho. 24. de legendis Gentiliu libris, à quodam vehementi impetu in faciem cæsus, minime commotus, iram satians permisit: ex quo eum totum plagis tumidum reddidit: Nil aliud Socrates fecisse dicitur, quam fronti propriae scripsisse, Talis fecit. Veluti statua quidam, auctoris nomen, & eo modo sese vindicasse. Socratis hoc, germanum est illi præcepto quod maxillam verberati & alteram præbere iubet. Lycurgus Lacedæmonius, vt narrat cõformiter Plutarchus to. 1. opusculi in apophth. Laconicis, & Stobæus serm. 19. de patientia, à ciue quopiam iuvene Alcandro nomine, in seditione aduersus se mota, altero oculorum orbatus, illum à populo accepit, vt quo liberet modo puniret, hunc neque vltus est, neque obiurgauit, sed adhibitum suo conuictum

Diogen. Laërtius lib. 2. in Gellii lib. 1. cap. 17. Pluta to. 1. opusculi de utilitate. ex inimicis. Bassilius. Plutar. tom. 1. opusculi in apophtheg. Laconic. Srobæus serm. 19. de patientia.

ctui optimè institutum, studiosum omnium suarum actionum reddidit. Quo in theatrum producto, Lacedæmonis admiratis dixit, litum ante hac iniuriam ac violentum, qualem à vobis accepi, iam frangi ac popularè restituo. Phocion & Aristides Athenienses, alter exilio, alter morti damnatus immerito, Aristides quidè in exilium iturus, precatur, nequid aduersus Athenienses eueniret, quo se ab exilio reuocare cogeretur. Phocion autem cicutam bibiturus, astanti filio præcepit nequid vnquam mali Atheniensibus propter iniustam illam necem sibi illatam precaretur. Et quidè de Phocione id restantur Elianus Var. hist. lib. 12. c. 49. Morturur filio mandauit, ne cum iniuriæ memoria rependeret Atheniensibus, propinationem hanc quam esset tunc bibiturus: & Plut. to. 3. vitarum in Phocione, item to. 1. opusculi in apoph. Græcorum. Mando (inquit) tibi fili atque horror te, ne Atheniensibus memorem te iniuriarum præbeas, aliquid adidicis utrobique, cum duceretur ad carcerem inimici prætercurrentes incessabant eum cõuitiis. Vnus etiam inspuit in eum, tum ad magistratum respiciens Phocio, Nemone (inquit) compefceret hunc contra decorum agentem? Ceterum patienter & æquo animo tam indigna tulit. De Aristide idem scribit Plutarchus to. 2. vitarum in Aristide. Vt be excedens, pulsus exilio decenali, supinas manus tetendit ac cælum & vota fecit, ne vllum tempus populo Atheniensi incideret, quo reminisci adigeretur Aristidis, ciuitas. Thrahybulus Athenienseis optimus ciuis, vt narrant Iustinus historicus lib. 5. & Valerius Maximus lib. 4. c. 1. de animi moderatione. 30. Duces Spartanos, tyrannos, sociorum ope ab Athenis propulsauit, & patriæ libertatem recuperauit: plebscirum interposuit, ne qua præteritarum rerum mentione fieret, legem sanciens de abolendis præteritis iniuriis (quam Αμνηστια nuncupant) Plutar. to. 3. opusculi in politicis siue de ciuili institutione, τὸ ψήφισμα τῆς ἀμνηστίας ἐπὶ τοῖς τριάκοντα, 30. opusculi in apophtheg. appellat: hoc est decretum obliuionis, seu iniuriarum quæ triginta viris Remp. Atheniensem occupantibus vltro citroque illatae acceptæque essent obliuio, ἀμνηστια αὐτῶν, Memores cõtra morem non esse iniuriarum dicunt Græci. Æschines contra Cresiphonem non esse iniuriarum dicunt Græci. Æschines contra Cresiphonem non esse iniuriarum dicunt Græci. Hoc est pulcherrimum illud & ab humanitate doctrinæque profectum verbum, ne quis pristinarum iniuriarum remissioneretur, appellat. Philippus Alexandri pater vt citat Plut. tom. 1. opusculi in apoph. Regum & Imperat. cum Nicanor imperat.

Elianus Var. hist. lib. 12. c. 49. Pluta to. 3. vit. in Phocio. & to. 1. opusculi in apoph. Pluta to. 2. vit. in Aristide. Iustinus hist. lib. 5. Valer. Maximus lib. 4. c. 1. Pluta to. 3. opusculi in politicis siue de ciuili institutione. Pluta to. 3. opusculi in apophtheg. Pluta to. 1. opusculi in apophtheg. Pluta to. 1. opusculi in apophtheg.

quidam Macedo ei verbis detraheret, amicis supplicio afficiendū hominē censentibus, ille contrā cognoscens Nicanorē graui premi inopia: dono aliquo iussit affici. Mirum deinde laudibus à Nicanore Rex ferebatur, quo ad ipsum perlato. Videtis (inquirit) in nostra esse potestate, vel bene vel male audire? Beneficiis etenim ad bene loquēdum promoueamur. Quod dicit Apostolus Rom. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba eum: sic carbones ignis congeres super caput eius.* Quibus nimirum ad benevolentiam eum incendas, si cum inimico beneficiis certare volueris, vincēdo in bono malum sic carbones ignis, id est amorem charitatis, congregabis super caput, i. super mentem eius. Nulla siquidem re magis prouocatur amor quā prouenire amādo, nimis enim durus animus, qui dilectionem, etsi nolebat impendere, nolit repēdere. *Obsequium amicos, veritas odium parit.* inquit Comicus poēta. Sic periphrasi illustrat locū illum D. Thomas in epistol. ad Rom. 12. c. circa finem. Et Porfena Rex Etruscorum (vt notat Val. Max. lib. 3. ca. 3. de patientia) Mutium conatum illum occidere morte non est vltus, sed saluum in incolumem ad suos remisit his verbis, Reuertere (inquirit) ad tuos Muti, & eis refer, te, cum vitam meā petieris, à me vitā donatum. Hinc Mutio postea Scæuolæ à clade dextra manus cognomentum inditum Liuius lib. 2. hist. Rom. & Plutarchus to. 1. vitarum, in Poplicola. *suavis, leuus, sinister* inde Scæuola dictus. Iulius Cæsar, laudatore Cicerone oratione 41. quæ pro Q. Ligario inscripta est, iniuriarum non erat memor, sic enim Cæsarem affatur: Oblivisci nihil soles nisi iniurias. Nulla de virtutibus tuis plurimam nec gratior, nec admirabilior, misericordia est. Homines enim ad deos nulla re propius accedūt, quā salute hominibus dāda. In Sex. Aurel. Victoris Epitome de Vespasiano scribitur: Huius inter cætera bona illud singulare fuit: inimicitias obliuisci, adeo vt Vitellij hostis sui filiā locupletissimè donatā, splendidissimo coniungeret viro. Hæc ibi. Ideoque Christus subiicit, *Vt sitis filij patris vestri, qui solem suum oriri facit etc.* Suetonius de Iulio Cæsare §. 73. Similitates contrā nullos excepit vnquā, vt non occasione oblata, lubens deponeret. §. 74. Sed & in vltiscendo, natura leuissimus erat. *Tam* ideo historiam Gentilium, nubem tibi proposuimus, vt scias quicumque vindictæ appetens, & vltionis amans fueris, te indignū certè nomine Christiano quinimò Ethnicos hac in parte te lōgè meliores. Libanius in argu

Rom. 12.

Terentii
in Andr.D. Tho-
mas i 12.
ca. Rom.
Valer. li.
3. cap. 3.Liuius li.
2. hist. Rom.
Pluta. to
1. vitarū
in Popli-
cola. Ci-
cero pro
Ligario.Suet. in
Libano.
Libano. o-
rat. de li-
bertate
Rhodio-
rum.

in argumento orationis de libertate Rhodiorum in operibus Demosthenis: suadet Demosthenes iuuadum esse populum Rhodiorum: Et si ante (inquirit) Rhodij vos laeserūt, tamen vobis & honestū & vltatum est; eos etiam Gracos, qui vos nonnihil offenserunt, liberare, atque delinquentibus in Remp. ignoscere. In orationē sic habet Demosthenes: Dandam opēram censeo, vt hi viri conferentur, Rhodij scilicet, obliterata memoria iniuriarum: *Æschines* orationē in Ctesiphontem, iam citata, & Suidas dictione *μνησιν ἀρχαίων*, & Polybius, Romani veterū offensarum memoriam nullam præ se ferebant. Silentio non existimo prætereundum egregium viri Christiani, & summæ euan-gelicæ perfectionis exemplum, quod contigit anno dom. 1040. Referente Suriō tom. 4. de probatis sanctorum vitis Suri^o to. 4. de S. Iulij 12. & Fulgoso, de exemplis lib. 4. ca. 1. de animi moderatione. Claruit Ioānes Gualberrus fundator ordinis val-lis vmbrosæ, patria Florētinus. Cū ille vltionem expetere, qui cognatū patris iniuste peremerat, obuiam illi sit in loco tam angusto hostis ille, vt nō posset à via deflectere, inermis erat hostis. Confusus de Ioannis clemētia, ab equo desiliit, humi prostratus, iunctis manib⁹ pro Crucifixi amore veniam sibi postulauit. Compunctus Ioannes, audito nomine Crucifixi, pacem illi obrulit propter amorem Crucifixi, qui pro suis hostibus rogauit. Iussit eū surgere à terra, & ipsi condonauit, fecit ei copiam quōd vellet recedendi. Ioannes vltā progressus in quādā ecclesiam quæ erat in itinere se contulit, & coram imagine Crucifixi genua flectens, vidit Christi in cruce pendens caput ad se inclinari, tanquam gratias ipsi agētis: quod pro eius reuerentia, hosti capitali pepercisset. In tanti miraculi testimonium, Crux illa hodie in ecclesia S. Mimatis prope Florentiam seruat^r: & Ioannes abrenunciavit sæculo. Huic veluti per antithesim opponam aliud à Symeone Metaphra-Ste literis consignatum. Refert idem Surius to. 1. de sancto Nicephoro martyre: Antiochiæ Syriae duo fuerunt inuicti cōiuncti necessitudine & amicitia, quorum vnus presbyter, Sarprius nomine, alter laicus Nicephorus, (quasi victoriam referens) intimi quidem amici, verū diabolo inter eos suscitante ac seminante discordias, tanta adinui-cem exarserunt iracundia & implacabili odio, vt nolent sibi in platea occurrere: sed ad se rediens Nicephorus, amicos vt ad presbyterum Sarprium, reconciliationis ergo,

Demost-
orat. pro
Rhod.Æschines
nes. Sui-
das. Po-
lybius.Suri^o to.
4. de S.
Iulij 12.
Io. Gual-
bert. Ful-
gosi lib.
4. exēp-
cap. 1.Symeon
Metaph-
apud Su-
riū. to. 1.
de S. Ni-
cephoro
maur.

se conferrent, rogavit obnixè, Noluit ille condonare quâquam semel, bis, & ter eos miserit: Nicephorus in propria iuit, genibus positus, supplicem veniam postulauit propter Christum. Noluit alius ei reconciliari & ignoscere, cum tamen debuisset multis nominibus: tum quod Christianus, tum quod presbyter, tum denique quia priffimus amicus. Superuenit persecutio, apprehenditur Sapricius Christianus, constanter faetur se Christianum & presbyterum. Præfide dicente D. D. Augulti Valerianus & Gallus iusserunt vt sacrificent Christiani diis: alias moriantur. Respondit, Nos Christum Deum habemus. Ad torturam applicatur, quam sustinuit fortiter. Capite damnatur. Cum ille ad supplicium duceretur, Nicephorus procedit obuiâ, adgeniculatur ei, rogavit eum his verbis martyr Christi, Ignosce mihi, quoniâ peccaui in te: nullû dedit responsum. Rursus per aliam viam præuenit, antequam extra ciuitatem esset: iterum rogavit illum, sed nullum tulit responsum. Dixerunt lictores Nicephoro: O stulte, iste vadit ad supplicium, quomodo petis ab eo veniam? Respondit, Nescitis quid petâ à Confessore Christi, Deus autè nouit. Ad locum supplicij tertio dixit Nicephorus Sapricio, Ignosce mihi. Sed neq; tum flexus est, sicq; martyrij corona seipsu priuauit. Qui enim clauit viscera misericordie à fratre suo, & se cælo laureaq; martyrij indignû cõprobauit, Exitus acta probat, cum enim dicerent illi lictores, Flecte genua vt caput tibi amputetur: Respondit, Nolite, facio quæ iusserit Imperatores & sacrifico. Atq; ita fit deserror, trãfuga, & apostata. Nicephorus interea rogabat eum, Noli ô frater negare Christû, & perdere coronam, noluit eum audire: Qui non obaudiuit dicenti, reconciliare fratri tuo, quam obrem ei fores cælorû clausæ sunt. Nicephorus dixit lictoribus, Ego sum Christianus, me pro ipso ferite. Nô ausi sunt absque iussu præfidis. Vnus ex eis accurrens, nûtriuuit præfidi. In eum lata fuit mortis sententia, & Sapricius liberatur à præfenti quidem supplicio: sed gehênâ æternû incurrit supplicium: Nicephorus ascendit in cælos per fidè, charitatè, humilitatè. Hæc fufius apud Suriû tractatur. Celebratur sapientis sentetia, Ecclesiastici. 28. *Homo*

Ecclesi. 28.
1. Ioan. 3.
Mensuræ
dei.

domini reseruat iram, & à Deo quarit medelam? In oratione dominica sic oramus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. & 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est, & homicida nõ habet uitã in se manentẽ. Menã-

dri

dri Comici versus planè diuinus talis est, ἀθάνατον ἔχοντα μὴ φθάσει θύρατος ἔν, Hoc est immortalè inimicitiam ne Stobæus retine mortalitatis existens. Stobæus serm. 20. de ira ex Furi- ser. 20. pide in Philorecte (non erat cum impressis Euripidis.) ex Furi- pide.

Ὁσωνίη ἢ θνῆτιν ἡγεῖ τὸ σῶμα ἡμῶν ἔστω.

Ἔτω ἡ ὀρθονες μὴ ἢ τὴν ἑσπῆν ἔχου

ἀθάνατον, ὅστις σῶπρον ἔν ἰσῆα ἰαί, Latine sic vertitur.

Vt mortale nostrum est corpus, ita conuenit iram quoque nõ retinere.

Immortalem, quicumque sapientiam didicit seiv intelligit.

Liuius lib. 40. hist. Rom. refert. Q. Cæcilium Metellû oratione ad Censores dixisse, quia inimicitias per annos multos inter se atroces gerebant, vt eas tunc finirent, & reconciliarentur: vulgatum illud quia verum erat in prouerbium venit, amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse. Legati itidem ex parte Tarquinij regno ciecti, dicebant Romanis, apud Dionysium Hallicarnassæum li. 5. Antiquitarum Rom. vt homines cum sint, nõ supra humanam conditionem sapiant, nec immortales iras gerât in corporibus mortalibus. Theophilus similiter institutionum iuris ciuilibi li. 1. tit. 2. §. senatus consultum, scribit quû Romæ seditio inter plebem & Senatû coorta esset, eiusce rei nomine secessio facta est. Quoniâ tamen inimicitias eorû immortales esse non decebat, Hortensius quidam vir patriæ amans consuluit eis, vt posita mutua maleuolentia, ad concordia reuerteretur, enarrans mala quæ ex discordiis seditionibusq; consequi solent, & tandè persuasos in mutua gratiam reduxit. In vita S. Ioannis elemosynarij, ex Symeone Metaphraсте apud Suriû to. 1. Est angelorû (ait quidam ex patribus) nequaquam depugnare, sed esse in pace perpetua: Dæmonum autem irruocabiles per totã vitam exercere inimicitias: Hominum verò sapientum, breuiter quidem fortasse irasci, citò autem & paulò post currere ad reconciliationem. Tales inimicitia sempiternæ & irreconciliabiles Eteocleæ contentiones vocatur apud Apuleium lib. 10. de asino aureo, vbi Beroaidus adiicit hoc scholion: Eteocles & frater eius Polynices inuicè pugnâtes occubuerunt. Quorû odiû etiam post mortem apparuit. Starius poetâ Thebaidos lib. 12. narrat quòd cum rogo dati essent læui artus Eteoclis, & fratris sui cadauer in eundem rogam iniicere vellent, *Ecce iterum fratris primos vt contigit artus*

Dionysius Hallicarnassæus lib. 5.

Theoph. in institutionibus lib. 1. tit. 2. §. Senatuscõs.

Apuleius lib. 10. de asino aureo.

Beroaldus in Apuleio.

Stadius poetâ Theb. libro 12.

D 4 Ignis

*Ignis edax, tremuere rogi & nouus aduena bustus.
Pellitur, exundant diuiso vertice flamma,
Alternòsque apices abrupta luce coruscant.*

Exclamat Antigone vtriusque soror hoc videns,
viuunt odia improba, viuunt,

Lucanus Et Lucanus libr. 1. hac de re verba faciens, *Flamma* (ignis
lib. 1. scilicet.)

*Scinditur in partes, geminòque cacumine surgit
Thebanos imitata rogos.*

Epigrammata græca de fratribus Thebanis tom. 3.

Βίαιρος, διαικιδος, ωάιδων θύβη τάφος.

Græca Kai ω υπι ωύπ ηε Αεγζαυ ηραυτιου, ω έκταυωι. ωαυδης, &c.
tom. 3. Ausoni? nē reddidit.
epigram. 136. sic carmine complexus est, & Lat.

Nec Stygiis lucis ineunt sua fœdera fratres.

Oedipodionide de misero ab, miseri.

Namque etiam ex uno surgentes aggere flamma

In diuersa sui dissiliunt cineris.

Infandos iuuenes, quos nec discordia cassos

Luce, nec in semet linquit atrox animus.

Atque utinam, & Thebus quis sent partier ipsas

Regnorum & metas ut cinerum nebulas.

Ouidius Ouidius in Ibin,

in Ibin.

Et noua fraterno veniet concordia sumo.

Quam vetus accensa separat ira pyra.

Eteoclem & Polynicem duos fratres, intelligens iuxta superiorē fabulam, dicam, an historiam, non satis mihi cōpertum est. Arnobius aduersus gentes lib. 8. Thebanorum martyr de idolorū vanitate, & quòd Deus vnus sit, sic hac de re scribit: Thebanorum germanitas rupta, & permanēs rogis dissidentibus, etiam in morte discordia. Hæc ille tāquam rem gestam narrare videtur. Quicquid sit Eteoclea inimicitia nunquā intermōrituræ, apud tutores dānantur & execrationi habentur: contra charitatem fraternā imò humanitatē omnē pugnant è diametro, & vt cōmuni pro- uerbio afferri solet *Αἷς Αἰὸς ωαωωω*, hoc est, bis per omnia. Desināt ergo inimicitia huiusmodi diabolica, *Diligite inimicos, orate pro persecutibus vos, iubet Christus. Sol nō occidat super iracundiam vestram,* & statim subiicitur, *Nolite locum dare diabolo* Ephes. 4. quasi dicat apostolus, per iram locus datur diabolo. Cesset vindictæ rabies. *Date locū ira,* monet idem

idem Apostolus Roma. 12. hoc est iudicio diuino (vt interpretatur D. Thomas ibi) date deo locū puniendi & vindicandi, ad quem hoc pertinet, non ad vos, vt indicat allata ab Apostolo auctoritas Deut. 32. *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.* Noli tibi quod diuinum est arrogare & vendicare impiè. Deo cōmitte omnē vindictam & propter Christi amorem inimicis tuis parce. Ad mentē reuoca illud Agešilai, cuius fertur epistola quādā ad tyrannum quēdā pro amico Nicia in hæc verba: Niciā, si insons est, dimitte: si insons, mihi dimitte: omnino verò dimitte. Refert Plut. to. 3. opusc. de ciuili institutione. Item to. 1. opusc. in apophtheg. Græcorum pro amico quodam apud Hidricum Carē intercedens, ita ad hunc scripsit: Si insons est Nicias, missum eū fac: si autē insons est, mea causa eū dimitte, omnino autē dimitte. Sic & tu hoc tibi dici à Christo recogita, Parce huic confratri tuo, & immeritò & abs re ei insons es, reconciliare ei: si autē te læserit, & verè nocēs est, ignosce tamen ei propter me, omnino autē depone odiū & inimicitiam, omnino dimitte ei, *Quia si non dimiseritis vnusquisque fratrem suo de cordibus vestris, nec pater meus celestis dimittet vobis.* Mat. 18. Ne dixeris, nō meretur ille vt sibi parca, esto, si non meretur ipse, meretur tamen Christus, qui hoc tibi præcipit, vt eius nomine & in eius gratiā illi parcas. Dices, ridebit me mundus, & ludibrio habebit. Quin potius tu ride eius stultitiā. Mundus Deū non cognoscit, te mundo abrenunciaste in sacro lauachro, fac memineris debes esse non mundanus, sed Christianus. *Nolite cōformari huic seculo nequā,* clamat Apосто. Ro. 12. Scribit Sigonius de Occidentali Imperio lib. 16. Duo episcopi (inquit) Mediolanensis & Ticinensis legationem ad Theodoriciū regem susceperunt, & inter orandum, hoc grauissimè commemoratum est apophtheg. Liguria nobiscum ad pedes tuos prostrata te obtestatur, ac supplicat, vt tua beneficia (inuictissime rex) sic innocentibus tribuas vt nocentes, quoque absoluas. Exigua enim misericordiæ laus est, si ab illis tantūm abstineatur, qui culpa carēt, cum iniurias condonare celeste, vindicare verò terrenū sit. Hæc ibi D. Bernardinus in quadragesimali de euāgelio æterno sermone 50. Turpiter (inquit) inhonorat Deum, qui aufert ab eo aliquid quod soli ei conuenit. Tria autem sibi Deus re-

Rom. 12.

Thom. in

12. c. Ro.

Deu. 32.

Plut. to.

3. opusc. in

poli. &

to. 1. in a-

popb.

Lat. 18.

Rom. 12.

Sigonius

de Occi-

dentali

Imp. lib.

16.

Bernar.

1. in euāg.

aterno

Iudicium Ioan. 5. *Pater dedit filio omne iudicium.* 1. Corin. 4. nolite ante tēpus iudicare quoadusque veniat dominus: & vindictam. Deut. 32. *Mea est ultio, & ego retribuam.* Ergo qui se vindicare vult, rapinam perpetrat contra Deū. Narrat ibidem quidpiam non tacendum contra se vindicantes, nec ignoscere volentes. Contigit diebus nostris anno 1419. in monte Caluarie secundum relata Guardiani qui tunc temporis erat in conuentu montis Syon: Venit tunc ex Hispania Galea peregrinorum ad sepulchrum domini visitandum religionis voto. Cū in Galea essent satis constricti, vetula quadam trāsmigrans à loco suo ad alium casu impēgit ad adolefcentuli pedē, & cecidit corpore illaso. Ex tunc odio contra eum repleta est, adeo vt perueniens ad montem Caluarie, adolefcente veniam ab ea humiliter efflagitante, & obnoxius rogante, parcere noluerit, accessit adolefcentem ad confessionem, confessori suo narrauit scandalū quod de eo innocenter vetula illa sumpserat. Mirritur à confessore veniam postulaturus in presentia multitudinis peregrinorum, supplex, procidens, sibi ignosci petiit, ipsis etiam peregrinis exhortantibus eā, prentensam remittere denegauit offensam: reuertitur adolefcentem ad eōfessorē, indicans mulieris obfirmatū animū, remittitur bis & tertio ad eandē, genibus flexis & brachiis cācellatis, peregrinis etiā eā exorātibus, vt prius supplicaturus: Nec tamē ad pietatem cōmota est illa, à diabolo iā obfessa, nō attendens ad Christū qui pro suis crucifixoribus illo in monte Caluarie, patrem etiā cū lachrymis (vt notat D. Apōsto. Heb. 5.) exorauit, iuuenis ille sacrā suscepit cōmunionem. Vetula in cisternā distantem per 20. passus, à demone acta, se precipitem dedit, inde mortua extracta: *Iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam.* Iac. 2. Alia exempla locupletius referemus, cum de fraternā cōreptione agemus & reconciliatione, leuiorem leonibus dixerim eum qui non parcat fratri suo veniam petenti: *Quū & leo (qui fortissimus est bestiarū ex Salomōis prouerbis cap. 30.) supplicibus parcere soleat ex indita sibi generositate, imō infantes non lacerat nisi fame urgente, vt author est Plinius natural. hist. lib. 8. cap. 26. Leoni tantūm ex feris, clementia in supplices prostratis parcat: & vbi laeuat, in viros priusquam in fœminas frenat: in infantes nō nisi magna fame, vnde verius,*
Parcere prostratis scit nobilis ira J. eoris.

Tu quoque fac simile quisquis regnabis in orbe.
 Verum in quibusdam verificatur hic alius versus, & sepis quā par sit adimpletur.
Paluere qui laedit, scribit, sed marmore laesus.

Cū tamen hoc in negotio, quæ cōtra nos facta sunt obliuisci quāmeminisse longē sit praestantius, & Christiano homine dignius. Quadrat huic proposito Themistoclis, *Cicer. li. quem facile Græcia principē ponimus, sapiens responsum, 4. academia. quod ferulit Cicero Academicarū quæstionum lib. 4. inimica. & vlt. de finibus bonorum & malorum circa finem, cūm ei vlt. de finibus. Simonides, aut quis alius, artem memoriae polliceretur: Obluionis (inquit) mallem: Nam memini etiam quæ nolo, obliuisci non possum quæ volo. Item de oratore lib. 2. Themistoclis Atheniensis illius prolixè satis narrat facturiam, quem respōdiffe ferunt gratius sibi illum esse facturum, si se obliuisci, quæ vellent quāmeminisse docuisset: ei fuit optabilius obliuisci potius posse quod meminisset: nollet, quāmeminisset, vidisset, meminisset. Hæc ibi. Tu verò ita iniuriarū immemorem te exhibeas, vt de illis (perinde ac si oratino oblitus esses) vindictam & pœnas non reposcas. *Maneat alta mente repositum* (vt dixit Poëta) non vindicandi propositum, sed ignoscendi dominicum præceptum & exemplum. *Diligite inimicos vestros.* Tenax propositum vindictæ legitur apud Herodorum, vt *Herod. lib. 5.* sus finem. Cum audisset Darius Sardos captas incēsasque ab Atheniensibus, fertur cum primū interrogasse, quinam essent Athenienses: id cū audisset, tum arcum poposcisse, eoque sumpto sagittam quam imposuerat, in cælum excussisse, & ea in aërem excussa dixisse, o Iupiter contingat mihi vt Athenienses vlciscar. Atque hæc loquutus cuidam famulorum præcepisse, vt sibi semper appōita cœna, ter diceret, Here, memento Atheniensium. Hæc ille. Quanto satius fuerit habere aliquem, qui ter Christianum moneat in mensa, Here, memento dicti euangelici: *Diligite inimicos vestros: & mihi vindictam, ait dominus.* Hoc quidē amarum est, secundum hominem dico carnalem, & vindicta fricentissimum, sed tamen salutare & magni meriti apud Deum. Obserua, tria esse difficilia creditu, & totidem difficilia factu, in primo ordine sunt, Trinitas personarum, Verbi incarnatio, & Virginis partus: Diuina item Eucharistia. In secundo ordine ne in verbis quidem otiosis (de quibus reddenda erit ratio in die iudicii Matth. 12.) offendere. Item*

Item homini secreta conscientiae in confessione detegere abique ylo furo & integrè. Et denique inimicos diligere. Sed homo spiritalis cum Dei adiutorio hæc & credet omnia atque perficiet, quia 1. Cor. 13. *Charitas patiens est, benigna est, non agit perperam, non irritatur, non cogitat malum, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Et Plutarchus to. 1. opus. de utilitate ex inimicis capienda, ait, humanum habetur vltionem inimici, si quando per occasionem in te inciderit, negligere. Plusquam humanum dixerim & re vera diuinum quiddam, de inimicis bene mereri, illis propter Deum bene facere, *aspicientes in authorem sui dei & consummatorem Iesum.* Hebr. 12. Velut disertè idem Christus præsentem confirmat euangelio dicens.

Ut sitis filij patris, &c. Per tria sumus filij Dei, per fidem, Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Gal. 3. *Omnes filij Dei estis per fidem in Christo Iesu.* Pacis studium & amorem: Matth. 5. *Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur.* Postremò, per pacienciam & inimicorum dilectionem. *Hic ut sitis filij.* Aquilæ pullos suos ad solis radios explorat, ut quorum oculos ad lucè caligare viderint, tanquam nothos à nido expellant: quos inconniuentibus oculis aspicere, tanquã ingenuos nutriunt, ut scribit Ælianus de animalibus li. 2. c. 26. hoc indice suorum pullorũ ingenuitatè legitimã aquila expèdens, eos adhuc implumes ac ea ætate infirmos solè intruere aduersum cogit, ac si quis illorum solis radios ægrè intuens mutatione oculos obnubabat, nido expellit, & velut adulterinum abdicat: Sin autem solè sine mutatione respiciat, extra suspicionem est: atque idcirco inter legitimos adscribitur. Nempe cœlestis ignis legitimæ pullorum professionis, inque suum genus quamquam illiteratæ inscriptionis, aquilæ parèti instar est. Hæc Ælianus. Plinius lib. 10. c. 3. cõformiter scripsit ad hunc modum, *Haliætus (genus est aquilæ) implumes etiamnũ pullos suos cogit aduersos intruere solis radios, & si conniuentem animaduertat, præcipitat è nido velut adulterinum atque degenerem illũ cuius acies firma contrã steret, educat.* D. Aug. 10. 9. trac. 26. in Ioan. Dicuntur pulli aquillarum (inquit) à parentibus sic probari, patris scilicet vngue suspendi, & radiis solis opponi: qui firmè contèplatus fuerit, filius agnoscitur: si palpauerit, tanquã adulterinus ab vngue demittitur. Hactenus D. August. Sic ad hunc tanquam Lydium lapidem explorantur *γνήσιον* legitimi & germani filij

filij Dei (adoptione & gratia dico, non natura) quicumque habent hunc dilectionis & charitatis characterem, eos potissimum prosequitur Christus, qui clementiam imitantur eius Ioan. 13. *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si Ioan. 13. dilectionem habueritis ad inuicem.* 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatem habuerit nobis pater, ut filij Dei nominemur & simus.* Et trinitus est illud D. Augustini to. 9. in epistolam B. Ioannis tract. Aug. 10. 5. ad hæc verba cap. 3. *In hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli, & c. qui non diligit fratrem suum.* Dilectio ergo sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi, respondeant omnes Amen, cantent omnes Alleluia: Baptizentur omnes, intrent omnes ecclesias, faciant parietes basilicarum: non discernantur filij Dei, à filiis diaboli nisi in charitate. Magnum iudiciũ, magna discretio: *Qui enim diligit proximum, legem impleuit,* ait Apostolus. *Plenitudo legis est dilectio,* Rom. 13. hæc ibi. Vulgò dicitur, *Pater sequitur sua proles, ut sitis filij patris vestri.* Æneas Africanum filium sic alloquitur apud Virgilium Æneid. 12. *Disce puer virtutem ex me verumque laborem.* *Et pater Æneas & auunculus excitet Hector.*

Ideo præcipuè David secundum cor Dei vir dicitur, quia hanc lenitatem fuerit imitatus & emulatus: nam erga Saul persequentem illum clemens fuit: illius vitæ peperit dum dormiret, vel incautus esset purgans ventrem: In eius morte lamentatus est, interfici iussit eum qui se illũ interfecisse gloriatus est: Semei immerito, imò extremũ & capitale supplicium iuste merito ob atroces iniurias & contumelias regi illatas, benignè vitã donauit: Abalonè perduellem, & parricidam, ingratißimum filium, iusta Dei vltione suspendio pereuntem & defunctum, acerbo luctu defleuit. Quid illo mansuetius? Iulius quidem Cæsar, (ut Romanæ narrat historiæ Valerius lib. 5. cap. 1. de humanitate & clementia, item Appianus Alexandrinus de bellis ciuilibus lib. 2. & Dio Nicæus Rom. hist. lib. 42. authores sunt) ut Pompeij caput abscissum de corpore aspexit, oblitus hostis, foceris vultum induit, ac Pompeio tum proprias tum etiam filia suæ lachrymas reddidit: caput autem plurimis & pretiosissimis odoribus Cæsaris extitisset, paulò antè Romani mansuetus animus Cæsaris extitisset, paulò antè Romani imperij columen habitum, inhumatum iacuisset. Hæc Valerius. Appianus sic: Pompeij caput resectum seruatum est in aduèctum Cæsaris, expectatione maximi præmij: sed ille nefarium

1. Cor. 13

Plu. to. 1. opusc. de util. cap. de inim.

Heb. 12.

Ioan. 1. Gal. 3. Matth. 5.

Ælianus de animalibus lib. 2. ca. 26.

Plin. lib. 10. cap. 3.

Aug. 10. 9. tract. 36. in Ioan.

1. Ioan. 3.

Aug. 10. 9. tract. 5. in episto-

lam 8.

Ioan.

Rom. 13.

Virg. Æ-
neid. 12.

Valer. li.

5. cap. 1.

Appian.

lib. 2. bel.

ciuil.

Dio Ni-

cæus lib.

42.

nefarium scelus pro merito vltus est. Item, de inuictis Pompeij: Caesar sumpsit supplicium, ob scelus patrum in Pompeium. Verum Dio sic refert: Caesar Pompeij capite viso illacrymauit, lamētātusque est eum ciuem, generūque suum nominans, percussoribus tantum abfuit ut se gratiam debere faceret, ut & facinus culpauerit, & caput honeste funerandum humanūque aliis dederit. Cuius facti causa ut laudatus est, ita simulatione sua risum meruit. Cum enim summopere dominationem affectasset, Pompeiūque aduersarium suum propterea semper odio habuisset, tum hoc ipsum bellum nulla alia de causa motus fuisset, quam ut eo de medio sublato, ipse principatum obtineret: cumque aliam nullā ob rem in Ægyptum aduenisset, quam ut eum (si adhuc superstes esset) conficeret, tum se eum desiderare, eiusque interitum agrē ferre videri volebat. Hæc Dio. Fictas fuisse lachrymas Caesaris indicat Lucanus lib. 9. his versibus.

Lucanus
lib. 9. de
bellociui.

*Non primò Caesar damnauit muneris visu,
Aueritque oculos, vultus, dum crederet, hæst.
Utque fidem vidit sceleris, cuiūque putauit
Iam bonus esse sacer, lachrymas non sponte cadentes
Effudit, gemitūque expressit pectore lato,
Non aliter manifesta putans abscondere mentis
Gaudia quam lachrymis: meritūque immane tyranni
Destruit, & generi maulli lugere reuulsum
Quam debere caput: Et statim post,
Hunc cecine tu Caesar scelevato Marte petisti,
Qui tibi senatus erat? Et iterum,
-- Quisquis te flere coegit
Impetus, à vera longe pietate recessit.*

Deinde ad Cæsarem per apostrophen,
Acquirisque fidem simulati fonte doloris.

De talibus Cæsaris lachrymis dici potest illud prouerbij, *Erasmus Crocodili lachryma, nam ficto pectore fleuit.* Erasmus Chiliaid. 2. cent. 4. Adag. 60. Crocodili lachrymæ. De iis qui sese simulant grauius angit in cōmodo cuiuspiam, cui magnum aliquod malum moiantur. Sunt qui scribant Crocodilum conspecto procul homine lachrymas emittere, atque eundem mox deuorare. Non fuerunt fictæ lachrymæ Davidis super inimicis suis, quemadmodum fictæ fuerunt Iulij Cæsaris super obitu Pompeij.
Qui solem suum oriri facit, &c. Solem suum appellat, quia eum

eum creauit. Si ergo ipse bona quæ à se habet inimicis tribuit, quanto magis vos munera quæ ab eo accepistis, inimicis gratuito impendere debetis?

Si diligitis eos qui vos diligunt, quem mercedem habebitis. Diligere amicum est naturæ, sed diligere inimicū est gratia. Gratia non destruit naturam, sed perficit, aiunt theologi. Quæret aliquis, nonne meritorium est diligere amicum, respōdeo, quatenus à charitate procedit, & ab ea regulatur, meritorium est, imò cum maiori feruore amicus diligitur. Dilectio tamen inimici præcellentior est dilectione amici secundum rationem diligendi, quia propter Deum fit. Vbi maior pugna, ibi clarior & illustrior victoria, D. Thomas 2. 2. q. 27. ar. 7. Vtrum sit magis meritorium diligere inimicū quam amicum. Respond. dupliciter istæ dilectiones comparari possunt, vno modo ex parte proximi qui diligitur, alio modo ex parte rationis propter quā diligitur. Primo modo dilectio amici præminet dilectioni inimici, quia amicus & melior est & magis coniunctus, tamen est materia magis cōueniens dilectioni: Ideo actus dilectionis super hanc materiā transiens melior est: vnde eius oppositū est deterius. Peius enim est, odisse amicum quam inimicū. 2. modo dilectio inimici præminet propter duo. 1. quia dilectionis amici potest esse alia ratio quam Deus, sed dilectionis inimici solus Deus est ratio. 2. quia præsupposito quòd vterq; propter Deū diligitur, fortior ostenditur esse Dei dilectio, quæ animū hominis ad remotiora extēdit, sci licet vsq; ad dilectionē inimicorū: sicut virtus ignis tanto ostēditur esse fortior, quanto ad remotiora diffundit suum calorem. Tāto ergo ostēditur diuina dilectio esse fortior, quāto propter ipsā difficiliora implem⁹. Sed sicut idē ignis in propinquiora forti⁹ agit quā in remotiora, ita etiā charitas feruētius diligit coniūctos quam remotos. Et quātū ad hoc dilectio amicorū secūdu⁹ se cōsiderata est feruētior, & melior quam dilectio inimicorum. Hæc D. Thomas.

Estote perfecti sicut & pater, &c. Illud (sicut) imitationem & similitudinem dicit non æqualitatem: est enim similitudinis nota, non æqualitatis vel identitatis (vt loquuntur scholæ) & omnis similitudo claudicat altero pede, aliās nō tam similitudo esset quam identitas. Perfectio autem illa consistit in charitate. Coloss. 3. *Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* 1. Ioan. 4. *Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est.*

Nota

Nota autem, duplicem esse perfectionē, alia est perfectio
 via, de qua præscriptæ auctoritates intelliguntur: alia au-
 tē patriæ, de qua Ephes. 4. *donec occurramus omnes in virum
 perfectum.* Patet contra hæreticos nostri tēporis, hominem
 posse attingere per Dei gratiam perfectionem iustitiæ re-
 quiritæ pro statu viæ. Sic Gene. 6. *Noë vir iustus atque perfe-*
ctus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. & c. 17. di-
citur à domino Abraham. Ambula coram me, & esto perfectus.
 Eccl. 31. & Eccl. 31. *Beatus diues qui inuētus est sine macula, deinde ad-*
ditur. Qui probatus est & perfectus inuentus est. Negant Lu-
 therani, sanctos piósque Dei filios, piis operibus aliquid
 perfectæ iustitiæ cōsequi: vt docet Lindanus Panop. Euiā,
 lib. 3. c. 19. Contra quos sic argumentatur. I. Ioan. 3. *Qui ser-*
uati sunt, non solum verè iusti sunt (sed ita iusti etiam, si-
cuti ille. I. sicut Christus Dei filius iustus est. Veram iustiti-
am christianæ docens non æqualitatem (vt Pelagiani sibi ar-
rogabant) sed similitudinem. Quare si Christus dominus
iuuitiam faciendo, verè iustus fuit, erunt & Christiani ce-
lesti eius spiritu adiuti iustitiā faciendo, verè iusti. Quod
vt de Christo citra grande nefas nullus est inficiando, ita
nec de Christianis citra manifestissimā in Christi spiritum
blasphemiam. Sicuti porrò Christus iustitiā faciendo, non
solum verè sed perfectè etiam iustus est, sic & Christiani &
verè & perfectè iusti sunt, nō tamen (ne quis calumpnietur)
ex perfectionis gradu quo Christus qui perfectissimè ius-
tus est, omnibusq; iustitiæ numeris absolutissimus: licet
enim iusti, Dei mandata verè custodiant, est tamen eis ad-
vnū omnibus verè & citra fucum cum D. Iacobo agnos-
cendum c. 3. In multis offendimus omnes. Tamen hæc offensa
non tam sunt graues, vt Deum offendāt grauiter, nec tam
grandes, vt cadant hostiliter, proinde nec à regno Dei pios
excludere possunt: quippè cum illam cum Deo amicitiam
non violent. Veniales sunt, non mortales culpæ, non ma-
culæ turpiter descēdantes, sed velut nauuli quidam, vt ve-
rum sit Psal. 118. Beati immaculati in via. & Matth. 5. Beati
mundi corde, & Psal. 14. Qui ingreditur sine macula, & opera-
tur iustitiā & Psal. 23. Innocens manibus & mundo corde. Psal.
50. Cor mundum crea in me Deus. Ergo hac in vita cor mun-
dum contingere potest, frustra alioquin sic orandum esset.
 Distingue duas perfectiones, prima ita perfecta est, vt in-
 comparabilis sit, vt nihil omnino desit, per essentiam, est
 in finita

Lindan⁹
 panop. e-
 uang. lib.
 3. ca. 19.
 I. Ioan. 3.

Iacobi 3.

Psal. 118.
 Matt. 5.
 Psal. 14.
 Psal. 23.
 Psal. 50.

in finita illa diuinæque perfectio, sic enim loquuntur Theo-
 logi, Deum solum esse perfectum per essentiam, infinite &
 simpliciter. Secunda autem nostræ cōperit fragilitati: nul-
 la creatura cōsummata iustitia potest esse perfecta, si cun-
 ctorum in carne iustorum imperfecta est perfectio. Et tam-
 en huius vitæ & status iustitia suo modo est perfecta, Phi-
 lipp. 3. *Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus.* hic vnā cum
 aliis se perfectum pronunciat, tamen paulò antè dixe-
 rat, non quòd iam perfectus sim, *sequor autem si compre-*
hendam. Si quidem Pauli iustitia, arque perfectio in hac vi-
 ta, fuit imperfecta perfectio. Perfectio interim pro modu-
 lo suo, & secundum statum viæ. hæc ex Lindano. Matth. 6.
Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.
 Vitæ vestra, Matth. 6. vt glorificent patrem vestrum. Item in
 exemplum aliorum. 1. Pet. 2. *Conuersationem vestram inter*
gentes habentes bonam, vt ex bonis operibus vos considerantes,
glorificent Deū. Rom. 12. & 2. Cor. 8. prouidentes bona non tan-
tum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus: vt viden-
tes scilicet excitentur iustitia huius vitæ (teste saluatore)
in his tristis consistit eleemosyna, oratione & ieiuniis,
 idè per partes explicat.

Cum facis eleemosynam nesciat sinistra quid faciat dextera.
 D. Aug. tom. 4. lib. 2. de sermone domini in monte, sinistra
 ipsam delectationem laudis significat: Dextera autē signi-
 ficat, intentionem implendi diuinæ præcepta. Cum itaque
 conscientia facientis eleemosynā, miscet se appetitio lau-
 dis humanæ: fit sinistra conscia operis dextera. *Nesciat ergo monte.*
sinistra &c. j. non se miscet conscientia tuæ laudis huma-
næ appetitio, &c. hæc Augu. Vel per hyperbolem exponen-
dum sic, Vsq; adeò eleemosyna tua fit occulta, vt si possi-
bile sit illam vna manus faciat, altera ignorante. Non pro-
hibet quidem in publico, vt in foro, vel templo, eleemosy-
nam fieri, sed à nobis laudem humanam tantum remouet:
Idè est tantum mandarum ex causa, sic docet orandum in
secreto, non quòd non liceat publicè orare, Dauidè teste.
 Psal. 11. *Vota mea domino reddam coram omni populo eius, &*
in medio ecclesia laudabo te. Verum vt fugiat laudes huma-
 nas quantum fieri potest qui benè agit, siue det eleemosy-
 nam, siue quippiā aliud de genere bonorū operetur, Eccle.
 29. *Cōclude eleemosynam in corde vel sinu pauperis, & hæc pro*
te exorabit ab omni malo. Nimirū significans siue vlla osten-
 tatione

Philipp. 3.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

Rom. 12.

2. Cor. 8.

2. Cor. 8.

2. de ser-

domini 7

to. 4. lib.

Psal. 115.

Eccle. 29.

ratione eleemosynam in pauperes conferendam, vt iuxta
Matt. 6. Christi doctrinam eleemosyna sit in abscondito Matth. 6.
 nec Pharisaorum more, tuba publicetur. Hæc (inquit) est
 conclusa & abdita, & ideo nec popularem honorem adse-
 res, etiam & tacetibus pauperibus & hominibus illam non
 celebratibus, ipsamet Deum exorabit pro te liberationem
 ab omni malo & corporali & spiritali. Sic in vita S. Nico-
 lai, & eius gestis legitur, quomodo clam eleemosynam nulli
 conscio fecerit: vt virginibus nubilibus alioqui profuturam
 præ inopia & (quæ cogit ad turpia) necessitate, liberali sum-
 ptu subueniret. Seneca lib. 2. de beneficiis c. 10. Beneficiū quæ-
 re doque secretè dandum, vt à quo acceperit nesciat. Arce-
 laus (vt aiunt) amico pauperi, & paupertatem suam dissimu-
 lanti, ægro autem, & ne hoc quidem confitenti, deesse sibi
 in sumptum ad necessarios usus, cum clam succurrendum
 iudicasset, puluino eius ignorantis sacculū subiecit, vt ho-
 mo inutiliter verecundus, quod desiderabat, inueniret po-
 tius quam acciperet. Et Plinius secundus lib. de viris illu-
 stribus. §. 61. de Q. Cæcilio Metello Macedonico scribit a-
 mico cuidam quid actur^{us} esset roganti: Tunicam (inquit)
 meam exuerem, si eam consiliū meum scire existimarem.
Frontinus Iulius Frontinus Itatagematum lib. 1. c. 1. Metellus Pius, in
 Hispania interrogatus, quid postea die facturus esset, Tu-
 nicam meam si id eloqui posset (inquit) comburerem. Item
Plutarch. Plutarchus, to. 2. opusculorum libello de garrulitate: Me-
 tellus senex, inquit, quiddam rogatus in expeditione: Si
 putarem, ait, tunicam huius arcani esse consciam, exuta
 in ignem comburerem. Sic voluit dominus obseruari in dan-
 da eleemosyna, vt videretur iactantia. *Nesciat* (ait) *sinistra tua,*
 quid faciat *dextera.* Memineris quod arbor publica non po-
 test ad maturos fructus peruenire, iuxta vulgatos versus.

Ouidius
elegia de
nuce.

*Nux ego iuncta via, cum sim sine crimine vita,
 A populo saxis prætereunte petar.*

Gal. 1.

Itémque deprædari desiderat, qui thesaurum publicè
 in via portat: qui lumen accensum vult custodire, non de-
 bet illud vèro exponere, alioqui statim extinguetur. Qu-
 bus similitudinibus edocemur, fructum boni operis nos
 perdere, si inanis gloriolæ rumusculis & ventis, palam &
 in propatulo absque vlla cautione, bona quæ agimus ex-
 ponamus. *Si adhuc hominibus placerem,* (ait D. Paulus Gal.)
 hoc est, placere studerem) *Christi seruus non essem.* Hæc
 contra eos qui auram venantur popularem, dicta sufficiant.
 Faxit

Faxit Dominus vt charitate tanta in hac mortali vita me-
 reamur succendi, vt amicos diligentes & inimicos cum
 eis in æterna sine fine lætemur. Amen.

SABBATO POST CINERES.

De Naui, Marci 6. & Matth. 14. & Ioan. 6.



*V M serò esset, erat Nauis in medio mari, & Ic-
 ius solus in terra &c.* Omnes circumstantiæ
 huius Euangelij timoris plenæ sunt. 1. Tem-
 poris serotini nec opportuni, Ioan. 9. *Veni*
noxi, in qua nemo poterit operari. Ioan. 11. *Qui*
ambulat in nocte offendit, quia lux non est in eo.
 Ioan. 9. Ioan. 11. *Qui*
 glog. 1.

Serò erat, cum (vt Virg. Eglog. 1. dicit.)

Maiore que cadunt altis de montibus umbra.

Nox in qua non profecerunt apostoli. Luca 5. *Per totam
 noctem laborantes, nihil cepimus.* 2. Loci in medio mari. Ma-
 re periculosum est. Eccl. 43. *Qui navigant mare, enarrant pe-*
ricula eius. Psal. 92. *Mirabiles elationes maris.* D. Paulus 2. Co-
 rinth. 11. *Inter multa periculorum genera numerat difertis.* 2. Corin.
 11. *Quod si non longè à littore distat.*
 ser Nauis, hoc quidem fuisset tolerabili^{us}. Fertur siquidem *Pluta. to.*
 pro uerbio, citato à Plutarcho to. 2. opus. *Symposiacorum* pro-
 2. opus. *Symposiacorum* lib. 1. *problemate* *Sympo-*
 4. *Audio non paucos dicentes: vt navigationem propter*
littus, sic ambulationem iuxta mare iucundissimam esse. Sed
 nauis existens in medio maris, periculosè exponitur. *Prou. 1. proble.*
 30. *Tria sunt difficulta mihi, inter quæ numerat viam nauis in*
 medio mari. *Quam sit periculosum nauigare ostendit A-*
 30. *Diogene*
 Cum ille didicisset 4. digitorū nauis esse crassitudinē, *Tā-*
 tū (inquit) à morte abstat qui nauigat: *Iuuenalis Satyr. 12. in Ana-*
ch. li. 1. Iu-
uenalis
Satyr. 12.
Horatius
1. epist.
Aristot.
 4. *Meta-*
 ph. ca. 2.
 & 2. ph.
 bernatoris absentiam euerfionis nauis causam dicimus, *cap. 3.*
 cuius

cuius præsentia, causa salutis erat & conseruationis. Idem 2. de natura seu phys. ca. 3. Qui cum adest alicuius rei causa est, in eum etiam cum abest, interdum contrarij effectus culpam conferimus: vt gubernatoris absentia factum esse querimus vt nauis fracta sit & perierit, cuius præsentia causa erat conseruationis. Hæc Arist. Si Christus cum ipse præsens corpore fuisset, benè vtique sperassent: Fucrant enim prius in maris periculo, Matth. 8. sed tunc Christum secum habebant, quem & dormientem excitabant. Nunquam autem aberat Christus. Ideoque turbantur. 4. Laborantium circumstantia, quia vidit eos laborantes in remigando. Vt saluam & illesam ad portum deducere possent nauiculam, cum multa illis obstarent, nempe venti contrarij, & reliqua suprâ enumerata. 7. Erat ventus illis contrarius, quoad exaggerationem facit, iuxta illud poetæ.

Horrida tempestas cœlum commouit & vndas.

Si secundo vento nauigassent, aliqua spes affulisset prospere nauigationis. Sed ventis in contrarium flantibus nauigabant in summo discrimine. 6. Circumstantia dilati auxilij circa 4. vigiliam noctis, venit ad eos, ambulans super mare, & volebat præterire eos. Sub diei crepusculum nocte ad finem vergente in 4. scilicet vigilia, venit auxilium laurus. Per totam ferè noctem distulit Christus auxilium, dum penè omnia videbantur deplorata. Tunc venit Christus, vt dicebat Philo apud Eusebium hist. eccl. lib. 2. cap. 5. hist. li. 2. ex versione Ruffini, Necesse est adesse diuinum ybi humanum cessat auxilium. & sumitur ex Iosepho antiquitatum seph. an lib. 18. cap. 10.) Iosaphat, 2. Paral. 20. in angustiis positus dixit, li. 18. çebat, *Cum ignoramus quid agere debeamus hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Dicitur ideo 2. Paral. adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Psal. 9. Tempus autem opportunum est tribulationis tempus, vt exponit ibi Psal. 9. dem doctus Lyranus, quinimo textus ipse satis innuit ac insinuat. Ex sacris historiis hoc manifestè comprobatur se in Psal. 9. mel ac bis Ioseph discrimini mortis obiectus primò Gen. 37. cum enim interficere cogitarent fratres eius, & rãquam vile quoddam mancipium Ismaelitibus vendiderunt: iterum Gen. 37. Genes. 37. cum dominæ suæ perulantissimæ calumniis quasi oppressus, in carcerem coniectus est: tandem tamen Deo ita prouidente & disponente adeo magnificè euectus & sublimis factus est, vt *Constituerit eum Pharaon rex* (inquit Psa. 104. 104.) *domum domus suæ & principem omnis possessionis suæ.* Genes. 41.

Matt. 8.

Eusebius. stus, vt dicebat Philo apud Eusebium hist. eccl. lib. 2. cap. 5. hist. li. 2. ex versione Ruffini, Necesse est adesse diuinum ybi humanum cessat auxilium. & sumitur ex Iosepho antiquitatum seph. an lib. 18. cap. 10.) Iosaphat, 2. Paral. 20. in angustiis positus dixit, li. 18. çebat, *Cum ignoramus quid agere debeamus hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Dicitur ideo 2. Paral. adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Psal. 9. Tempus autem opportunum est tribulationis tempus, vt exponit ibi Psal. 9. dem doctus Lyranus, quinimo textus ipse satis innuit ac insinuat. Ex sacris historiis hoc manifestè comprobatur se in Psal. 9. mel ac bis Ioseph discrimini mortis obiectus primò Gen. 37. cum enim interficere cogitarent fratres eius, & rãquam vile quoddam mancipium Ismaelitibus vendiderunt: iterum Gen. 37. Genes. 37. cum dominæ suæ perulantissimæ calumniis quasi oppressus, in carcerem coniectus est: tandem tamen Deo ita prouidente & disponente adeo magnificè euectus & sublimis factus est, vt *Constituerit eum Pharaon rex* (inquit Psa. 104. 104.) *domum domus suæ & principem omnis possessionis suæ.* Genes. 41.

Genes. 41. Sic David frequenter Saulis insidijs expositus, Gen. 41. adeoque circumdatus vndique & coangustatus, vt effugij nullus pateret locus, dum & furere, ac stultorum instar, indecore se gerere cogitur coram Achis summa, tempore in- i. Regi. 21. Auso seruiens, vltus prudentia: iuxta illud poetæ.

Inspiciens esto, cum tempus postulat aut res.

Stultitiam simulare loco, prudentia summa est.

Attamen his omnibus liberatus periculis, ope diuina, summa cum gloria ac laude regnum post ipsum Saulè administravit. Susanna illustis matrona, pudicitia totius nitidissimum speculum, cum falso iniquissimorum seniorum iudicum grauata testimonio ad mortem duceretur (Dan. 13.) *Resuscitauit dominus Daniëlem*, qui & inueteratos senes falsitatis argueret, infontem & innoxiam eriperet ab imminenti morte, incæsto flagitio contaminatos ac reos presbyteros morti adiudicaret, hoc illius iudicij toto comprobate populo, & Deum collaudante qui saluat sperantes in se, & innocentes liberat, siquidem nõ est inuenta in Susanna res turpis. *Deficeret me tempus* (vt cum apostolo loquar Heb. 11.) *enarrantem de populo Israël*, quem Pharaon cum exercitu suo persequebatur, & domino ita volente, illæsus mare rubrum pertransiit sicis vestigijs, Pharaone cum exercitibus suis ibidè submerso Exod. 14. de tribus pueris in fornacè proiectis ac ingenti miraculo inde ereptis, Daniël. 3. de iplo Daniële in lacum semel, ac iterum misso, cui interim Leones causa fuerant, intromissi in lacum, deuorati sunt in monumento. De Mardocheo, in quem coniurauerat Aman Iudaicæ gētis iuratus hostis, qui excelsam trabem, in qua appenderetur super eam Mardocheus parari iusserat Esther 5. quo in patibulo idem Aman iussu Assueri regi suspensus est, c. 7. sententia profecto æquissima iuxta vulgatum illud Ouidij lib. 1. de arte amandi. *Neque enim lex æquior ulla est.*

Quam necis artifices arte perire sua.

Sic Phalaris tauro violenti membrâ Perilli.

Torruit: infælis imbuuit auctor opus. Ibidem.

De Iudæis in Bethulia grauissima obsidione coarctatis ab Holofernis exercitu, tantaque angustia compressis vt de deditioe iam deliberarent, si tranfactis quinque diebus non superuenisset auxilium Iudith c. 7. quos tantis in periculis constitutos, per Iudith nobilem viraginem, interfecto exercitu Imperatore, Holoferne, præter spem

Genes. 41. Gen. 41. i. Regi. 21. Auso seruiens, vltus prudentia: iuxta illud poetæ. Inspiciens esto, cum tempus postulat aut res. Stultitiam simulare loco, prudentia summa est. Attamen his omnibus liberatus periculis, ope diuina, summa cum gloria ac laude regnum post ipsum Saulè administravit. Susanna illustis matrona, pudicitia totius nitidissimum speculum, cum falso iniquissimorum seniorum iudicum grauata testimonio ad mortem duceretur (Dan. 13.) Resuscitauit dominus Daniëlem, qui & inueteratos senes falsitatis argueret, infontem & innoxiam eriperet ab imminenti morte, incæsto flagitio contaminatos ac reos presbyteros morti adiudicaret, hoc illius iudicij toto comprobate populo, & Deum collaudante qui saluat sperantes in se, & innocentes liberat, siquidem nõ est inuenta in Susanna res turpis. Deficeret me tempus (vt cum apostolo loquar Heb. 11.) enarrantem de populo Israël, quem Pharaon cum exercitu suo persequebatur, & domino ita volente, illæsus mare rubrum pertransiit sicis vestigijs, Pharaone cum exercitibus suis ibidè submerso Exod. 14. de tribus pueris in fornacè proiectis ac ingenti miraculo inde ereptis, Daniël. 3. de iplo Daniële in lacum semel, ac iterum misso, cui interim Leones causa fuerant, intromissi in lacum, deuorati sunt in monumento. De Mardocheo, in quem coniurauerat Aman Iudaicæ gētis iuratus hostis, qui excelsam trabem, in qua appenderetur super eam Mardocheus parari iusserat Esther 5. quo in patibulo idem Aman iussu Assueri regi suspensus est, c. 7. sententia profecto æquissima iuxta vulgatum illud Ouidij lib. 1. de arte amandi. Neque enim lex æquior ulla est. Quam necis artifices arte perire sua. Sic Phalaris tauro violenti membrâ Perilli. Torruit: infælis imbuuit auctor opus. Ibidem. De Iudæis in Bethulia grauissima obsidione coarctatis ab Holofernis exercitu, tantaque angustia compressis vt de deditioe iam deliberarent, si tranfactis quinque diebus non superuenisset auxilium Iudith c. 7. quos tantis in periculis constitutos, per Iudith nobilem viraginem, interfecto exercitu Imperatore, Holoferne, præter spem

Esther 5. Ouid. 1. de art amandi.

Iudith 7. Ouid. 1. de art amandi.

humanā dominus liberauit c. 13. 14. 15. Et (vt semel finiam)
 Act. 12. de diuo Apostolo Petro , Act. 12. Herodianis carceribus
 cum magna militū custodia detento & vincito carenis fer-
 reis, ab angelo nihilominus de manu Herodis & omni ex-
 pectatione plebis Iudaorum erepto. Sic dominus nūc suus
 circa 4. noctis vigiliam inuifit ambulans super mare. Mi-
 raculum verē diuinum, & cum eſſet tanta tempeſtas tamq̃
 Theophi. contrarius ventus , miraculi incrementum erat, ait Theo-
 in cap. 6. philactus in Marc. 6. Idem in Math. 14. Non est hominis
 Mar. & super mare ambulare sed Dei, sicut & Dauid psalmo. 76. ut
 in 14. statur. *In mari via tua, & semita tua in aquis multis* Domino
 Mat. & super mare ambulāte impletur propheticum, *Qui ambulat*
 in Ioan. *super mare ut super pauimentum*, ex Psalm. 65. secundum a-
 o. liam translationem, (vt ait Theophil. in Ioan. 6.) arbitro
 Psal. 76. locum illum esse Psalm. 53. *ibi, qui conuertit mare* (scilicet ru-
 bruum) *in aridam, in flumine* (scilicet Iordanis) *pertransibunt*
 Iob 9. *pede, scilicet sicco. Iob. 9. graditur super siccus maris.* Pertra-
 sībunt, futurum pro praterito positū est more prophetico.
 Exod. 14. Populū quidem israel legimus pertransisse mare rubrū sic-
 Ios. 3. co pede, Exo. 14. duce Moſe: Itē Iordanem sub Iosue, c. 3. il-
 lius libri. Et Eiseū prophetam Eliæ pallio aquas Iordanis
 diuisisse, sicque transisse: & ante ipsum, Elias diuisio vtrin-
 que Iordanē pallio suo, cū eodem Eliseo pertrat. fuerat per
 4. Reg. 2. siccum, 4. Regū. 2. Ex his tamē nullus extitit, qui mare cal-
 cabile habuerit, aut super mare ambulauerit. Chri. us au-
 tem non solūm super mare ambulauit, sed vt & Petrus
 Mat. 14. super mare ambulare, effecit, Mat. 13. *Iube me ad te venire*
super aquas, dicebat Christo. *Ambulabat Petrus super aquam*
ut veniret ad te um: videns verō ventum valdum timuit, &
cepit mergi, ob fidei imbecillitatem & infirmitatem. Surius
 Sur. 10. ro. 2. de Maria Aegyptiaca Aprilis 9. Statim vt signū crucis
 Mar. Aegyp. impreflit, ascendit super aquas, & ambulans super liquidū
 aquoris fluitū, veniebat quasi per solidū iter: Zozima ab-
 bate vidente & stupente (stupor enim nimius inuaserat eū
 in tam glorioso miraculo) illa iterum Iordanem signans
 ascendit: ambulans super liquidum Iordanis elementum,
 & transiuit, sicut antē veniens fecerat. 7. Circūstantia vo-
 lebat praterire illos Christus. Poterant certum quoddam
 sibi auxilium polliceri, dum viderent ad eos accedere quē-
 piam, sed dum illū praterire conspiciunt, anguntur animo,
 & amplius conturbantur. Sic Christus Luc. 24. cum duo-
 bus discipulis ambulans, cum illi sese in doctum recipe-

rent,

rent, *sinxit se longius ire*. Sic vt nostram exerceat patientiā,
 viderur opem & auxilium differre, vt magis ac magis fidē
 accēdat & prouocet ad orandum. Sic nutrix aliquoties in-
 fantem sibi ipsi relinquere videtur, vt cum ad ambulandū
 exciter & alluefaciat. Octaua & vltima circūstantia. *Vt vi-*
derūt ambulantē super mare, putauerunt phantasma esse, & ex-
clamauerunt. Vehementior ac tentatio.
 Ideo exclamauerunt, quia omnes turbati sunt. Verū enim-
 vero vt testatur Apoſto. I. Cor. 10. *Fidelis est deus, qui non pa-*
 tienet vos tentari supra id quod potestis, ed faciet etiam cū ten-
 tatione prouentum: idcirco allocutus est eos dominus dicēs.
 Confidite, ego sum: Nolite timere, & ascendit ad eos in nauē, &
 cessauit ventus. Hoc ipſo facto se dominū maris & ventorū
 demonstrans, in cuius (vt dicunt Theologi) plena potesta-
 te obedientiali, est qualibet creatura: omnia ipſi famulan-
 tur & obediunt cum effectu. Psalm. 88. *Tu dominaris potestati*
maris: motū autem fluctuum eius tu mitigas. Matt. 8. *Imperauit*
ventis & mari & facta est tranquillitas magna. Porro homines
 mirati sunt dicentes: *Qualis est hic, quia venti & mare obediūt*
ei? Solius Dei est hoc ius, imperare scilicet ventis & mari,
 nullius rex vel Imperator hoc potest, quod sequēti patebit
 historia. Polydorus Virgilius Anglica historię li. 7. in fi. de
 Canuto rege Anglorū piissimo: Ipse animi causa secundum
 oceani littus, de ābulās, ibi à milite aurib. seruiēte appella-
 tur rex regū longē omnium potētissimus, qui hominibus,
 qui mari, qui terrā latē imperitaret, vt illius assentationes
 vanas coargueret, vestē exiit, ex ea globū fecit, superque
 sedit quā proximē aquā, dicēs, Vnda tibi iubeo vt ne pe-
 des meos tangas, suis miantibus cur hoc faceret, vnda in-
 surgens totū madefecit. Tum ille, En principes vocatis me
 regē, qui hāc parutiā vndā meo imperio cohibere nequeo?
 Nullus mortaliū est tali nomine dignus: est rex pater Chri-
 sti, cū quo ille regnat, cuius nutu cūcta reguntur, hunc ve-
 neremur, hunc regem appellemus, hunc regū omnium do-
 minū cæli, maris, terræ rectorē profiteamur, praterca ne-
 minē. Vintoniam profectus, coronā quam gestabat, capiti
 Imaginis Christi crucifixi, quæ in templo sanctorum Petri
 & Pauli pendebat, suis manibus imposuit: nunquam post-
 hac eiusmodi ornamento capitis vsus insigni. Id contigit
 circa an. 1030. De Cyro & Xerxe duobus monarchis narrat
 Herodorus, de Cyro quidem libro 1. vbi venit ad Gyndem
 amnem, conabatur hunc traicere, quum non posset nisi

E 4

naui

nauibus traici. Quo in fluuio quidam è sacris equis submersus fuit. Cyrus autè per quam agrè ferens hanc fluminis iniuriam, illi comminatus, est, se sic redditurum esse te- nuem, vt in posterum facilè vel à mulieribus transfiri posset, ne genua quidem tingentibus. Hæc minatus, alueos ad funiculum designauit cærenos & octogenos, & per copias suas bifariam diuisas, & vtrinque distributas, effodi iussit, quo in opere perficiendo eam æstatem triuerunt. Sic Gyndem Cyrus multauit in trecentos & sexaginta riuos ductum. hæc ibi. Et li. 5. Gyndem Cyrus aliquando in trecentos ac sexaginta diduxit alueos, o demenciam & arrogantiam hominis, qui fluminibus imperare se arbitratur. Maior fuit Xerxis stultitia vel potius furor, de quo idem Herod. lib. 7. Hellepontu pontibus iunctu ingens adorata tēpestas, eos omnes dirupit atque dissoluit. Est autè Hellepontus (vt etiā obiter id dicatur) maris fretu angustum. Xerxes indignè ferens iussit trecenta Hellepōto verbera infligi, & in eius pelagus par compedum dimitri. Iam verò audiui mississe quoque cum his, etiam qui stigmata Hellepōto inurerent. Certè mandauit vt colaphos Hellepōto incurerent, dicentes barbara verba ac vesana: o aqua amara, dominus hanc tibi irrogat pœnam quòd eum lassisti qui de te nihil malè meritus erat. Te tamē res Xerxes velis nolisse transmitter, meritoq; nemo hominum tibi sacrificat, vt doloso pariter & amaro flumini. Hæc pœna Xerxes mare plecti iussit, atque eis qui propositi operi erant, caput præcidi. Audis, *Stultorū regum* (vt dicit Horatius epistoliarum li. 1. epist. 2.) *estus, ac immanes furores*, quasi verò dominantur mari, vctis imperare possint, & omnia ad nutū & ex animi sententia seu verius libidine agere illis liceat, dum liber, insolentius dicam an impudentius hæc & similia attentantes. At imperante domino nostro vctis & tempestati cessauit ventus, mare conquieuit, & tranquillitas magna facta est. D. Epiph. libr. 2. tomo 1. cont. Apostolicos hæres. 61. Similis est (inquit) sancta Dei ecclesia nauis, nauis autem non ex vno ligno constat, sed ex diuersis, & carinam quidem ex vno ligno habet, sed non vno modo: anchoras autè ex alia materia, mali item & tabulata & puppis partes, parietumque ac transtrorum, velorum item ac temonum gubernaculorumque ac aliorum omnium ex diuersis lignis compactionem habent. Vnaquæque verò hæresis velut ex vno ligno constat, & ecclesie formam

non

non ostendit. Sancta autem Dei ecclesia nuptias quidem habet reuerendas, & colit has, nam venerabiles sunt nuptiæ & lectus impollutus. Habet continentiam in admiratione & laudat talem: quoniam certat certamen, & conremnit vitam velut adhuc potentior. Habet virginitatem, & magnificat talem velut virtuosam & penna leuissima ornata. Habet qui renuntiauerunt mundo, & non inuatur contra eos, qui adhuc iu mundo sunt. Sed gaudentes talibus velut etiam apostoli, qui & ipsi nihil possidebant: & ipse saluator omnium dominus cum in carne esset, nihil ex terra possedit: sed non reiecit mulieres ipsi & discipulis eius ministrantes: vt habetur in euangelio. Dei enim nauis omnem in scēso rem admittit præter latronem. Nam cum noscat latronem & piratam ipsum non admittit neque fugitiuum, & qui à propriis dominis discedit. Sic & sancta Dei Ecclesia non admittit scortationem, non suscipit adulterium, non abnegationem Dei: neque reprobantes dominium ordinationis Dei & apostolorum eius. Suscipit autem alium in magna negotiatione, alium in experientia nauigantem, alium gubernatorem & sciētem, aliū in prora, alium in puppi, habentem speculationis experientiam, alium qui partem aliquam nauis aut impositionem mercium habet, alium vt transeat solum & non submergatur in mari. Et non omnino ei qui tanta possidet, salutem non exhibet: sed nouit omnes saluare, vnum quenque verò iuxta propriam negotiationē & salutē. Hæc Epiph. Nauis, vel, vt melius ponitur, *Nauicula*, in præsentī euangelio ecclesiam significat: Prou. 31. *Facta est quasi nauis insitoris*. 1. Pet. 3. Qui negotiationibus præponuntur Insitores vocatur, ait Theophilus antecessor Institutionū iuris ciuilibus li. 4. tit. 7. *Summa* §. si igitur. Inde actio insitoria appellata. ideoq; adūbratur in arca Noë, in qua octo anima salua facta sunt 1. Pet. 3. ex summa trinitate & fide catholica ca. firmiter credimus. Vna est ecclesia vniuersalis, extra quā nullus omnino saluatur. Quod delumptū est à beato martyre Cypriano ad Iubaianū de hæreticis baptizadis epist. 73. (ex Pamelio) 2. epistol. salus (inquit) extra ecclesiam nō est. D. Aug. to. 2. epist. 152. cōtra Donatistas, quisquis ab hac catholica Ecclesia fuerit separatus, quātūlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere q̄ à Christi vnitate disiunctus est, non habebit vitā, sed ira Dei manet super eū. D. Cyprianus tractatu de

E 5 vnita

vnitate ecclesie. *Qui extra arcam Noë fuit, &c.* Si potuit euadere quisquā qui extra ecclesiam foris fuerit, euadit. Nauis nullo vsui esse potest ad nauigandum si nō sit integra. Si enim scissa fuerit aut perforata, inutilis redditur. *Quintilianus li. 6. c. 4.* Castellio Cōsultori dicens. Nauē diuide-
Macrobius re volo, perdes, inquit, & Macrobius Saturnaliorū li. 2. c. 6. Castellius Iuriscōsultus vrbauitatis mirae libertatisque habebatur, Mercatori quēmadmodum cum socio nauē diuideret interroganti, respondisse traditur, nauem si diuidis, nec tu nec socius habebitis. *Erasmus in apoph. li. 6.* Castellius cōsultori dicens nauim diuidere volo, perdes (inquit) ille de pretio nauis mercibūque conlulebat, hic aliud respondit. Nam ipsam diuidere nauim, est nauim perdere. Erat autem duorū negotiatorum cōmunis nauis. *Valerius Maximus li. 7. c. 3.* vātrē dictis aut factis. *Q. Fabius Laberius* fertur cum a rege Antiocho, quē bello superauerat, exfedere iēto dimidiam partē nauitū accipere deberet, mediam omnes secuisse, vt cum tota classe priuaret. Quibus exlocis liquidō constat nauem in duas diuisam partes inuicē esse ad nauigationem, sicut autem eam esse oportet integram, ita nō est scindenda ecclesia Christi hæc si vel schismate aliquo. De tunica Christi inconsutū, (quæ etiam ecclesie symbolum extitit & t, pum gessit) dixerunt milites: *Ioan. 19.* Non scindamus eam, sed fortiamur de ea cuius sit. *Ioan. 19.* *D. Cyprianus* de vnitate ecclesie. Quia Christi populus non potest scindi, tunica eius per totum textilis & coherens diuisa à possidentibus non est, sacramento vestis & signo declarauit Ecclesie vnitatē. Quis ergo sic est sceleratus & perfidus, quis sic discordiæ furore vāsanus vt aut credat scindi posse, aut audeat, scindere vnitatem Dei, vestem domini, Ecclesiam Christi: *Ephes. 4.* Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis, vni corpus, & vnus spiritus, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. *Act. 27.* Nautis quærentibus fugere de nauī, dixit Paulus Ceterioni & militibus: *Nisi hi in nauī miserint, vos salui fieri non potestis.* Sic applicando ad institutū nostrum dici potest, nisi manserimus in Ecclesie & Apostolicæ vnitate ac obedientia, salutem non possumus consequi. Quomāmodum Petri nauicula ventis cietur & agitur contrariis, fluctibus & procellis concutitur: submergitur tamen nunquam: fluctuat Ecclesia tot tyrannorum fluctibus hinc inde iactata, sed non submersa: tot hæreticorum ventis contrariis flantibus concussa, sed non submer-

submer

submersa: quati enim potest, sed pessum abire nequit: oppugnari potest, at non expugnari: concuti, at non auelli: agitari denique potest, neutiquam verò deiici, nā firmata est super firmam petram, Christum Dei filium (veluti nec arca Noë, quæ ferebatur in sublime, & supernatabat aquis) ita neq; Ecclesia licet opprimatur & persecutionibus percellatur, nūquam tamen naufragium facit, sed enatat semper Deo ipsam cōseruante: periclitari potest, sed vinci non potest vel eradicari. *Cuspinianus de Cæsaribus in Friderico 2. tradit Albericus Imperatorem indignabundum Pontifici Gregorio 9. scripsisse in hunc modum.*

*Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & mundi desinet esse caput.*

Cui Pontifex ita rescripsit.

*Niteris in cassum nauem submergere Petri,
Fluctuat, ast nunquam desinet esse ratis.*

Vel (vt in Paralipomenis ad chronicon Vrspergensis Abbat̄is legitur.)

Fluctuat, at nunquam mergitur illa ratis.

D. Hilarius lib. 7. de Trinitate non longè à principio: Hoc ecclesie proprium est, vt tum vincat cum leditur, tū intelligatur cum arguitur, tū obtineat cum deseritur. Sicuti in hac nauicula Iudas reprobus erat cum aliis Apostolis electis & prædestinatis: sic in ecclesia militanti permixti sunt mali cum bonis, reprobi cū electis, sicut in area palea cum grano, in sarena aut verriculo piscatorū, mali pisces cum bonis, in agro seminato, zizaniū cum tritico. Huius nauis apparatus allegoricus sic exponendus est, vt gubernaculum sit fides, anchora spes, Heb. 6. velum charitas, ventus spiritus & secundus Spiritus sanctus, Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat, malus nauis seu arbor Crox Christi, nauis Apostoli & prælati qui laborare debent in remigando, non dormire vel esse otiosi. Quia cum dormirent homines, Matth. 13. imitatus super eminauit zizania Nauis in mari, mare præfens sculum significat, aquæ maris salis & amaræ (instar aquarum Matra Exo. 11.) hic præfens mūdus amarore repletus, plus aloës & fellis habet, quā mellis, vt proverbio dici solet. In mari pisces maiores minores deuorare solēt, hoc in mundo Iac. 2. Diuites per potentiam opprimunt pauperes inuadit, fortioribus in prædam cedunt. Venti contra: vñ Sūt hæreses & persecutiones tyrannorū, Daniel 7. Ecce quatuor venti pugnabant in mari magno, Iob 1. Irruit vñ & cōueniunt quatuor

Cuspinianus de Cæsaribus in Friderico 2.

Hilarius lib. 7. de Trinitate.

Heb. 6.

Ioan. 3.

Matth. 13.

Exod. 15.

Iac. 2.

Daniel 7.

Iob 1.

quatuor angulos domus. De v̄etis huiusmodi latius in sequē-
 ribus tractabimus Licet ventis imperatur cōtrariis, tamen
 Matt. 16. *porta inferorum nō praualebūt aduersus ecclesiam*
 Matt. 7. de domo aedificata supra firmam petra designante
 ecclesiam dicitur. *Descēdit pluuia, & uenerūt flumina & flue-
 uerunt, & irruerunt in domum illā, & non cecidit: fundata enim
 erat super petram* Luc. 22. *Rogauī pro te Petre ut non desinat
 fides tua. Ecclesia de disciplina proficitur, P̄sal. 128. Sape expre-
 gnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi Au-
 nauis (interprete nostro Lyrano in Proverb. 13. sub fine, ad
 uerba: *Eris sicut dormiēs in medio mari: & quasi sopitus guber-
 nator, amisso clauo seu gubernaculo.* Corpus est, cuius nauis
 nostrae, anima est gubernatrix, vnde dixerunt Platonici,
 quod anima vnitur corpori sicut naua nauī, quae simili-
 tudo tenet, in quantum est motor corporis, non tamen in-
 quantū est forma. hęc doctor Lyranus. Vel etiā nauis no-
 mine, anima cuiuslibet intelligi potest. Serō, illa cōstituitur,
 hoc est appropinquāte morte. Tūc enim maiores sunt de-
 monis insultus & acriores, quā mors ingruit. Ideoque ad-
 uerbiū, exponi potest illud Gene. 3. serpenti dictum: *Tu
 insidiaberis calcaneo eius.* In mortis namque articulo, venit
 diabolus ad nos habens irā magnam, sciens quod modicum
 tempus habet, Apoc. 12. Sicque appetēte vespera, cum sero
 factum est, nauis nostra ventis contrariis, nunc desperatio-
 ne, alias praeumptione, duobus extremis vitiosis, & spei
 christianae oppositis, veluti ad scopulos colliditur, ac quasi
 Scylla & Charybdi infestatur violentius. Sed *Confidite*, cla-
 mat Christus: tunc tēporis bene de Deo sperare debemus,
 & feruentius orare. *Mane nobiscum domine, quoniā aduēsu-
 ras cit. & inclinata est dies.* Luc. 24. *Ne extinguatur in nocte lu-
 cerna nostra,* Prouerb. 31. *Magna nobis spes affulget, si Deū
 inuocemus in mortis angustiis. Iustus etenim si morte prae-
 putatus fuerit, in refrigerio erit.* Sap. 4. Exēplo nobis esse pos-
 sunt sancti Dei homines de quibus D. Hieron. to. 1. in vita
 D. Hilarionis eremite. Ille morti proximus sic loquebatur:
 Egredere, quid times. Egredere anima mea, quid dubitas.
 Septuaginta propē annis seruisti Christo, & mortē times.
 In hac uerba exhalauit spiritū. Et Seuerus Sulpitius lib. 2.
 2. qui est de transitu S. Martini. Is cum esset in agonia, dia-
 bolū uidit propē afflitere, quid tu hic (inquit) aditas crue-
 ta bestia: nihil in me funesti reperies. Abrahā me sinus cru-
 cipiēt. Cum hac ergo uoce spiritū cælo reddidit. Callidus
 hostis*

hostis nos adoritur in fine infidiosior, tentans hominem
 morti vicinum, non quidem de luxuria cum nequeat tunc
 infirmus semiuiuus, carnis illecebris affici, aut voluptati-
 bus frangi. Non de gula, eius siquidem gustus adeo corru-
 ptus & vitiatu est, ut vix ad circumstantium amicorū pre-
 ces, possit quicquam sorbere, vnde paululū reficiatur: Non
 de superbia, quia tunc videt se miserum ac miserabilē alio-
 rum ope & auxilio indigentem, vnde magnam humiliādī
 se materiam & argumētum habet: Non de ira vel inuidia:
 non enim facile accendi potest tunc sanguis quasi conge-
 latus in venis: nec licet ei per tempus & otium cogitare de
 aliorum felicitate, cum sit totus occupatus in defendis
 suis miseriis: vicem suam dolere nouit, non aliis inuidere.
 Non de otio vel acedia, Mortis namque dolores nusquam
 illum relinquant otiosum ac liberum, nec dormire nec
 quiescere potest, in somnes noctes ducit: Nō denique ten-
 tat eum de auaritia, quandoquidē non sperat amplius suis
 perfrui facultatibus, tantum abest ut de congerēdis nouis
 opibus illo tunc cogitet: At verō tentat hominem, de sum-
 ma totius rei, hoc est de fide catholica & spe Diuinā mis-
 ricordiae. Tunc vel maximē omnem admouet machinam
 ut aedificij fundamentum conuellat & demoliatur. *Cui res-
 sistite* (monet princeps Apostolorum 1. Petr. 5.) *fortes in fi-
 de. Resistite diabolo, & fugiet à vobis,* Iac. 4. *in omnibus sumen-
 tes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extin-
 guere. Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo,*
 Ephes. 6. *Aduersus omnes dæmonis tentationes hoc vnum
 respōdere suffecerit, Credo. Nec multis opus est cum dia-
 bolo verbis agere vel disputare. Est nobis longē subtilior
 & acutior: verbis diferris & expressis profiteamur, Credo
 sanctam Ecclesiam catholicam, firma fide teneo ea omnia
 quae credit sancta catholica & Apostolica Ecclesia. In hac
 fide mori cupio per Dei gratiā. Sancta Trinitas vnus Deus:
 pater aeterni qui me creasti, fili Dei, qui me redemisti, san-
 cte Spiritus, qui me sanctificasti: Conserua & confirma me
 in hac fide. Confidite (ait Christus) & tu dic cum Psalmista:
*In te domine speraui, non confundar in aeternum. In domino con-
 fido. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si
 Deus pro nobis, quis contra nos?* Rom. 8. *Illumina oculos ne
 vnquam abdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus,
 praeualui aduersus eum.* P̄sal. 12. cum Christo sint tibi hęc po-
 strema uerba. *In manus tuas Domine commēdo spiritū meum:*
 cum*

cum prothomartyre, *Domine Iesu suscipe spiritum meum.* Quae sic in fide & spe deuote orauerit, in mortis articulo, sequetur praesentissimum Dei auxiliū. Quod praesens adubrat historia.

Contingit aliquādo vt extracta nauis cum vna & altera tabula naufragus enaret, & ad portū perueniat Dei fauore speciali. Ad hunc planè modum homo post lapsum & spiritalia naufragium, post amissam nimirum iustitiam originalem, postquam labem contraxit in materno vtero originalem in fans, prima ei tabula suffragatur, nempe Baptismus: qui est omnium sacramentorum ianua. Cum autem adoleuerit & mortaliter peccauerit, secunda post naufragium tabula, id est poenitentia ei succurrit, sic enim ven-

D. Hier. *Hieronymus to. 1. ad Demetriadem, de virginitate seruanda, & to. 5. in Isaiam cap. 3. & ante eum Tertullianus lib. de poenitentia, secundam post naufragium tabulam vocant poenitentiam. Tu peccator (ante Tertullianus) poenitentiam ita amplexare vt naufragus cuius tabulae fidem, haec te peccatorum fluctibus meisum perlauabit, & in portū diuinæ clementiae protelabit, id est, vt clarius dicatur, quantumuis dilantē deducet. Quod sub*

Act. 27. *typo nauis Act. 27. significatur: Cum nauis, in qua euadētis septuaginta sex animabus simul erat & D. Paulus, diloluta esset vi maris & ventorum, qui natate poterāt, se primos miserunt, & ad terrā euaserūt, & ceteros alios in tabulis ferebant, quosdam super ea quae de nauis erant: & de factum est, vt omnes animae euaderent ad terram. D. Hieronymus ad Demetriadem vbi supra: sic virginē alloquitur. Poenitentia quasi secunda post naufragium miseris tabula sit. In virgine integra seruetur nauis. Aliud est quare re quod perdideris, aliud est possidere quod nūquam amiseris. In Isaiæ 4. cap. idem scribit: Secunda post naufragium tabula poenitentia est. Idem to. 1. epist. ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis ait: Secunda post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri.*

Ad Demet. *Quemadmodum autem nauis symbolum est vel ecclesiae, vel singulorum hominum, qui in hoc mari magno & spatioso mundo praesenti, valida tempestate iactantur, & ventis agitantur, percellunturque contrariis, ita mare ob eius fluxum & refluxum huius mundi designat instabilitatem. Veluti enim vnda modò exaltatur, modò deprimitur: & quae nunc fertur in sublimi, postea deicitur in profundum: sic voluntur & sursum deorsum feruntur mundana*

mundana omnia, in huius vitae volubili rota, atque sicut Ouidius lib. 4. de Ponto eleg. 3. dicit.

*Omnia sunt hominum teni: pendencia filo,
Et subito casu, qua valuerunt ruunt.*

Idem lib. 5. Tristium eleg. 8.

Passibus ambigua fortuna volubilis errat:

Et manet in nullo certa, tenaxque loco:

Sed modò lata manet, vultus modò sumit acerbos:

Et tantum constans in leuitate sua est.

Sed rerum ecclesiasticarū classici scriptores referunt quadam insignia exempla. Nicephorus lib. 18. c. 29. & Paulus diaconus rerū Romanarū lib. 17. scribunt Theodorū medicū, virū prudentē, sub Mauricio Imp. à Prisco, tūc in Europa Romanorū duce, ad Chaganū Hunnum, aduersus eū bellum gerentē, legatū missum, sicque (quoniam barbarus ille superbens nationū omnium dominū se esse minabundus iactabat) ad eū loquutū. Audi Chagane veterē & vtilē orationem: Sefostris Aegyptiorum Rex illustris, admodum & foelix plurimas & maximas sibi subiecit nationes, atque ex eo successu in proteruam arrogantiam sublatus currum sibi aureum pellucidis pretiosisque lapillis exornatum fieri fecit, in quo confidens 4. ex deuictis regibus currui, qui eū traherēt, iugo illis imposito, iūxit. Hoc verò quū sapius fieret, & celebri quodam festoque die, ex 4. istis regibus vnus, oculis conuersis continuè, retrospecteret, & rota volubilitatem intueretur: Sefostrisque eum cuius rei gratia tam frequenter oculos in rotam coniceret percōtaretur, respondisse is fertur: Cum stupore admiror rotā, quum eā instabili modo ferri atque aliās aliter volui, & nunc quidē sublimia demittentem, rursus autē demissa sublimantem conspicio. Sefostris porò vbi dictū id intellexit: statuit ne illi posthac currum traherent. Barbarus verò subridens, satis se pacem complecti iudicauit. Cedrenus autē in compendio historiarum id Cyro tribuit. Cyrus (inquit) multos reges captiuos habens, solempni festiuitate eos quadrigas vehere iussit, in quibus ipse sederet: quidam eorum crebro respiciēs, rotas spectauit sursum deorsum se circumuersantes, & eadem interroganti Cyro respondit quae paulo ante in Sefostri cōmemorata sunt, eum honore affectū in quadrigas sustulit Cyrus. Zonaras itē to. 3. annaliū sub Imperatore Basilio Macedone, atque Cedrenus in compendio historiarū, duo Graeci scriptores haud poenitēdi, hanc narrāt

Ouid. lib. 4. de pot. eleg. 3. & lib. 5. trist. eleg. 8.

Nice. lib. 18. c. 29. Paulus diaconus rerū Ro. cap. 17.

Cedr. in com. hist.

Zonar. to. 3. annalium. Cedr. in compen. Hist.

praece

præcedentibus non abfimilem historiam. Cùm Sultanus Ludouico quodam Rege Franciæ captus esset circa Italiam, Capuam captiuus abductus, toto biennio numquam ridere visus est, vt rex miratus diceret se ei qui Barbarum risisse nunciaret, præmium daturum: cùm quidam semel risisse nunciaret, accersito Sultano risus causam quaesuit. At ille Rotas currus (inquit) vidi, quarum cùm altera pars terrena incumberet, altera sursum tolleretur, mox ea quæ sublimis fuerat depressa, quæ humilis, in altum elata est: Vnde res humanas eodem modo moueri coniciens risi: posse fieri cogitans, vt sicut è sublimi sum humi depressus, sic ex humili loco in altum elatum sublimem fore. Rex de suo quoque statu cogitans, Soldanum sapientem iudicauit, & eius vt viri prudentis cõsiliis est vsus. Is homo callidus Regem dolo circumuenit. Quæ non contemnenda exempla, luce meridiana clarius nos edocent rerum humanarum volubilitatem, inconstantiam, & omni vanitate instabiliorem reuolutionem, sicut fluxus ac refluxus maris vndarumq; iactatio, depressio & eleuatio, liquidò hoc ipsum insinuant.

Per ventos contrarios tyrannorum persecutiones significatas & adûbratas, superius diximus, in 4. ventis (de quibus Daniel 7.) figuratas.

Ex apostolica historia discere licet, quomodo post Christi mortem Stephanus diaconus lapidatur, Iacobus apostolus occiditur, Petrus omnium vertex ac coriphæus incarceratur, in fugam vertuntur discipuli, Saulus vastabat ecclesiam Dei: Imp. Romani toto terrarum orbe martyrum sanguinem fuderunt. Nero imprimis omni bellua feruor ac crudelior, duas columnas & christianismi columna veneranda, (Diuos Petrum ac eius collegam Paulum intelligo) morte affecit & conuulsit, alios Christianos canibus deuorandos exposuit & obiecit vt etiam Cornelius Tacitus, Christianorum hostis, sed veridicus historicus, huius rei testis est luculentissimus annalium lib. 15. Nero (inquit) Christianos quæsitissimis pœnis affecit. Et pereuntibus ad dita ludibria: vt ferarum tergis contacti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrerentur. O truculentissimum Christianorum carnificem!

Secundam post Neronem in Christianos persecutionem & eadem Domitianus alterum nequaquam dissimile nostrum exercuit, in qua theologorum Phœnix & dilectus Deo

Apostolus

Apostolus Ioannes, Euāgelistarum Aquila, posteaquam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur: vt scribit Tertullianus de præscriptionibus aduersus heretic. Tert. lib.

Tertiam Traianus: Quartam, M. Aurelius cognomen de præsc. Philosophus: Quintam, Septimus Seuerus: Sextam, Maximianus: Septimam, Decius: Octauam, Valerianus: Nonam: hærej.

Aurelianus: Decimam, eamque cùm diuturnam, tum sauiam admodum, Diocletianus: decem annorum spatio crudelissimè: hi (inquam) omnes à demonibus acti Imperatores Romani, Christiani nominis hostes insensibilissimi, decem generales exercuerunt persecutiones. Annumerare liceat vnde decimam, quam apostata ille & Christi defertor Iulianus Imp. in Christianos non tam leonis more aperte, quam draconis instar occultè, insidiatus, exercuit inclementissimè.

De quibus ecclesiasticæ historiæ scriptores consulendos cetero. Et sicut de filiis Israël dicitur Exod. 1. Quanto Egyp-

Exod. 1.

tij opprimebant eos, tanto magis multiplicabatur & crecebant. Ica sanguine Martyrum irrigata ecclesia, palmæ instar (quæ pressa est valentior) eo amplius floruit & fructificauit, quo maiores passa est angustias: instar grani sinapis, quod redolet, eo amplius quo teritur & comminuitur tenuius & subtilius, ecclesia similiter (quæ grano sinapis comparata est. Matth. 13.) ventis licet imperita contrariis, & tempestatibus vndisque variis iactata validius, nunquam tamen naufragium fecit, sed à Christo magis ac magis adaucta est & illustrior facta, dicente psalmographo, Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, Psal. 91. Vel per

Matth. 13.

ventos contrarios, in mortis articulo diaboli tentamenta de oppositis spei Christianæ extremis, desperatione, & præsumptione, designantur. Tunc enim tentat hominem indefensè, vt ad desperationem inducat & adigat: Ideoque fiducia in Deum armatum esse conuenit. In auribus nostris sonet vox illa consolationis plenissima, in præsentis Euangelio: *Confidite: ego sum* Si tibi ob oculos tuorum grauitatem peccatorum proponat, conuertere ad Deum & clama (sicut conterriti Apostoli exclamarunt) *Auerte faciē tuā à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele*. Psal. 50. *Protektor noster aspice Deus, & respice in faciē Christi tui*, Psal. 83.

Psal. 91.

Psal. 50.

Psal. 83.

Si obiiciat quòd tuæ iniquitates superant arenam maris, responde: Maiorem esse Dei misericordiam, non enim sicut Cain desperans, blasphemauit: *Maior est iniquitas cuiusque quam Dei misericordia*, Gen. 4. Verum *miseri cordia Dei plena* Genes. 4.

F

est

Pfal. 32. est terra, Pfalm. 32. & Pfalm. 118. Misericordia tua domine
Pfal. 118. na est terra.

Si dicat, quomodo expectas primum iustitiae, cum tu iniustus? Responde: Iustitia mea est Christus, qui factus est pro nobis iustitia & sanctificatio & redemptio. I. Cor. 1. Si dicat, Quomodo tu qui peccatis fordeas, ad celestem Hierusalem intraducendum te confidis? in quam nihil coarquinatum, aut abominabilem faciens intrabit? Apoc. 11. Quomodo cum multis corde

Apoc. 21. Petro & Paulo ac ceteris sanctis te admittendum speras? In fronte istud tibi polliceri audes? responde: non quidem cum illis eximius, & principibus, te adscribendum & connumerandum: sed cum latrone, qui adiuit in cruce, Hodie me

Luc. 23. eris in paradiso, Luc. 23. Si reget ac replicet, unde tibi tanta fiducia, cum nihil boni feceris? Responde: Nascitur ex Deo misericordia, eo quod bonum habeant dominum, exorabilem iudicem, & favorabilem seu gratiosum aduocatum Deum cui proprium est misereri semper & parcere, orat ecclesia, Numquid obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in

Pfal. 76. sua misericordias suas? Pfal. 76. Quomodo miseretur pater filiorum, miser? est dominus in meritis se: quoniam ipse cognouit signum

Pfal. 112. tum nostrum. Pfal. 112. Pater est, dicat ei, Pater peccavi, Scipulum negare non potest. Promisit, in quacumque hora ingemuerit peccator, se condonaturum. Sin? misericordiae ei? quadiu sperat homo & uiuit, semper apert? est: sperare tandem licet, de

Iob. 13. sperare nunquam: cum Iob. c. 13. dicit: Etiam si occiderit me, in ipso

Ezec. 18. sperabo. Numquid uoluntatis meae est mors impij, dicit dominus? Ezech. 18.
 Si dicat in profundum inferni detraheris, responde: Habeo meum caput Christum, supra caelos. Vbi caput, ibi membra locari & recipi congruit. Si dicat, tu damnaberis, responde: Tu es calumniator & accusator, & non iudex: tu es diabolus, hoc est criminator & impostor. Tu es damnatus, non autem alios condemnare potes. Idcirco dictis tuis fidem non adhibeo. Equidem desperarem animum ac desperarem, nisi Deum patrem misericordiarum, haberem meum protectorem, qui funditus uestram (o maligni daemones) euerit tyrannidem, illamque prostrauit. *Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit dominus uocem fletus mei.*

*Pfal. 6. Pfal. 6. Ego a tribunali severae iustitiae, appellauit & prouocauit ad tribunal copiosae & inexhaustae misericordiae Dei mei. *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam**

Heb. 4. cōsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, Heb. 4.

Ioan. 6. Si denique obiciat, Deus peccatores non audit, Ioan. 9. responde:

ponde: audit poenitentes, & pro peccatoribus mortuus est. Rom. Rom. 5. Si dicat, nimis sera est poenitentia, responde, Sat cito, si fat bene: praestat sero, quam nunquam officium facere (ut vulgo dicitur). Nusquam tarda fuit Dei gratia, & indulgentia, quod manifeste patet in latrone. Ezech. 33. Impietas impij non nocet ei, in quacumque die conuerus fuerit ab impietate sua.

Contrà si Satanas ad alterum diuerticulum & extremum recurrat, ut contrario vento te supplantet & exagitet: ad praesumptionem & nimiam confidentiam te inducendo, ut tibi ipsi nimium confidat, superbia intumescas: uide ne feceris, neve ei consenseris: sed ad Deum conuersus, ex toto corde ora cum Dauide, *Deus in adiutorium meum intende.*

Si dicat, dignus es qui pro tuis meritis, inter Seraphicos spiritus colloceris, responde: nulla dignitas mea est, merita mea (qualiacumque sint) dona Dei sunt.

Si dicat, orasti multum, ieiunasti multis diebus, erga pauperes fuis liberalis, vitam transigisti valde austeram, responde: quaecumque enumeras, sunt mihi cum Pharisaeis damnatis, communia. Nouit autem Deus qua intentione vel ieiunarim vel alia bona opera fecerim. Nihil mihi ardeat. Solum Deo honor & gloria: de bonis acceptis magnas Deo gratias ago, à quo bona cuncta procedunt.

Sic fide & spe in Deum homo instructus, Sathanæ stragemata, ventosque contrarios illatus vitabit: & ad portum Deo duce ac propitio, nauiculam propriam uentis secundis flantibus deducet.

Circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos &c. Theophilactus in Matt. 14. scribit: Non mox astitit eis, ut tempestatem sedaret: docens non statim petendam aduersitatum solutionem, sed ferendas fortiter ac circa quartam uigiliam.

In quatuor enim partes noctem diuidunt custodes, iuxta militarem disciplinam, singulis per tres horas suam seruantibus custodiam. Dominus autem post horam nonam noctis ambulans super aquam, tanquam Deus, astitit. Ibidem D. Hieron. stationes & uigiliae militares, in terna horarum spatia diuiduntur. Quando ergo dicit quarta uigilia noctis uenisse ad eos dominum: ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis, eis auxilium praebiturum. *Alex. ab Alexandro genialium dierum lib. 1. c. 12. de uigiliis in castris, scribit in hunc modum: Fuit praeepto militari obseruatum, ut uigiliarum uices, tuba in castris per interual- gen. dier. la significent. Etiam quando hostes in conspectu sunt pro portis castrorum.*

castrorum singulae stationes, & expeditæ cohortes dispositis excubiis, instratis equis frenatisque pro vallo erigunt, ut omnia militari custodia vigilisque tuta firmaque sint, ne paratis insidijs, & omni aditu præcepto, nudata castris stationibusque, castra hostes adoriantur, & nec obstantes inuadant, cadibusque & rapinis pateant. Ferrum paminaundas cum custodijs stationesque circuiret, ut disciplinam exemplis stabiliret, sopitum militem gladio transfixisse, asserens quod qualem inuenerat, talem reliquerat (est enim somnus *mortis imago* auctore poeta Ouidio;

Quid lib. 2. amor.

Stulte quid est somnus, gelida nisi mortis imago?

eleg. 9.

Frontin. lib. 3. c. 12.

Strat. lib. 3. cap. 12.

Veget. de re milit. lib. 3. c. 8.

Ælian. li. 3. de an. cap. 13.

Plinius.

lib. 2. amorum eleg. 9.) Et Iulius Frontinus stratagematum lib. 3. c. 12. Iphicrates (inquit) dux Atheniensium, cum pro sidio Corinthum teneret, & sub aduertum hostium ipse vigilias circumiret, vigilem quem dormientem videret, transfixit cuspide, quod factum quibusdam tanquam seuum in crepantibus, Qualem inueni (inquit) talem reliqui. Epaminondas Thebanus idem fecisse dicitur. Hæc Frontinus. Plinius Vegetius de re militari lib. 3. ca. 8. ad Valentinianum Augusti de singulis centurijs (ait) quaterni equites & quaterni pedites, qui excubitum noctibus faciunt, eliguntur. Et quia impossibile videbatur in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad Clepsydram sunt diuise vigilie, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare, A rubicine omnes vigilie committuntur. Et finitis horis a cornicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni & probatissimos eligunt, qui vigilias circumeant, & renuncient si qua emerferit culpa, quos circuitores appellant. Ælianus de animalibus lib. 3. c. 13. de gruibus sic loquitur: Post longum volatum tandem ad terram alicubi delata noctu, reliquæ omnes somnum capiunt, tres aut quatuor ad reliquarum custodiam aduigilant: & ne somno opprimantur, cum operoso labore ac molesto vnico cruri innituntur, tum & lapillum summa cautione sublimi pede altero continent: ut si quando somnus obrepserit, edito strepitu ex lapilli casu, expergiscantur. Hæc Ælianus. Scribit etiam Plinius nat. hist. lib. 10. c. 23. de eisdem gruibus: Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno & decidens, indiligentiam coarguat: ceteræ dormiunt capite subteralam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit. Inde vigilias in castris sumptas, & visitatas

visitatas videri, non est à vero alienum, quæ disciplina militaris nos vigilare docet, hæc dolo & astu demonis circumuenti, inuadamur. Luc. 12. *Si sciret pater familias quæ hora fur Luc. 12. veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Beati serui quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi.* Theophilac. in Matth. 14. iuxta Anagogen exponens 4. vigiliam: dicit. In quarta vigilia ad finem seculorum, assistit Christus: Prima vigilia, scædus cum Abrahâ: Secunda, lex Moyfi: Tertia, propheta: Quarta, domini aduertus. Ipse enim seruauit nos, fluctibus agitatos: venies ad nos, ita ut eum cognoscereimus: & ut Deum adorauerimus. *Putauerunt phantasma esse: quia scilicet viderunt eum ambulantem super mare. Non enim intellexerant de panibus.* Nempe quomodo de quinque panibus & duobus piscibus quinque millia hominum satiauerat. De phantasmate aliquid fufius dicendum iudico. Cicero epistolarum lib. 15. ep. 16. *Cicero lib. 15. episto. ep. 16.* Ciceronius Insuber Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ante Democritum *ιδωρα*, hic spectata nominat. est autem spectrum seu phantasma simulacrum oculis sese offerens. Phantasma dicitur species vel imaginatio falsa: quales sunt quas dormientes videre sibi videntur. Suidas in dictione *φάντασμα*: Phantasma (inquit) hoc est spectrum, est figura aut species alicuius rei, cuiusmodi in somnis existit. hæc Suidas. Idola sunt spectra, umbræ mortuorum, quasi res quæ existerent videantur, nec tamen existunt. Macrobius in somnium Scipionis lib. 1. c. 3. *φάντασμα*, quod Cicero (quoties opus hoc nomine fuit) visum vocauit: & subditur *φάντασμα*, hoc est, visum, cum inter vigiliam & adultam quietem, in quadam (ut aiunt) prima somnij nebula adhuc vigilare se existimâs, qui dormire vix cepit, aspicere videtur irruentes in se, vel passim variegatas formas, à natura seu magnitudine seu specie discrepantes: variâque tæpestatates rerum, vel lætas, vel turbulentas. Hæc Macrobius. Oramus ante somnum in cõpletorio.

Procul recedant somnia, Et noctium phantasmata,

Hostemque nostrum comprime, Ne polluantur corpora.

Plinius Secundus epist. lib. 7. ep. 27. Suræ suo, sic scribit: Perquam velim scire, esse phantasmata, & habere propriam figuram, an inania & vana ex metu nostro imaginem accipere. Ego ut esse credam imprimis eo ducor, quod audio accidisse Curfio Rufo. Tenuis adhuc & obscurus obtinenti Africam comes hæserat, inclinato die spariabatur

in porticu : offertur ei mulieris figura , humana grandæ
pulchriorque : perterrito Africam se furorum prænan-
ciam dixit. Iturum enim Romam, honorisque gesturam
atque etiam cum summo imperio in eadem prænuncians
reuerfurum, ibique moriturum. Facta sunt omnia. Præter
ea accedenti Carthagiæ, egredientique nauem, eadem
figura in littore occurrisse narratur. Erat item Athenæ
spatiosa domus, sed infamis & pestilens, per silentium in-
ctis sonus ferri, & strepitus vinculorum longius primo
deinde proximò reddebatur, mox apparebat idolum, fene-
macie & squalore confectus, promissa barba, horrenti ca-
pillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat que
tuebaturque : inde inhabitantibus tristes diraque noctes per-
merum vigilabantur : deserta inde & damnata solitudine
domus, totaque illi monstro relicta, proscribatur tam
scu quis emere seu quis cõducere ignarus tanti mali vel-
let. Venit Athenas philofophus Athenodorus, legit titulum
percunctatus, omnia docetur : ac nihilominus cõducit, ubi
cepit aduersari, iuber sterni sibi in prima domus par-
te, poscit pugillares, stylum, lumen, suos omnes in interio-
ra dimittit, ipse ad scribendum animum, oculos, manum
intendit, ne vacua mens audita simulachra & inanes scri-
metus fingeret : deinde concurrit ferrum, vincula mouerit
le non tollere oculos, non remittere stylum, sed obfirmare
re animum : Tum crebescere fragor, aduentare etiam, et
iam vt in limine, iam vt intra limen audiri : respicit, videt
agnoscitque narratam sibi effigiem : stabat innuebaturque de-
gito similis vocanti : hic contra vt paululù expectaret, ma-
nu significat, rursusque cecris & stylo incubit : illa scriben-
tis capiti catenis insonabat : respicit rursus idem quod
priùs inuenientem : nec moratus tollit lumen, & sequitur
ibat illa lento gradu, quasi grauis vinculis. Postquam de-
flexit in arcem domus, repente dilapsa deserit comitè, de-
sertus herbas & folia concepta signum loco ponit. Postero
die ad magistratus, monet vt illum locum effodi iubèat.
Inueniuntur ossa infera catenis & implicita, quæ corpus
æuo terraque putrefactum nuda & exesa reliquerat vincu-
lis : collecta publicè sepeliuntur. Domus postea ritè condi-
tis, manibus caruit, & hæc quidem affirmantibus credo.
Hæc Pinius Et Sozomenus histor. eccles. lib. 6. c. 28. Apel-
les, in monasterio Ægypti circa Achorin plurima edidit
miracula : Istù, cum in opere fabrilis teneretur occupatus,
(hanc

Sozome-
nus hist.
eccles. lib.
6. c. 28.

(hanc namque artem profitebatur) spectrum demõnis no-
ctu, habitu mulieris formosæ quàm continens esset, tenta-
re cepit. Qui ferro, quod iam poliebat, ex igni extracto,
demõnis faciem exulsi : demõn autem cum fremitu & e-
iulatione aufugit. Et Nicephorus hist. eccl. lib. 15. ca. 16. Ti-
motheus quidam cognomento Aelurus, qui monasticam
vitam egerat, & deinde presbyter Ecclesiæ Alexandriæ
factus fuerat : magnopere in Chalcedonensem, synodum
inuehebatur : atque cum episcopatum mirificè expeteret,
fuligine nigroque colore oblitus, noctu circù monacho-
rum cellas obambulauit, & quemque per calamù scirpeù
excavatù nominatim euocauit : & illi quum eù audirent,
ipse se ex spiritibus administris vnum esse assimilauit, &
cœlius propterea missum omnibus dixit, vt admonitum
eius à communionem Proterij (catholici episcopi Alexan-
drini) discederent, & Timotheum Aelurum in episcopali
sede collocarent. Alexandriæ Patriarcha creatur illegiti-
mè, postea dignitas ei calculis episcoporum abrogatur, ex-
communicatur & deportatur in exilium. Talia sunt terri-
culamenta & phantasmata. D. Hieronymus in Matth. 14. Si
iuxta Marcionem & Manichæum, dominus noster non est
narus ex Virgine, sed visus in phantasmate : quomodo nunc
Apostoli timent ne phantasma videant ! Quibus Christus
loquitur dicens : *Habete fiduciam. Ego sum, nolite timere.* Nec
subiugit quis sit (prosequitur Hieronymus) vel ex voce si-
bi nota poterant eum intelligere, qui per obscuræ noctis
tenebras loquebatur : vel ipsum esse reperebant, quem lo-
qutum ad Moysen nouerant. Exod. 3. *Hæc dices filiis Israël,*
Qui est misit me ad vos. Ego sum qui sum. Hæc Hiero. Et quia
nunc super aquas, i. super omnem humanam scientiam, &
naturæ ordinem in Eucharistia præsens est, atque nobis ad-
est : & vsque ad seculi consummationem perpetuò nobis-
cum est futurus, præsentia utique corporali. Matth. 28. *Ego*
uobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.
Errauerunt quidam, nimirum sacramentarij negâtes rea-
lem & substantialem in sacra Synaxi corporis Christi præ-
sentiam (quales sunt Cingliani, Oecolampadiani, Caluini-
stæ & similes Metonimici) phantasma esse figuram tantùm
& spectrum inane suspicari, non verum Christi corpus in
sacramento. Solum corporis Christi symbolum, corporis
absentis quidem (sic impiè dogmatizant) non ipsum rea-
le corpus in sacramento statuentes. Sic Berengarianum

Niceph. lib.
15. ca. 16.

Hier. in
Mat. 14.

Exod. 3.

Mat. 28.

errorem instaurarunt: quem tamen ipsum reuocare & anathematizare nō potuit. Phantastici hæretici, *Phantasma esse putauerunt*. Sed bene adiicit D. Marcus noster e uangelista: *Erat cor eorum obcæcatum*. Nam, *opertum est euangelium in his qui pereunt*, 2. Cor. 4. Christus sic dicit, *Ego sum Ioann. 6.* Phantasma non est Christus. *Caro mea uerè est cibus*, Ioan. 6. Mat. 26. Non phantasticè. *Hoc est corpus meum*, Matth. 26. Marc. 14. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Non phantasma. *Statim loquutus est discipulis*, Luc. 22. *eis. Confidite ego sum, nolite timere, & ascendit ad illos nauim*.

1. Cor. 11. *& cessauit uenire*. Narrat Lucanus, quòd Iulius Cæsar conuersa nauim, & excitata maxima tēpestate, cum esset incognita, lib. 3. gnitus nauclero, ac ille imminēs periculum videret, timens retq; naufragium, & iam diffideret: tūc reuelauit se Iulius Cæsar (erat enim cooperito vultu) & dixit ei: Ne timeas, fortuna enim Cæsaris te comitatur. Si ergo hominis fragilis fortuna suffecit animum addere nauē, cōtra tēpestatē maris, quanto minus debet timere, qui Deum in anima sua portauerit: *Quare timebimus infortunia, cū tali pro-*

pugnaculo muniamur: Quā securè dicebat Dauid Psal. 124. Si ambulauero in medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniam tu mecum es, &c. Præstat autem Poëtam ipsum, sua uerba sonantem, audire: Sic ille, lib. 5. de bello ciuili, post media, eleganter cecinit, loquens de præfato negotio.

Tunc rector trepida satur ratis: Aspice Iæuum

Quanta paret pelagus. Deinde:

Fusus cuncta sibi cessura pericula Cæsar,

Sperne nimas, inquit, pelagi, ventoque furenti

Trade sinum. Italiam si cælo autore recusas

Me pete. Sola tibi causa hac est iusta timoris

Vectorem non nosse tuum, quem numina nunquam

Destituunt, de quo malè tunc fortuna mereitur,

Cum post vota uenit: medias pererrumpe procellas.

Tutela secure mea, &c. Hactenus ille.

App. lib. 2. bellor. ciuil. Quod Appianus Alexandrinus de bellis ciuilibus, libr. 2. circa media sic exposuit: Cæsar, cum expectaret suos relictos Brundisij, illisque necdum soluentibus, decreuit ipse clam ad eos traicere, quasi non facilè secuturos alium: cælaroque consilio misit tres seruos ad fluuium distantem duodecim stadiis, qui expedirent sibi lemniculum celarem, & gubernatorem aliquem optimum, quasi ad mittendum aliquò nuncium, ipse è triclinio secessit languorem simulans, iussit amicis manere in conuiuio, moxque priua

pruati hominis habiru vehiculum conscendens, contentus ad nauiculam, quasi Cæsaris nuncius. De reliquo ad mandata seruis utebatur, ipse stragulis simul tectus & noctis caligine. Cæterum hibernis vêtis flantibus, serui hortabantur gubernatorem, bono esset animo, & occasionem arripere ad fallendos hostes in proximo. Is amnem quidem remorum vi enauigauit: verum vbi ad ostia ventum est, fluctu marino fluentia repercutiente, & vrgente hostili terrore, connitebatur in aduersum totis viribus: & cum nihil proficeret, deficiebat lassitudine. Tum Consul capite reiecto exclamat: Perge contra tempestatem forti animo: Cæsa rem fers & fortunam Cæsaris. Hac voce artonitis vnà cum gubernatore remigibus, nauis magno ardore omnium eluctata superauit os fluminis, sed procellis & tumente fluctu iactata retrudebatur ad littus, donec instante die, nautisq; pauentibus ne conspicerentur hosti, Cæsar iratus fortunæ vt inuidia, permisit naui reditum, & ea quidem celeriter secundo ventosuuuium retro subijt: Cæsaris verò amici mirabantur audaciam, quidam etiam inculabant, vt non tam duci conuenientem quàm militi. Hæc egit Cæsar tantò plus fortunæ fidebat ille quàm consiliis. Hactenus Appianus. *Cum transfretassent, venerunt in terram Genezareth & applicuerunt: & continuò cognouerunt eum*. De incolis loci illius Genezareth, non autem de apostolis intellige. Reliqua longiore non egent explanatione. Hoc solum exoptandum est vt D. Petri nauiculam (quæ ecclesia est) per baptismum ingressi, in ea perseueremus vsque in finem.

Amen.

*

F s DO

DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMÆ.

De ieiunio, & tentationibus Christi, Matth. 4.
Mar. 1. Luc. 4.



Matt. 1.
Mac. sa-
tur. li. 7.
c. 3.
Zach 3.
1. Reg. 17.
1. Cor. 15.
1. Cor.
Ioan. 1. 4.
& 12.
Psal. 101.
Cant. 3.
Iob. 28.

Vetus est Iesus à spiritu in desertum, ut tentaretur à diabolo, &c. Nomine salutis (Iesus enim, ut hinc ordiamur, saluatorè significat Mar. 1.) contrariū est diaboli nomē Διάβολος; delatio est, ut exponit Macrobius in turnaliorū li. 7. c. 3. hinc Apoc. 12. vox gratulatio in cœlo audita: *proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos, ante conspectū Dei nostri die ac nocte.* Eapropter Satanas ex Hebræo deducto vocabulo, quasi aduersarius: (quia salutem hominū aduersatur) in præsentī Euangelio etiā nominatur: vnde in figura Zach. 3. scribitur: *Os fudit dominus sacerdotē magnū Iesum stantē coram angelo domini, & Satan stabat à dextris eius ut aduersaretur ei; sed nō preualuit.* Sic repulsus est à Christo domino dicente, *Vade Satana*, ut indicat *narrator* siue conclusio historie sacre. *Tunc reliquit eū diabolus & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.* Prodeit ad pugnam, hinc quidem malitia, illinc veritas Dei sapientia: hinc princeps huius mundi, illinc celestis imperator: suis quisq; armis instructus: ille prauitate, diuini honoris ambitu, technis & mendacio, hic autē innocētia, veritate, Diuini verbi panoplia atq; armatura impetrabili, scutoque & gladio spiritus (quod est verbum Dei) vnde quaq; munitus. Cuius rei typus præcessit, in monomachia seu certamine singulari & duello, 'Dauidis in funda & lapide aduersus Goliath Philistæum pugnantis, ac praua lentis. 1. Reg. 17. Victoria Christi nostra victoria est. Nobis vicit, sicut pro nobis ipse pugnavit, viresq; demonis fregit. *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum.* 1. Cor. 15. Ioan. 14. *Venit princeps mundi huius (ait Christus) & in me nō habet quicquid, sed eiicietur foras,* ca. 12. In desertū secessit Christus, qui passim solitario comparatur, Psa. 101. *Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Spōsus in plateis inueniri non potest: nec in lectulo per noctes quæsitus. Cant. 3. inuenitur: quin potius in solitudine, Cant. 3. *Non inuenitur in terra iuaniter viuentium.* Iob. 28. *Arcta est via que ducit ad vitam*

ut docet Christus Matth. 7. *Ducam in solitudinem,* & Matt. 7. *loquar ad cor eius, dicit Deus per Oseam c. 2. Sic Isaac exiit in agrum ad mediantū inclinata iam die: Genes. 24. Filij Israël fugientes Pharaonem, petierunt desertum, in quo tandiu ambulauerunt, & mansiones posuerunt, donec eo peragrabant, promissionis terram ingressi sunt. Sic Helias fugiens Iezabelem, quadraginta dierum spatio peruenit ad montem Dei Horeb, solitudinis locum, 3. Reg. 19. Sic denique vox clamantis in deserto Ioannes, Domini præcursor: *antra deserti teneris sub annis, ciuium turmas fugiens, petijt: ut de illo canit Ecclesia: Ecce elongami fugiens, & mansi in solitudine.* Psal. 54. Christi & præcursoris exemplum imitati sancti Dei Anachoretæ, eremique cultores, deserta loca incolabant: ut Paulus ille, cuius vitam to. x. disertè descripsit D. Hieronymus. Itē magnus Antonius, Diuus Hilario & alij, quorum austeram arctissimamque conuersationem admiranda ieiunia, vigiliæ, & Diuina gesta, Ecclesiastici commentarij sub nomine vitarum patrum & collationū, accuratè describunt, quibus illum quoque haud abs re accomodari posset, *Circueverunt in melotis in pellibus caprinis, egentes, angustij, afflicti. Quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis & in cauernis terre.* Heb. 11. *Ut tentaretur.* Nos tentari vult Deus ad exercitium, ne otio torpescere & corrumpi cōtingat. Sic, Plutarchus to. x. opusculorum in apophtheg. Lacon. de Cleomene narrat, quod dicenti cur Argiuos deuictos, qui sæpe bellum contra vos susceperunt, non deuicistis? Nequaquam delendi nobis sunt, respondit, ne desint qui iuuenes exercent. Idem in apophth. Laconum non expresso nomine. *Quandam urbem quæ sæpe negotium exhibuerat Spartanis, rege ipsorum pollicente se funditus deleturum, non permiserunt, inquentes: Noli abolere aut delere cotem iuuentutis.* Lucius Florus de gestis Romanorum lib. 2. c. 15. Cato delendam esse Carthaginem, dicebat: Scipio Nafica seruandam, ne metu ablato æmula vrbis luxuriari felicitas vrbis inciperet. Nam ut ait quidam Poëta, *Luxuriant animi rebus plerumque secundis, Nec facile est aqua commoda mente pati.* Hæc Ouidius lib. 2. de arte amandi post media. Valerius lib. 7. ca. 2. de sapienter dictis aut factis, sic refert. Quint. Metellus grauiter & altè in senatu sententiam dixit deuicta Carthagine, nescire se, illa victoria bonine plus an mali*

Matth. 7.
Osee 2.
Gen. 24.
3. Reg. 19
Psal. 54.
Hierony-
tom. 1. in
vi. Pauli
Heb. 11.
Plu. to. x.
Lucius
Flor. de
gest. Ro.
lib. 2. c. 15
Valerius

mali Reip. attulisset. Quoniam vt pacem restituendo profuisset, ita Annibalem submouendo non nihil nocuisset. Eius enim transitu in Italiam, dormientē iam populi Romani, virtutem excitatam: metuique debere ne acri armulo liberata in eundem somnum reuolueretur. Idcirco ne torpeamus ignauia, tentari permittimur. Ferrum (sicut vtaris) rubigine obducitur. Otium est animæ inimiciorum. Verēque à quodam dictum est: Arcum frangit intentio. *Eccli. 34* animum autem remissio. *Eccli. 34. Qui non est tentatus, quia scit? Idcirco reliquit Deus nationes extraneas Phereas, Gergeseos, Iebulæos, Chanaanos, & similes, vt peccas filij Israël excernerentur, neque sibi nimium fiderent, sed artētis animis inuigilarent. Vt tentaretur. Magnū nobis hinc solatiū prouenit. Non enim habemus Pontificē qui non possit cōpati infirmitatibus nostris, Tētarum autē per omnia in similitudine absque peccato. Heb. 4. Qui tentatus nō est, qualis scit? vir in multis expertus cogitabit multa. *Ecc. 34. Didicit Christus ex his quæ passus est, obedientiam. Heb. 5. Ipse cognouit experientia certa, quanti sit laboris ieiunare, tētari, & desertum incolere, faciliusque & impensius nostræ fragilitati condescēdere didicit ac misereri. Si tentare ausus est Christus, ille qui tentat (sic enim vocat dæmonem Apostolus. Thess. 3. Ne fortē tentauerit vos is qui tentat: & hic dicitur Tentator) attende tibi ipsi, o homo, & ne vincaris in tentatore, ora frequenter & ex animo, Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. *Matt. 6. Luc. 11. & vt monet *Eccl. c. 2. Fili, accedens ad seruitutē Dei, sta in iustitia, & in timore. & prepara animam tuā ad tentationē. Vt tentaretur. Christus contrario modo quā primus parens agere voluit in loco deliciarū & societate coniugis Euxæ tentatus & prostratus fuit, ideōque paradiso exclusus & eiectus. Christus autē in deserto diabolū expugnauit, vt homines ad paradysum deduceret. In paradiso de fructu vitæ comedit, in cuius reparationem de Christo dicit Euangelica lectio.****

Cū ieiunasset quadraginta diebus & 40. noctibus, postea esurijt. Mensuram ieiunij Moysis & Helixæ non transgreditur, ne det Sathana suspicionem se illis maiorem esse, & ideō audacius eum aggrediatur. Inde ortum est quadragesimalis ieiunium, ex Christi nimirum imitatione, quatenus videlicet infirmitati humanae conuenit. D. Augustinus. to. 10. sermone de tempore 157. Nos quia tam longum ieiunium perpetrare non possumus, vt per tot dies & noctes,

nihil

nihil alimentorum sicut illi (nempe Moses, Helias & Christus) accipiamus, saltem quātum possumus, faciamus: exceptis diebus per quos certis de causis mos Ecclesiæ prohibet ieiunare. Animaduersione dignū, aduersus Calvinū D. Augustinum to. 4. lib. quæstionum veteris & noui testamenti q. 120. affirmare Christū nobis ieiunandi exemplum dedisse. Nā & saluator (inquit) cui opus non erat, vt nobis exemplum daret, ieiunauit. Itaque nulli dubiū est prodesse ieiunia. Hæc sanctus Pater ac Ecclesiæ doctor egregius Augustinus, quem & Calvinus ipse (nam veritas aliquando ex inuidtis pectoribus erumpit) optimū antiquitatis agnoscit interpretem. Ante eum D. Ignatius epistola, *Ignatius episto. ad Philip.* 5. quæ est ad Philippenses. Quadragesimam ne pro nihilo habeatis, imitationem enim cōtinet domini conuersationis. Contra Calvinus nō ad exemplum ieiunasse Christum mentitur. D. Clemens in constitutionibus Apostolorū lib. *Clemens constit. Apost. li. 5. c. 13.* scribit: Seruandum est à vobis ieiunium quadragesimalis: continens memoriam conuersationis & legislationis Domini. Item D. Hieronymus in Isai. 58. Ipse dominus in solitudine quadraginta diebus ieiunauit, vt nobis solem. *Hierony. in Isa. 58* nes ieiuniorum dies relinqueret, Accedit Perri Chrysologi testimonium, sermone 11. Quod quadragesimalis ieiunamus non est humana inuentio: autoritas est diuina. Quibus fide dignissimis testibus, & omni exceptione (vt dicitur) maioribus: euertitur Caluini commērum, singentis non ad præcepti vel exempli formulam Christum totidem diebus ieiunasse. Calvinus hæresarcha dicit, Christū non ideo ieiunasse, vt aliis exemplum præscriberet: sed vt euangelij prædicationem sic auspiciando, non humanā doctrinam esse, verūm è cælo profectam reipsa cōprobaret. Nec ieiunasse humano more (vt par erat,) si homines ad imitationem prouocare vellent, sed vt in sui potius admirationem omnes rapiat, quā ad æmulandi studium exciter. Hæc inquam cauillatur & caluitur (iuxta nominis etymon ac notationem) hoc est, decipit, ac vicillim decipitur, ipsèque hallucinatur Calvinus, talia cōfingens. Prænominati sancti Ignatius, Clemēs, Hieronymus, Augustinus & Chrysologus, negant, in sui admirationem, non etiam ad imitationem nostram ieiunasse Christum, quinimò hos dies 40. ieiunio per ipsum fuisse dicatos & ab Apostolis ieiunari præceptos tota Christi asseuerat Ecclesiæ: vtri potius credendum putatis, Caluino an Ecclesiæ? Responso in promptu

Mat. 18. promptu est, Si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & Valer. li. publicanus, Matt. 18. Sic legimus apud Valerium Maximum, 3. cap. 7. 3. ca. 7. de fiducia sui. M. Scaurus cum pro rostris accusaretur quòd à rege Mithridate, ob Remp. prodendam pecuniam accepisset: causam suã ita egit. Audebo vos interrogare, Varius Sucionensis Æmilium Scaurum regia mence de corruptum imperium pop. Romani prodidisse ait: Æmilius Scaurus huic se affinem esse culpã negat. vtri creditis? Cuius dicti admiratione commotus populus Varium at illa demeritissima actione, pertinaci clamore depulit. Quintilianus lib. 5. c. 12. Illa nobilis Scauri defensio (ait.) Quintus Varius Sucionensis ait Æmilium Scaurum Remp. pop. Rom. prodidisse: Æmilius Scaurus negat. Et Alconius Poldianus in orationem pro M. Scauro. sic dixit: Q. Varius Hispanus tribunus pleb. M. Scaurum principem senatus socios ait in arma cõcitasse. M. Scaurus princeps senatus negat: testis nemo est, vtri vos Quirites, conuenit credere? Qua voce ita omnium commutauit animos, vt ab ipso orationem tribuno dimitteretur. Item auctor libri de viris illustribus inter opera Plinij secundi Nepotis seu iunioris, vita 72. Marcus Æmilius Scaurus nobilis, senex, quum à Varius tribunus pleb. argueretur, quasi socios & Latium ad arma cõgisset: ad populum ait. Varius Sucionensis, Æmilium Scaurum ait socios ad arma cõgisse, Scaurus negat. vtri potius credendum putatis? Hic inserere libuit quod Ælianus Var. hist. lib. 5. cap. 20. refert. d. Cum Tarentini à Romanis obsiderentur, periculumque esset ne fame ad deditionem compellerentur, Rhagini decimo quoque die ieiunium decernentes, victũ concesserunt Tarentinis. Proinde cum decedentibus Romanis liberarentur memores calamitatis Tarentini, festum instituerunt quod ieiunium appellabant. Sic & nos in memoriam ieiunij Christi pro nobis Quadragesimale persoluimus ieiunium, & vt pauperes inde alantur & sustentantur vnde nobis alimenta detrahimus. Et animaduersione dignum est quod in ieiunio Christi est quod admiremur, & iterum quod imitemur. Quod enim tot dies noctesque sine cibo persistit, non homines ad imitationem prouocat, sed potius in sui admirationem omnes rapit. Est item in ieiunio Christi quod obseruamus, quod sectemur, teste Augustino, hoc est, vt qui tot dies ieiunio per Christũ dicatos, ieiuni transigere nequimus, quotidianis tamen ieiuniis celebremus, nec vllomodo

modo sanctam hanc obseruationem violemus. Atque tribus ex causis ieiunium hoc celebratur in Ecclesia, & propter triplum exemplum, Moïsi ante legem, in lege Eliã, post legem, Christi: quem nos qui ab illo Christiani vocamur, tanquam auctorem & institutorem huius ieiunij sequimur, & propter præceptum, vt ex omnibus decimas pendamus: & propter numeri mysterium. Quadragenarius siquidem numerus (vt D. Hieronymus obseruat lib. 9. in Ezechiel. c. 29.) afflictioni, letui, dolori, pœnã ac ieiunio in scripturis sanctis sæpè destinatus fuit. Sic pluuia diluuij 40. diebus, orbi naufragium intulerunt. Sic in deserto populus Israël annis 40. commoratus acerba multa tulit: Sic 40. dierum spatio, qui fuerunt Niniuitis ad pœnitentiam præscripti, submersam iri Niniuem Ionas prædicauit. His tribus de causis nimirum propter exemplum Christi, præceptũ Apostolorum, & numeri quadragenarij mysterium, seruanda est Quadragesima D. Aug. to. 10. serm. 62. de tempore. Aliis diebus ieiunare remedium est aut præmium, in quadragesima non ieiunare peccatum est. Nisi fortè (vt ait ibi) ille, quem ieiunare infirmitas nõ. permittit, scilicet excuseretur. Alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgẽtiam: in 40. qui non ieiunat, sentiet pœnam. Hinc Canon Apostolorum 68. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor, sacram quadragesimam paschæ, non ieiunauerit, deponitur: præterquam si imbecillitate impediatur corporis: sin laicus sit, communionem priuatur. Vides quadragesimam esse sub præcepto, & canonicam pœnam non ieiunanti irrogatam ex Apostolorum Senatusconsulto. D. August. tom. 10. de tempore serm. 69. feria 4. post dominicam 1. quadragesimæ. Per hos quadraginta dies separatur mali à bonis, hoc est luxuriosus à casto, à ieiunio intemperans, à Christiano gentilis, separatur (inquam) hæreticus à fideli. Censet ergo D. Augustinus hæreticum, eum qui nulla legitima impeditus ac rationabili causa, sacratissimam violat quadragesimam. Qui Christi, aut caritatis suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis, Gal. 5. D. ad Ianu. August. to. 2. ep. 119. ad Ianuarium. Quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Moysi (qui bis 40. diebus ieiunauit Deuter. 9.) & Eliã (qui semel, 3. Reg. 19.) ac Euangelio, quia toridem diebus 2 ep. 86. dominus ieiunauit, demonstrans euangelium non dissentire à lege & prophetis. Idem to. supra citato. epist. 86. ad Ianu. Casula

Casulanum presbyterum. Nulla refectione interposita, ad ipsum quadragenarium numerum peruenisse quendam, a fratribus fide dignissimis nobis asseueratum est. Attende (amabo) memorabile exemplum cuiusdam fratris, qui totos 4. dies (instar Moysi & Eliæ atque Christi) continentem ieiunauit. Egregium profecto miraculum. Procopius de difficultibus Iustini Imp. lib. 1. narrat quomodo Iustinianus licet ægrotus ob vehementem fluxum humorum in genus delapsus, omnibus tamen illis diebus, qui paschalem solemnitatem præcedunt ieiunio addictus, per duos dies cibus abstinebat. Verum cibi appetēs, vinum & panem abesse voluit: solum aggresses herbas sale & aceto emaceratas edebat. Potus aqua erat sola, hinc Medicorum ope non valens conualescere, sanctarum reliquiarum contactu diuinitus sanatus est. Surius to. 1. 8. Ianuarij de S. Laurentio Iustiniانو Vanetiariarum protopatriarcha, c. 2. Quum medicus eum laborantem iam ferme septuagenarium ad edendas carnes inuitaret Quadragesimæ tempore: petiuit an abstinere posset sine vitæ periculo. Quum ille nõ negasset, subiunxit, me vt verum fatear valde delectant veterum exemplarum sanctorum. Et adduci non potuit vt vesceretur carnis & septuagenarius & ægrotus. Tanta religione quondam a pijs viris quadragesimale ieiunium exacte custodiebatur. Sic religiosè seruabatur Quadragesima à Christianis: impiè verò & præposterè ab hæreticis Aërianis soluebatur ac conuellebatur. Epiphanius lib. 3. tomo 1. contra hæresim 75. vel contra Aërium: Apud ipsos (inquit) studium est, vt potius in die dominica ieiunent: quarta verò & prosabbato edant. Ad hunc modum nostri sæculi Hugonaldi didi, hæretici, in sanctæ matris Ecclesiæ contempnum & despectum, ieiunium ac delectum ciborum violare ipsa rerum docet experientia.

Postea esurii, ait euangelista. contemplare (ô fidelis anima) illum qui animantibus cunctis alimenta præbet & vitam, per quem nec ales esurit, qui etiam pullos coruorum se inuocantes à parentibus desertos pascit & alit, Psal. 146. quid denique (vt ait psalmographus) implet omne animal benedictione. Psal. 144. & dat escam omni carni, Psal. 135. Illi (inquam) pro cui amore, fame ac siti laborantem intrare, & compatere: esurii dum à Bethania reuerteretur in Hierusalem, & videns fici arborem secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum, cui dixit: Numquam erit de fructu

nascatur. & arefacta est continuo siculnea Matt. 21. Sicut in Matt. 21. cruce, & oblata fuit ori eius spongia aceto plena. Esurii & post 40. dies in deserto, cui obtulit dæmon lapides: Dic vt lapides isti panes fiant. Quæ tria si ad sensum trahantur mysticum, patebit Christum nostram incessanter esurire & sicire salutem plerique tamen corda lapidea & supra petram obdurata, illi offerunt, instar dæmonis ipsum tentantis, nec ad dignos pœnitentiæ fructus molliuntur, de quibus Ierem. 5. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Alij folia sola non etiam fructum lili offerunt, hoc est nuda verba fidem solam eamque informem & bonis operibus vacuam, charitate destitutam & fructibus, sed non pascitur deus foliis (instar caprarum.) Quærit in nobis fructus bonorum operum: Multi dicunt mihi in illa die, domine domine, tunc confitebor illis, quia non noui vos: dicit ad me qui operamini iniquitatem. Matt. 7. Aliqui similiter acetum & fel ad bibendum porrigunt Christo non vinum dulce, qui adeo degenerarunt, & in amaritudinem conuersi pro vuis producant labrucas: vt iure ac merito de illis dicatur, vna eorum, vna follis, & botrus amarissimus. Fel dracorum vinum eorum & venenum aspidum insanabile. Deut. 32. Deu. 32.

D. Ignatius epist. 5. ad Philipp. Quamobrem esurire vt ostenderet se verè corpus assumpsisse, perinde atque hominum aliorum patibit. Ac per illud prius quod quadragesima diebus & noctibus ieiunauit, ostendit quod Deus esset per posterius, quia postea esurii, quod etiam homo.

Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant, &c. D. Ignatius epist. 5. ad Philippenses ignorabat tentator quis esset quasi communem hominem tenebat post ieiunium esurietem, hoc enim, si filius Dei es, ignorantia est: Nam si certo cognosceret, intelligeret creatori, & quod non est, facere, & quod est conuerrere ex æquo facile esse. Si sciebat, quod filius Dei esset, intelligebat quod qui 40. diebus & totidem noctibus ne corpus egeret fecerat, idem in perpetuum facere poterat ibidem, de diabolo loquens dicit sapiens, est ad malefaciendum: quod autem est, bonum ignorat ignorantia refertus est, voluntaria dementia. Illum angelorum laudario obstupesciebat, Magorum adoratio, exortus stellas, ad ignorantiam denuo redit ob ea quæ cernit vilia: Nam exilia illi videntur cunabula, ærumæ, circumcisio, lactatio: indigna illi hæc deo videntur. Iterum vidit hominem 40. diebus & noctibus nullo cibo humano degustato

Procopius
lib. 1. de
adificiis
Iustini.
imp.

Seruius
tom. 1. de
S. Laur.
Iust. Venetiariarum
protopatriarcha
c. 2.

Epiph. li.
3. to. 1. cõ
trahere.
75.

Psal. 146
Psal. 144
Psal. 135.

perseuerasse, qui primūm viderat quasi communem hominem baptizatum ac causam ignorabat: deinde post ieiunium esurientem, rursus animum resumebat ac tentabat diceas, *Si filius Dei es*. Vox Dei super baptizato, ac testificatio patris, in specie columbæ super ipsum, descensus spiritus sancti: vox Ioannis prophetae, *Ecce agnus Dei*, hæc (inquam) ambiguum & accipitem reddebant tentatorem, hinc dubitando loquitur, *si filius*. Hæc ille.

Chryso. D. Chrysofostomus in Matth. 4. Hom. 13. tractans hæc verba, *Si filius Dei es*: Cum audisset (inquit) venientem de caelo vocem arque dicentem, *Hic est filius meus dilectus*: audisset etiam Ioannem testimonium illi tam insigne perhibentem: ac hominem deinde ipsum esurientem videret, magno teneri cœpit ambiguo: nam neque hominem illum esse nudum credere poterat, propter ea quæ diuina vox de eo protulerat: nec rursus istud recipere quod filius esset Dei, quæ esurientem videbat, itaque maxima rerum cōclusus angustia, voces emittit accipientes, & retia iacere molitur, per quæ se absconditū istud arque secretū (an filius Dei sit) opinatur addiscere. *Si filius Dei es* (inquit) *dic ut lapides*

Eruditi commentarij in Mattheum, incerto auctore inter opera D. Chrysofostom. Matth. 4. hom. 5. ad hæc verba, *dic ut lapides*, cogitauit enim apud se si poterit de lapidibus facere in cere panes, verè filius Dei est; Si autem non poterit, homo est. Nota aduersus Lutheranos & sacramentarios negantes transubstantiationem, id quod Diuus Iacobus c. 2. scribit, *Et daemones credunt & contremiscunt*. credit enim tentator quod si possit de lapidibus panes facere, verè filius Dei est: & reciprocè quod Dei filius vnum in aliud conuertere potest, qui vxorem Loth in statuā salis, conuertit, qui tot prodigiosas transformationes in Ægypto per Moysen effecit, aquas conuertit in sanguinem, virgam eius in colubrum, & serpentem magorum serpentes præstigijs dæmonum & arte magica productos, deuorantem: qui in carne primum hoc edidit insigne eximiumque miraculum, aquas in nuptiis conuertendo in vinum optimum. Ipse omnipotentem verbo suo & diuinā virtute panem in suum corpus transmutat, transelementat, & (vt appositissimè ac significatissimè profiteretur docetque ecclesia, *columna & firmamentum veritatis*. 1. Timoth. 3.) transubstantiat. Nec tamen sequitur, quod si non faceret de lapidibus panes, sicut nec fecit vt suggererat diabolus, quod hinc colligendum esset Christum

stum idèò filium Dei non esse. Vnde sciebat (dicit incertus auctor vbi supra) vtrum idèò non fecit, quia non potuit quasi homo, aut quia noluit quasi Deus? Nam nec fecit, nec dixit, possum & nolo, vt ne se ostenderet filium Dei: nec dixit non possum, vt non se ostenderet mendacem, confitens se hominem cum esset Deus. Sed quid? *Non in solo pane viuit homo*, &c. non dixit non in solo pane viuere, sed in omni verbo Dei, vt non videatur de se dixisse: sed mediè, non in solo pane viuere homo. Sic ex hoc responso nihil certum addiscere potuit vtrum Deus esset an homo.

Ex eo quod ieiunantè adoritur tentator: colligo, eò gratiora Deo esse ieiunia, quod amplius inuisa & molesta ofensa virtutis diabolo fuerint: impudēs & perfictæ frontis tentator primum miraculum petit. Primum Deum nominasse legitur Genes. 3. *Cur præcepit vobis Deus?* Innexit curiosa quæque. Verum enim uerò ad matris petitionem primum miraculum fieri debuit: idque cum fructu discipulorum, non in duris lapidibus, sed in liquida, fluxa & molli aqua, quæ in vinū versa est, Ioan. 2. *Hoc fecit initium signorum Iesus, & crediderunt in eum discipuli eius*. Lapidis panes fieri posse, credit dæmō: hac in parte (certè) fidelior hæreticis modernis. Difficilior enim creditu est lapidis in panem conuersio, quæ nõ nisi virtute diuina & per miraculum supra omnem naturæ ordinem fieri potest, quàm panis in corpus Christi transubstantiatio: quæ etiam analogia quadam & naturæ proportionem suadetur à Theophylacto in Ioan. 6. c. ad hæc verba. *Panis quem ego dabo, caro mea est*, &c. Ne quæ (inquit) conturbet quod credendus sit panis caro. Etenim & in carne ambulante domino & ex pane alimoniam admitte, panis ille qui māducabatur, in corpus eius mutabatur, & similis fiebat sanctæ eius carni, & in augmentum & sustentationem conferebat, iuxta humanū morem, igitur & nunc panis in carnem domini mutatur. Hæc Theophylactus interprete Ioanne Oecolampadio, postea sacramentarius factus. Quare ergo non creditis transubstantiationem & diuinam transformationem in Eucharistia augustissimo sacramento, o Lutherani & Calvinistæ: cum difficilius quid, credat vester pater, & caput vestrum diabolus, *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant?* Potest haud dubiè omnipotens Dei filius hanc efficere cōuersionem, cui nihil impossibile vel difficile: de quo & dixit Ioannes Baptista, Luc. 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*. Quomodo

modo ille non posset panem in suum corpus vertere:

Sed considera quomodo quam egregie infidiator hallucinatur: Dei filiationem hac in re tantum constituens, in pane nepe & promissione ventris, quasi verò filiorum Dei esset non ieiunare & carne inedia non affligere. Tales sunt Epicurei,

Philipp. 3. quorum *Deus venter est* Philipp. 3. quorum hæc est vox, *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite sedari.*

1. Cor. 15. subiugit D. Apostolus 1. Cor. 15. ante hunc euangelicus propheta *Isaia 22.* tales futuros, spiritu præuiderat propheta.

Vocabit dominus in die illa ad fletum & ad cingulum saccis, ecce gaudium & latitia occidere vitulos, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox domini, Si dimittetur iniquitas huic vobis donec moriamini, dicit dominus. Quasi dicat, minimè certe panis viuus & supersubstantialis, qui dat vitam mundo.

Ioan. 6. panem non eger, nec necesse habet de lapidibus panem facere. Sed qualis vnusquisque est, talia & loquitur. Quis

Erasmus vir, talis & oratio (vt fertur adagio: *Eras. Chiliad. 1. cent. 6.*

Chiliad. ad 50.) ad eandem facit sententiam quod inter Solonis apophthegmata commemorat *Diog. Laërtius, τὸν λίθον εἰδὼλον ἰδὼν ἔφη.*

Diogen. Aiebat, sermonem esse imaginem quidem operis. Lapis est diabolus, imò saxo durior, in malitia obfirmatus, de quo *Job 41.*

Cor eius induratum est quasi malleatoris incus: & in lapidibus adorari voluit, in idolis, & velut lapidum duritiam cunctis ob-

stinationem præstat & suadet. Nec ex palmis suis alium deponit cibum. Non nisi lapidosum panem porrigit suis diabolis,

quomodo (ex Seneca de beneficiis li. 2. c. 7.) Fabius Verrucosus beneficium ab homine duro asperè datum, panem lapidosum vocabat: quem esuriens accipere necessarium sit, esse acerbum. Sic Acerba sunt quæcumque durus ille ac crudelis dominus

suis offert. Lapidem duros nec esui aptos præstat, quos panes dulces & lapidos ac boni succi vult videri & æstimari. Sub

illecebra carnalis voluptatis venenum propinat mortiferum.

Deut. 8. *Scriptum est non in solo pane vivit homo. Deut. 8. Dedit tibi*

dominus manna, quod ignorabas tu & patres tui: ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo quod

greditur de ore domini. Verbo, manna quod ad præceptum domini descendebat, datur intelligi verbum pro re positum secundum idiotismum & proprietatem scripturarum. Quadraginta annis non pane (vsitato scilicet) sed manna in deserto, nutriti

sunt filii Israël, manna enim non esset panis, tamè per verbum

Dei

Dei implebat omnem Iudæorum indigentiam, & fiebat omnia quæcumque concupiscebat comedere Iudæus, Sap. 16. *deser. Sap. 16.*

uis vnusquisque voluit ad quod quisque volebat conuertebatur. Paratum panem de caelo prestisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. De bonis intellige, de malis enim scribitur, *Nu. 21. conquerebatur Num. 21.*

dicentes, deest panis non sunt aquæ: anima nostra iam nauisat super cibo isto leuissimo. Non in solo pane. D. Chryf. hom. 13. in 4. D. Chryf.

Quod verò dicit, hoc est, potest esurientem Deo etiam *ho. 13. in*

sermone pascere. Quod miraculis sequentibus confirmatur. Beata Magdalena, (vt scribit Fraciscus Petrarcha to. 2. *Petra. 20.*

epistolarum rerum Seniliu lib. 14. Philippo Sabinensi Episcopo Cardinali:) diu sine cibo corporeo vixit, in illo sacro *rum Senico*

specu: non ordinariis mediis sustentata, sed extraordinarie *lib. 14.*

ac miraculose verbo Dei ciboque inuisibili pasta: *Qui videtur esse germanus huius loci & respectus Christi sensus ac intellectus. Non in solo pane vivit homo.* Sic igitur Carmine adole-

scetia suæ rudimenta (vt ipse scribit) hoc describit miraculum.

Bis tria lustra cibi nunquam mortalis egentem Rupe sub hac aluit, tam longo tempore solis. Diuinis contenta epulis & rore salubri.

Hac domus antra tibi, stillantibus humida saxis. Horrifca, tenebrosa sinu. Deinde,

Hic inclusa libens, longis vestita capillis, Vestis carens alia, ter denos passa Decembres Dicitur.

Et quæ fufus illic prosequitur.

Surius to. 1. 9. Aprilis de sancta Maria Aegyptiaca auctore *Surius to. 1. 9.*

quidè apud Græcos Sophronio Hierosolymorum Episcopo; 2. de S. interprete verò Paulo diacono sanctæ Neapolis ecclesiæ, *Maria*

describit, Abbati Zofimæ Mariæ ita colloquentem: *Duos Aegyptiæ*

quidè & dimidium ferebam panem, quando Iordanem transieram, qui per tempora quasi lapides duri facti fuerant. Ex his modicum comedendo aliquantos transegi annos. Illis expensis panibus per decem & septem annos, comedebam herbas quæ in deserto inueniebantur, ab illo verò tempore vitæ nunc (quadraginta autem & septem anni sunt ex quo de sancta egressa sum ciuitate & hanc habito eremam (cibus potiusque ac vestimentum mihi est verbum domini: quoniam non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Ex quo patet ipsam sanctam Mariam, non secus ac alteram Magdalenam penitentem 30. fere annorum curriculo, sine quotidiano materiali pane vixisse mirabiliter per ver-

Guaguinus lib. 4. de Ludouico pio Rege & Imperatore sic scribit. Tanta fuit morbi vis: vt membris propè omnibus defectus: per dies 40. nullum neque cibum neq; potū, præter spirituale corporis & sanguinis dominici viaticum ad alimentum acciperet. Habetur similiter in breuiario magnorū Chronicorū Nurembergē impresso anno 1493. Alpaidis mulier sancta, cui diuinitus collatum est annis multis in corpore degere, & corporalis cibi non egere, hæc genere infima, officioque bubulca, corpore quidem marcida, venusta tamen & corpulenta, in vultu cernebatur, ac si deliciarum copia frueretur. Liber qui fasciculus temporum inscribitur de illa commemorat: circa annum 1164. sancta Alpaidis virgo sanctissima claruit in terra Senonensi, cibo spirituali utebatur multas habendo reuelationes, sed nullo corporali, tamen venusta facie. Baptista Fulgosius li. i. c. 6. de miraculis, sic scribit de his qui sine cibo vixerunt. Cū in homine cibi abstinentia quæritur aut ad summum sextum diem non transgrediatur, vltra hoc tempus in ediam perferre humanæ rationi consentaneum non videtur: itaque cū nō nulli inuenti fuerint, qui longè plusquam hunc quem diximus dierum numerum cibo caruerint: vt Heliã, & Mosem, qui 40. diebus nullum corporalem cibum sumplerunt, & alios qui tanto tempore vel longiore absque cibo perstiterunt vixeruntque, non sine grandi miraculo ac prodigio prætereamus: operæ pretiū visum est aliquos commemorare. Augustinus affirmavit (quod suprâ annotauimus) quendam temporibus suis 40. diebus sine cibo vixisse. Petrarcha ponit Venetiis alium idem fecisse, habetur apud illum tom. i. rerum memorandarum lib. 4. c. 9. de portentis, apud Venetias aiunt qui 40. dies, absque vlllo cibo viuat, idque anniuersarium celebret icinium, adhuc mirab. li. superesse perhibetur: plurimos noui qui eum se vidisse, atque rem ita esse testantur, hæc ille. Hoc etiam magis mirū est quod Olympiodorus Platonius scripsit (vt recitat Cælius lib. 24. Olympiodorus Aristotelis affert historiam, in qua fateretur ca. 21. & iterum idem lib. 11. ca. 13. Illud mirabile item quod monumentis Theophrastus prodèdum censuit, fuisse Philinū quendam tota vita qui nullo sit vsus potu vel cibo, præterquã lactis. Prosequitur deinde Fulgosius vbi supra. In

Gal

Gallorū annalibus editum est anno 1322. in agro Tullensi puellam fuisse 12. annorum, quæ triennium post sumptam sacrâ hostiã vixit, nullo alio aut potu aut cibo sumpto, & post id tempus ad consuetam viuendi normam rediisse. Chronicon Sigeberti, itemq; Martini Poloni ad annū domini, 823. vel circiter, referunt. Sigebertus in bit: In territorio Tullensi villa Cōmerciaco puella duo de- Chron. nis post sacrâ cōmunionē in pascha à sacerdote susceptâ, Martin. primum per decem menses pane, deinde omni cibo & potu per triennium abstinuit, & post ad communem hominū vitam rediit. Martinus verò sic ponit, per 6. menses pane & aqua, deinde ab omni, cibo & potu per triennū abstinuit. Quo exemplo & sequenti, utroq; mirabili, agnoscere licet vim maximã & singularem diuinæ Eucharistiæ. Patet etiam id quod tractamus esse indubitatæ fidei scilicet, Non in solo pane, hominem viuere, sed ex omni verbo quod procedit de ore Dei. Perusia (vt refert loco prædicto Fulgosius) Palūba Interā nēsis annos nata 20. eadē hostiã sacra nullo alio sumpto cibo septē annos vixit, id quod Innocēt. Pōrif. re quæstia diligenter inspexit. Huic materiæ finis esto.

Scriptum est. Tertio repetiit Christus illud scriptum est, vt quibus armis contra Sathanæ stratagemata decertare nos oporteat, edoceamur, Scripturis nimirū canonicis. Quia omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendū in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instruendus. 2. Tim. 3. Quacunque scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Rom. 15. His armis repulit Christus ac repressit, imò fregit & dissipauit tētatoris technas ac vana reddidit eius molimina & planè irrita. Huius exemplū cū tentaris à satana, scripturam sacram tanquam clypeum oppone eius suadelis: & gladium spiritus vibra in hostem (quod est verbum Dei.) Ephes. 6. Diabolus tentat nos de peccatis capitalibus. Sed contrâ Scriptum est, obiciamus. Verbi gratia per singulorum enumerationē. Suggestit ipse, Esto superbus: vicissim responde, Nequaquam, quia scriptum est Eccli. 10. Initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis & subuertet eum in fine. Ibi dem memoriã superbiorum perdidit Deus, & reliquit memoriã humilium sensu. & Prouerb. 16. abominatio domini est omnis arrogans; & Thob. 4. Superbiam nunquã in tuo Thob. 4.

scilicet aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim sum-
 pit initium omnis perditio de primis parentibus, parit
 Genes. 3. Gen. 3. & Eccle. 10. odibilis coram Deo & hominibus est super-
 Eccle. 10. bia. Ibidem, Quid superbis terra & cinis? Dicit Sarha, esto
 Ephes. 5. auarus, responde, Nequaquam, quia scriptum est Ephes. 5.
 Auarus quod est idolorum seruitus. Non habet hereditatem in
 1. Timoth. 6. regno Christi & Dei. & 1. Timoth. 6. Radix omnium malorum
 est cupiditas, vel (vt habet contextus græcus) & est maior
 energix ἡ πρῶτη πρῶτη, hoc est studium & immoderatus a-
 Eccle. 10. mor pecuniæ, & Eccle. 10. auaro nihil est scelestius. Ibidem. Ni-
 bil iniquius quam amare pecuniam: hic enim & animā suam
 venalem habet. Dicit tentator, Esto luxuriosus, responde,
 Heb. 13. Nequaquam, quia scriptum est Heb. 13. Fornicatores & adulteri
 iudicabit Deus. Itemq; suadet dæmon, Esto inuidus. Respo-
 Sap. 2. de, Non, quia scriptum est: Sap. 2. Inuidia diaboli mors intra-
 nit in orbem terrarum: Imitantur autem illum qui sunt ex
 parte eius. Est gulosus. Responde, Non, quia scriptum est
 Psal. 77. & Numerorum 11. Adhuc carnes erant in ore eorum,
 & ira Domini accensa est in eos. Philipp. 3. Quorum sinus inter-
 11. tus, quorum Deus ventris est, & Luc. 21. Attendite ne forte gra-
 Phil. 3. uentur corda vestra in crapula & ebrietate. Esto iracundus:
 Luc. 21. Non, quia scriptum est Ephes. 4. Sol non occidat super iracu-
 Ephes. 4. diam vestram. Nolite locum dare diabolo. Denique, Esto otio-
 Eccle. 33. sus, suggerit tentator. Cui dicit scriptum est Eccle. 33. Mul-
 Mat. 25. tam malitiā docuit otiositas. Matt. 25. Serue male & piger. Ibi-
 dem, Inutilem seruum euicite in tenebras exteriores, Si instet
 tentans, Esto hypocrita: responde, Non, quia scriptum est, non
 vobis hypocrita, Esto ambiciosus & auræ popularis cupidus.
 Heb. 5. Non, quia Heb. 5. Nemo assumat sibi honorem nisi vocatus, &
 Psal. 113. Psal. 113. non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.
 Si dixerit fruire delitiis: responde, Non quia scriptum est
 Luc. 6. Ne vobis, qui habetis hic consolationem vestram. Sic in a-
 liis, de quibus nos vel in fide vel in moribus infestaueris,
 Psal. 118. respondebis, Scriptum est Psal. 118. Maledicti qui declinant à
 mandatis tuis: & rursus ibidem, In corde meo abscondi eloquia
 tua vt non peccem tibi Domine. Ne repellas me à mandatis tuis.
 Atque ira discedet dæmon confusus & victus.
 Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum
 super pinnaculum templi. Dixitque ei, Mitte te deorsum. Vide
 Iherosol. (ait incertus auctor in Matt. ho. 1. quia non impulit, non tem-
 b. imp. 7. git: sed tantum dixit, Mitte te deorsum, Vt sciamus quia om-
 nia nis qui obaudit diabolo, ipse se deponit deorsum: Nam dia-
 bolus

bolus ad malum hortari potest, cogere autem non potest.
 Mitte te deorsum. Plin. lib. 10. c. 12. Cornices duritiæ nucis
 rostro repugnantem volantes in altum, in saxa regulasque
 iaciunt iterum ac sapius donec quassatā perfringere queat, li. 10. c. 3.
 idē lib. 10. c. 3. Ingeniū est aquilæ testudines raptas frange-
 re, & sublimi iaciendo, quæ fors interemit poetam Aeschyl-
 um. Aelianus subscribit eidem li. 7. de animalibus ca. 16. Aelian.
 terreas testudines (ait) à se comprehensas ex alto deiciē- 7. de ani-
 tes, Aquilæ ad saxa allidunt, & ira ex contritis earū testis, ma. c. 16.
 extractā carnem exedūt. Sic Eleusinius Aeschilus tragicus
 poeta, de vita migrasse dicitur. Cū enim is in saxo sedēs
 ex consuetudine philosopharetur & scriberet, eius caput à
 piis nudum Aquila saxū esse arbitrata, testudinē quam in
 sublime extulerat, in idipsum deiecit, & sine aberratione
 istum dirigens virum interfecit. Harum auium instar, so-
 ler diabolus ambitiosus extollere, vt precipitet, iuxta poē-
 tæ Claudiani sententiam, Tolluntur in altum vt lapsu grauior-
 1. in- ca princ.
 terant. D. Aug. 10. 6. de hæresibus ad Quod vult deū, agēs
 de Circuncellionibus Donatistis Afris: Præcipitio (ait) &
 D. Aug. to. 6. de
 aquis se suffocant. Sed à dæmone acti: vt idem insinuat to. 6. de
 hæres. ad
 7. contra 2. Gaudentij epistolam lib. 2. c. 19. contra Circun-
 Quod
 celliones inter Donatistas: Quis gaudet (inquit) de isto fu-
 vult
 rore vestro, nisi diabolus qui eu vobis inspirat: qui & puerū
 Denm.
 illum, Mat. 17. mittebat in ignem, in aquā, in gregem porcorum,
 Mat. 17.
 precipitem egit in mare? Domino audacter suggestit vt se
 D. Aug.
 precipitaret. Idē to. 2. epist. 50. Huiusmodi hæreticis scri-
 to. 2. ep.
 bit. Iam verò per abrupta precipitia, per aquas & flammās,
 50.
 occidere seiplos quotidianus illis ludus fuit. Hæc enim
 eos tria mortis genera diabolus docuit, vt mori volentes,
 quando non inueniebant quæ terrent vt eius gladio feri-
 rentur, per saxa se mitterent aut ignibus, gurgitibusq; dō-
 narent. Quis autem illos hæc docuisse credendus est possi-
 dens cor eorū, nisi ille qui & saluatori nostro vt se de pin-
 na templi precipitaret, tanquam de lege suggestit: Hæc il-
 le. Ad precipitium sollicitat qui de caelo ceciderat, Luc. 10. Luc. 10.
 Videbam satanā, sicut fulgur de caelo cadentem. Hac tenta-
 tionis tendicula quendam eremi incolam deiecit astitus
 insidiator ac vafer: Vt narrat Cassianus collationum patrū
 Cassi. li.
 lib. 1. collat. 2. littera F. ex quo Marullus refert, dictorum, 1. col. 2.
 factorumque memorabilium li. 5. c. 7. Hero senex in The-
 Marullus
 baidis deserto, annis 60. commoratus semper in ieiuniis, exē. li. 5.
 à dæmone laudatus iudificatur, credens ei se tanti apud
 cap. 7.
 Deum

Deum meriti, vt si ex arduo loco rueret, corpus suum non dederetur: noctu surrexit & in puteum profundum se precipitè dedit. Ad sonitum casus exciti fratres ipsum seminum extrahunt, & cum rem didicissent, à dæmonio illum affirmant: sed ille in sua credulitate perdurans, tertio die post mortuus est. Et quia in tali errore decefferat, vti eius sepultura concessa est inter fideles, & non inter excommunicatos ac perfidos reputat, iudicabatur indignus oblatione atque memoria defunctorum. Sed compassione & summa humilitate eorum qui cōdolebant calamitati Hieronimus, victus abbas Pafnutius, acquieuit precibus eorum.

Mitte te deorsum, suggererat incensor malorum. Imò qui filius Dei erat, nō expectauit tuam suasionē, sed exinanitus

Philipp. 2. *semetipsum formā serui accipiēs, Phil. 1.* *Et à summo caelo egres-*
so eius, Psal. 18. *Et quia adeò sese humiliavit & demisit abissi-*

Ephes. 4. *simè, præ omnibus, eius est ascendere Ephes. 4.* *Qui as-*
ce-
Ioan. 3. *dit, ipse est qui descendit. Sic Christus per descensum parauit*
sibi ascensum. Ioan. 3. *Nemo ascendit in caelum nisi qui descen-*

dit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Quod eo sensu capie-
dū est, quòd solus Christus propria virtute ac merito & iu-
re ascendit: Reliqui verò iure ac merito Christi, non nate-
ra sed gratia, & quia sunt membra eius. Neque tantum in
deorsum in terras scilicet, demisit, verum & descendit in in-

Ephes. 4. *feriores partes terra, vt scribit Apostolus Ephes. 4.* *Cuius*
ergo, obseruabis primum gradū descensionis Christi fuisse
è caelo in vterum Virginis Matris, quæ de Spiritu sancto
concipiens eum peperit (qui locus vteri materni est prop-
rius hominū) deinde descēdisse ex vtero in stabulum (qui
locus est iumentorum) tertio à praesepi in cruce (qui locus
est flagitiosorum) quamuis ipsa esset innocentia & agnos-
sine macula. Quarto de cruce depositum, sepulchro condit-
um fuisse (qui locus est mortuorum) postremo ad denu-
que à sepulchro ad lymbum descendisse notabis: iuxta fi-
dei articulum ex symbolo apostolico, Descendit ad infer-
ros, quos inferiores partes terræ supra nominauerat apo-
stolus (qui locus est prope inferos & carcerē damnatorū)
descendit autem in cor terra & ad inferos, non vt debitor sed vt
redemptor, ad lymbum patrum descendit (qui dicitur esse
sub terra) vt inde sanctos patres educeret. Et quum nihil
esset quò descenderet ulterius, tunc super omnia exaltatus

Ephes. 4. *ad dexteram Dei, & (vt loquitur apostolus Ephes. 4.) Ascen-*
dit supra omnes caelos, vt impletet omnia. Non ergo opu-

habet

habet (ò maligne) tua sollicitatione Christus, vt se deorsum deiciat, qui tam profundè se demisit, sed times ne exaltatus à terra omnia trahat ad seipsum, sicut ipse asseruit futurum. Ioan. 12.

Mitte te deorsum. Est fors superbiorum deiici deorsum.

Amam qui adeò exaltatus erat & in summū honoris fastigium apud Assuerum euectus, vt esset à rege secundus, eumq; patris loco coleret: Rex maximus Esther 13. postea patibulo affixus est. Nabuchodonosor itē Monarcha, ab hominibus deiectus, & cū feris relegatus, in bouem caeas comedentē metamorphosi quadā, iusto Dei iudicio cōuersus, necnō impia Iezabel regina, per fenestras deiecta, & à canibus deuorata: atque nostra ætate, Gaspar Collignæus

Esthers. *Θαλασσιάρχης hoc est maris praefectus & (vt est in verbo Gallico ex Græca origine) Almuralius: Iezabelis exitu simili & sine periit, (quemadmodum ei aliquot antea annis in supplicij & martyrij loco, dum constanter pro catholica & auita religione mortē subiret, veneranda memoriæ conuenus mei natiui Engolismensis, tunc temporis guardianus P. F. Michaël Grelet, spiritu prophetico hunc alloquens, prædixerat: vt etiā in historia gallica bellorū ciuiliū anno superiore in lucē emissa, legisse me recēti memoria teneo.*

Egesipp. *Simon Magus (vt tradit Egesippus de excidio Hierosolymitano lib. 3. cap. 2.) de rupe seu mōre Capitolino se deiciens, volare cœpit dæmonis arte: sed ad D. Petri preces, Hierosolymis corruit: fracto debilitatōque crure, Aritiā concessit: atque ibi mortuus est. Hi (inquā) omnes, & alij huius factionis, ob superbias suas missi sunt deorsum & derrusi ad ima barathri: instar Chore, Dathan & Abyrō seditiosorū: qui descenderūt in infernū, quòsq; terra deglutiuit & deuorauit.*

Numer. 16. *Gravia siquidē & ponderosa tendunt deorsum: velut leuia sursum ascendunt. Ex physica consideratione.*

Mitte te deorsum. Stultus planè tentator extra necessitatem miracula petiit, quæ nemo sanctorum citra necessitatem postulauit legitur. Nam si Iosue soli præcepit, vt non moueretur, sed fixus staret, Iosue cap. 10. Si Moses virga mare diuisit, Exod. 14. & de petra aquā eduxit percutiens virga bis silicem, Num. 20. ingens populo Israëlitis (cuius dux erat) imminebat necessitas ac vrgebat: Si Christus aquā conuertit in vinū, Mater eius sacratissima Deipara, ostendit prius vini defectum extremamque indigentiam, Ioan. 2. Sicque de singulis iudicare licet: non citra necessitatis articulum

Iosue 10. *Exod. 14.* *Num. 20.* *Ioan. 2.*

Num. 16.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

ticulum ad miracula postulanda vel facienda sanctos pro-
cessisse. Quia scriptum est, ut citat Christus, *Non tentabo*
dominum Deum tuum. Deut. 6. de quo poitea.

Scriptum est enim, quia Angelis suis mandabit de te, ne for-
offendas ad lapidem pedem tuum. Psal. 90. Ergo diabolus citat
scripturam: sed quam peruerse & contortè statim expo-

Cyprian. demus. D. Cyprianus, de ieiunio & tentationibus Christi
de ieiunio & Satan auctoritate scripturæ abutens, malus legis interpre-
tentatio. ad præcipitium quasi ex ratione mandati hortatur: Ille se-
Christi. cundum Apostoli vocem, *transfiguratur se in angelum lucis.*
2. Cor. 11. Cor. 11. Non est ergo magnum si ministri eius transfiguratur
velut ministri iustitiæ: Ibidem. Non extra propositum

Cyp. Ita-
baiano
fratri e-
pist. 73.

fuerit recensere quomodo diabolus, Simiam Dei, & he-
reticos eius membra, Ecclesiæ simias sancta vocauerit. Au-
tiquitas. D. Cyprianus Iubaiano fratri scribens, de hære-
cis baptizandis epist. 73. ex Pamelio: Nouatianus (inquit)
simiarum more quæ cum homines non sint, homines te-
men imitantur, vult Ecclesiæ catholicæ auctoritatem suam
& veritatem vindicare, quando ipse in Ecclesia nõ sitim
adhuc insuper contra Ecclesiam rebellis & hostis extiterit.
Et apud se esse Ecclesiam dicit, & nos hæreticos facit. Ve-
des quomodo simiarum instar, de non arripiat scripturam
qua primam repulerat tentationem Christus, & legem
gi obiciat, quia nimirum Christus responderat, scriptum
est: diabolus quoque in peruersum amulatus ipsum, retro-
quer illud *Scriptum est*, & ex psalmis allegat testimonium
sed ridiculè veluti simia ridiculum est animal, ut scribitur

Galenus
de usu
part. cor-
humani.
li. 1. c. 22.

Galenus de usu partium corporis humani lib. 1. ca. 22. Pal-
chra (certè) semper apud pueros est: simia, ut ait veterum
quidam: Nos admonens ludicrum esse ridiculum puero-
rum hoc animal illudentium: omnes enim humanos actus
imitari dum satagit, & frustratur in ipsis, & ridiculum
exhibet. Annon vidisti simiam fistula canere, saltare, scri-
bere, & alia agere vniuersa conantem, quæ homo pulchre
perficit? Quid igitur tibi visum est, vtrum nobis similia
agitant ridiculè omnia conatur? Merito Christus diabolum

Ioan. 10.
Col. 2.
Chryso.
ho. s. ope.
imper. in
Matth.

furem vocat & latronem Ioan. 10. Nunc furis & latro
more, coram eo, in quo omnes thesauri sapientiæ & sciëntiæ
absconditi, Coloss. 2. quæ de scripturis faciebant ad rem
ratur: concisam & laceram citans scripturam. In opere
imperfecto in Matth. ho. 5. hæc ponitur inuectiua: O dia-
bole, quomodo filius Dei angelorum manibus portatus

legisti

legisti, & quia super aspidem & basiliscum calcat, non le-
gisti. Sed exemplum illud quidem profert, quasi superbus:
hoc autem tacet, quasi astutus. Nam & verè filius Dei an-
gelorum manibus non portatur, sed ipse magis angelos
portat. Nec enim creatura portat creatorem, sed creator
creaturam. D. autem Chrylost. hom. 13. Considera diaboli
insipientiam, de testimonio quoque ipso quod protulit.
Nam ea quidè quæ à domino prolata sunt, satis aptè utiq;
prolata: Quæ verò ab illo usurpata, ineptè nimium ac pro-
fus incongruè, & quæ nulla parte sui domini responsioni-
bus obuiarent, neque enim quod scriptum est: *Quia angelis*
suis mandauit de te: suadet ut se ipse iaciat, atque præcipi-
tet. Præterea verò neque de domino istud dictum est. Cæ-
terum seipsum in præcipitia ac prærupta proicere, dia-
bolice est mentis insania: Quoties enim istud aliqui fa-
ciunt, consilio nimirum seductoris agitantur. Hæc Chry-
sostomus.

Angelis suis Deus mandauit de te, &c. Mutilatâ, & trunca-
tam allegat scripturam (quod est perpetuè ac solempne om-
nibus hæreticis) nec enim citat, sed astutè subtricit quod
sequitur statim, *ut custodiant te in omnibus viis tuis*, & præci-
pue quia faciebat cõtra eum. *Super aspidem & basiliscum am-*
bulabis & conculcabis leonem & draconem, quibus ferarum
nominibus ipse adumbratur & intelligitur Diabolus ob-
versuriâ, dolos ac ferociâ eius ad prauum sensum & alie-
num scripturam detorsit. Quod enim de iusto, & puro ho-
mine, ac creatura dictum est, ad Christum Dei filium, ve-
ramque creatorem & omnium caput electorũ retulit de-
prauatissimè. Quomodo ab angelis indigeret portari, qui
portat omnia verbo virtutis suæ? De membris scriptũ est:

Quia angeli eorum semper vident faciem patris. Matth. 18. Chri-
stus autem caput ecclesiæ non habuit custodem angelum,
quo non eguit ut resoluit D. Thomas 1. par. q. 113. articulo
4. ad primum argumentum. Christus (inquit) secundum
quod homo immediatè regulabatur à verbo Dei, vnde nõ
indigebat custodia angelorũ, cum Christus sit maior om-
nibus angelis. Et iterum secundum animam erat compre-
hensor, sed ratione passibilitatis corporis erat viator. Et se-
cundum hoc non debebatur ei angelus custos tãquam su-
perior, sed magis minister tanquam inferior: vnde dicitur
Matth. 4. *quod accesserunt angeli & ministrabant ei.* hæc D. Thomas.
Thomas. qui ergo custodit Israël, Psalm. 120. imò custos omnium
omnium

Chryso.
ho. 13. in
Matth.

Matth. 18

Thomas
part. 1. q.
113. ar. 4.

Matth. 4.

Psal. 120

omnium Christus, nō opus habuit angelo custode. De illis autē, quibus ex magna Dei prouidētia ac singulari, ad custodiam deputati sunt angeli, expressus est psalmi locus cōtatus, *Angelis suis Deus mādauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis*. Adde quōd promissiones Psalmi 90. ad homines sui ipsius occisores Deūmq; tentātes pertinere uoluit, cum tamē ibidē dicatur, *Quoniā in me sperauit, liberabo eū*. Perperam itaque, his multis modis, allegat scripturam deprauatam. Sic hæretici Diaboli imitatione & exēplo deprauant scripturas ad suam ipsorū perditionē. 2. Petr. 3. *Arripite pro se citabat scripturas, sed corruptas & deprauatas truncatas, quod esse in ciuile pronūciat iuriscōsultus leg. 24. ff. de legibus senatūque consultis: Inciuile est, nisi tota lege perspecta aliqua particula eius proposita iudicari, vel responderi*. Ibi Charondæ iuriscōsulti Ieholion habetur huiusmodi. *Æschines in oratione contra Ctesiphōtem Demosthenem accusat quōd non integrā legem, sed eundem taxat partē proponat*. In oratione *Æschinis* supradicta sic legitur, *Sed legem Dionysiacam, qua se defendere possunt, afferent, & parte quadā legis utentur, ad aures uentris insidiosē sibi aditum munientes: legem denique profert, nihil ad hoc iudicium pertinentem*. Hæc ibi Lambino interpretate. Et quemadmodum adulteratores moneta capitali afficiuntur supplicio, sic à maiori impunē non liceat sacras falsare leges, ut hæc duo inter se præclare comparauit orator Græcorum eloquentissimus Demosthenes oratione contra Timocratem sub sinem sic scribens: *Illud uobis recitabo, quod Solonem aliquando dixisse ferunt apud iudices in eo accusando qui legem perniciosam rogare in hanc sententiā: Receptum esse in uniuersum apud omnes ciuitates, qui monetam adulterarit, morte multandū. Deinde interrogasse iudices, num eis ea lex iusta & laudabilis uideretur. Qui cum uideri sibi respondissent, subiectis se: putare sese, argenti monetam priuatorum cōtractuum causa reperiā inter ciues, sed leges monetā esse Reipublice. Iudices igitur oportere, multo magis si quis eā que ciuitatis moneta sit, corrūpat, odisse, & punire, quā si quis ea quæ sit hominū priuatorum. Atque ut inrelligerēt, haud dubiē maius esse delictum, corrumpere leges, quā adulterare monetā, addidisse: Multas ciuitates haud dissimulantes argento, quod sit ære & plumbo contemperatum, utentes, tamen esse incolumēs, nec ullū ex ea re capere detrimētū*

2. Petr. 3.

Leg. 24.

ff. de leg.

senatūque

consf. Æschines

oracione

cōt. Chte

spiphontē

Charondæ

Grin

dicta leg.

Demo-

sthenes

orat. cōt.

Timocr.

at si qui perinde legibus adulterinis usi, receptas corrūpiuerint, eorū nullos nunquam non internecione perire, Hæc in fallariis qui decipiendi gratia, scripta diuina falsificant dicta sunt. 2. Cor. 1. *Non sumus sicut plurimi, adulterantes uerbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, corā Deo, in Christo loquimur*. Vides phrasim apostolicam, adulterare uerbum Dei, instar monetae. *Scriptum est, Non tentabis dominū Deum tuū*. Deut. 6. Vides quia cōtra scripturā extra propositum allegatā à tentatore, in mediū adducit ipse scripturam ad rem facientē. Ita enim usu comparatum est ut iuxta Iuriscōsulti sententiam lege i. §. vim uī repellere D. de Leg. i. §. vi & de ui armata, arma armis repellere liceat: idque ius uim uī natura comparatur, opposuit Christus idēo diabolo rursus scripturam, *Non tentabis*. 2. Cor. 10. *Arma militiā nostra non de uicarnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionem*. 2. Cor. 10. *contra omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiā Dei*.

Tentare Deum, est quærere experimentum de Dei uirtute absque ineuitabili necessitate, & hoc est peccatum, ait Lyranus ibi: utere mediis ordinatis, nec ea negligere. Satanam occultē confundit, ut qui uerum Deū tentet. Habetur in opere imperfecto Matth. 10. §. *Non dixit nō tentabis me dominum Deum tuum, ne se manifestaret Deum*. Sed ita, non tentabis dominum Deum tuum: quod poterat dicere & omnis homo Dei tentatus à Diabolo. Sic ergo ex hoc responso incertus, transit ad tertiam. Dixit enim apud se tria hæc retia habeo extensa super omnem mundum: ut quisquis euaserit de retibus gloriæ incurrat in retia uanæ gloriæ: qui euaserit de retibus uanæ gloriæ, incidat in retia auaritiæ. hic autē iam retia uentris dirupit, retia uanæ gloriæ transiuit. Ponam ei nunc retia auaritiæ, & ostendam illi omnia regna mundi. Si concupierit ea, scio quia homo est. Si autem contempserit ea, scio quia filius Dei est, nec enim potest desiderare que ipse creauit, nec delectatur terrenis, qui fruitur cœlestibus. Hæc ibi, idēo subditur.

Assumpsit eum in motem, & ostendit ei omnia regna mundi, & dixit, hæc omnia tibi dabo. Luc. 4. *Dixit illi, mihi tradita sunt, & cui uolo do illa. Tu ergo si adoraueris corā me, erunt tua omnia*. Patet quia mēritus est, & merito pater mēdacij dicitur à Christo, Ioan. 8. *Nam Domini est terra & pleuitudo eius*, ait Ioan. 8. *Psalmographus: deinde Apostolus Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo: qui per Salomonem dicit, per me reges regnāt: per me principes imperant, & potentes docernunt iustitiam*. Prouerb. 8. *Prou. 8.*

Magna

Magna pollicetur, montes aureos (vt est in proverbio) promittit: qui ne in bona quidem & facultates Iob, nec etiam in porcos pascentes, potestatem habebat: nisi quatenus ei dominus licentiam dedit, *Pollicitis dives quilibet*

Ouidius. se potest, ait alicubi Ouidius.

Ciccr. 3. Omnia tibi dabo. Magna tentatio de ambitione. *Cicero lib. 3. officiorum: Iulius Cæsar in ore versus Euripidis in Phœnissis habebat, quos dicam, vt potero, inconditè fortasse, sed tamen vt res possit intelligi.*

*Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.*

Sucto. in Suetonius in Iulio Cæsare §. 30. Euripides in Phœnissis hos habet versus Græcè conscriptos. Suetonius in Cæsare Inl. Cæs. §. 30. ubi supra Euripidis Græcos hos versus ponit. Euripides in Phœnissis in Phœnissis. Quos sic ipse (nimirum Cicero) conuertit. Nam si violandum est ius, imperij gratia violandum est: aliis rebus pietatem colas, hæc ibi Suetonius.

ostendit ei omnia regna mundi. Quasi diceret: Dabo tibi Africam, Asiam, Europam, quatuor Monarchias: dabo tibi Romam caput orbis. Sicque per enumerationem omnium regnorum, *Si cadens adoraueris me.* Non aliter pollicentur quam si in verba eius iurauerit, & (vt est in verbo gallico) homagium illi exhibuerit. Adorari se voluit dæmon adoratione latræ. Diuinos affectat honores, qui appetit æque libertatem Dei. Scotus subtilis doctor inter scholasticos honoris prerogatiua, iure longè optimo decoratus: libro 4. sentent. distinctione 34. Maligni spiritus, inquit, habentes pactiones cum hominibus, seruant promissa: (supple in quibusdam rebus) non quia veraces, sed vt alij eis adhæreant. Et si nulla pacta seruarent, nulli eis seruirent: & vt illi quibus seruant promissa, eos colant: Nam ex superbia sua precipuè appetit honores diuinos, Deus etiam permittit eos exercere potestatem suam, ad impediendū alios quos ab alijs actibus, in quos possent si non essent impediti, hoc vel propter peccata eorum, vel propter aliquam aliam causam occultam: & hoc modo Magus habens pactum cum dæmone procurat ab eo vt istum impediat à tali actu cum tali muliere (nempe coniugalis copula & cōgressus) quando diu tale maleficium perseuerat, puta acus curuata vel aliquid huiusmodi. hæc ille. Ideò dæmon, cupiens sibi honores diuinos deferri, dicebat Christo, *hæc omnia tibi dabo,*

cadens

cadens adoraueris me: licet se omnium dominum esse mentiar: Hæc tentatio cæteris omnibus grauior in idololatriam & Dei blasphemiam definit. Non sicut prius dixit, *Sifilius Dei es.* Quia fortasse existimabat eum respõsurum, Adorabo te pessime: Tu me adorare debes qui fili' Dei sū.

Omnia tibi dabo &c. Ex Bodini Dæmonomania lib. 2. c. 8. & lib. 3. ca. 3. sequentia collegi ad magorum insanias, & dæmonis fraudulenta mendacia detegenda ac reuincenda, ne quis eius dolis & vanis spebus lactatus, eiurato ac deserto Christo ad diabolum deficiat, ad æternam damnationem, 3. cap. 3.

Nihil tantopere miseros in præcipitem & lubricam perditionis viam attrahit vt se voueant Satana, quàm hæc opinio improbilissima, dari à Diabolo pauperibus diuitias, affictis voluptates, infirmis vires, honorè abiectis, & fauorem gratiamque procerum: *hæc omnia tibi dabo* (ait dæmon tentans Christum) tamen hoc contra est compertissimum, homines miseriore magis, egentiores, plus exolus nūquam existere. Omnis impietatis fundamētum quo nituntur Magi, & se dedunt Diabolo, est promissionum eius expectatio, cum promiserit se potestatem hanc in eos collaturum esse, aut demonstraturum pulueres, verba, characteres, quibus amorem, honorem, diuitias cōparare, delictari, & inimicos euertere possint. Hæc ille miseris Deo renunciantibus promissa facit: & quia princeps mendacij author est pura, deprehenduntur fraudes in omnibus promissis eius, præterquam in vltione, idque in homines certos solum & quantum permittit dominus: vt patet ex Iob sacra historia. Nunquā Magus fuit arte sua locupletatus & auctus obolo, nunquam saga comperta est, quæ carminibus sic fucare faciem suam potuerit, vt visa sit speciosior: Sec contra vulgò dici solet, *Deformis vt saga.* Honores autè & dignitates, tantum abest vt arte magica quis consequi valeat, vt Magos videamus abominationi esse omnibus. Certa est Dei vox, *Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contempnunt me, erunt ignobiles.* 1. Reg. 2. Quæ turpitudinis magis horrenda cogitari potest, quàm illa Magorum qui Satanam hirci foetētis specie coguntur adorare, eaque parte osculari, quæ nec scribi nec dici honestè potest: Quæ cum ita sint, omnem potestatem, honorem, dignitatemque à Deo venire concludimus. Quod autem ad diuitias spectat, certissimum est magnos in terræ sinu thesauros esse abditos, eorumque sedes Satanae esse cognitatas: sed nūquam

H

Magus

Magus extitit, qui arte ista aureum vnum comparavit, ut faceret omnes: Imò quicumque diuites se addicunt rebus magicis, ut diuitiis augeantur: ferè in paupertatem abeunt: egentes verò tota vita paupertatem perferunt. Bona enim dicuntur in Scriptura *Benedictiones*, quia dantur à deo: Vt Iacob munera fratri offerens, accipe (inquit) *benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus, tribuens omnibus* Gen. 33. Deus enim dicit. *Meus est orbis terra & plenitudo eius.* Psalm. 49. Sed cur thesauròs humi conditos, suis incipientibus non impertitur satanas? Cur panem finit mendicare miserè? Certè nec aliter vult Deus nec Diabolus potest qui alioqui (vt videtur in suas partes plurimos fuisse pertracturus. Nequè fert Deus vt his rationibus discescat quàmquam: quin potius orandus est Deus, vt labori nostro successum felicem tribuat. Et non tentetur dominus. Secus suos diabolus mendacij pascit semper: hæc ille.

Vade Satana. Nunc quãdo Diabolus (ait in opere imperfecto scriptor sæpe citatus) Dei sibi præsumpsit honorem, increpauit eum Christus, & repulit dicens, *Vade.* vt nos illud discamus exemplo, nostras quidè iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias & contempnum nec vsque ad auditum sufferre. Quoniam in propriis iniuriis esse quæpiam patientem laudabile est: iniurias autem Dei distimulare nimis est impium. Item *Matth. 6.* Petro non rectè suadenti dictum est à Christo quadã cum seueritate: *Vade post me Satana. Non sapias, quæ Dei sunt. Scriptum est, Dominus deus tuum adorabis, & illi soli seruias.* Deut. 6. Vbi nota si vis triplicem adorationem à Theologis constitui. Cum autè dicitur soli illi seruias. Cõtextus Græcus *αὐτῷ μόνῳ λατρεύον* habet. Vt de latricæ cultu intelligatur, qui soli Deo debetur.

1. Tim. 1. 1. Timot. 1. Soli Deo honor & gloria. Hyperdulia virginì inuocata, dũlia autè cæteris sanctis redditur absque inuocatis nota, præsertim cum virtutis præmium philosophorum calculo & septentiã sit honor: & D. Apostolus scribitur.

Rom. 2. Gloria & honor omni operanti bonum. Rom. 2. Et (vt vela contrahamus, huicque concioni tandem finem imponamus).

Psal. 138. Sanctos honorandos iudicat esse. psal. 138. decantatissimus versiculus, *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Domine.*

Ioan. 10. Et, Non potest solui scriptura. Ioan. 10. dicit autem ipsa veritas vt apud Ioannem 6. 12. scriptum est, *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus.* Quanto magis nos hominibus dilectos Dei famulos, in cælo beatos, Christo & angelis

angelis eius cõregnantes, gloriosos patronos nostros, propter Deum & in Deum venerabimur, honore prosequemur congruo, & christianè colemus: Facit Deus vt illorũ precibus adiuti, illis tandem in cælis consociemur. Fiat. Amen.

FERIA II. POST PRIMAM

Dominicam, de generali iudicio. Matth. 25.



*V*enerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ & congregabuntur ante eum omnes gentes, &c.

Venturum esse in fine sæculorum Christum dominum, ad iudicandum vniuersos, scilicet mortuos post iandudum eos qui tunc viuũ reperientur, eodẽmque tẽporis articulo morientur, & cum omnibus resurgent: Inter fidei articulos habet symbolum Apostolorum, sub his verbis, *Inde venturus est iudicare viuos & mortuos*, desumptumque fuisse ex huius euangelij loco certo certius est, ipso iudice omnium Christo hoc asserente. Cum *venerit filius hominis in maiestate sua.* Plena est sacra scriptura testimoniorum, quæ in cõsummatione sæculi ad iudicãdos omnes homines venturum affirmant Christum dominum, 2. Cor. 5. *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.* Tit. 2. *Expectantes beatam spem & aduentum gloriae magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi.* & ante Apostolum *Ecclesiastes c. 12.* multis antè sæculis, cõcionabatur vniuersam disputationem suam sic cõcludens: *Cuncta quæ sunt, adducet Deus in iudicium pro omni erratõ (aliam abscondito) siue bonum, siue malum sit.* Duplex autè est iudicium. Particulare vnum & priuatum in vniuersiusque morte tam statim ad Dei tribunal anima à corpore egressa sistitur, ibique de omnibus iustissima quæstio habetur. Alterum generale iudicium appellatur quod erit simul omnium. Si verò quærat aliquis: cur præter priuatum de singulis, alterum etiam de vniuersis iudicium exercebitur? Respondet Catechismus ex concilij Tridentini decreto doctrinè composi-^{mus}, in symboli explicatione ad hæc verba: *Inde venturus est, &c.* Multis de causis id iustissimè fieri. *cilij Tridentini.* Nam cum vel ipsi mortuis interdum superstites sint filij, parentum imitatores, aut discipuli: vnde mortuorum pra-

nia & pœnas augeri necesse est: Cum hæc vel utilitas, vel ca. amitas ad plurimos pertinens, non prius finem habitura sit, quam extremus veniat mundo dies, æquum erat de his omnibus perfectam quæstionem haberi in communi omnium hominum iudicio, in quo omnes comparebunt. Accedit quòd cum piorum fama sæpe lædatur, impiè verò innocentia laude commendentur, diuinæ iustitiæ ratio postulat, vt pij creptam iniuria apud homines existimationem in publico vniuersorum conuentu & iudicio recuperent. Tertio, boni & mali quæcumque in vita egerunt, cum non sine corporibus egerint: omnino sequitur vt beneficia sine malefacta ad corpora etiam pertineant, quæ actionum ipsarum instrumentum fuerunt. Ergo corporibus vnà cum eorum animis debita præmia aut supplicia imperitij maximè conueniebat: quòd sine generali resurrectione & iudicio fieri non poterat. Quarto & postremo, necesse erat vt generale iudicium exerceretur, ne forte homines dicerent, *Deum circa cardines cæli perambulantem, non curare terrena nec nostra considerare, Iob c. 22. vt Deo iustitiæ & prouidentię laus, ab omnibus tribueretur: videm⁹ enim improbos valentes opibus & honoribus florentes, iustos contrà afflictos, oppressos, & sine honore. Cum ergo nullum bonum irremuneratum, & nullum malum impunitum mansurum sit, ex Theologorum communi decreto, Iob 24. Deus inultum abire nõ paritur. Id autem in hoc mundo non impleatur, quinimò vt ad epulonem respondit Pater Abraham, Luca 16. post eius obitum, Fili recondere quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Iustū igitur erat, non solum bonis præmia, improbis supplicia in futuro seculo constitui, verumetiam publico ac generali iudicio decerni. Huius futuri iudicij memoria nunquam nobis excidat, de hoc frequenter meditemur, & iuxta sapienstis consilium, Memorare nouissima tua & in æternum non peccabis Eccles. 7. Ideo enim absque vilo terrore filij hominum perperrant mala, quia de futuro iudicio non cogitant: quod vates Regius Diuid significarat: Psalm. 9. Inquinatae sunt via illius in omni tempore. & ratio subditur: Auferuntur iudicia tua a facie eius. In speculo exemplorum distinct. 9. §. 98. Vnus mortuus viuētī apparuit in oratione existenti, vultu mæsto ter dicens, Nemo credit, nemo credit, nemo credit. Quærit §. 98. viuis. Quid? Respondit defunctus, Nemo credit quam districte*

stricte iudicat De⁹, & quam seuerè punit, sicque disparuit. Quam opportunè mōnet & optat sapiens legislator, si-
 mique increpat: Deut. 32. Genis absque consilio est; & sine Deu. 32.
 prudentia, utinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Quatuor nouissima hæc sunt: mors amara, Ecclesia-
 stici 4. 1. O mors quam amara est memoria tua. Horrendum ius-
 tici 4. 1. dicitur, Hebræor. 10. Horrendum est incidere in manus Dei ui-
 uentis, Infernus intolerabilis: Isaia 33. Quis poterit habitare, cum igne deuorare? Quis habitabit cū ardoribus sempiternis? &
 Luc. 16. In inferno posuit diues, igne circumuallat⁹, exclamat crucior Luca 16.
 in hac flamma, aqua guttulā petit ille, vt paululum refrigeretur.
 Paradisi denique gaudia incomprehensibilia, 1. Cor. 2. ex i.
 Isaia 64. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor ho-
 minis ascendit quæ preparauit Deus iis qui diligunt illum. Hæc
 quatuor sæpe veniūt, meditanda tibi. De turre cremata ca-
 dinalis in expositione Regulæ sancti Benedicti tract. 35. alle-
 gar D. Hieronymum dicentem, Siue comedā, siue bibā siue
 quicquā aliud faciam, semper in aure mea videtur sonare
 illa vox: o vos mortui surgite & concurrite ad iudiciū. Ibi-
 dem, in vitis patrū dicit quidā senex. Ego tres timeo res: vt
 nam, quādo anima mea egressura est à corpore. Aliā quan-
 do occurrura est Deo. Tertiā, quādo aduertum me ferentem
 da est sententia. In regula monachorum D. Hieronymo tri-
 buta, & habetur operū illius tom. 4. ca. 30. semper tuba illa
 terribilis vestris perstrepat auribus, Surgite mortui, venite
 ad iudicium: & in regula monachorum, De timore diuini
 iudicij, tūc ad vocem tubæ, pauebit terra cum populis. Igi-
 tur siue leges, siue dormies, siue scribes, siue vigiliabis; A-
 mos tibi semper buccina in auribus sonet: (Amos 3. scribi-
 tur.) Si clanget tuba in ciuitate & populus non expauescet: An
 nõ vir sanctissimus Iob diuinū expauescebat iudiciū, cum
 scribit c. 31. Quid faciā cū surrexerit ad iudiciū Deus, & cū m
 quisierit, quid respondebo illi? Et Apostolorum columē D. Pe-
 trus 1. epist. ca. 4. Et si iustus quidem vix saluabitur, impius &
 peccator vbi parebunt? Et scriptorum noui testamenti (vt ita
 dicam) Alpha, Diuus Paulus 1. Corinth. 15. Tubam nouissi-
 mam nequaquam prætermisit. Omnes (inquit) quidem re-
 gemus, sed non omnes immutabimur, in nouissima scilicet tuba. Mat. 24.
 Canet enim tuba. Hoc etenim Christus apud Mathæum Lac-
 tan. cap. 24. pollicetur futurum, Mittet (ait) Angelos suos cū tu-
 ba. Cuius etiam apud Lactantium diuinarum institutionu-
 num lib. 7. cap. 16. meminit hoc versu Græco Sibylla. 16.

Σάλπιγγ' ἔσπευθ' οὐλὴν ποσειδῶνος ἀρτίσει. Hoc est,
Tuba de caelo vocem luctuosam emittet.

- Iraque trepidabunt omnes, & ad luctuosum illius sonitum contremilcent. hęc ibi. Ioannes Damascenus in historia de Barlaam capit. 6. ex pij & docti viri Iacobi Biblij recognitione narrat morem fuisse cuidā regi magno, vt cum aliquem morte mulctaret, præconem cum tuba (quem mortis idcirco dicebatur) ad ipsius fores mitteret, atque ex tuba illius clangore omnes ei moriendum esse intelligebat.
- Prosa* Ad hunc modum (vt in sequētia seu prosa pro defunctis pro defūto canit ecclesia: *Tuba mirum sparget sonum, per iehra regionis, coget omnes ante thronum.* Omnes ad iudicium sifter tuba nouissima, omnes à mortis somno Christi iudicis voce.
- Ioan. 5.* Nam audient omnes qui monumentis sunt vocem filij Dei, & procedent de tumulis suis Ioan. 5. excitabit. *Congregabuntur ante eum* (ait præfens euangelium) omnes gentes. Idem Damascenus ex Biblij versione de die iudicij loquēs. Qui lectionem istam (ait) diligēter attendit, etiam si reliquas scripturas minimē intelligat, ista sola lectio sufficere potest, ad omne opus bonum faciendum, & ad omne opus malum fugiendum. Et ante illum D. Chrysof. hom. 38. in c. ho. 38. in 5. Ioā. circa principium, hoc iudiciū semper præ oculis habeamus, ita semper virtuti vacare poterimus. Nā sicut qui diei illius obliuiscitur, tanquā freno abiecto in præcipitiū defertur: *Inquinatae sunt via illius in omni tempore*, & causam affert: *Auferuntur iudicia tua à facie eius* (vt supra etiam admonuimus) ita quem continuus hic percellit timor, modeste viuendi viam ingreditur, hęc os verè aureum iuxta nominis sui etymologiam. Quanto terrore & horrore concurritur *Sapiens c. 12.* scribens. *Quis stabit contra iudicium tuū q. d. nullus. Iniquitates si obseraueris domine, domine iustinebis?* Psal. 129. Tunc præsertim cum venerit in maiestate sua: Cum (vt prophetauit septimus ab Adam Enoth) *Veniet dominus in janctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorū, quibus impie egerunt:* vt scriptum est apud Diuum Iudam vnico ca. Cum (vt Sophonias cap. 1. prophetauit) *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustia, dies calamitatis, & miseria, dies tenebrarum & caliginis, dies nebula & turbinis, dies tuba & clangoris super ciuitates munitas instabit & aduenerit.* Quibus coactuatis epichetis, amplificat propheta futuras diei illi? angustias. Multa (sanè) diuina & admiranda fati iudicia in scri

scripturis legimus, sed nullum ita vt finale horrendum est. Vt (verbi gratia) iudicium & decretū contra apostatas An-
gelos, contra primos parentes peccantes, cōtra vniuersam *Ex sacris Bibliis.*
carnē corruptā & deprauatam, quamobrem immisum est diluuium. Contra Pentapolim siue (vt Latine dicam cōtra quinque ciuitates) Sodomam, Gomorrhā & ceteras, quæ ob incesta, flagitia, & nefaria scelera conflagrarunt, & in fauillam redactæ sunt, Contra Pharonem & Aegyptios in mari rubro submersos, Contra rebelles Core, Dathan & Abiron terra absorptos, Contra Nadab & Abiu igne absumptos, Contra filios Israël in deserto carniū desiderio flagrantēs ab ignitis serpentibus deuoratos & aliis moribus propter ipsorum murmur in dominum & Moysen ac Aaronem duces eorum, sēpè confectos: *Quis* cadauera prostrata sunt in deserto, Contra Sennacherib exercitum vna nocte ab Angelo deletum, Contra *Quinquagenarios* tempore Helix igne cælitus delapso cōbustos, Cōtra quadraginta duos pueros scommate virum Dei Helisum afficientes: à duobus vrsis de saltu egressis, discerptos ac dilaniatos: Cōtra Iezabelē à canibus deuorata, Contra Nabuchodonozor in bestiam transformatū, Contra Balthasar horribili visione præcedente, eadem nocte interfectum, Contra Antiochum cum intestinorum dolore acerbissimo & ventris torminibus atq; putrefactione à vermibus corrosus & miserimè consumptum: Contra Herodem Agrippam simili penè exitu angelica potestate percussus, cōtra Heliodorū sacrilegū ab Angelis ferè ad mortem vsq; flagellatum: Contra aliquot alios denique vindice Dei manu ac iusta vltiore ob eorum peccata, extremis exemplis punitos: de quibus omnibus sacræ & ecclesiasticæ loquuntur historiae amplissimè. Quæ omnia si ad futurum illud contra impios iudicium futurum conferantur leuissima apparebunt. *Tunc enim cum scilicet venerit filius hominis in maiestate sua:* & aduersus impios contendet. *Non consistent impij in iudicio,* vt ex Hebraico fonte *Psal. 1.* significanter & energeticè hauriri potest *יְקוּמוּ רְשָׁעִים בַּיּוֹם הַהוּא* Non resurgent impij in iudicio, vertit Diuus Hieronymus. At verò cum verbum Hebraum *קוּם* non solum surgere significet, verumetiam consistere: puto commo-
Mathias Bredembachius Bredem
diūm sic verti potuisse (ait Mathias Bredembachius *Bredem* commentariis in *Psalum 1.* *Non consistent impij in iudicio* bachius vt sit consistere in iudicio, contrarium ei, quod eleganter in *Psa. 1.*

dicitur, causa cadere: hoc sensu: homines reprobi non poterunt consistere in iudicio Dei: sed causa cadentes, aeterno supplicio adiudicabuntur. Quem senlum G. Genebrardus vir trium linguarum peritia cumulatus, cōmentariis recens in psalmos editis sequutus est: Impij (inquit) non consistunt prae metu, non sese efferent, non erigent caput, non prodire audebunt vt nunc, Alij referunt ad beatam resurrectionē. Hæc Genebrardus sic & se hebraicam litterarum publicus ac regius professor, natione Frisius, Louanij in trilingui collegio, quem psalmum illū ex Hebræo interpretantem annis ab hinc circiter 3. audiebam, exponēbat. Hæc est illa Emphasis & nescio quæ latens Energia in vocula (Cum) dicitur, Cum sederit filius hominis in maiestate sua inclusa ac inuoluta. Quasi diceret apertius. Tunc cum exactissima de minutis etiā quibusq; reddenda erit ratio. Cum de verbo otioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem Deo, Matth. 12. Cum iudicabit Deus occulta hominum, Rom 2. cogitationibus accusantibus, aut etiā defendētibus ibidem, Cum iudex sederit & libri aperti erunt, Danielis 7. Cum iudicabuntur mortui ex his quæ scripta sunt in libris secundum opera ipsorum, Apoc. 20. cum denique omnis qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, mittetur in stagnum ignis ibidem, Tunc tribulatio omnium maxima impiis adueniet sicut ex opposito maximo gaudio & læticia sempiterna pios cumulari fateamur necesse est: Leuate (ait Christus his de rebus verba faciens) capita vestra: Ecce appropinquat redemptio vestra, Luca 21. Deus quidem in hominis creatione omnipotentiam suam demonstrauit. In reparatione eiusdem, viscera misericordiae suae in quibus visitauit nos Luca 1. patuerunt. Tunc enim, apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri, vel quod est (supra) in scriptis si quædam pœnitia, hoc est, erga homines amor Titum 3. In finali autem iudicio, ac retributione, iustitiae suae rectitudinem & æqualitatē commonstrabit, non enim tunc placabitur muneribus, quippe argentū eorum & aurū eorū non poterit liberare eos in die ira domini, Sophonia 1. ca. vt annotauit Michaël de palatio, Granatenfis in Esaiam tom. 2. lib. 1. Tropologica declamatione de tremēdo iudicio ad cap. 2. 4. Isai. In primo suo aduentu visus est in humilitate, pauperū apostolorū societate, & in magna deiectione. In secundo videbitur in maiestate sua, & sanctorū angelorū societate. Sedit super sedē maiestatis suae. Dan. 7. hoc ita in visio

visione ipsi demonstratum est. Ecce cum nubibus cali quasi filius hominis veniebat: Id propter formam humanam in qua Christus iudicabit, dictum est (Dedit enim pater filio potestatem etiam iudicium facere, quia filius hominis est, Ioannis 5. Et antiquus dierum dedit ei potestatem & honorem & regnum: & omnes populi, tribus & lingua, seruient ei: quibus verbis indicatur quod pater filium constituit omnium iudicem sicut Dñus Petrus ad Cornelium & eos qui simul aderant confectionatur, Act. 10. Ipse est qui constitutus est à Deo patre iudex uiuorum & mortuorum Matt. 16. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera sua Psal. 61. tu reddes unicuique secundum opera sua contra Lutherum. Sedit iudex in sexto decretaliū de sententia & re iudicata capite quinto ait Bonifacius 8. Sententia quam à iudice stando non sedendo proferri contingit, nullius penitus est momenti. Anima sedendo fit prudētior (ait philosophus) vt maturitas in proferenda sententia cōmenderetur. Hinc de Pontio Pilato sententiam in Christum prolaturo dicitur: Ioan. 19. sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostratos. Et prator sedere dicitur apud Iuriconsultum lege 2. §. confestum D. ad senatusconsultum Terryllianum & Orphitianum. Pratoris copiam habuit, hinc rei fedentis. Sedere dicitur prator cum pro tribunali iuris dicēdi causa sedet. Cicero oratione 39. pro C. Rabirio Posthumo. Modò vos iidem in A. Gabinium iudices sedistis. Plinius Iunior lib. 6. epistolarum, epistola penultima ad Romanum: Sedebant iudices centum & octoginta, tot enim quatuor conciliis conscribuntur. In eo quod docens sedebat Christus, Matth. 5. Cum sedisset aperiens os suum docebat suos &c. Agnoscit D. Augustinus magisterij dignitatē modo in eo quod iudicaturus sedebit, agnoscere oportet iudicis maiestatem & auctoritatem. Iudices enim sedebant, vt colligitur ex Iudicum c. 4. Debora iudicabat populū in illo tempore, & sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, ascendebantque ad eam filij Israël in omne iudicium. Et Daniel. 13. c. Dixerunt senes ad Danielelem veni & sede in medio nostrū, quia tibi dedit Deus honorem senectutis & iudicauit illos senes: & Apostolis dictum fuit à Christo, Matt. 19. cū sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes 12. iudicantes duodecim tribus Israël. & Luca 22. Vt sedetis super thronos iudicantes ex tribus Israël. Congregabuntur omnes, & separabit eos ab inuicem sicut pastor separat oues ab hœdīs. B. H 5 Hip

Dan. 7.

Ioan. 5.

Act. 10.

Decret. lib. 6.

Ioan. 19.

Iuricons.

leg. 2. §.

confest. ff.

ad Sena.

iuscons.

Cic. ora.

pro C.

Rabirio.

Plin. li. 6.

epistol.

penul.

Matt. 5.

Iudiciū 4

Dan. 13.

Matt. 19.

Luc. 22.

Hippol. Hyppolytus martyr oratione de consum. mudi, Ioane *mar. ora* ce interprete hæc sic expendit. *Congregabuntur omnes gentes ad tribunal Christi, qui suere quondam Reges, Principes, Pontifices, Sacerdotes, vt administrationis suæ, & omnia reddant rationem: qui videlicet per negligentiam suã pecciderunt ouem de grege suo. Adducentur eo tempore peccatores, qui non contenti stipendiis suis vexarunt viduas, pueros & pauperes. Tunc sistentur tributii exactores, qui plus quam sit imperatum pauperi eripiunt. Item qui probum aurum adulterant, vt dano pauperem afficiant. Tunc exurgent effocinati cum pudore, qui quauis carnis pulchritudine capti, sua desideria sunt sequuti: Tunc qui dilectionem domini & proximi non seruarunt, exurgent moesti & terrici. Tunc qui habuerunt libram iniquam, ita teras, modios furas, modios iniustos, gemet: expectantes iustum iudicium. Sed quid plura de sistendis addimus? Tunc *insti fulgebunt vt sol:* peccatores autem tristes & terrici apparebunt. Quis igitur vestrum perpendat apud se tum bonorum tum malorum iusto iudici ratione reddenda, hæc Hippolytus. Tunc separatio fiet & arca dominicæ repurgatio. Nunc quidem permixta sunt omnia. Nam in sagena apostolorum simul pisces mali cum bonis (vt supra concione de nauis attigimus) in arca Noë coruus & columba. Inter baptizatos in primitiua ecclesia Simon magus etiam erat: *Prophetas etiam Saul*, quondam veteri prouerbio celebrabatur. *Inter filios Dei astitit & Sathã, Iob 1. in agro bonis rabant & asina pascebatur iuxta eos.* Ibidem. Itẽ oues cũ hœdis ad pascua promiscuẽ ducuntur: Sub nocte verò cum caulas reducuntur, separantur oues ab hœdis. Sic in fine separatio fiet per iudicem in signum cuius separatur Noë ab impijs cũ diluuium inundat omnia. Enoch rapitur ab hominibus, Loth à Sodomis liberatur, populus Israël ab Ægyptijs, & Raab de Hiericho eripitur ac saluatur: *Quis filius profectur sacra historia. Separabis eos.* Trifaria illa contingit (vt exponit D. Bernardinus ser. 11. de iudicio generali.) Merito videlicet, omnium merita discutiendo: *Ioã. Pieri* appellando: ouium nimirum & hœdorum. Ouis, symbolo *rogly. li.* est innocentiæ, vcluti hœdus petulcus & lasciuus improbis tatis est nota. Ioannes Pierius in hieroglyphicis suis *10. de capra* sic scribit. Hœdi fere passim in diuinis literis hœ-*

Iob 1.

Bernard. serm. 11. de iudicio generali. Ioã. Pieri in Hieroglyphicis li. 10. de capra.

roglyphicè pro perditis & nequam hominibus libidinis & aliorum scelerum fascinatoribus inquinatis, designantur, idque manifestissimè cognoscitur ex isto euangelij loco. Asperum gerit pilorum indumentum. Nihil autem est peccato asperius. Huius generis animal in libidinem & proccacitatem est immodicum. Hædusque petulcos eadem ratione dictos à Virgilio legimus libr. 4. Georgic. sub initiatione. *Hædique petulci.* Rectèque ab Horatio alicubi libidinosus hircus appellatur, Horatius Epodon libr. ode 10. in Mæuium poetam penultimo versu, *Libidinosus immolabitur caper.* Virgilius, *Vir ovis ipse caper.* Caprum pro hircu posuit licet improprie, sicut etiam improprie brutum animal virum appellauit. Caper proprie est mas castratus in genere caprino. Eadem de caulis ait ibidem Pierius & libro citato scribens de oue dicit: Tã ouis quàm agnus hieroglyphicè est innocentiæ. D. Cyprianus libro de zelo & liuore circa mediũ, Meminisse debemus quo vocabulo plebem suam Christus appellet, quo titulo gregem suum nuncupet. Oues nominat, vt innocentiã christiana ouibus arquetur: Agnos vocat, vt agnoscere naturam simplicem simplicitas mæris imitetur: Quid sub vestitu ouiu lupus latitat: hæc D. Cyprianus. Et ipsum vocabulum *agnos* puritatem castitatemque significat. De Christo fertur illud à priscis variis dicturatum. *Tanquam agnus: Quem & indice ostendens D. Ioannes Baptista, Agnum nominauit dicens: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Huius agni mansuetudinem omnes christianos conuenit imitari. Non mordent oues dentibus, nõ calciant, neque cornibus impetunt quemquam. Pastorem oues sequuntur: *Et oues me & (ait Christus Ioannis 10.) vocem meam* *Ioan. 10. auerunt. Sicut ouis ad occisionem ducatur, de Christo vaticinatus Isai. c. 53. est Isaias cap. 53. Procopius in Isai. 7. circa finem, πρὸς ἄνθρωπον, hoc est, Ioãne Curterio interprete. Ouium in Isai. 7. nomine qui bonis præditi sunt moribus significantur. Ibidem paulo supra. Nobis ex ouium vellere vestium & ornatu facultas suppetit. Item oues dicitur *Ferrea psal. 143. Et ferulus non est inter eius, canticò 4.* Ouium lac, lana, pellis, caro, fœrus, & latamen seu fimus, (hæc inquam) omnia magno hominibus vsui esse possunt. Ad multa profunt oues, nulla autem ex parte nocent. *Isti qui oues sunt quid fecerunt? Chryso. dicebat David 2. Reg. 24. Chrysoctomus homi. 80. in Matt. oper. im-* alij hœdorum, alij ouium nuncupatione nominantur: vt per aliorum*

Virgil. li. 4. Geor. Horat. Epodò li. 10. Cyprian. li. de zelo & liuore.

Ioan. 10. auerunt. Isai. c. 53. Procopi. Isai. 7. Chryso. canticò 4. Chryso. Matt. oper. im-

aliorum sterilitas, quia nihil ab hœdis producitur, aliorum fertilitas, ostendatur. Oves, agni, hœdi in opere imperfecti in Marth hom. vltim. Sanctos oves, impios autem hœdi vocauit: volens ostendere sanctos perfectos in omnibus & impios omnino infructuosos. Agni & si natura munda sunt, tamen non sunt omnino fructiferi, propter artem fructum enim adhuc non habent, lactis & lanae. Caprae & si malignae sunt ex natura, tamen ex aliqua parte fructiferae sunt per artem: lactis enim abundantiores exhibent fructus. Hœdi autem & mali sunt ex natura: & omnino infructuosi sunt ex arte. Oves non sunt hœdi fuerant, sed fructuosae sunt, sed modis omnibus (vt alijs declaratis) vtilis & fructiferae. Iusti tum propter mansuetudinem quae neminem laedunt: tum propter patientiam, quia cum multis laesi fuerint sustinent: tum propter simplicitatem, quae licet ligentur oves, aut tacent, aut in simplicitate balant. Iusti similiter percipiuntur licet, non tamen tamen percipiuntur vel referiunt. Ideo iure longè optimo, oves dicuntur. *Statuet oves à dextris, hœdos autem à sinistris.* Nota, dexteram fortem bonorum designari, & per sinistram aduersa quaeque honoratiores enim dextrae assident *Psal. 44. assitit regina à dextris tuis*, sicut Salomon matrem suam dexteram collocari iussit *3. Reg. 2. positus est thronus regis quia sedit ad dexteram eius.* & prouerb. *4. vias quae à dextris sunt nouit dominus, peruersae uero sunt quae à sinistris sunt.* Et Ecclesiastes *10. cap. scribit sic. Cor sapientis in dextris eius, & cor stulti in sinistra eius.* Statuit Ioseph, Manassem primogenitum suum ad dexteram patris sui Iacob vt benediceretur, cum Effraim fratre qui erat minor natu. Illi tamen posuit ad sinistram patris sui: sed Iacob cancellatis manibus ac commutatis, dexteram posuit super Ephraim, sinistram autem super Manassem qui maior natu erat: sed praeuiter accepit hanc commutationem Ioseph, aegre ferens minorem natu hoc modo primogenito anteferri. *Non conuenit Pater, dicebat Ioseph, quia hic est primogenitus: dexteram tuam super caput eius.* Cui ille respondit, *Frater minor maior erit illo.* Quo ex loco manifestum est, dexteram locum esse honoratiorem. Et sicut cancellatis manibus qui erat in sinistra parte, ei quae in dextera positus fuerat praepositus est: sic (vt veritas figura respondeat) boni in hoc saeculo sinistram tenuerunt, in altero ad dexteram siti erunt. *Cant. 2. Dextera illius amplexabitur me,* & *Prouer. 3*

Longitudo dierum in dextera eius. & *Psal. 15. Delectationes in Psal. 15. dextera tua usque in finem.* Alexander ab Alexandro lib. 2. c. *Alexander ad dexteram locari, praecipue apud Aegyptios, magnus der ab est bonos habitus: in medio uero maximus. Quod aequè Alexandro apud Romanos seruatum est. Refert tamè Xenophon, Cydro li. 2. cap. 19. & 4. c. 7.* singulari prudentia, viros adhibitos conuinas, quod honorarius exciperentur, in sinistra locare solitum, eamque partem velut cordi affinem digniorem duxisse. Et libro 4. itè fertur quod Plametychus Aegypti Rex, cum pugnaturus contra Assyrios, ignominiae loco Aegyptios in sinistra, mercenarios uero & externos in dextera phalangis locauisset, exercitus alienationem & diffidium passus fuit. Haec Alexander. Xenophon autem de pedia Cyri lib. 8. scribit. Cyrus quem maxime honoraret ad sinistram in conuincio sedere iubebat, quod haec infidiis magis subiecta sit quam dextera: secundum uero ad dexteram. Tertium rursus ad leuam manum; & quartum ad dexteram. Dextera etiam apud Virgilium lib. 6. Aeneidos beatorum sedes ponitur, contra leua miserorum.

Dextera qua dicit magni sub moenia tendit:

Hac iter Elysiu nobis, at lana malorum

Exercent poenas, & ad impia tartara mittit. Dixit Sibylla ad Aeneam. Collocatum esse à dextris Christi iudicatis iuxta phrasim scripturae, est esse in tutela ac protectione eius, quasi sub extenso brachio ipsius saluatis: iuxta illud Sap. 5.

Quonia dextera sua teget eos: & in brachio sancto suo defendet illos. Tunc dicit Rex his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti

patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi.

Esurini enim. Tunc dicit rex Merito rex nominatur (vt lucidissimus D. Bernardini commentarius in hunc locum habet)

ad quem pertinet subditos regere, leges condere, transgressores legis punire, obseruatores praemiare: quod tunc clarè patebit. Tunc non quaeret Pilatus, Ergo Rex es tu? non dicet

Iudaei, Non habemus regem nisi Caesarem. Cum ipse sit princeps Regum terra. Hic exclamare libet. O gratulationis plenum inuitatorium, Venite benedicti. A benedictione incipit, in lege

contra, proferebantur prius maledictiones contra legis diuinae violatores quam benedictiones eandem legem seruantes obuenturae: dicitur enim lex rigoris, & vocatus fuit olim Deus ultionum, in Psalmis. Moyles Deut. 27. 6. tribus ordinauit ad pronuntiandas benedictiones in monte Garizin; & 6. alias ad proferendas maledictiones in monte

Xenophos lib. 4. de pedia Cyri.

Virgil. 6. Aeneid.

Sap. 5.

Apoc. 1.

Hebal:

Hebal: hinc autem prius benedicuntur à iudice boni, deinde de reiciuntur maledicti in ignem aeternum, quia legem domini, ac omnia humanitatis ac misericordie iura violarunt. *Venite* prophete, propter nomē meū expulsi. *Venite* patriarchæ, qui ante aduentū meū obtemperastis mihi, obgnūmq; meū desiderastis. *Venite* Apostoli mearū afflictionum participes, dum inter homines agerē propter evangelium. *Venite* martyres, qui confessi me coram Tyrannorum tormenta multa atque supplicia pertulistis. *Venite* pontifices, qui purē mihi sacrificiū die nocteq; obtulistis, ac pietiosum corp⁹ & sanguinē meū immolastis quotidie. *Venite* aduerte ὁ sacramētaria *uis orationis*, id est, sacrificij abris osor ac hostis impie, quoniā pōtiffices immolant in nostra corpus & sanguinem Christi *ἐναυματῶς* seu incruentē absque iterata Christi interfectione qui iam nō moritur. *Venite* sancti, qui in mōtib; in speluncis & cauernis tentauerunt exercuistis vos, qui per continentia, preces, & virginitas seruiuistis nomini meo. *Venite* adoleſcētulæ, quæ thalamū meū exoptastis, nec præter me sponſum aliū dilexistis, quia per martyrium & pietatis exercitationē mihi immortalitatem incorruptibili sponſo copulatæ estis. *Venite* qui dilexistis pauperes & peregrinos. *Venite* qui charitatē meam seruastis, sicuti ego sum charitas. *Venite* locij pacis: Ego enim sum ipsa pax. *Venite* benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum. Qui nihili fecistis diuitias, qui pauperis esurientibus potum dedistis, qui paupibus esurientes, qui excepistis peregrinos, qui nudos induistis, qui visitastis infirmos, qui detētos in carcere consolati estis, qui cæcis auxilio fuistis, qui sigillū fidei conseruastis illæsum, qui concurristis ad Ecclesias, qui scripturas meas audistis, qui sermones meos expetistis, qui legem meā noctu diūque seruastis, *Venite*, hæreditatis iure, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. En patet paradysus. *Tunc respice debunt iusti*, attoniti magnitudine miraculij: *Domine quando te vidimus esuriētē, & paupem? Tu es qui aperis manū tuam, & implet omne animal benedictione. Quando te vidimus nudum, & cooperuimus? Tu es qui lumine indueris, uti vestimēto. Quando te vidimus peregrinū, & collegimus? Tu es cui cælum sicuti terra autē scabellum pedum tuorū. Quē cæli cælorū capere non possunt, & quo pacto nos regiā tuam dignitatē ac determinationē excepimus hospicio: *respondebit Rex regni, dicitur**

Quatenus fecistis vni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Quatenus pauperes aluistis, potu recreastis membra mea, mihi fecistis. Hæc ibi Hippolytus martyr eloquentissimē. Benedicti. Reputati à mundo maledicti, vnde Sap. s. dicunt impij, serō sapientes: hi sunt quos aliquando habuimus in doli sum, & in similitudinē improperij: nos in sensati, vitam illorum estimabamus in saniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei: & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus à vita veritatis, Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquam umbra. Et quæ illic fuissimē delcibuntur. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt. Benedicti Patris mei, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Possidete regnū vobis paratum, Luca 22. dicebat Christus Apostolis: Ecce ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, ut edatis & bibatis super mensam meā in regno meo, & sedeat is super thronos iudicantes duodecim tribus Israël Susceperant iam quidē sancti gloriā animæ, nondū autem corporum suorū receperant ante iudicium glorificationem. Tunc autē duplicia suscipient, corporis & animæ consummatam, eamque perpetuam felicitatem, & beatam immortalitatem. Hebr. 11. Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non sine nobis cōsummarentur. Notanter dicit consummarentur, quòd de cōsummata beatitudine ac gloria, in corpore scilicet necdum in anima sed in vtraque simul parte coniuncta, intelligendum est. Eiusi enim D. Gregorius Nazianenus, oratione de pauperū amore, elegantissimē expatiatur atque digreditur in Naziancomendationē operum misericordie hoc sumpto exordio, Iacobo Billio interprete, quod imitatus est suppresso rione de authoris nomine facidissimus inter Italos sui sæculi concionator frater Cornelius, episcopus Bitontinus ex nostro amore. minorū instituto assumptus, sermone Echruſco siue Tulliacobus co, terfissimo atque expoliticissimo, & aurea dicendi vena ad Billius. miraculū vsque torrentis instar fluēs in vulgari illa (Della Corne pace) cōcione prima parte. Non est facile in tanto virtutū numero eam quæ cæteris præster inuenire, nec minus arduā quàm in prato quodā pluribus floribus ornato, florē della pa- omnium præstantissimū reperire, alio aliās olfactū, prospere. atq; ad se retrahente, nosque primū ad sui collectionē inuitan

inuitante. Præclara virtus fides, spes, charitas: ac fidei quædem, testis est Abraham, qui iustitiam laudem ob fidem consecutus est. Spei Enos, qui primus spe adductus est: ut nomen domini inuocaret, iustique omnes qui propter spem afflictionis ferunt. Charitatis D. Paulus qui optabat anathema esse pro fratribus, ut eos Christo lucrificeret. Deus etiam ipse qui charitatis nomine appellatur. Præclara virtus est hospitalitas, testimonio est Lorch. Et Raab meretrice, cui eo nomine bene fuit. Præclara virtus fraternus amor, testis est ipse Iesus qui frater noster vocari voluit. Præclara virtus lenitas, testis idem Iesus qui angelorum legiones ad inuadendum militum oppressionem recusauit, & Marcho aurem in integrum restituit. Et Stephanus qui pro lapidantibus fudit preces. Præclara virtus clementia. Testes prodeant Moses & Dauid, quibus præ cæteris virtutibus ea laus in scripturis tribuitur: & horum magister tantquam agnus mansuetus celebratur. Præclara virtus est zelus, testis Phinees, qui fornicantes transfixit, & Helias qui ait: *zelo zelatus sum pro domino omnipotente*, & Paulus, *zelo zelatus sum erga vos Dei zelo*. Dauid & Christus: *zelum domus tue comedit me*. Præclara virtus est corporis castigatio. Testis ipse Iesus ieiunans, & tentatorem superans. Et Paulus seipsum castigans. *1. Corinth. 10.* per Israëlém nobis terrorem iniiciens, *Quorum (inquit) cadauera prostrata sunt in deserto exemplum nobis facti sunt: hac in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, Scripta sunt autem ad correptionem nostram in quos fines seculorum deuenerunt.* Præclara res oratio & vigilia, testis Christus sub passionis tempus orans dicensque, *vigilate & orate*. Præclara res humilitas, exemplo Christi, qui nedum formam serui accepit, sed discipulorum pedes abluuit. Præclara res pecuniarum contemptus, exemplo est Zachæus qui Christo ferè omnia dono obtulit: & adolescentem Christus alloquitur, *vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus*. Præclara est cõtemplatio, præclara item actio vna cum Martha dominum excipiens hospitio, altera cum Maria verbum domini ad eius pedes audiens. Præclara virtus prudentia, de qua Christus discretis verbis monet dicens, *Estote prudentes sicut serpentes*. *Math. 10.* & *1. Petri 4.* itidem inculcatur. *Quis non plene laudat castitatem conjugalem, vidualem, & virginalem? Quandoquidẽ nascitur Christus de Maria virgine benedicta à vidua Anna prophetissa sibi vult ferri testimonium*

& vt

& vt nuptias honoraret, initium fecit signorum in nuptiis, *Ioannis 2.* Quæ lingua fuerit adeo ingrata, quæ nõ celebraret virtutẽ obedientiæ? quando genus humanum, *sicut per inobedientiam Adam cecidit, sicque vnius delicto peccatores constituti sunt multi: ita per vnius (Christi videlicet) obedientiẽ iusti constituuntur multi. Roma. 5.* Præclara res est cõrrentia: moueat te Dauidis autoritas, qui vt æque Bethleemitiçi putrei copia ipsi facta est, & bibere noluit, sed eam tantum libauit, nec sitim suã per aliorum cruorẽ explere sustinuit. Præclara res est solitudo, & vita ab hominum cõrre commercioque semota, idque nunc docet Helia Carmelus, Ioannis desertum, ac mons denique ille ad quẽ sæpenumero secessisse Iesus, secumque per otium versatus esse conspicitur. Præclara res est frugalitas, vitæque parcimonia: documento mihi est Elias apud viduam conuiuens, Ioannes cameli pilis corpus obtegẽs, Petrus lupinis minuto asse venientibus famẽ pellens, hoc porrò (vt præmonuit in scholiis Iacob. Billi⁹) ex apocripho quodam libro sumptum est. Est autem lupin⁹ (vt obiter istud attingam) leguminis genus, omnium amarissimum, *lupinus* à Græcis vocatur. Prædicta omnia exempla ab ipsis sacrorum bibliorum fontib⁹ petere, & ex illo amœnissimo prato decerpere voluit D. Nazianzenus, qui statim comparisonem hanc subiicit. Si tamen ex Pauli atque ipsius etiam Christi sententia & auctoritate charitatem, vt legis & prophetarum caput, præceptorum omnium primum, maximumque censendum est: huius potissimam partem in eo sitam esse cõperio, vt pauperes amore & beneuolentia complectamur. Neque enim vlla omnino res est quæ Dei beneuolentiam perinde conciliet ac misericordia. hæc ille. *Beati* (inquit Christus Matt. 5.) *miseri cordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Et beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Psal. 40.* Pro elemosynario orat ecclesia. *Dominus conseruet eum, ne rapiatur ad penam, & viuificet eum, vt resurgat à morte & recipiat vitam. & nõ tradat eum, in potestatem diaboli.* Ibidẽ. *Esuriui* Chrysologus sermo. 14. non dicit, Esuriuit pauper, sed *Esuriui* sibi datũ clamat, quod pauper accepit, *Quod Abel passus sit, Quod seruauit mundum Noẽ, Quod Abraham fidem suscepit, Quod Moyses legem tulit, Quod Petrus crucem resupinus ascendit, Deus tacet: & hic clamat solum quod comedit pauper. Prima stipendia pauperis tractantur in celo. Lactantius Firmianus lib. 6. cap. 11. de vero cultu, & 12.*

I

Plauti,

Plautus Plauti, inquit, detestanda est sententia, qui ait in *Trinummum* in *Trinummum*, De mendico malè meretur qui ei dat quod edat, *aut nummo*. quod bibat. Nam & illud quod dar perdit, & illi prodicit vitam ad miseriam. *Quid* succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit, & ca. 11. Præcipua virtus est hospitalitas, quod philosophi quoque aiunt. Rectè (inquit *Cicero*) *Theophrasto* est laudata hospitalitas: Est enim (ve *maximè* quidem videtur) valde decorum patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus. Corrigit ibidem *Lactantius* hanc sententiam dicens: Errauit, non enim iusti & pietati viri domus illustribus debet patere, sed humilibus & abiectis. Captiuorum item redemptio, magnum atque preclarum iustitiæ munus est, quod idem ipse *Tullius* approbavit. Itaque hæc benignitas, inquit, etiam reipublicæ utilis, redimi è seruitute captos. Vltimè illud & maximum pietatis officium est, peregrinorum & pauperum sepultura: quod illi virtutis iustitiæque doctores prorsus non attigerunt. Nos autè non patiemur figuram & figmentum Dei feris ac volucris in prædam iacere, sed reddemus id terræ vendè ortum est. Magna est misericordiæ merces, cui Deus pollicetur peccata se omnia remissurum. Hæc tibi *Lactantius*

D. Tho- Nota ex *D. Thoma* 2. 2. quæst. 32. art. 2. Septem sunt elemosynæ corporales, & aliæ 7. spirituales, corporales hæc quidem enumerantur. 1. Pasce re esuriens, 2. potare sitientem, 3. vestire nudum, 4. recolligere hospitem, 5. visitare infirmum, 6. redimere captiuum, 7. sepelire mortuum, quod postremum hic non ponitur, cum sub isto, *Nudus eram*, sufficiens comprehendetur. Qui enim nondum sepulti sunt, nudi sunt. Hæc septem isto veru continentur, *Visito, pota, et*

D. Amb. *bo, redimo, te go, colligo, condo.* *D. Ambrosius* lib. de *Thobiam*, de *Thobiam* 1. si viuentes operire nudos præcipitur, quâto magis debemus operire defunctorum corpora? Nihil hoc officio præstantius, ei conferre, qui tibi iam non possit reddere, vindicare à volatilibus, vindicare à bestiis consortem naturam.

Tobia. 1. Nemo nescit *Thobiam* hoc nomine laudatum ac in sacris cõmentarum historiis, quia mortuis & occisis sepulturam sollicitus exhibebat. *Tob. cap. 1. contege corpus mortui, & non*

Eccles. 38. despicias sepulturam illius. *Eccles. 38. & mortuo nõ prohibeas gratiam.* *Eccles. 7. cap. sed magis sepeli corpus, & ora pro anima eius, ait doctus ac pius Liranus* inquit instituti. Ibi spiritualia autem misericordiæ opera septem, hæc sunt: 1. Docere ignorantè, 2. Consulere dubitanti, 3. Consolari tristem,

4. Corrige

4. Corrige peccantem, 5. Remittere offendenti, 6. Portare onerosos & graues, 7. Pro omnibus orare, vnde versus. *Consulo, castiga, solare, remitte, ser, ora.* Ita tamen quod sub eodem intelligatur consilium & doctrina. Magnus sese offert capus, & amplissima occurrit materia de vtrisque operibus tam corporalibus quàm spiritualibus, sed supercedere vitandæ prolixitatis gratia decreui: ne tædio lectorè afficerem. Qui plura desiderauit, Tabulas illas pulchris iconibus in es incisâs à *Philippo Gallico* & *Antuerpiè* anno 1577. excultas atque impressas, vtriusque tam veteris quàm noui testamenti appositis exemplis & sententiis illustratas, conlinat & hinc suam expleat sitim. *Eserui enim.* Illud enim Græcè γὰρ causam reddit vt sit *Αιτιολογία*, id est ratio cause. Nõ ait quia credidistis, sed quia fecistis, hoc fac & viues. *Luca 10. ca. 10.* ait Christus cõtra *Lutheranos* vt supra attigimus. *D. Cyprian.* *lib. de o-* Cyprianus libro de opere & elemosynis, sub finem sic (scilicet licet faciendo elemosynâ.) Christianus promeretur Christum iudicem, Deum computat debitorem, Et *D. Augu. 10. pere & 10. de verbis Domini* ferm. 39. *Declina à malo & fac bonum.* elemosynis. Cum hoc feceris, securus expecta vitam. Tunc bona frõte dices, Domine feci quod iussisti, redde quod promissisti. *Aug. 10. mo 10. de* hæc in fine illius sermonis *D. Augustinus*. Plura de his in prima concione scripsimus, *Matt. 19. da pauperibus & habebis thesaurum in celo* 1. *Tim. 4. Pietas* (sub qua comprehenditur elemosyna) ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ 39. que nunc est, & futura, *Eccles. 16.* omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. *Talibus hostis promeretur Deus.* *Heb. 13.* Audis merita. Conclude ergo cum sancto martyre *Cypriano* vbi supra, promereri Dei misericordiam non poterit, qui misericors ipse non fuerit. *Estote misericordes, Luc. 6.* Quod tibi ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hoc vt omnibus persuasissimè foret, quibusdã ex priuilegio speciali ac gratia, concessum est à Domino, in mendici habitu ac specie ipsum regem suscipere gloriæ, veluti etiam scribitur *Heb. 13.* à quibusdã Angelos hospitio receptos, quod de *Abrahâ* patriarcha, *Loth* & *Tobias* extra omnè cõtrouersiam est in sacris Bibliis. *D. Gregorius* lib. 40. homiliaru ho. 23. recitatur, quod quidè pater familias ad mensam suã quotidie peregrinos suscipiebat. *40. hom. Cũtque* velle vni aquã in manibus fundere, non inuenit hom. 23. eum. Eadè nocte Dominus per visionè dixit. *Ceteris diebus me in mēbris meis, hesternò autem die me in memetipso*

Seuerus suscepisti. Item Seuerus Sulpiti⁹ de beato Martino scribit Sulpitius dominum illi apparuisse, atque dixisse. Martin⁹ adhuc in vit. B. thecumenus hac me veste cōrexit. Quibus historiis Martini festum fit, apparuisse Christum quibudā eleemosynam faciētibz, vt palā testaretur (vt hic etiā dicitur) sibi factum quod pauperi propter, ipsum fuerit impensū. Notatione dignissimam historiā nō pratermittā, quam sic D. Gregorius Magn⁹ ho. 39. circa finē describit, quia ad amorē Dei plū exēpla quān verba excitant, in Lycaonia contigit hoc miraculū. Quidā Martyrius nomine venerabilis monachus, ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasteriū tendebat: Pergens itaque leprosum quendā inuenit in via volentem ad suū hospitium redire, sed prae lassitudine non valentē. Vir autem Dei eiusdē leprosi lassitudine miseratus, pallium quo vestiebat, in terram protin⁹ proiecit: & expandit, ac desuper leprosum posuit: eūque sub pallio vndique constrictum super humerū leuauit, secūmque reuertens derulit. Cūque iam monasterij foribus propinquaret, spiritalis pater eiusdē monasterij, magnis vocibus clamare cepit. Currite, ianuas monasterij citius aperite, quia frater Martyrius venit dominum portans: statim verō vt Martyrius ad monasterij aditum peruenit, is qui leprosus putabatur, de collo eius exiliens, & in specie apparēs que recognoscij ab hominibus solet redēptor generis humani, Deus & homo Christus Iesus, ad cōsū Martyrio aspiciente rediit, eique ascendēs Deus dixit. Martyri tu non me erubuisi super terrā, ego te non erubescam super cōelos. Qui sanct⁹ vir mox vt est monasterium ingressus, ei pater monasterij dixit. Frater Martyri, vbi est quem portabas? Cui ille respondens dixit: Ego si scissem quis esset, pedes illius tenuissem. Tunc idem Martyrius narrabat: quia cū eum portasset, pondus eius minimē sensisset. Nec mirum. Quomodo enim pondus sentire poterat, qui portantem portabat? Redemptori nostro minimē sufficit, quod in extremo iudicio dicturum se esse perhibuit. *Quamdiu fecisti vni ex minimis, mihi fecisti.* Nisi & ante iudicium hoc in se ostēderet quod dixisset. Quid in humana carne abiecti⁹ carne leprosi: sed ecce in tali specie apparuit, vt admoneret quatenus quisque ei qui in cōelo est festinat asserere, cōpati etiā abiectis & despiciabilibus fratribz nō recuset. Hęc D. Gregorius & D. Algerus lib. 2. de sacramento contra Berengarium c. 1. circa finem, ex illo etiā recitat. Sequitur in textu.

Tunc

Tunc dicit & his qui à sinistris erunt, discedite à me maledicti in ignem aeternum, vbi B. Hippolytus cui⁹ antea mentimur, scribit. *Discedite à me maledicti*, in tenebras exteriores; & in ignem qui non extinguitur, paratum diabolo & angelis eius. Ego formaui, & adheisistis alteri. Ego sum qui vos educaui, & me reiecitis. Ego sum qui vos euhurui, & alteri seruisistis. Ego terram ac mare in alimētum vestrum, & vitæ terminū constitui: at vos praeceptis meis nō paruistis. *Discedite à me operarij iniquitatis.* Nescio vos. Alterius domini operarij facti estis, hoc est diaboli. Possidete cū ipso tenebras, atque ignem qui non extinguitur, & vermem qui non dormit, ac fridorem dentium. Nam, *Ei iurui, & non deditis mihi quod manducarem*, & sic de aliis operibus misericordiae pratermissis. Aures vestras cōdidi, vt audiretis scripturas, at vos paratis eas ad cantica dæmonum, citharas & ridicula. Oculos vestros creauit, vt perspicereis lumen praeceptorum meorum, eaque exequeremini: at vos accersistis stuprā & impudicitias, & ad reliquā immūditiam ipsos aperuistis. Os vestrum cōposui ad glorificādum & laudādum Deum & psalmos cantionēque speritales pronuntiandas, lectiōisque continuam meditationem: at vos pertastis illud ad conuitia, deierationes, & blasphemias, dum sedētes obrectatis proximis vestris. Manus vestras feci, vt ad preces & obseruationes extenderetis illas: at vos ad rapinas, cedes, & mutuas occisiones expādīstis. Pedes vestros ordinaui vt ambularetis in praeparatione euangelij pacis, tum in ecclesiis, tum in domibus sanctorū meorum: at vos docuistis currere ad adultēria, supra, spectacula, scitatioes in sublime iactationes. Iam solutus est cōuentus publicus, spectaculum desit mundi huius, prateriit deceptio ac species illius: qui misericordiā non exercuerint, hic benē merēdo, nihil eis debetur nisi ignis, qui non extinguitur. Humanus quidem sum, at iustus quoque iudex. Nam omnes pro dignitate remunerabor, omnibusque pro cuiusque labore mercedē praeabo, omnibus pro suo certamine praeamia rependā. Misereri volo, sed oleū in vasis vestris nō video: misericordiā exhibere desidero, sed grātegiftis vitam omnē sine vlla cōmiseratione. Affectu misericordiae erga vos cōmoueri propro, sed lāpades vestrae caliginose sunt, prae cordis duritia. *Discedite à me, iudiciū enim fiet ei sine misericordia qui non fecit misericordiā.* Tunc etiā ipsi respondebunt, horrēdo ac personas non accipiēti iudici: *Domine quādo te vidimus*

vidimus esurientem, & nō ministravimus tibi? Domine non agnoscis nos? Tu nos formasti, tu condidisti, tu nos de quatuor elementis composuisti. Tu spiritum & animam intruisti. Tibi credidimus, sigilli tui participes facti sumus, & prima tuum accepimus. Te confitemur deum, te novimus creatorē, in te signa fecimus, per te dæmones expulimus, propter te carnem maceravimus, propter te virginitatem servavimus, propter te castitatē nobis adiciimus, propter te facti sumus aduenæ terræ, & ait *Nescio vos? Discedite a me.* Nora id à quibusdam dici posse, vt à Iuda proditore, qui corpore sequebatur Christum, hypocriticè & ficto animo, & ab aliis hypocriticis Pharisæis ac similibus, qui externa larua optimi videbantur ac sanctuli.

Chryso-
sto. hom.
80.

Tunc respondebit etiā illis his verbis: Confessi estis me dominum, sed verbis meis non parvultis. Signo crucis meæ notari estis, sed hoc animi duritia deleuistis. Baptis-
mum meū recepistis, at præcepta mea non seruastis, at odium fraternum ex animis vestris non excussistis. *Nō enim omnis qui dicit mihi, Domine domine, saluabitur, sed qui facit voluntatem meam.* Hæc Hippolytus. Non fecistis opera misericordiae. Omnia (ait D. Chryl. ostomus in *Mat. 25.* homil. 80. sufficientia sunt ad pœnam. 1. facilitas petitionis, panis petebatur & aqua. 2. miseria seu necessitas eius qui petebat: Pauper enim erat. 3. Cōpassio naturæ, homo enim erat. 4. Desiderium promissionis. Regnum enim promittitur Christo ipso pollicente, & habebis thesaurum in caelo, 5. Terror pœnarū. Gehenna enim incurritur. 6. Dignitas eius qui accipiebat. Deus enim erat qui per pauperes accipiebat. *Quid vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* 7. Iustitia dationis, Sūma enim iustitia est de suis ei concedere, & ille ex suis à nobis accipit. *Quid habes quod non accepisti?* ait apostolus. Ad hæc tamen homines per auaritiā excecantur.

Agapet.
ad Iust.
Imper. c.
24.

Agapetus ad Iustinianū Imperatorem admonitione c. vel §. 24. sicut (inquit) exquisita specula tales monstrantur vuluorum facies qualia ipsa sunt archetypa, nitidas videlicet nitentiū, tristes autem eorū qui sunt tristes: eodē pacto iustū Dei iudicium nostris actionibus assimilatur. Qualia enim sunt quæ à nobis praestantur, talia ipse nobis par pari referens exhibet. Ideo dicturus est improbis. *Discedite a me & c. maledicti*, non addit, *patris mei*, sicut superius dixerat, *Benedicti Patris mei*, quia vt est in opere imperfecto in *Mat. hom. 54.* Benedictio quidē ex deo est, maledictio autem ex diabolo

diabolo est, sicut ostēditur in illa parabola, *Mat. 13.* Patris in *Mat. 13.* autē malus seminavit zizaniā, & *Osee 13.* *Ex te perditio tua* *Osee 13.* *Israel, tantummodo in me auxilium tuum. In ignē æternum qui Hesselius paratus est diabolo.* ibi Ioan. Hesselius Loaniensis, Signanter in *Mat.* nō ait qui paratus est vobis, sicut dixit electis, possidete paratū vobis regnū. Gehenna enim in mūdi principio preparata fuit diabolo, postquā peccasset: non autē homini, vt qui tunc nondū peccarat. At is postquā socius illi factus est in peccato, factus est socius pœnarū, eodē igne cū eo torquendus. Diabolus autē principis hīc nomen est, quē nos Luciferū appellamus, quōd tanquā stella aliquādo effulserit. Angeli seu nuncij eius, sunt inferiores dæmones, qui vnā cū eo lapsi sunt de cœlo, nuntiantq; per suggestiones hominibus quod principi suo placitū est, prauas videlicet cogitationes, & desideria mala. Hæc Hesselius. Ianfenius autē in sua concordia euangelica addit & istud, non dicit ignem paratum iniustis, vt intelligamus quantum ex se est *Iansenius* Deum neminem creasse ad perditionē, homines verò peccantes sua spontē suisq; demeritis participes se facere & *Euang.* obnoxios eorū malorū quæ imprimis diabolo erant parata. Nec dixit, ignem paratum à constitutione mundi, sicut supra dixerat iustis paratum regnum à mundi cōstitutione. Ratio est quā Diuus Bernardinus Senensis, nostri ordi-
nis, sermonibus de Euāgelio æterno *serm. 11.* assignat, idē de *euāg.* scilicet vt manifestē pateat quōd aliter se scilicet Deus habet ad miserendum, aliter ad puniendū. Ad miserendū se *serm. 11.* habet ex suo proprio & æterno: ad puniendū verò ex nostro temporali vitio & peccato. *Discedite maledicti* Sed quō ibitis o miseri? Nunquid ad terram hanc redibitis habitandam? Nunquid futurum est exilium vestrum tale, quale fuit primorum parentum, à terrestri paradiso expulsorum, vt in sudore vultus ducerent vitam? *Maledicti*; o terribile verbum! ore Christi maledictum pronunciari, quam horrendum sit, hinc discite. Soli ficulneæ inter creaturas insensibiles maledixit Christus *Matth. 21.* Et arefacta est continuo ficulnea. Quid istis contingere putas aliud, nisi extrema quæque? Cum enim protruduntur extra viam, veritatem & vitam, igitur ad mortem, ad tenebras, ad deuia, & locum horroris ciciuntur, *vbiniullus ordo, sed sempiternus Franciscus Son-* horror inhabitat (vt sanctus Iob loquitur.) *Discedite.* Franciscus Sonnius in suis demonstrationibus in

fuis de- bus de iudicio extremo cap. 7. proponit ea quæ à damna-
monst. de tis tergiuersando responderi possent in speciem probabili-
iudicio lia: *Domine* (dicerent illi) si sic oportet discedere, adde sal-
extr. c. 7. tem vel vnam benedictionem: non, sed *Discedite à me ma-*
ledicti: Hoc est exheredati, ab omni propitiatione, gratia,
 cōsolatione, spe denique melioris fortunæ, cum omni om-
 nino omnium malorum imprecatione, nā ex hac maledic-
 ctione armabit se vniuersa creatura pro Domino contra
Sapient. s infensatos, vt habetur *Sapient. 5.* Eia Domine si omnino sic
 oportet vt discedamus maledicti, vel locum cōcede fragili
 naturæ aptum. Non sed *Ite maledicti in ignem.* Ignem domi-
 ne, & quid igne magis inimicum magisque nostræ naturæ
 contrarium? Esto, attamen vos *Maledicti discedite,* non ad
 ignem, aut propè ignem tantum, sed *in ignem,* & in modis
 eius adeo vt circumuallat vos. At Domine si omnino sic
 oportet, saltem da citò pertransire ignem, aut flammam ve-
 lociter extingui de latere nostro. Non sed in ignem *eternum.*
 Non horarium, non temporaneum, nō modicum, sed *eternum,*
 sed inextinguibilem, sed immensum (& vt loquuntur
 scholastici) in finitū extensiuè, quia nullum finem habien-
 tus est. O dura sors nostra, pie Iesu, bone Domine, diceret
 saltem adiunge nobis aliquos beneuolos, qui consolentur
 nos, in hac cōtinua afflictione: non, sed *Discedite à me ma-*
ledicti in ignem eternum qui paratus est Diabolo & angelis eius.
 Ille hospes vester, cum illis contubernium habetote & so-
 latium cū tortoribus vestris, & crudelissimis carnificibus
 perpetuò manebitis. Liquescit animus, horrent membra,
 vox faucibus hæret, cum hæc audio, hæc ibi. Sicut ab om-
 ni petitione sua fuit exclusus, & repulsam passus diues e-
 pulo, cum esset in inferno circumuallatus tormentis, sic &
 isti. Quid facient miseri, videbunt supra se iudicem seue-
 rum, infra se inferni patens barathrum, à dextris accusan-
 tex iniquitates, à sinistris Diabolos ipsos attrahētes, in cō-
 spectu mundum incensum igne conflagrationis, vt dici-
 tur etiā in collecta exorcismorum, per eum qui venturus
 est iudicare seculum per ignem intra se conscientiam ma-
 lam ipsos torquentem. *Væ, væ, væ, 1. Reg. 2. dominum formi-*
Macrob. dabunt aduersarij eius, & super ipsos de cælis tonabit. Quā ter-
libr. 1. in ribile est tonitru, cuius fragore horrescunt & exanimatur
sonniti penè mortales! Illud terroris iudicij adūbratio quædā est.
Scipio. c. Macrobii lib. 1. in somnium Scipionis cap. 10. de inferno
 10. rum pœnis agens. Vulturem iecur immortale tendentem
 nihil

nihil aliud intelligi volebant homines antiquissimi, quàm
 tormenta conscientia: obnoxia flagitio, viscera interiora
 rimantis, & ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admoni-
 tione laniantis, sempèrque curas si requiescere fortè ten-
 tauerit, excitantis: tanquam fibris renascentibus inharendo,
 nec vlla sibi miseratione parcentis: lege hæc qua se iudice
 nemo nocens absoluitur, nec de se suam potest vitare
 sententiam. Agaperus diaconus ad Iustinianum imperato-
 rem admonitione cap. vel §. 69. ex versione latina: *Quem-*
admodum (inquit) vmbra corpora sectantur, sic animas
 flagitia comitantur, euidenti effugie actiones exprimētia:
 idcō non datur in iudicio negare, ipsa enim vniuscuiusque
 opera obrestabuntur, haud sanè vocem emittendo, sed rati-
 lia prorsus sese representando qualia à nobis patrata sunt,
 hæc Agaperus. Idcō in damnatis ponitur à Theologis ver-
 mis conscientia: ipsos sine intermissione ad viuum rodere
 non desinens: & sic *Isaia 66.* (id est vltima illius prophetia
 sententia) dictum exponitur, *Vermis eorum non morietur.* &
ignis eorum non extinguetur, hoc est Hecstore Puito Lusitano
 ibidem interprete. Cruciatu atque conscientia: morsus
 semper illis in inferno durabit, vbi igne inextinguibili tor-
 quebuntur, loquitur enim hoc in loco Isaias de damnato-
 rù in inferno cruciatibus, hæc ille Procopius sophista Chri-
 stianus, author Græcus in *Isa. 66.* significat porrò vermis
 appellatione, assiduam eorum, quæ singuli peccauimus, in
 pœnitendo conscientiam, quæ tantorù bonorum priuatio-
 ne animam remordens, suorum omnes scelerum recorda-
 tiōe accuset. Hæc ibi. Vbi Adamus Sasbout Louanij apud
 minores sepultus in claustro: cuius ego dum ibi toto tri-
 mestri litteris græcis & hebraicis anno Domini 1577. naua-
 iè operā, τὸν ἐπιτρίαιον ἔπος, siue sepulchrale eius carnè me
 legisse recole. Is inquam Adamus locum prædictum ver-
 sans doctissimis in lucem editis in *Isaiã* scriptis, sic dicit.
 Aliqui propriè ad corpus ignem, vermem verò tropicè ad
 animam retulerunt, quod credibilius esse videretur, (ait D.
 Aug. 10. 5. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 22.) Et hanc Augusti-
 ni sententiam amplectuntur Scholastici. Habet ergo ver-
 mis tropum malæ cōscientia: Dammati agnoscent semper
 se male egisse, semper erunt malè conscij sibi suæ nequitia.
 Ignis verò sine tropo intelligendus est, quia reuera
 erit corporalis ignis, Leonis castri Salmanticensis magi-
 stri in *Isaiam* prophetam amplissima commentaria ibi sic
 I 5 habent

Agaper.
diaco. ad
Iustitia.
imperat.

Isa. 66.

Hecstor
Puitus
in Isa. 66

Sasbout
in Isa. 66

Aug. 10.
5. de ciu.
Dei libr.
20. c. 22.

Leo à ca-
stro in
Isa. 66.

habent. Ego cum dominum audiam dicere: *Ibunt in ignem eternum*, in flammis eternas, utendum arbitraretur. Ac si hoc precepto, ut in his quae vera esse scimus non moueamus & si dissoluere argumentorum, quae ex parte diuersa sunt, nodos nescierimus: & si uinculis argumentorum teneamus constricti, nihilominus haec vera esse dicamus, fateamur igne torqueri & cruciari & ardere incorporea. Nam si naturalibus haec ratio valet (ut inquit Aristotelis) in super naturalibus quanto magis valere oportet?

Sed nunc tempus equum fumantia soluere colla.

Haec Leo a castro. Pondera haec duo, ignem, quod est eternissimum (ut ita dicam) elementum, & eternum, quod est ca. et. Quando totum spatium, inter terram & supremum caelum esset plenum granis milij vel sinapis, & in centum millibus annis extraheretur unum solum, & donati essent certi quos post euacuationem omnium extraherentur ipsi ab igne, refrigerium aliquod caperent: haberent materiam consolationis. Verum (ut canit ecclesia) de inferno, nulla est introitus, quod sumptum est ex *Iob cap. 7. Qui descendit ad inferos non ascendet.* Certi sunt donati quod post infinita annorum milia habebunt inchoare supplicia, & nunquam igne se quodatenus liberandos certo certius nouerunt.

Iob 7.

Iob 7.

Cuiuslibet eorum accommodare potest illud: *Non est erant*, in quaquam ultra iam uiuam, *Iob 7.* In hoc quod dicitur, *Descendite a me*, significatur poena damni: in eo autem quod dicitur, *in ignem eternum*, indicatur poena sensus, ut in dissertatione Theologia acute & subtiliter dicitur. Pauca quidem uerba, sed valde argute, quod de Menelao poetarum facis

Homerus

Iliad 5

7.

Nicopho.

li. 17. ca.

27.

princeps Homerus pronunciat suis uerbis, hoc est uenit dicendi & lepore plane Attico. *πῶρα ὄψιν ἀλλὰ μάλα διπρὸν ἰταλῶς γ.* *Aeternum*, contra errorem Origenis, de quo apud Nicophorum li. 17. c. 27. & scripsit Origenes, de quo apud Iosephum, quod omnium impiorum hominum, ipsorumque etiam demonum, tormenta finem habebunt: quodque impij & demones in priorem suum ordinem & statum restituentur. Contra quem cap. 28. subiungitur, concilij sub Iuliano Imp. conuocati decretum: Si quis dicit aut sentit temporanea esse demonum & impiorum hominum tormenta, finemque ea tempore aliquo habitura, siue restitutione demonum aut impiorum hominum futuram, Anathema sit. Anathema sit Origeni qui & Adamantius dicitus est. Haec promulgauit uenit cum derestandis eius & execrandis dog-

dog-

dogmaribus. Haec synodus ibi. Ignis acerbissimi & aeterni cruciarius uel sola memoria, atque apprehensio, nos a peccando reuocet animo uolentes in ignem aeternum, nos proculdubio conuincendos: si obfirmato animo peccemus & in peccatis perdurauerimus. Ad propositum scribit Marullus lib. 4. cap. 7. ex uitis patrum, de quodam solitario, qui in deserto Aegypti, cum uehementer tentaretur de cogitationibus impudicis, & quasi uinceretur: subito ei in mentem uenit, quod pro tam breui uoluptate ignem aeternum passurus esset. Exurgens accendit lucernam, experiar (inquit) an ignem sustinere possim, quem sustinere cogerer si deliquissem: digitoque ad lucernam admodos uere pertinaciter cepit, longè (sanè) uilius quam Mutius Scuola qui dexteram suam, quod eius ministerio in caede regis Etrusci Porcenae ueniquisset, iniectam foculo exuri passus est, ut referunt Romanorum historiae apud Valerium Max. lib. 3. cap. 3. de Val. Mar. xi. li. 3. c. 3. de pat. Liuius li. 2. Plut. 10. vit. in Poplic. Hallicarnassensis. Salutaris quoque digito cremandum praebuit, ut scribit loco praecitato Valerius. Adustionis cruciarius libidinofas cogitationes in supra commemorato solitario dissipauit, & gehennae timor intimae uoluptatis titillationem repellit. Concludit Marullus: *Esuriuisti & non dedisti manducare*, & cetera quae sequuntur. Ex isto loco dicit author operis imperfecti in Mathaeum, hom. 54. (quae est postrema & ultima) sciendum est quod non tantum pro eo quod peccauerunt homines condemnandi sunt, sed etiam pro eo quod bene non faciunt: hoc est ut loquimur in scholis, non tantum pro peccatis commissionis, sed etiam pro delictis seu peccatis omissionis. Si autem pro eo quod bene non faciunt sic condemnantur, putas quales poenas exoluunt pro eo quod peccant: & digne, Deus enim ideo hominem fecit ut benefaciat & ad gloriam Dei pertineat: non ideo tantum ut non peccet, haec ibi: *Matt. 7. omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur*

Marullus
lib. 4. c. 7.

Val. Mar.
xi. li. 3. c.
3. de pat.
Liuius li.
2. Plut.

10. vit. in
Poplic.
Hallicarn
nassensis.

Chryso.
opere im-
perfecto
ho. 54.

Matt. 7.

excidetur & in igne mittetur. Si illi qui propria non largiuntur pauperibus propter Christum dandam sunt, ut constat in *Lucæ 16.* ecquid existimandum de illis qui rapta aliena? Quales sunt fures, usurarij, & qui pupillos, & orphanos deuantur: quanto magis putatis eos deteriora mercedum & supplicia? In ignem tales haud dubie mittentur: nisi serio anteactorum malorum eos poeniteat. Audite dilecti responsionem domini, cognouistis sententiam iudicis: didicistis quam horredum iudicium, & dies & hora non noverat. De eo solliciti cogitemus quotidie, hoc diu nocturno meditemur, in domibus, in plateis, in ecclesiis: ne in iudicio illo, in quo nulla est personarum acceptio, iuncti ac tristes adstemus condemnati: sed cum actione, confessione, confessione pura, presentem transigamus in vitam domini vitam, ut nobis quoque hinc egressis dicat ille misericors hominumque amans Deus, *Euge serue bone, & sis iustus, intra in gaudium Domini tui.* Quod concipi nobis omnino contingat, gratia benevolentiamque domini nostri Iesu Christi, qui cum patre, & spiritu sancto, vivit in saecula saeculorum. Amen. Sic concludit suam orationem de secundo Domini adventu ad iudicium generale D. Hippolytus martyr.

FERIA III. POST PRIMAM

DOMINICAM QUADRAGESIMAE.

De commotione civitatis & vendentium electione, Matth. 21.



Reponitur praesenti Evangelio, commotione civitatis, optimarum videlicet & magnarum in Christi ingressu celebri in Hierosolymam & populi simplex, & non fucata confessio, atque loci sancti seu templi repurgatio per Christum. Et quidem commotio procedit ex liuore & zelo: Confessio ex pia affectione: sed repurgatio ex iusta Christi viridicis indignatione, propter nimium locum sanctum indignis modis ab avaris sacerdotibus regis, tractatum, nec non profanatum.

Cum intrasset Hierosolymis, commota est uniuersa ciuitas, & dicitur, *Quis est hic?* Primo, Quadruplex Christi aduentus hoc loco considerandus, venit in mundum, 2. in Virginem, 3. in animas, 4. in caelum. In primo, commota est ciuitas, in

uniuersa

uniuersus orbis. *Aggai 2. Adhuc modicum, & ego commouebo caelum & terram: & veniet desideratus cunctis gentibus.* Hincque *Matth. 2.* scribitur. *Audiens Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.* Si gentes credunt, idola deiiciuntur, oracula cessant, Euangelium recipitur, an non totus mundus commouetur? Sol obscuratur, crux adoratur, multa prodigia & a seculis inaudita, magno intuentium & audientium stupore fiunt, unde uniuersi in admirationem rapiuntur & dicunt, *Quis est hic?* Simile quid in Manne descensu in figura praecesserat. Tunc enim admirabundi percontabantur, *Manus? Quid est hoc?* *Exod. 16.* Christo similiter de caelo descendente, dicitur, *Quis est hic?* Christus est miraculorum, idcirco miratur orbis, *Hic est Iesus, finis legis: lex illum clamat, Iudaei illum expectabant, Ipse erat expectatio gentium, Gen. 49.* Hunc mulier Samaritana praestolabatur *Ioan. 4.* Scio quia Messias venit, Cum ergo ille venerit, annuntiabit nobis omnia. In secundo Christi ingressu in Virginem, commota est uniuersa virginis ciuitas, quia homo etiam a Philo sophis *quoniam uos, quasi paruus mundus vocatus est: quod uerba illa, Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non agnosco?* satis indicant, quae ex stupore & uehementi admiratione eruperunt. *Hic est Iesus, ille in quo plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter. Coloss. 2. Ille flos de radice Iesse ascendens, Isaia 11.* In tercio in animam aduentu, quando scilicet in eam quae prius erat in peccatis, ingredi dignatur dominus, & sua gratia illam collustrare, tunc commouetur uniuersa peccatoris ciuitas, totus turbatur peccator. *Miserere mei Deus, quia conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est ualde. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Cor meum conturbatum est intra me, & uirtus mea dereliquit me: & similia quae habentur in psalmis.* Tunc cor peccatoris conteritur, ergo commouetur. *Quis est hic?* Paulus uulnus sentiens, exclamat, *Quis es Domine?* *Act. 9.* De quarto in caelos ingressu similiter, ipso ascendente commota est ciuitas regni caelestis, videns carnem super Angelos exaltari, hominem a dextris Dei collocari, hinc uirtutes Angelicae exclamant, *Quis est iste qui ascendit de Edom tinctis uestibus de Bosra?* *Isa 63.* Et in *Psalm. 23. Quis est iste Rex gloria?* Respondet autem multitudo & cetera, quam ascendens Dominus captiuam duxit, imò eam cum triumpho & iubilo secum onantem concedere fecit: *Hic est Iesus Propheta a Nazareth.* Et quis explicaret immensitatem illam dulcedinis, in qua captiui illi, iam uerè liberi, natabant,

natabant, dū Iesum nominarent, per quē eam sceleritate
Paulus videbant consequutos? Hęc acutillimus theologus *Paulus*
de Palatio Granatenfis, in Matth. 21. fufius prolequitur.
Quis est hic? Infidelitas femper ignara manet. *Iſa. 7. ab*
Matt. 21. credideritis (iuxta 70.) *dōt mō ōuīrē. i. non intelligeris: & est*
Iſa. 7. ſus (ait ibidē D. Hieronymus.) Quia ſi quæ Dominus dicit
 70. *Inter* futura nō creditis, intelligentiā nō habebitis. Vel (vt *Sa-*
pret. machus traufultit) non permanebitis: ſic etiā habere videtur
 D. *Hie-* vulgata, *Si non credideritis, non permanebitis.* Quia tales
rony. in ſtuat has, illac, vertigine acti rapiūtur. *Vir duplex animi*
Iſa. 7. *conſtās eſt in omnibus viis ſuis. Qui heſitat, ſimilis eſt fluuius in*
Symma- *ris, qui à vento mouetur & circumfertur ſeper diſcētes: & nau-*
chi ver- *quā ad ſciētīā veritatis perueniētes.* 2. *Timot. 3.* Fides autē
ſio. certiores ſtabilesque reddit; docet nos quoniā *hic eſt Ieſus*
 2. *Tim. 3.* *Quis eſt hic?* deſpiciendo dixiſſe videtur præ inuidia
 1. *Reg. 25* uerſus eū exacerbati, ſicuti 1. *Reg. 25.* Nabath deſpectuſque
Eccleſi. 3. ira loquar) *Quis eſt Dauid* (ait) *& quis eſt filius Iſay?* Eccleſi.
Luc. 7. Pauper loquutus eſt, & dicunt, *Quis eſt hic?* Luc. 7. dicebant
Ioan. 8. *Quis eſt hic, qui peccata dimittit?* & Ioā. 8. *Tu quis eſt?* ad eū
Eccleſia- *St. 7.* (inquit) *immixtus je inſinitis quæſtionibus.* De Chriſti ſtatu
Ioan. 6. & origine inquirentes dicebant: *Nōne hic eſt filius Iſay?*
Ioan. 7. Ioan. 6. De ſapientia eius cap. 7. *Quomodo hic literas ſcit, non*
Matt. 21 *quid hæc facis?* Et Matth. 21. *In qua poteſtate hæc facis?* *&*
dedit tibi hæc poteſtatem? Se ignorare quĩnam eſſet lingua
 Nota de inuidia ex occasione dictorū, quod diuinus *Plato*
 in Menexeno ſcripfit. Quibus proſperē res ſuccedūt, con-
 tingit oriri primō quidem æmulatio, ab æmulatione deus
 de inuidia. *Stobęus* ſer. 38. de inuidia ex Ariſtonymo. In-
 facientes per ſolem neceſſariō comitatur vmbra: incedere
Stob. ſer. *38. de in-* *uidia.* *Antoni* in Me-
liſſa par. 1. ſer. 62. de inuidia. Ariſtoteles inuidia (inquit)
Anto. in *Meſſiſſa* antagoniſta eſt fortunatorū, id eſt, aduerſaria: patet in *Me-*
liſſa *par. 1.* *ſer. 62.* ſeph Patriarcha & fratribus eius, *Gen. 37.* in Dauidē & *Sau-*
ſer. 62. *le.* Saul enim Dauidi laudē victorię inuidit, & quōd ei *pe-*
Gen. 37. *larus* fuiſſet, tulit ægerrimē. 1. *Reg. 18.* Ideoque *cap. 19.* *min-*
 1. *Reg. 18* *& 19.* Saul ſatellites ſuos in domum Dauid, vt inter ſiceretur ma-
 nē: & fuga ſalutem ſibi quarēs per fenestraſ depoliſit
 vxore, miſit tamen Saul apparitores, liſtores, viatores, ac
 nuncios alios & alios, vt (ſi poſſet) quibuſcunque modo
 Dauidem intra naſſam ſuam comprehenderet, eumque in-
 terimeret.

terimeret, ſola magnitudine laudis ipſius Dauidis & ab eo
 præclare geſtorum gloria offenſus. Miſit ergo Saul terrios
 nuncios. Abiit tandem & ipſe eo animo ac propoſito vt
 Dauidem quomodocumque perderet, ſed à Deo miracu-
 loſe ſeruatus eſt. Vidit dæmon, & inuidit homini, hinc *Sa-*
Sap. 2. *pien. 2.* *Inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarum:* imita-
 tur autem illum qui ſunt ex parte illius, vt Cain fratri hoc
 idē inuidit, quia ſibi præferri à Domino illum certo co-
 gnouit iudicio. *Genef. 4.* Eſau pariter in fratrem ſuū Iacob *Gene. 4.*
 inuidia accēſus eſt. Vulgò dici ſolet: Sola miſeria caret in-
 uidia. *Iſidorus* tom. 2. libr. 3. ſententiarum de ſummo bono *Iſidorus.*
 cap. 15. Nulla eſt virtus (inquit) quæ non habeat contra-
 rium inuidiæ malum. Sola miſeria caret inuidia, quia ne-
 mo inuidet miſero, cui reuera non liuor obijcitur, ſed ſola
 miſericordia adhibetur. Hęc ille. *Antonius* in Meliſſa vbi
 ſuprà, & deſumptum eſt ex *Plutarcho* tom. 2. *Opuſcul.* de
 inuidia & odio. *Themistocles* adhuc adoleſcens nihil dum
 præclari ſe facere dixit: Nondum enim inuideri ſibi. Nam
 ſicut cantharides vegeto maximē tritico innafcuntur, &
 roſis pulchrē florētibus: ſic inuidia maximē inuadit bonos
 viros, & in virtute proficiētes, ac ingenij perſonæque glo-
 riam ſuſtinentes. *Eunapius* de vitis philoſophorum græcē, *Eunapi.*
 de *Oribasio* medico *Iuliani* Imperatoris. Vt ſine critia non
 eſt alauda (quod loquitur parcemia) ita non caruit inui-
 dia *Oribasius* propter famæ celebratē & virtutis. Græcē
 eſt eleganter. *Oὐδέ νεοφύλακας ἢ παρρηία φωνὴν εὖν λοφου,*
οὐδέ οριβάσιος ἢ ἀνευ φθόνου τίνα τῆν ὑπεροχῶν τῆν Ἀίθης. Hęc
Sili. *Silius* Italicus poëta lib. 17. ſeu vltimo, exclamat. *Sili.*
O dirum exitium mortalibus! ὄ nihil vnquam
Creſcere, nec magnas patiens exurgere laudes
Inuidia! Et *Quidius* de remedio amoris lib. 1. *Quidius*
Summa petit liuor, perflant altiffima venti,
Summa petunt dextra fulmina miſſa Iouis. *de reme-*
amor
lib. 1.
Ælianus
Ælianus de varia hiſtor. lib. 12. ca. 6. *Perdicam* oderat *Ale-*
 xander, quōd eſſet bellicoſus: *Lyſimachum*, quōd impera-
 toriæ artis peritus: *Seleucum*, quōd forti animo eſſet: *Ant-*
 igoni verò liberalitas ipſum offendebat, & *Attali* impera-
 toria dignitas, & *Ptolomæi* proſperitas vel benignitas,
Hor. lib. 1. *Epiftolar.* *Epiftola 2.*
Inuidus alterius rebus macreſcit opimis.
Inuidia Siculi non inuenēre tyranni,
Maius tormentum.

Anachar

Antonius Anacharsis Scytha (vt narrat Antonius in Melissa loco
in Meliss- supra citato) interrogatus cur homines subinde tristes
su. dixit: Quia non solum propria mala eis molesta sunt, sed
etiam aliena bona: Ad significandam inuidiam malignitatem
vt ibidem obseruat, Scriptura multis in locis inuidiam & de-
de simul nominat (in graeco sermone allusio est nominum
Cic. Tus. *phivos ij pivos*) prius inuidiam, hoc est, vt definit Cicero
4. Tuscul. 4. aegritudinem susceptam propter alterius res
cundas. Posterius, homicidium seu occisionem significat, ho-
crates (vt ibidem habetur) cum inuidiam naturam exprime-
re conaretur, dixit: Inuidiam animam ferram esse: hoc
gnificans dicto tormentum esse admodum poenale & hoc
Laert. li. ue. Item Diogenes Laertius lib. 7. in Zenone, Inuidiam de-
7. in Ze- scriberat ille, dolorem esse in alienis bonis. Et (vt concla-
dumus) per inuidiam meram traditur fuit in morte Chri-
Mat. 27. stus, Sciebat enim Pilatus quod per inuidiam tradidisset eum
D. Aug. De Socrate ait D. Augustinus tomo quinto, libri octauo
20. s. li. 8. Ciuit. Dei cap. 3. Calumniosa criminatione danatus, morte
de ciuit. multatus est. In quem locum Viues sic scribit: Non melius
dei. c. 3. quit Socrates, vel accusatores periment, vel crimina, sed
Vines in inuidia sola, qua vna praecleari viri quamplurimi interie-
eum lo- runt & interibunt? Hac ibi.
cum. Populi autem dicebant. Rudis populus sapientes instruit.
D. Aug. Vnde D. Aug. tom. 1. lib. 8. Confess. ca. 8. Surgunt in docti
Hier. 4. caelum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde
Nu. 22. Ecce vbi volutatur in carne & sanguine, Hierem. 4. Perdit
& Petr. cor Regis, & cor principum, & obtupefcent sacerdotes, & prophetae
2. & cetera cetera. A fine Balaam, Num. 22 & 2. Petr. 2. Sub-
Ioan. 7. iugale mutum animal hominis voce loquens, prohibuit Pro-
phetam insipientiam. Ioan. 7. Numquid de principibus aliquis cre-
didit in eum? aut ex Pharisaeis? Sed turba haec qua non nouit lo-
1. Cor. 1. gem, maledicti sunt. 1. Cor. 1. Videte vocationem vestram, qui
non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non
multi nobiles, sed qua stulti sunt mundi, elegit Deus vt confunderet
Matt. 11. sapientes, & infirma vt confundat fortia. Et Matth. 11. Abscon-
disti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.
Hic est Iesus Propheeta a Nazareth Galilea. Non legimus
quod Principes eum vocauerint hoc salutarum nomine. Vo-
cabant autem eum Daemoniacum, Beelzebub, seductorem,
etiam post mortem, itemque peccatorum: Aliquoties vocave-
runt Rabbi seu Magistrum honoris ergo: sed pia deuota
que turba Iesum exprimit. In promptu causa est, Quia non
cur

erat illi per Iesum saluandi, cui omnibus modis aduerfaba-
tur, que implacabili odio prosequerantur, quemve perde-
re cupiebant. Turba vero saluta ab eo sperabat & expecta-
bat: ideo clamabant dicentes, Hosanna filio David, Matt. 21. Matt. 21.
Quod non alienum (ait Genebrardus in Psal. 117. ad vers. 6. Do- Genebr.
mine saluum me fac) D. Hier. Eusebius, Theophilactus, pu- in psalm.
tant filio David construi cum verbo Dicentes, hoc sensu: Di- 117.
cebat populares filio David Christo, Hosanna, id est, salua-
oblecto nos o Christe o Rex. Adde quod Iesus saluatoris si-
gnificat: Nomen omni veneratione dignissimum, Quod est
super omne nomen, Philip. 2. Tanto melior Angelis effectus quanto Philip. 2.
differentius pra illis nomen initio haereditauit, Non est aliud no- Hebr. 1.
men sub caelo datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri. Act. 4.
De quo & Ioel. 2. Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus Ioel. 2.
erit. Non erubescamus nominare Iesum, sed potius, In nomi-
ne Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & inferno-
rum. Hugonaldi, moderni haeretici, Christum saepe in ore ha-
berent, Iesum vel semel nominare dedignatur: cum tamen D. D. Ignatius.
Ignatius (vt prima coecione annotauimus) semper inuoca-
ret nomen Iesu: Et vas electionis D. Paulus & in verbis suis
ac scriptis magno venerationis amorisque affectu, erga hoc
ipsum nomen fuerit incensus. Act. 9. de eo dictum est: vt por-
tet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Qui
curiosus & exacte ex omnibus Paulinis epistolis supputauit,
quoties eius nominis fiat in ipsis mentio, Bartholomaeus
Laureus cognomento vulgari Poin (vt habetur in econo-
mia Bibliorum Georgij Ederi) scribit in hunc modum.
Nomine Iesu Christi coniunctim aut seorsim, vsus est A-
postolus in suis 14. Epistolis quadringenties ac sexagies, id
est vicibus quadringentis & sexaginta, in epistola ad Ro-
manos, vicibus 72. in priore ad Corinthios, vicibus 73. in
posteriore, vicibus 58. ad Galatas, semel & quadragies: ad
Ephes. vicibus 49. ad Philipp. vicibus 40. ad Colloffenfes vi-
cibus 8. ad Thessalonicenses priore, vicibus 20. posteriore,
vicibus 14. ad Timotheum priore quindicies: posteriore
quater ac decies: Ad Titum, quater: ad Philemonem, nouies:
& ad Hebraeos, vicibus 23. Per minutias autem hanc confic-
summam, enumeratis sigillatim capitulis omnium Epi-
stolarum. Quae in eum produxi vsum, vt intelligant haereti-
ci infelicissimae nostrae tempestat, qui de verbo Dei &
de scriptis Paulinis plusquam Thraconice gloriatur, nihil
eos Paulinum spirare, dum apud eos de Iesu tam magnum
K est

est silentium. Imò verò duo discipuli in Emmaus remeant
Luc. 24. *tes, de Iesu Nazareno per viam colloquebantur, Luc. 24. Sic*
 germani & gemini Christi discipuli, non verentur neque
 erubescunt cum hac turba reuerenter dicere, *Hic est Iesus*
Deut. 18. *Propheta in lege scilicet promissus. Deuter. 18. Prophe-*
Luc. 7. *tam de gente vestra suscitabit vobis Dominus. Ideò dicebantur*
Ioann. 6. *Ioann. 6. Hic est qui per*
Propheta, qui venturus est in mundum.
 Et intravit Iesus in templum Dei, & eieciat omnes vendentes
Chrysof. *&c. D. Chrysothomus in Marth. hom. 68. Similiter Ioannes*
Ioan. 2. *quoque scripsit id bis, diuersisque tēporibus factū credere*
 dum est, quod tam à tēpore quàm à respōso colligi potest.
 Apud Ioannem capite secundo, in isto Pascha, apud istum
 verò multò ante in templum dicitur Christus aduenisse. In
 opere imperfecto hom. 38. Hoc erat proprium boni filij,
 & veniens ad domum curreret patris & illi honorē reddere
 qui genuit eū: *Nōne in his quæ patris mei sunt oportet me*
esse? dixit Iesus parenti charissima. ab eā in templo Dei in me-
 dio Doctorum repertus atque inuentus *Luca secundo,* ut
 imitator Christi factus, cum in aliquam ingressus fuerit
 ciuitatem, primū ante omnem actum ad Ecclesiā currat.
 Hoc erat boni medici, ut ingressus ad infirmam ciuitatem
 seruandā, primū ad originem passionis intenderet. Nam
 sicut de templo omne bonum egreditur, sic & de templo
 omne malum procedit. Quemadmodum medicus quando
 primò ingreditur ad infirmū, statim de stomacho eius in-
 terrogat, & cum componere primò festinat: quia si stoma-
 chus sanus fuerit, totum corpus validum est: si autem dis-
 sipatus fuerit totum corpus infirmū est: sic *Isaia primò. Omne*
caput lægwidū (hoc de regibus dicitur) & *omne cor mentis*
 (hoc de sacerdotio intelligitur.) Sicut stomachus accipiens
 cibum coquit eum in seipso, & per totum dispergit: sic &
 Sacerdotes accipiunt scientiam sermonis per scripturas et
 Deo, & excoquētes eam in se, id est, tractantes & meditan-
 tes apud se, vniuerso populo ministrant. Et sicut stoma-
 cho ministrante, vnumquodque membrum suscipit nu-
 trimentū, & conuertit ipsum in se secundum suā naturam,
 ut puta, quod suscipit iecur, totum fit sanguis: quod autem
 suscipit fel, bilis efficitur totum: quod verò ascēdit in pul-
 monem, fit phlegma: quod autem in mamillas, totum effi-
 citur lac: sic Sacerdotibus in Ecclesia loquētibus, verbum
 omnes suscipiunt, vniuersisque autem conuertit illud se-
 cundum

cundum propriū cor, ita vt vnum idipsum verbum in cor-
 dibus quidem rectis procedat ad vitā, in cordibus autem
 peruersis suscitet iracundiā & efficiatur quasi bilis, in aliis
 autē operatur dilectionem dulcissimā quasi lac, in aliis au-
 tem odium quasi phlegma nociuum, & expiandum. Hæc
 ille author. Huic quadrat quod dicit Apostolus *1. Cor. 1.*
Verbum crucis pereuntibus quidē stultitia est, is autē qui salui
fient, id est nobis, Dei virtus est. Et 2. Cor. 2. Christi bonus odor 2. Cor. 2.
sanus, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autē odor vitæ
in vitam. Ad propositū, memoriæ occurrit Apolog⁹ Mene-
nij Agrippæ in historia Romana. Halicarnasseus lib. 6. sic
narrat, videtur ciuitas humano corpori similis: vtrumque
enim constat ex multis partibus. Si autem seditione inter
cas orra, reliquæ omnes contra vnum ventrē cōspirent, di-
cāntque pedes, totum sibi corpus incubere: tum man⁹ opi-
ficia se exercere, victum cōparare, cum hostibus pugnae,
aliāsque vtilitates in cōmune cōferre, item humerū onera
se sufferre & baiulare omnia: caput videre se & audire: os
loqui se, alimentorūque sapores discernere: deinde vētri
dicat: Tu verò bone quid horū facis? ad quid prodes? quam
nobis refers gratiā? imò tātum abest vt aliquid in cōmune
conferas, vt officias etiā & inuerturbes, nec ferēdus sis no-
bis, cogens ministrare tibi, & vndecumque cōquirere que
tuas cupiditates expleat: sicque nulla post hac faciat suum
officium: fieri nequit, vt corpus durer diutiūs ac non intra
paucos dies fame consumatur genere mortis pessimo. Eo-
dē modo de ciuitate cogitare, discite Quirites: sicut in no-
stris corporibus vēter iste à multis malè audiens, alit cor-
pus dum alitur, & seruat dum seruatur, estque velut com-
mune penarium, suum cuique attribuens, cōseruānsque
pacem omnium: ita in ciuitatibus dispēsantem publica se-
natum, & cuique conuenienter prouidētem, omnia serua-
re, custodire, corrigere: & desinite inuidiosas in eum voces
iactare. Hæc Menenius ibi. Plutarchus to. 1. vitarum in M.
Coriolano, eandem cōmemorat historiā, & applicat breui-
bus verbis. Qua ex comparatione seu similitudine ventris
cum senatu & optimatibus constante liquidò constat ap-
titissimè anonymum seu incertum authorē illius operis im-
perfecti in Matthæum, ventris simile adductū, cum sacer-
dotio cōtulisse, & hæc duo adinuicē cōparasse. A stomacho
cepta est reformatio & cura, quia læguebat sacerdo-
tium illi⁹ tēporis, indēque videbatur plebs scādali fumere

Halicarnasseus.

*Plutarc.
tom. 1.*

occasionē & ruinā. Ideo *Eiecit vendentes & ementes de templo*
Ezechiel Ezech. 9. *A sanctorum meo incipite.* Et D. Petrus i. c. 4. *Tēpore*
 9. *ut incipiat iudicium à domo Dei.* Christus iniuriā patris tetra
 1. *Pet. 4.* nō potuit, vt cōcideret de ieiunio Christi dictū fuit superius
Mensas euerit nummulariorum, & cathedras vendentium
lumbas. Bene dicitur ac notanter *Mensas cathedras* que euen-
 Plutarc. tisse, non templum ipsum Plutarchus to. 1. opus. de audite
 tom. 1. 0- da poetica, narrat de Lycurgo rege Thraciæ, exēplum ma-
 ximè ad rem faciens, cuius obiter meminit Virgil. *Ante*
 Virg. 3. & Tacitus hoc ipsum insinuat, dicens circa initium, *Ante*
Eneid. *quondā regnata Lycurgo, de Thracia expressè loquitur.* Ne-
 que (ait Plutarchus) Dryantis ille filius Lycurgus visus est
 3. mihi sapere quia ob multorū violentiam vires amputa-
 rat, cum licuisset illi propius admouere fontes. Suetonius
 Suetoni⁹ in Domi. in Domitiano §. 7. ad summam vini ybertatem & frumētis
 inopiam existimans nimio vinearum studio negligi ar-
 edixit, ne quis in Italia nouellaret (id est, nouas vires cō-
 reret) vtque in prouinciis vineta succiderentur, reliqua (vt
 plurimū) dimidia parte. Nec exequi rem persequeretur. Hæc
 Suetonius. Non tamen hic vel ille propter vini abusum
 copiam debuit vires radicitus extirpare. Etenim vt habet
 Ausoni⁹ dilicta moralia li. 2. distic. 21. in Ausonij operibus. *Nullo*
 Poëta, *crimen vini est, sed culpa bibentis.* Et Eccl. 31. *Vinum in iuuentu-*
 Cato nū *tatem creatum est, & non in ebrietatem, ab initio tamen omni-*
 cupatus. *creatura Dei bona est (vt ait Apostol⁹.)* Verbo Dei abusus est
 Eccl. 31. *diabolus, abutūtur & heretici (quemadmodum penultimus*
 concione admonuimus) abusi sunt quoque Iudæi aduersus
 Ioan. 19. Christū dicentes & vociferantes, *secundum legem debet mori,*
quia filium Dei se fecit: tamē nil melius, nil sanctius verbo
 Dei. Indignè communicātes abutūtur sancto Domini cor-
 pore: itē excucullari & apostatæ monachi, sacramento ma-
 trimonij. Pilatus contra Christum sua iudiciaria potestate
 abusus est: non tamen consequitur vel sacrā Eucharistiam,
 vel matrimonij sacramentum, vel iudiciariam potestatem
 ideo reiicienda vel abolenda esse atque abroganda, quia
 mali rebus sanctissimis impiè abutuntur. Tollatur abusus
 & maneat rei legitimus vsus: Tollatur ebrietas, nō vinum
 corrigatur abusus, res sancta non tollatur. Impiissimè igi-
 tur Lutherus stylo & facto missam abrogare conatus est:
 librum de missa abroganda cōposuit vāsanus & à demone
 agitatus. Aquè impiè Caluinus & heretici moderni tēpo-
 re belli sacri, omnes vbique confregerunt imagines, cōua-

sarunt

sarūt & expilarūt ecclesiasticos thesauros, sacras reliquias
 combusserūt, & in sterquiliniū abiecerunt, calices sanctos
 profanarunt, polluerunt sancta, templa Deo dicata solo x-
 guarunt, & funditus demoliti sunt. Et quid nō ausi sunt ne-
 farij, scelesti ac sacrilegi, homines dicā an belluas? Imò de-
 monēs (vt ita loquar) incarnatos, seu in corpore assumpto.
 Quam præterere poterunt excusationē? Quia (fortassis) in-
 minitris ecclesiæ aliquot, seu sacerdotibus regnabāt into-
 lerandi abusus, Simoniacæ sacrorū nundinationes, auctio-
 nes beneficiorum ecclesiasticorum, turpis q̄tastus, & simi-
 lia quæ reformatione imprimis egeant. Finge ita esse: at
 ideo oportuit sancta cōculcare, templum Domini subuer-
 tere, mēsam altaris suffodere, diuinam liturgiā (aut si ma-
 nis) missam abrogare, & omnia sursum deorsum subruere?
 Quo exemplo id facere attētarunt? Christi, an sanctorum?
 Nequaquam, sed Donatistarum, & ficiariorum, seu latro-
 num prædonūque, quos vulgari nomine Burgandos ap-
 pellare solemus, Gallicè, *Brigands.* De hæreticis Donatistis,
 Opratus Mileuit. lib. 6. in Parmenianum Donatistam, sic
 scribit. *Quid est tam sacrilegū quā altaria Dei frangere?*
 Quid est enim altare, nisi sedes corporis & sanguinis Chri-
 sti. Hęc omnia furor veiter fregit. *Quid vobis fecerat De⁹,*
 qui illic inuocari consueuerat: *Quid vos offenderat Chri-*
 stus, cuius illic per certa momenta corpus & sanguis habi-
 tabat? Hoc modo Iudæos estis imitati. Illi iniecerunt ma-
 nus Christo in cruce, à vobis percussus est in altari. De qui-
 bus Helias, *Domine altaria tua cōfreguerunt,* dū dicit, *Tua;* in-
 dicat quia res est Dei, vbi Deo aliquid à quocūque oblatū
 est. Deinde, fregistis etiā calices Christi sanguinis portato-
 res, quorū species reuocastis in massas. Et deinde: cōflastis
 impiè calices, crudeliter fregistis & incōsultè rasistis alta-
 ria. Hęc Opratus. Arriani similiter eueriebāt ecclesias: sic
 nunc Turcæ, qui sunt veluti reliquæ Arrianismi in oriētē,
 vel nostras euerunt, vel permutāt in mesquitas. Bellorum
 ciuiliū calamitate & tēpestare inuindatē hæretici Calui-
 nista, Hugonaldi, vniuersas propè incendunt in Galliā
 nostra ecclesias & monasteria. De Burgādo habetur 12. q. 2. c. 12. q. 2. c.
 c. de viro nefando Nicolaus primus Archiepiscopo Burde-
 galensi rescribit de illo, qui paulò post Caroli magni atarē
 in Valconia surrexit: Ille Burgādus nomine cum suis com-
 plicib⁹ sacri & calices, & chrisma. pollutis manibus
 accipere præsumpsit. Talibus, si respuerint, 7. annorum
 K 3 pœnitentia

Opt. Mi-
litan⁹.
lib: 6.

3. Regul.

12. q. 2. c.
de viro
nefando.

penitentia iniungēda est, praefati summi Pontificis de-
 reo ac rescripto. Praedonibus publicis, graffatoribus, ac-
 ualoribus, latronibusque vias infestantibus, atque viatorum
 nedum pecuniis verum etiam vitae insidiantibus, ab i-
 mi illo Burgando, lingua gallica *Brigand* cognomen in-
 tum: Quod libello gallicè edito & ann. 1567. impresso, Do-
 ctor celebrer admodū, & ad Ebroicēsem Episcopatu assum-
 ptus Claudius de Sainctes scriptū reliquit. Praetendit (sic-
 tē) heretici sacrilegi, & sacrarum imaginū violatores, Eze-
 chiae Regis factū, qui 4. Reg. 18. serpentē aneum confregit.
 Sed quān parū ad rem proferatur vel accomodetur ex-
 plum ex eo colligere licet, quōd Ezechias, neque Salomoni
 templum, neque altare holocaustorum, neque propiti-
 nis mensam, neque duos Cherubin aureos ductiles, neque
 thuribulum aureum, neque urnam auream habent man-
 na, vel aliquid eorum quae ad diuinum cultū pertinere
 effregisse vnquam legitur: sed tantū serpentem illum, cu-
 ius occasione ad veterem quodammodo idololatriā rela-
 ti filios Israël videret rex pius, magno Dei zelo succēssit.
 Nam vt dicitur 4. Reg. 18. filij Israël vsque ad illud tempus
 adolebāt ei incensum. Vocauitque nomen eius Nohestan
 id est (vt latinè reddatur) aes vel cuprum. Quasi dicat ibidē
 Liranus, nihil erat diuinitatis in eo, sicut simplices crede-
 bant, errore decepti, quia in eo nihil erat nisi cuprum. At
 verō illi eo quōd in aspectu illius filij Israël fuerant sanati
 à moribus serpentum (vt habetur Num. 21.) diuinos illi de-
 ferebant honores: (quae impietas est, & abominanda ido-
 lolatria) non secus ac patres eorum & antecessores vituli
 aureum conflatilem in deserto adorauerant, quem ideō
 Moyses arripiens combussit & contriuit vsque ad puluerem
 Exod. 32. aureus siquidem ille serpens Domini iussu ab ipso
 Moise factus fuerat, & positus pro signo, ait scriptura (Nu-
 mero 21.) ad mysterium ergo, non ad religionis cultum: in
 signū, non ad adorādum: fuerat erectus vt percussi aspice-
 rēt, non autem serpeatem adorarent. Qui non imaginis
 sed misterij rationem pra se ferebat, atque ideō frustra hoc
 exēplum vel factum ab haereticis cōtra nostras imagines
 adhibetur. Scribit Alanus Copus Lugdunensis dialog. 5. c.
 Copus dialog. 5. 16. Nullus autem est Christianorum adeo rudis, vel supi-
 na laborans ignorantia, qui Gentilium more aut ipsam
 imaginem putet Deum esse, aut diuini aliquid in se conti-
 nere. Quare non debuerunt haeretici imagines Christia-
 nis

nis propositas confringere. Sed de his aliās. Totum hoc, a-
 apostolica sententia 1. Cor. 3. absoluat negotiorum. Si quis 1. Cor. 3.
 templū Dei violauerit, disperdet illum Deus. Ideo eiecit Chri-
 stus tales de templo.

Vendentes, & ementes, & nummularios, atque huius farinae
 caeteros. Obserua contra Simoniacos Zachar. 14. Non erit Zachar.
 negotiator in domo Domini. Siquidem de rebus sacris nego. 14.
 tiari non licet. *Gratis accepistis, gratis date, Matth. 10. Quid Mat. 10.*
 dissimilius domo orationis, & domo negotiationis, preci-
 bus & pretio? Quae oratione impetramus, gratuito & ex
 mera Dei gratia accipimus: Quae autē emimus, collato pre-
 tio numerataque pecunia, nō gratis acquirimus. Et quidem
 vendentes sacra, patrem habent Giezi, qui ob id leprosus
 effectus est perpetuo cum tota sua progenie, 4. Reg. 5. Emē-
 tes verō Simonem magum, qui Apollolis pecuniam obtu-
 lit dicens, *Date mihi hanc potestatem, vt cuiuscumque impo- 4. Reg. 5.*
 siero manus, accipiat spiritum sanctum. Cui vicissim. D. Petrus *Act. 8.*
 Apostolorum princeps & caput, iusto pro Dei honore cō-
 motus zelo, imprecatur, dicens: *Pecunia tua tecum sit in per-
 ditionem, quoniam existimasti donum Dei pecunia possideri Cor-
 inum non est rectum coram Deo. Paenitentiam itaque age ab hac
 nequitia tua, Act. 8. Hic autem Simon (vt supra cōmemora-
 uimus penultima concione) malè periit. Vel dici potest vē-
 dentes & diuina nundinantes, patrem habere Iudam pro-
 ditorem: qui Christum rem omnium sacerrimam atque di-
 uinissimam 30. vendidit argenteis, & abiens laqueo se suspendit, 4. Act. 1.
 & crepuit medius, atque diffusa sunt omnia viscera eius. Act. 1.
 Qui autem ab impio & sacrilego mercatore Christū sunt
 nundinati, morte peccatorum pessima, ipsi quoque perie-
 runt: vt ex Iudaica historia de Hierosolymorum excidio,
 apud ipsorū propriū historiographū Iosephū, legere est fa-
 cilē. Numularij verō qui nummorum permutatiōne exer-
 cent, quos campsores vulgō appellam⁹ permutātes cōtra-
 ctu ciuili & pecuniaria obligatione beneficia ecclesiastica
 adumbrant, quae Simoniaca labes multos proh dolor infe-
 cit in ecclesia Dei infelicitissimis nostris temporibus, qui
 etiam columbas vendere dicuntur, id est gratiam spiritus
 sancti, qui in specie columbae super Christum descēdit, se-
 ditque, Ioan. 1. Simonia etenim (sinitore Theologo & cano-
 nici iuris professore) est dubiosa voluntas, hoc est, libera
 & ex electione procedens, emendi, vel vendendi spiritua-
 le pro pretio temporali: & intelligitur venditio vel emprio
 quan*

quando interuenit contractus non gratuitus. *Qua de re* *lij fufius, qui integros commentarios accuratè & eleganter confcripferunt. Nobis non licet effe tā difertis. Aduerfus facrorum venditores vel emptores & huiusmodi profanatos, violatorè que, imperatoriae etiam leges nequum Pontificiae feuerè lanciant & ftatuunt, vt patet ex fequentibus, lege 3. c. de facrofanctis ecclefiis, Imp. Honorius & Theodofius. Nemo martyres diftrahat, nemo mercetur: quod est (vt ego interpretor) diuorum martyrum reliquias ad quaestum, nemo tāquam auctione venales exponat, vel nō dinetur turpis lucri gratia, rebus factis nemo abutatur impie. Et lege 3. §. Nemo gradum cap. de Epifcopis & clericis. Nemo gradum sacerdotij pretij venalitate mercetur: quantum quilibet mereatur, non quantum dare fufficiat aestimetur. Quis locus tutus, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur. Quem murum integritatis prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proferpar: Quis poterit effe securum, si sanctitas incorrupta corruptatur. Cesset altaribus imminere profanus ardor auaritia, & factis adytis repellatur piaculare flagitium: & quae illic sequuntur. Deinde. Nec pretio sed precibus ordinetur Antiftes. Quaeatur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat. Et quibusdam interpositus postea subiungitur: Si quis pecuniae interuentu ordinatus fuerit, ad instar publici criminis, & laeiae maiestatis, à sacerdotij gradu retrahatur, perpetuae quoque infamiae damnari decernimus. Quid (quae so) clarius dici potuit, & ad rem accommodatius? Reg. 13. scribitur quod Hieroboam fecit de nouissimis populis sacerdotes excelforum. Quicumque volebat, implebat manum suam & fiebat sacerdos excelforum. Ideo euerfa fuit domus Hieroboam de superficie terrae. Et Euangelica restatur historia, Caipham fuisse Pontificem anni illius: quia nimirum sacerdotiū quod ex lege debebat effe perpetuum, venalitate tunc (ò scelus) factum erat annuū. N' ceph. lib. 17. c. 33. Iustinus Iunior imperator. sacerdotia quibusuis vilij pretio vendebat: in phrenesim ideò incidit c. 39. iusto Dei iudicio. In summa, impunè nunquā licuit sacra vindidisse, aut emisse. Contra simoniacos habetur illustre exemplum apud Martinum Polonum libr. 4. Chron. in Leone 9. Papa: Hildebrandus Cardinalis, inquit, qui postea ad summi Pontificatus apicem assumptus Gregorius 7. dictus est, quum legatus esset in Gallia, & in*

Leg. 3. de sa- crofanct. eccle. c. 30. §. Nemo. c. de Epifcop.

3. Reg. 13

Ioan. 11.

N' ceph. lib. 17. c. 33. c. 39

Martin. Polon.

concilio contra multos Simoniacos processisset, & contra vnum Episcopum valde infamatū procedere voluisset, & ille testes qui ipsum accusauerant pretio corrupisset, dixit legatus: Cesset humanū iudicium, & producat in mediū Diuinitatis oraculū. Cū certū sit. quod Episcopalis gratia sancti spiritus donū sit, & quisquis Episcopatū mercatur, contra spiritum sanctū facit. Si tu contra spiritum sanctum nō fecisti, dic, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Tunc ille intrepidus incipiens, quū Gloria Patri, & Filio, dixisset, nullatenus spiritui sancto dicere potuit, frequentius repetendo. Et sic ciectus ab Episcopatu, tunc plenè dixit. Hac ibi. Possemus & proportionè quadā de magistratibus & administratione iustitiae (quae res itidem sacra est) similiter aestimare. Vnde Iustinianus imperator Christianus, in authenticis collatione 4. nouella 17. decernit. Obueniat magistratus gratis, vt & ipse quoque puris vtatur manibus. *Leg. Sā- cimus. c. ad legē Iuliam repetūd.* Imperatores Theodofius & Valentinus, rescripserunt sic. Sancimus eos qui ad prouincias regēdas accedūt, iurēt se pro administrationibus sortendis neque dedisse quidpiam, neque daturos vnquā postmodū fore siue per se, siue per interpositā personā, in fraudē legis sacramentiq;: Hac ibi: An autē vertatur in periurium praebitū sacramentū, & negligatur ab eis praestitū iuramentū facilè est indicare. Exat etiam in authenticis Iustiniani, nouella 8. vt iudices sine quoquo suffragio fiāt, vbi amplissimè nundinationes magistratū, esse omnis improbitatis principij & finē edocetur. *Justinia. Aelius Lamprid.* Aelius Lampridius scribit in Alexandro Seuero Imper. Alexāder Seuerus honores iuris gladij nunquā vendi passus est, dicens: Neceffe est, vt qui emit, vendat. Ego nō patiar mercatores potestātū, quos si patiar dānare nō possū: erubescō enim punire illum hominē qui emit & vendit. Et de quodā faceret dictū est, sed false, & mordaciter: *Emerat ille prius, vendere iure potest.* Suidas in Anastasio Imperat. *Suidas.* Magistratibus omnibus vendendis, delinquentibus ignoscēdo, inexplēbili pecuniae auiditate incensus, Rom. Imperiū perdidit atque contaminauit. Idē in Zenone Imp. Roman. Sebatianus deprauator Imperatoris velut in foro caupo nabat omnia. Nam & magistratū vendebat omnes pretio tum sibi reseruato, tum Imperatori cōmunicato. Quod si quis accessisset qui paulūm quiddā adiceret, is praeferebatur. In toto deniq; palatio nihil erat rerum omnium quod

Leg. Sā- cimus. c. ad legē Iuliam repetūd.

Authē- tic.

Justinia.

Aelius Lamprid.

Suidas.

existere, magistratum etiam venalitatem, ac nundinationem beneficiorum ecclesiasticorum. Cum enim hæc mala inualuerint & inundaerint, nihil spei melioris frugis reliquum est, omnia scelerata similiter, omnesque calamitates abundabunt. Ideo Ludouicus Rex sanctus, vt scribit Guaguinus de eo lib. 7. conuētu generali Lutetiæ habito Rem reformauit: statuit optimis legibus de iure à iudicibus dicendo, & de officiis non emendis. Per id tempus præfectura apud Parisios venalis habebatur: vnde fiebat, vt impes premerentur, opulenti omnia licenter agerent, sine nullis pœnis afficerentur. Hanc venalitatem sanctus Rex prohibuit: constituto annuo stipendio ei qui præfectus esset. Huius Diui exemplo reges ac principes nostri, & huius diuini præfatis epiphonemate (psal. 105. Beati qui custodit iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore) à veteribus suo & graui somno tandem excitati, à vendēdis magistratibus & administratione iustitiæ abstinere tamque inuente facinus prohibeant. Lex. 12. tabularum pœnam capiti irrogabat vendenti iustitiam: vt notat Gellius lib. 20. cap. 1. quæ iudicem qui ob rem dicendam pecuniam accepisset conuictus est, capite punit. Lex 12. tabularum 66. apud Prædolphum Præcium de veteri iurisprudētia. Iudex (ait) qui ob rem dicendam pecuniam accepisset conuictus est, capite punitur: contra *αὐτὸν ποδὶν αἰχμῶν*, hoc est pecunia corrumptio iudices recollere, & huic nostræ exemplorū faragini in hoc exemplum, cōtra Sisannem iudicem pecunia corruptum quæ excoriari iussit. Quod sic narrat Herodotus lib. 3. Rex Cambyles interemerat Sisannem vnum ex regis iudicibus quod iniuste ob pecuniam iudicasset, interemptoque detractum corium in lora concidit, quibus tribunal in quo ille sedens iudicabat, intendit: ibidemque eius filium Otanen sedere iudicem præcepit, atque in memoria habere, in quo tribunali iudicaret. Ob hoc vnum factum (ait Ioan. Carion Chronic. lib. 2. de Cambyse agens) commendatur in omnibus historiis, propter quod laudem meretur. Quod Virgil. plura: vt cum Virgil. finem faciam Georg. 2.

Georg. 2.

*Non ego cuncta meis amplecti versibus opto,
Non, mihi si lingua centum sunt, oraque centum,
Ferreæ vox.*

Quæ ad iustam querelam super hac re faciunt satis, enumerare queo. Videat Dominus, & tantis miseris finem aliquando

aliquando propitius imponat; qui vendentes & ementes eiecit de templo.

Scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur: Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Prima periodus habetur Esai. 56. secunda autem Hierem. 7. Animaduerte quod primum Christianæ fidei initium antiquorum principum erat, templa magnifica ad Dei honorem ædificare, & possessionibus dotare ad laudandum ibi Deum: Declaratio autem hæreseos & apostasiæ, seu atheismi, illa destruere. Zorobabel & Neemias sub Dario rege templum Dei ædificabant, & laudatur Centurio à Iudæis apud Christum, quod Sinagogam ædificauerit. Hæretici similes sunt gentilibus, ecclesiis vastando & euertendo, vt Nabuzardan & Babiloni, vt Antiochus & cæteri. Et sub Iuliano apostata ecclesiæ destruebantur. Hæretici incendiarij sunt templorum, Iulij Solini polyhistor. cap. 43. circa principium. Epheso decus templum Dianæ Amazonū fabrica adeo magnificum, vt Xerxes cum omnia Asiatica templa igni daret, huic vni pepercerit. Sed hæc Xerxis clementia, sacras aedes non diu à malo vindicauit. Namque Herostratus vt nomen memoria sceleris extenderet, incendium nobilis fabricæ manu sua struxit, sicut ipse fassus est, voto adipiscendæ famæ laetioris. Strabo in Geographia li. 14. Templum Dianæ Ephesiæ cum Herostratus quidam combussisset, aliud præstantius extruxerunt, collato ad hoc mundo muliebri & suis facultatibus. Hæc ille. Quibus cōsentit Valerius lib. 8. c. 14. de cupiditate gloriæ, in fine. Inuentus est qui Dianæ Ephesiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo consumpto nomen eius per totum terrarum orbem difficeretur, aliàs differeretur. At bene consuluerunt Ephesij, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: nisi Theopompi magnæ facundiæ ingenium in historiis eum suis comprehendisset. Hæc Valerius. Sic hæretici moderni Herostratiani merito cognominandi, perpetua infamia notandi, & memoria apud posteritatem indignissimi, saltē in bonum, veluti nefas fuit Herostratum vel loquendo vel scribendo nominare. Sed eò magis fama appellatioque illius inualuit, vt naturale est hominibus in veritum niti, dicente Poëta.

Nititur in vetitum semper, cupimusque negata.

Hæretici (inquam) moderni, non Dianæ templa, sed Diuorum, in vnius Dei laudem & honorem extructa, incendunt. Quos Imperatoria lex pœnalis coërcet, in eosque animam

Guaguini
in S. Ludouico.

Gell. lib.
20. c. 1.
Prædolphum
in
Iurisprudētia
vet.

Herod.
lib. 3.

Ioan. Carion
Chronic.
lib. 2.
Virgil.
Georg. 2.

Esai. 56.
Hier. 7.

Matt. 8.

Solinus
c. 43.

Strabo &
Geogra.
lib. 14.
Valer. li.
8. c. 14.

Ouidius.

Orator pro Milo ne. animaduertit, sed Iudicum negligentia, & Principū Christianorum conniuentia, (ô tempora! ô mores!) in defraudationem abiit: silentq; leges inter arma, quod dixit Orator. *Lex 10. c. de Episc.* Imp. Arcadius & Honorius sic statuerunt lib. 10. incipit. Si quis in hoc genus sacrilegij, Ca. de Episcopis & Clericis. Siquis in hoc genus in sacrilegij proruperit, vt in Ecclesijs catholicas irruēs, sacerdotibus locoque aliquo importet iniuriā: Rector prouinciæ, iniuriam, capitali in conuictos seu confessos reos sententia nouerit vindicandam. Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. *Psal. 2. Vir. En.* Seruite Domino in timore. *Psal. 2.*

6. Fab. in Aneid. *Discite iustitiam moniti, & non temere dinos.* Aneid. Quæ Virgiliana sententia vt haberetur ex obseruationibus G. Fabricij in Aneidem Virgilij, omnium est præstantissima quæ extant apud eundem. In agro Patauino puella genatica, Græcè & Latinè cum rudis ante insaniam fuisset, optimè loquens, hanc apud Virgilium esse præfatiſsimam sententiā, ter voce clara rogata respondit, *Discite iustitiam moniti, &c.*

Domus orationis vocabitur. Ergo ad orandū ingredi templum debemus, & ad spiritualia celebranda ac peragenda non ad temporalia negotia. Deus vult nos certissimè scire, quod largissimè nobis fauere vult, ideò domui suæ nomen orationis imponit. Sicut si Rex seuerus & rigorosus, vellet suum rigorem monstrare, inderet domui nomen iustitiæ (vt apud nos gallicè loquentes, furcarum seu patibulorum extra vrbes, in quo damnatorum cadauera seu punitorum & animaduersorum corpora suspenduntur, Iustitia vocari solet) Ita domus Dei vocatur domus orationis, annotat Palacius in hoc Euāgelium. Nota quòd fructuosior est multò oratio quæ in templo, quàm quæ in alijs locis sit, cæteris paribus, Nec immeritò. Nam in Ecclesia Christus est in Eucharistia, est crux Christi, sanctorum imaginēs, & sacræ reliquiæ, aqua benedicta, maior Dei fauor & assistentia. Ibi canuntur Dei laudes, ministrantur sacramenta, Dei sermo explicatur, sacrificium solemniter offertur.

Vos fecistis illam speluncam latronum. Emphaticon est illud, Vos. Vos scilicet ministri altaris, qui locum sanctum honorare præ cæteris debuistis, speluncam tamen latronum fecistis. Quàm durè & acriter eos alloquitur, nimirum latronibus eos comparās. Ipsi se alijs omnibus præferebant, Christus ne latronibus quidem meliores eos iudicat, imo

peiores. An non Hugonaldi fecerunt speluncam latronum domum Dei, qui loca sancta sic desolauerunt, sicque polluerunt templum sanctum, & in maceriam & ruderā, ac ruinaram materiem, sic redegerunt, vt ibi potius latrones (tāquam in suis lustris feræ) delitescere valeant, quàm homines ad orandum illò conuenire? Sic circa Iustiniani tempora Vandali fecerant in Africa, qui fuerunt Arriani, ex barbaris barbariores effecti, de quibus Iustinianus lege C. *Lex 1. C. de officio præfecti prætorio Africa.* Vādali in Africa, ipsas Dei sacrosanctas Ecclesias suis perfidijs maculabant, aliasque Deum sacrilegè profanauerunt: (proh indignum facinus.) *Sur. 10. 1. de off. præf. de sacros.* Notandum quod apud Suriū tom. 1. de Sanctis 17. Ianuarij, in vita S. Antonij Abbatis, ab Athanasio Alexandrino Episcopo conscripta, & ab Euagrio Presbytero latinè versa, continetur ad hunc modū. Visio tristissima B. Antonio præmonstrata fuit, quàm multis cum lachrymis enarrans, dixit: Magno fides catholica turbine subuertetur, & homines iumentis similes Christi sancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatū multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hæc est causa gemituum meorū, quos audistis. Et facta est vox Domini dicens: Abominabitur altare meum, nec mora sequitur effectus. Nam post annos duos sæua Arrianorū erupit insania. Tunc Ecclesiarum fuerunt rapinæ, tunc diuinorū temeratio vasorum, tunc pollutis Ethnicorū manibus sacra polluta sunt ministeria. Proh scelus! horret animus replicare quæ gesta sunt. Virginū, matronarūque ereptus pudor: Sanguis ouium Christi in Christi templo effusus, veneranda resperit altaria: Baptisteriū pro voluntate Gentilium pollutum est: Nihil defuit, visionis veritatē monstrauit effectus, quod calcitrantium mulorū indisciplina, esset Arrianorum impietas. Non Apostolorū, inquit, sed dæmonis & patris eorum diaboli ista doctrina est: ob id per insipientiam immētorum, similis pecudum eorum expressus est animus. Hucusque Antonius. Item vt ad mores reformandos sermonem etiā conuertamus: Si beneficiari ex redditibus & prouentibus Ecclesiasticis incrassantur, & nō recitant preces horarias: si genio indulgent, & curant cuticulam, non celebrant interim sacrum, non orant pro benefactoribus, & fundatoribus: cum beneficium detur propter officium (vt habet ius Pontificium seu canonicum) nōne sunt fures & latrones: Ipsi viderint, ac dijudicent.

Videntes

Videntes autem Principes Sacerdotum mirabilia quae facta sunt in pueris clamantes Hosanna, dixerunt. Audis quid isti dicunt? *Psalm. 8. spondit: utique. Numquam legistis (scilicet Psalm. 8.) Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Videntes mirabilia verè mirabilia hæc erant, quod vnus homo inermis & sine satelliti militari tantam urbem ingressus exturbavit tantam multitudinem: idque non gladio, sed solo iussu acie tu, & (vt sequenti dicitur concione) flagello de fœniculo facto. Non minus hic apparuit diuina potentia, quam in miraculis, vt fufius in sequentibus.

Chrysim. Matth. Audias quid isti dicant? Quasi dicerent: Quare non imponis illis silentium? Utique, audio & approbo. D. Chrysim. stom. in hoc Matthæi caput, sic pueros & lactentes exponit. Naturæ dominum atque creatorem miraculum demonstrabat. Infantes igitur quamuis per ætatem non possent, tamen cantabant: viri autem quasi furiosi loquebantur. Euthymius in Matth. 21. O impudentiam! æquum potius erat vt diceret eis, Audistis qui dicunt hi filij vestri qui me nunquam viderunt?

Euthymius in hunc locum.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Stupore plenissimum est hoc miraculum. Erant pueri infantes & lactentes: disertam reddidit immaturam lactentium linguam. Isti duo primæ notæ Doctores græci, infantes accipiunt & lactentes non solum simplicitate cordis, sed ætate: Licet aliter interpretetur, & meo quidem iudicio, à vero & germano sensu alienè & contortè, neque satis ad propositum conuenienter, Operis imperfecti in Matthæum incertum author: Intelligimus (inquit) quia infantes dicebantur in ætate, sed simplicitate cordis. Infantes autem lactentes, nec intelligere aliquid, nec laudare possunt. Lactentes dicuntur, quia quasi lactis suauitate, ita mirabilium delectatione excitati, clamabāt. Paulus: Quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. *Sapient. 10.* etiam dicitur: *quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantum fecit disertas.* A qua interpretatione (salua tanti viri pace ac reuerentia) nunc declino, & cum illis duobus prænominais doctoribus quàm optimis, teneo. Sic enim amplificatur diuini potestatis laus, vt exëplis patet sequētibus atque non extra propositū adducēdis, proximè, miraculis vt luce meridiana clarius constet, quia *Ex ore infantium & lactentium* solet Deus & extra ordinem, & supra communem naturæ cursum, mirabiliter perficere laudē, vt destruat inimicum, & esto

& extorem, hoc est, vel ad confundendum Gentilitatis errorem, vel ad innocentiam declarandam, vel ad potētiam Dei manifestandam, vel denique ad hæresim reuincendā: de quibus hæc subiiciuntur miracula. i. contra gentilitatis errorem. Prudentius *æpi. sigavōv* siue de coronis martyrum, de S. Romano martyre scribens.

Romanus ardens experiri innociam
Lactantis oris indolem, filiole, ait,
Dic quid videtur esse verum, & congruens,
Vnūmne Christum colere, & in Christo patrem,
An comprecari mille formarum deos?

Aliquot interpositis, De^o, Respondit ille, Mater, & matri De^o,
illa ex parente spiritu docta imbibit
Quo me inter ipsa pasceret cunabula.
Ego vt gemellis vberum de fontibus
Lac paruus hausit, Christum & hausit credere.

Scrupit tyrannus, recitat ibi carmine, puisionis, hoc est sepeennis circiter pueri aut minus, eloquentissimum & absolutissimum ad rogata fidei alta mysteria, responsum. Deinde iubet tyrannus Sancto martyri Romano linguam abscindi. Sic cauit Prudentius ibidem.

Linguam priorem detrahat radicitus scilicet carnifex aut
Qua corpore omni sola viuuit nequior, (chirurgus.
 Quo facto, ingenti tamen miraculo loquebatur Sanctus Romanus, sic orsus,

Christum loquent i lingua numquam defuit.
Nec verba quaras, qua regantur organo,
Quum predicatur ipse verborum dator.

Deinde multis interiectis. *Habes loquētē cuius amputaueras*
Linguam: Probat is cede iam miraculis.

Ex ore infantis prodijt laus Dei, vt refert Surius tom. 1. S. *Sur. to. 1.*
 Amadus Episcopus Dagoberti Regis filiū circiter 40. dies *in S. A-*
 habentē, baptizans, cum finita oratione, nemo respōdisset *mand.*
 Amē: aperuit Dominus os pueri, & clara voce respōdit A- *Euthym.*
 men. Sic perfecit laudē. i. perfectā ex imperfecto ore reddi- *in Matt.*
 dit & effecit, ait Euthymius vbi supra, addēs etiā: hoc quoque miraculosè factum esse ad discipulorum consolationē vt de seipsis confiderent, quod qui disertam fecerat balbutientem linguam, sapientem etiam facturus erat eorum *Sur. to. 4.*
 ruditatem. Surius tom. 4. in gest. B. Laurent. Presbyter Parmentem sub Decio pretiosa lingua tamen loquitur dicens, *in S. Laurent.*
 Dominus qui fecit mutū loqui, præstitit hoc mihi: noli ma

Iust. l. 1. gē adscribere. Iustiniani l. 1. C. (de officio prefecti prae-
C. de off. rio Afric. Vidimus venerabiles viros qui abscissis radicibus
Praefect. linguis pœnas suas mirabiliter loquebantur. Et Marcell-
Marc. n^o Comes (qui tēpore Iustiniani vivebat) in suo chronico
Com. Honoricus (inquit) Vandalorum rex crudelis, per Africam
Procop. Catholicos persequens, vnius Catholici adolescentis vni-
 à natiuitate sua sine vilo sermone ducentis, linguam præ-
 cepit abscindi. Idēque mutus (ō duplex miraculum) sine
 humano auditu Christo credens, mox præcisa sibi lingua
 loquutus est, gloriāque Deo in primo vocis suæ exordio
 dedit. Denique ex hoc fidelium contubernio aliquantulum
 ego religiosissimos præcisus linguis, manibusque truncatis
 apud Byzantium integra voce conspexi loquentes. Hęc
 Arrianorum crudelitas in religiosos Christi cultores inle-
 cæpit. Procopius item de bello Vvādralico l. 1. Fuit Homo
 richus in Christianos sæuissimus omnium suorum, eos
 Arrianam sectam deducere omnibus contumelijs cogitans.
 Multis etiam linguas incidendo: suntque vsque meo tēpo-
 re (pro, ad meam vsque ætatem, vel, mea ætate, vel etiam
 pro, assidue) Byzātij, qui impedita sunt voce. Non autē hoc
 pœnæ genus omnes passī, sed si duo fuissent conscij amice-
 rum cum illo concubitus, loqui amplius nō permitteban-
 tur. Hoc sic refert Nicephorus l. 17. c. 11. Procopius Constā-
 tinopolim veniens, vidit eos non aliter quam qui nihil ali-
 le passī essent verba facientes: sed quod duo lubricitatem
 lapsi essent, & rem cum fœminis habuissent, vocem pro-
 sus amiserunt, martyrij gratia amplius apud eos manere
 nolēte, sed propter eorum degenerationem ab illis desce-
 scente. Victor Episcopus Vticensis de persecutione Vvā-
 dalorum lib. 3. eadem recitat miracula, quomodo abscissis
 radicibus linguis, vt antea rectē loquebātur. Si quis incre-
 dulus fuerit, pergat Constantinopolim, reperiet vnum de
 illis subdiaconem Reparatum, sermones politos sine offen-
 sione loquentem. D. Gregor. magnus papa Dialogorum l. 3.
 c. 12. Iustiniani Augusti temporib⁹ persecutio Arrianā in
 Africa contra Episcopos Catholicos inualuit & insani-
 eadem planē narrat. Res mira: Sine lingua loquebantur
 aut prius per linguam loqui consueuerāt. Dicitque aliqui-
 bus interpositis. Hi itaque eo tempore profugi ad Constā-
 tinopolitanam urbem venerunt, eo quoque tempore quo
 pro explendis responsis Ecclesiæ, ad principem ipse trans-
 missus sum: seniore[m] quendam Episcopum reperi, qui se
 adhuc

adhuc eorum ora sine lingua loquentia, vidisse testabatur,
 ita vt apertis oribus clamarent. Ecce videte, quia linguas
 non habemus, & loquimur. Videbatur enim à respicienti-
 bus vt ferebat, quia abscissis radicibus linguis, quasi quod-
 dam barathrum patebat in gutture: & tamen ore vacuo
 plena ad integrum verba formabantur. Quorum illic vnus
 in luxuriam lapsus, mox priuatus est dono miraculi, recto
 videlicet Dei omnipotentis iudicio: vt qui carne seruare
 continentiam neglexerat, sine lingua carnea non haberet
 verba veritatis. Sed hæc nos pro Arrianæ hæreseos damna-
 tione dixisse sufficiat. Hæc vigilantissimus (iuxta nomen
 suum) pastor Ecclesiæ ac Doctor D. Gregorius. Nicepho-
 rus lib. 16. cap. 36. Cabades Persa, Christianos quondā cru-
 ciavit, linguas eis abscindens, qui tamen illis amissis non
 minus quam antea clarē sunt loquuti. Addam & hoc val-
 de memorabile, quod nostris temporibus conigisse nar-
 rat Ioan. Baptista Ficklerus Iurisconsultus libro à se edito
 Theologia iuridica inscripto. Huic miraculo simile est, in-
 quit, quod superiori anno 1569. mense Septembri, vidimus
 Salisburgi, quō venerat monachus quidam ordinis S. Bene-
 dicti & hospicio exceptus in eiusdem ordinis cœnobia,
 natione Gallus Cisalpinus, nomine Nicolaus, annis vt esti-
 mare potui, quinquaginta maior, qui ex immani furore
 ac tyrannide hæreticorum Calvinistarum è Gallis profu-
 gens, per loca catholica, victus causa elemosynam colli-
 gens: quorundam Germania, haud infimorum præsulum
 literis testimonialibus munitus, in Italiam contendebat.
 Is linguam vltra medium introrsum præcisam ab hæreti-
 cis, & præterea cicatrices vulnerum in corpore commo-
 strans, mutilata lingua, supra quā credibile est, tu cuculen-
 tiam hæreticorum, & iram Dei in eam gentem, non sine
 omnium eorum qui hunc conspexerunt admiratione, præ-
 dicabat. Huius linguam præcisam vidi ego vnā cum eius-
 dem Cœnobij (quod S. Petri vulgò appellatur) prælato, vi-
 ro pio, & aliis honestis viris, eodem miscello ostendente, &
 propter humanam virtutem magnalia Dei eum diserrē, ac
 satis eleganti latinitate loqui audiuimus: Erat enim vir
 memoria præstans, sacrarum literarum peritissimus, & v-
 trā id quod miraculosē ac distinctē loqueretur, admodum
 naturæ suæ, imò Dei beneficio, facundus. Hæc ibi Fickle-
 rus testis oculatus, non auritus tantum tit. de martyrio
 sanctorum. Confundantur ergo Calvinistæ & respiscant

Niceph.

lib. 16. c.

36.

Fickler⁹

in Theol.

Iuridica.

Agnoscant quia digitus Dei est hic. Nouerint Catholicis ex singulari Dei prouidentia, ad nostram vsque aetatem miracula non deesse, ad Caluinianam hæreseos damnationem & conuictionem, necnon piorum Catholicorum confirmationem atque consolationem. Errorem proinde depellant, & ad Ecclesiam redeant. Videant multis admirandisque modis impletum illud, *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, ut destruas inimicum & ultorem*: tot ante seculis à Dauide in spiritu haud dubie sancto præuolunt prophetarumque? Vbi inimici intelliguntur (ait Bredembachius in *Psal. 8.*) quotquot oderunt Deum, Euangelium & Ecclesiam Dei, iidem ultores dicuntur, quod pro suis sceleribus, hæresibus, mendaciis, & imposturis, tanquam per aris & focis, quod dicitur, digladiatur. Neque verò ablatum est, quod quidam sancti, per ultorem, ipsi diabolus intelligunt, quod is principio homines ad peccandum precipiat inescerique, deinde ipse eos apud Deum accuset, & ad poenam postulet; itaque fiat peccati ultor. Hæc ille. Neque verò refert aut interest, virum lactetes adhuc infantes & nondum per aetatem ad plenum verba formare valentes ex miraculi gratia, nedum articulare, sed etiam discretè loquuti fuerint, an etiam viri perfecti linguis abscissis, miraculosè interim absque lingua carnea, perfectam Dei laudem enunciauerint. Ipsi enim elingues, non magis per naturam quam infantes, & vbera sugentes loqui possunt: imò verò hoc illud est mirabilius (si ordinem spectes naturæ) Linguam etenim infantes habent, licet officium vsusque linguæ ad tempus impeditum ipsi non habeant: Adulti autem quibus lingua fuit præcisa, & miraculi dono loquuti fuerunt, linguam quidem corporalem nullam habentes, loquelam tamen, siue vsus linguæ, præstantiori ac excellentiori quodam modo habuerunt. Ad calumniam item depellendam, & innocentiam propalandam pusiones loquuti sunt aliquando. Surius tom. 3. de S. Althelmo Episcopo. Vano rumore puer ex incestu dicebatur genitus, à Sergio Papa, innocente tamen. S. Althelmus Episcopus pueri nouem habentem dies interrogat: si Sergius Pontifex Romanus, eum genuerit. Respondit perfectè, quod non? & quòd cum femineo sexu commercium non haberet Sergius. Sic depulit infamiam. Gregorius Turonens. lib. 1. histor. Francor. §. 1. Briccius D. Martini successor, de crimine Fræ. §. 1. adulterij infamatus erat. Infans 30. dies habens ab eo in-

Bredembachius
in *Psal. 8.*

Surius
tom. 3.

Greg. Turonens. lib. 1. histor. Francor. §. 1. Briccius D. Martini successor, de crimine Fræ. §. 1. adulterij infamatus erat.

terrogatur adiuratus per Christum. Ille respondit: Tu non es pater meus. Populis autem rogantibus, vt quis esset pater, interrogaret, ait sacerdos: Non est hoc meum. Quod ad me pertinuit, sollicitus fui. Vobis si aliquid superpetit, per vos quaerite. Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib. 6. capit. 123. item Marulus li. 5. cap. 1. Daniel Aegyptius Abbas accusatus quod sceminam gravidasset seu impregnasset: postquam ea peperit, omnibus conuocatis infantulum per Deum obsecrat, vt quis pater eius esset, palà diceret. Statim ille à quo nihil aliud adhuc nisi vagitus audiebatur, mulieris maritum dixit esse patrem suum, cum tantum 25. dies haberet infans; miraculosè loquutus est. Omnes Danielis sanctitatem reueriti sunt. Item Abdias lib. 6. historiarum certaminis Apostolici de SS. Simone & Iuda scribit. Quia Euphrosinus Diaconus sanctus, incestus falsò accusabatur, puerum vnius tantum diei alloquuntur, dicentes: In nomine Domini loquere, si iste Diaconus præsumpserit hanc iniquitatem. Infans absolutissimo sermone dixit: Hic Diaconus vir sanctus & castus est, & nunquam inquinavit carnem suam. Instabant parentes, vt nominaret incestuosum: responderunt: Nos innocentes soluere decet, & nocentes proderè non decet. Finem his enarrandis miraculis fecero, vbi vnum & alterum addidero. Surius tomo 5. de Sanctis Aigulpho & sociis martyribus 3. Septemb. Truculentus quidam Columbus nomine, illorum linguas iubet præcindi. Sed illi præcisis linguis, non minus quam integris psallunt, *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam*. At miser Columbus nihil tanto motu miraculo, instar Pharaonis obdurefecit, præcipitque linguas eorum radicitus excindi. Nihil efficit, nihil proficit læua crudelitas. Edunt verba sancti sine linguis perfectissimè. Tantam autem beato Aigulpho Dominus verbi gratiam contulit, vt auditores & expleret abundè, & tamen ad audiendum audios & alacres dimitteret. Qui enim ei gratiam dederat, vt sine lingua posset loqui, etiam addidit gratiam, vt gratius audiretur. Hæc ibi: Et Polyd. Vergilius, Anglicæ histor. lib. 10. in Guilielmo Ruffo, circa finem. Est memoriae proditum, cuidam sacerdoti post erutum oculum, & linguam præcissam, Dei nutu sermonem fuisse restitutum. Hæc ille. Nec inter prodigia siluerunt externæ historiæ, nempe Romanæ, infantium præmaturam loquutionem. Idèd Liuius lib. 24. post

Catalogo
Sanctorum
lib. 6. cap. 123.
item Marulus
li. 5. cap. 1.
Daniel
Aegyptius
Abbas
accusatus
quod
sceminam
gravidasset
seu
impregnasset:
postquam
ea
peperit,
omnibus
conuocatis
infantulum
per
Deum
obsecrat,
vt
quis
pater
eius
esset,
palà
diceret.

Abdias
lib. 6. historiarum
certaminis
Apostolici
de
SS. Simone
& Iuda
scribit.

Surius
tom. 3.

Polyd.
Verg. hist.
Ang. lib.
10. in G.
Ruffo.

principia: Iā, inquit, vulgata miracula erant bouē in Sicilia loquūtū: & (quod nostro proposito maximē cōgruit) iustitiam in vrero matris in Marucinis, lo triumphē, clamantem ex muliere Spoleti virum factum: cetera quae ibi commemorantur. Sic isti lactentes Io triumphē concinebāt & clamabant idiomate illis Hebrais videlicet peculiari & *Appian.* *Osanna in excelsis.* Appianus Alexandrinus historicus Romanarum de bellis ciuilibus li. 4. circa principū. Multa (inquit) horrenda in vrbe visa sunt prodigia. Bos humanam vocem emisit, & infans recens natus loquutus est: in lacris sudor apparuit, in quibusdā eorū etiā mixtus gremis sanguis. Hæc ille Iulius Obsequēs de prodigijs Quiritilio Cepione, Artillio Sarrano Coss. Amicerni, inquit, cum ex ancilla puer nasceretur, Aue, dixit. Hæc ille. Vides apud gentes etiā & profanos, non defuisse argumēta, ex quibus maxima Dei potentia demonstraretur, qui ex ore infantis imò nedum in lucē extra matrum vterum emissorum, profecit laudem: vt omnes etiam gētilēs & ethnici eū collaudarent Item apud Liuium Roma. histor. lib. 35. longē ante med. Bos, inquit, loquutus est, Roma caue tibi. Hæc ibi. Idē lib. 3. non procul ab initio, Bos, ait, loquuta est. Hęc patefciunt, (si tamen vera sint) Dei super omnes creaturas dominationē, & contra omnes infideles qui deriderent factā historiā, a sinā Balaā loquūtā fuisse miraculosē, testātē, hęc ex profanis scriptoribus producta exēpla non parū valent.

Ex ore infantium perfecisti laudem. Hoc Christi responsō sufficienter edocemur pias fidelium, licet Latine lingue imperitorum, preces & orationes, ad Ecclesiā Romanæ matris nostræ ritum formamq; recitatas, Deo gratas esse, & acceptas. Quod enim rectā intētiōne, sanctaq; & deuota religione peragitur ad Dei honorem, quacūque lingua (etiam ab orante non intellecta) celebrētur, ex obedientia Ecclesiæ matris, & eiusdem, praxi bonum & salutaris esse iudicandū est: neque sic oratio fit sine fructu, & absque merito. Siquidem Deus cor potissimum intuerur, nec tam verba externa attendit, quam animū sincerū & bene affectum. De hypocritis enim dicitur, vt citat Chriillus ex *Isaie 15.* *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longē est à me.* In rudi & indocta plebecula, catholicorum ritu. Pater noster, & Aue Maria, Credo in Deum, & cetera huiusmodi Christianæ fidei rudimenta, Latine enuntiantes & orante in Ecclesia Dei, Spiritus ipse orat & postulat, maiore

Appian.
lib. 4. de
bellis ci-
uil. Ro.
hist.

Liuius li.
bro 35.
Ro. hist.
lib. 3.

Isaie 15.

fore sapē fructū, quān aliqui trium linguarum periti non nequē pij ac docti orent, qui non tanto cum animi feruore ac deuotione orationes, quā potius mera verba fundunt, absque eleuatione & eiuculatione mentis in Deum (quæ est orationis præcipua virtus, cum sit oratio, finitore Damasceno orthodox. fid. li. 3. c. 24. ascēsiō mentis in Deū: *scen. li. 3.* Vel vt Græcē scripsit *11 ποσειν χυ εγιυ αυάβουαυς υν πρὸς θειν.* Hęc c. 24. orationē Gallicē in suo clypeo fidei Nicolaus Grenierius Victorin⁹, thod. s. fulius pertractat, vt quandoque me ibi legisse memini. Superest vt ad domum orationis conuenientes, toto mentis affectu Deum deprecemur, & (quod ait sanctificatus in vtero Hieremias *Threnor. 3.*) *Leuemus corda nostra cum manibus in caelos ad Dominum.* In templi verò limine veluti in pede montis, cum Abraham Isaac immolaturō, seruos & filios relictos relinquamus, *Genesis 22.* Affectus scilicet circa feruilia & carnalia. Et cum igne deuotionis ac dilectionis Dei, & excitationis erga ipsum, de quo *3. Reg. 18.* dicitur, *Qui exaudierit per ignem, ipse est Deus.* Item cum penitentiæ gladio, & lignis, id est, crucis meditatione, in mentem, feruente spiritu cum Christo etiā oraturi, cōscendamus: Et in Christi eiusdem nomine exaudiemur, faxit Deus. Amen.

FERIA III. POST PRIMAM

DOMINICAM QUADRAGESIMÆ.

De signis. Volumus signum videre, Matt. 12.

Estē hoc, (vt omnia) dixit Aposto. *1. Cor. 1. 1. Cor. 1.* *Iudæi signa petunt.* Ioan. 2. Illi dicebāt, *Quod Ioan. 2.* *signū ostendis nobis, quia hac facis.* Et Regulo *Ioan. 6.* dictū est à Christo, *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* cap. 6. *Quod tu facis signum vt credamus tibi? Patres nostri manducauerunt manna, &c.* Nunc repetunt importuni, *Matt. 12.* *Volumus signum,* nempe de cælo, vt exprimitur *Luc. 11.* Non equidem ex deuotione, sed ex curiositate, cum interim illud calūniaturū essēt, & dicturi Magos in Aegypto signa quoque fecisse. Nō ob id tamen omninō damnādi sunt, quōd signa à principio postulauerint, si cū humilitate, & debita reuerētia

tia id fecissent, & visis à se tot miraculis ac signis: mirum
 Chriito credidissent: præsertim quum in coelestem doctrinam
 Marc. 1. eamq; singularem & raram, *Ioan. 7. Nunquam sic loquitur homo, sicut hic homo;* & sua nouitate admirabilem, (*Mary. Mirari sunt omnes dicentes. Quanam est doctrina hac noua?*)
 Christus nouus homo in mundum ueniens, nouus legis
 tor, nouusq; Prophetæ, attrulerit & prædicauerit: Sed potius
 quia ex eorum infidelitate, hæc processit postulatio, nimirum
 opere imperiosa, idè inquam redarguendi sunt, & merito
 Extra de Hære de Flare repulsam passi. Scribitur extrà de Hæreticis, cap. Cum te
 ticis cap. inuncto. Non sufficit cuiquam nudè tantum asserere, quòd
 Cum ex ipse sit missus à Deo, cum hoc quilibet hæreticus asseueret
 inuncto. sed oportet quòd astruat illam inuisibilem missionem per
 operationem miraculi, vel scripturæ testimonium speciale.
 le. Vnde cum dominus uellet mittere Moïsem in Ægyptum
 ad filios Israël, ut crederent ei quòd mitteretur ab ipso,
 dedit ei signum ut cõuerteret uirgam in colubrum, & uir-
 gam iterum reformaret. Ioannes quoque Baptista speciale
 suæ missionis testimonium protulit de scriptura dicens,
 Ego Vox clamantis in deserto, sicut ait *Isaias propheta.* Hæc ibi
 Innocentius 3. Et id quidem uerum est, quod ad plantan-
 dam religionem, necessaria sunt quodammodo miracula,
 ab ipso exordio disseminata, ceu prædicatæ doctrinæ ueluti
 plantulis recentioribus tantisperdum adolefcant, impri-
 mis crebra frequensque irrigatio necessaria esse uidentur:
 quæ ubi firmas, altasq; fixerint radices, intermittitur. Nar-
 rat Cedrenus in Compendio historiarum. fol. 404. quòd
 Cedre- tempore Basilij Imperatoris religiosi, apud Rossos ut ad
 nus in fidem Christi conuerterentur, per Pontificem editum est
 Comp. huiusmodi miraculum. Princeps gentis Rossorum cum suis
 deliberans an falsa religio adhuc retinenda, an uerò Chri-
 stiana accedendum esset, ad se missum Pontificem aduo-
 cat, interrogans quidnam profiteretur, & ipsos docturos
 esset: proferens Episcopus Euangelij librum, & quædam mi-
 racula exponit à Deo incarnato edita. Ibi Rossus negat se,
 aut suos ipsi fidem ullo modo habituros, nisi aliquid horum,
 præsertim seruatorum in flagranti camino puerorum, si-
 mile uiderent. Ad hæc Pontifex fidens ueraci eius sermone
 qui dixerat: *Quicquid petieritis in nomine meo, accipietis: &
 Qui crediderit, signa quæ ego facio ipse faciet, & maiora hu-
 sciet.* Tametsi, inquit, tentare Deum fas non est, tamen si ex
 animo statuistis ad Deum uos conferre, postulare quod uel-
 tis,

tis, & is omnino id præstabit propter fidem uestram: quanquam
 nos minime sumus & indigni. Confestim postularunt ut
 codex Euangelij in rogum quem succederant, mitteretur: pro-
 mittentes se eo incolumi manente, Deo quem ipse prædi-
 casset, nomen duros. Accepta hæc conditio, & Pontifice
 orante, conicitur in caminum liber Euangelicus, cumq;
 caminus per multas horas arfisset, tandemque materia cõ-
 sumpta extinctus esset, liber incolumis, illæsusq; omnino
 reperitur. Cuius miraculi magnitudine percussi Barbari,
 omni dubitatione abiecta, ad Baptismum cõfugerunt. Zona-
 ras 10. 3. Analiu hanc eandem narrat historiã, habeturq; fol.
 146. in Zona Latina seorsum impresso Lutetia, in Græco
 Latino uerò Basilea per Oporinum typis mandato, extat
 Zonaras pagina 139. & 140. Rossi (inquit) à sua religione ad nostram
 Rom. 3. transiunt, tergierfabantur, & dubitabant, ac nisi miracu-
 Annal. lum uiderimus (inquiunt Pontifici) qualia tu multa à Chri-
 sto facta esse doces, nunquam doctrinã tuã amplectemur. Tū
 is, Petite (inquit) quod uultis, & cetera quæ supra cõmemo-
 rauimus. Itè ab hæreticis, noua quædam auribus nostris in-
 ferentibus, & contra antiquã & uitam Religionẽ prædi-
 cãtib, prudenter, magna; cautione exigenda essent mi-
 racula, & signa: ne scilicet dãnata illorũ dogmata, in nostrã
 perniciẽ sulcipiamus, uel amplectatur. Nunquam enim con-
 tinget, ut in sui erroris comprobationem, tantillum mira-
 culum edere possit hæreticus, Deo nimirum non concurren-
 te. Eliæ tẽporibus, miraculis commissam fuisse religionis
 controuersiam, contra falsos prophetas Baal, sacra testatur
 historia. 3. Reg. 18. Nullaq; potuerunt sacrifici illi edere mi-
 racula, quantumuis seipios excruciant, & inciderent se
 iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderen-
 tur sanguine, Stentorea; uoce clamarent, à mane usq; ad
 meridiem, dicentes: *Baal exaudi nos. Non fuit tamen uox, nec
 qui responderet.* Quibus frustra conãtib, Elias, uero ignis
 cœlestis delapsi miraculo, solam antiquam religionem ueterum
 Patriarcharum, ac Prophetarum, ceterorũque ius-
 torum, ueram esse commonstrauit euidentissimè, ut fustus
 ibi describitur, Cassianus item, collatione 15. litera B. Cum
 Cassian. necessitas, inquit, inuitabilis arrasseret sanctos, tunc in Dei
 col. 15. 8. honorem, & populi utilitatem faciebant miracula, ut Ma-
 charius Abbas, qui habitauit in solitudine, mortuum sus-
 citauit. Cum hæreticus quidam Eunomianus conaretur
 catholicam fidem subuertere, rogatus Macharius ad-
 uenit.

uenit, vt totius Ægypti regionem liberaret, ab infidelitate periculo, hæreticus eum dialecticè aggressus est, Macharius contra, nõ in multiloquio (inquit) est regnum Dei, sed in virtute. Eamus ad sepulchra, & dominum inuocemus super mortuum quem inuenerimus primum, atq; (vt scriptum est) ostendamus ex operibus fidem nostram. Hæreticus coram plebe constrictus pudore dissimulauit ad presens præbere assensum, spondens se affuturum die sequenti. Postero die circumstantibus vniuersis, perterritus ille in delitate conscientię suæ, fugit à tota Ægypto. Quem beatus Macharius cum populo præstolans, vique ad nonā horā, cum videret illum abiisse ex formidine cõscientiæ malæ, assumens plebem ab hæretico deprauatam, abiit ad sepulchra: Ibiq; antiquissimo cuidam cadaveri dixit: O homo si huc venisset mecū ille hæreticus, filius perditionis & ipso præterit nomen Dei mei Iesu Christi super te inuocassem, Dic ane surrexisses corā his, qui penè subter erant fraude illius? Tunc mortuus ille confurgens sua voce mox respondit annuenti. Quem interrogauit Macharius. Quis aliquando extitisset in vita hac, & in qua aetate mundi fuisset, & an tunc nomen Christi agnouit. Respondit fuisse sub antiquissimis regibus, & se nõquam audire se nomen Christi illis temporibus. Cui Macharius. Dormi (inquit) in pace suscitandus à Christo cū cæteris in fine temporum in ordine tuo. Necessitas compulit B. Macharium hoc facere miraculum, non ostentatio vana: quem admodum liber regum testatur fecisse Heliã, qui idem postulauit ignem de cælo descendere super hostias altari impositas, vt fidẽ totius populi liberaret, eodem populo periclitante præstigiis Pseudoprophetarum. Hęc ibi Ioãnes Cassianus, D. Ioannis Chrylostomi quondam auditor, atque discipulus, & ab eo diaconus ordinatus, Trithemio Abbate Speculhemensi de scriptoribus ecclesiasticis teste. Tertullianus antiquissimus scriptor, libro de præscriptionibus hæreticorum, miracula à Gnosticis illius temporis hæreticis enarrat, quæritq; vt doctus Quintinus vtriusque iuris consultiusimus annotauit ibi cap. 30. Probenst (inquit) se nouos apostolos esse. Solet Christus apostolis dare virtutem eadẽ signa edendi, quæ & ipse. Volo igitur, & virtutes eorū profertur, nisi quod agnosco maximam virtutem eorum, qua apostolos in peruersum æmulantur. Illi enim de mortuis suscitabant, isti de viuis mortuos faciunt. Ita tandem

Trithemius de scriptoribus Eccles. Tertull. de præscrip. Quinti-

haber recentior editio Tertulliani studio Laurentij de la Barre Parisiis anno 1580. Vulgarior (inquit ille ibi) lectio *La Barre in Tertull.* est illi enim de mortuis viuos faciebant, isti de viuis mortuos faciunt. Nihil sanè tam frequens inuenies in monumentis literarum, quàm sanctorum patrum ecclesiæ curaciones admirabiles, mortuorum suscitationes, atque innumera id genus miracula: quæ non nisi diuina virgula fieri poterant. Ex aduerso inuenias tragœdias hæreticorū, fuisse semper ad perniciem. Quis nescit strages, & clades tot cõmillas hæreticis impulsiotibus, tot viduatas, spoliatas, direptas, & euersas vrbes? Antiqua non reuoco. Testes sibi erunt Gallia, & Germania, ex quo conclusum tenent virus hæreticos, quid non incommodi senserunt, quid non adhuc sentient nisi finem aliquem Deus, & miserator Dominus malis istis dederit: Hoc autem quod dixit Tertull. Hæreticos de viuis mortuos facere, duobus modis haud ineptè exponi posse iudico. Vno modo quod sint hæretici homicidæ animam & corpus lædentes, alio modo, quod mortuos simulantes ipsi suscitare conari, nihil minus tamen quàm id præstare potuerint: quin potius Deo ita vlciscente impietatem & hypochrisim, verè & realiter mortui inuenti sunt, qui se mortuos confinxerāt veluti etiam cæcum præsentium, re ipsa iusto Dei iudicio, excæcatum ab hæreticis, sub specie miraculi, in eius illuminatione edendi fide digna narrat historia, à nobis mox secūdo ordine subiicienda. Primò Franciscus Turrianus, opere eleganti de dogmaticis characteribus anno 1561. Florentiæ impresso, libro 1. non longè à fine, has similes refert historias dictorū fidem facientes. Non ita pridè in Polonia in pago Bierhaze non longè à Cracouia, hæreticus cõcionator, cum veller Euangelium quod prædicabat signo sequente, confirmare, patens est pecunia cum Mathæo (sic enim appellabatur) vt simularet se mortuum, & funere elatu prolequuta est fletu, & euulatu funus vxor artificij nefarij conscia, & pecunie particeps. Hic cõcionator postquam satis tonasset, tandem vt signa sua ad extremum nouo portico comprobaret: Surge (inquit) Mathæe, in nomine Christi cuius Euangelij prædico. Cum verò ille non surgeret, rursus altius inclamans, vt fortassis auctiore tomno captum excitaret, Surge (inquit) Mathæe. Cum ne sic quidem euigilaret, iter ad feretrum, retegijur facies velata, & deprehenditur reuera mortuus, qui se tanto aliorum periculo mortuum simulare

Turrianus de dogmaticis characteribus.

simulare voluerat: & vxor quæ lachrymas & lamenta fudit, verè iam lachrymans & in concionatorem tanquam in sycophantem grauissimè inuecta, Euangelium eius de testari cœpit. Huiusmodi sunt miracula hæreticorum. Simile aliquid ferunt à Caluino instructum Geneuæ, & eundem exitum habuisse. Hæc ille. Huius de Caluino historiae auctores graues legisse reminiscor, Surium Faisium & Bolsecum, *ut in ore trium testium stet omne verbum.* Surium breui commentario rerum in orbe gestarum ab anno 1560 vsque in annum 1568. Coloniae impresso. Caluinus, inquit, persuasit quandoque miserere cuidam, vt se pateretur tanquam mortuum in templum deportari: fecit illa conuolente etiam eius coniuge. Porro Caluini consilium erat vt hominem coram populo iuberet redire ad superiores, ceu reuiuiscere, hominèque mox sese erigente, tam inaudito miraculo certam omnino & sacrosanctam in orbè terrarum doctrinam inuexisse videretur. Sed ô Dei clementiam, quæ perfidiosi hominis astum incredibilem noluit latere mortales, vt his maturè ab eius consortio se remouerent. Miser ille, qui viuus in templum illatus fuerat, mortuus inde illatus est. Cum enim Caluinus propius accessisset, & si sua doctrinâ vera esset, eum iuberet resumpro spiritu surgere, vt homo callidus laqueo, quem aliis tetenderat, ipsius strangularetur, & omnes intelligerent falsissima esse, quæ miseris pro verbo Dei vendicaret, nihil potius sese commouit homo, quippe omni huius lucis vsura repete priuatus. Porro coniux illius ea re cœperta eiulatu & clamore animi sui testatur nec opinatum dolorè. Sed Caluinus eam egregiis pollicitationibus delinuit: ne rem latius propalarer. In hoc, verò facinore deprehensus, fertur mox redisse in suggestum: dixisseque populo: Ecce hinc apparet imbecillitas fidei vestræ, quod homo iste non potuit excitari mortuis. Et fortassis persuasit hoc miserum illi concioni. Hæc quidè de illo Caluino ita scripsi, quem admodum à fide dignis accepi. Hucusque Surius. Bartholomæus verò Faisius in suo anergumenico, circa mediū sic scribit. *Quid, Calu-num assequenda, quam votis omnibus expeteret, apothecis viam, alia quæ solo verbo initur, omnia longe difficilior, vt inuocata eius, quod in Geneuensi tēplo prædicaret Euāgelij efficacia, quæ instar mortui viuum hominè feretro imponi, ac media concione afferri curaret, è mortuis coram suscitare videretur?* Sed is

*Surius,
Faisius,
Bolsec.*

*Faisius in
suo anergu-
meni-
co.*

fucus diuina prouidentia humanos miserate errores, actum & ferè vindicatus est. Talis enim personatus ille, qualem sese affinxerat, ab vxore, cur tandiu ad ministri in- clamationes obfudesceret demirante, ac loculum præ ani- mi impotentia tandem aperiente, cœpertus est. Nec sic qui- dem de eo intentata aduersus egregiū impostorè, quæstio oppressa est: vt is dolus tum nostratium quorundam, tum Germanorum complurium, illic fortè astantium, sermoni- bus, denique doctissimis Suriij, Stapili ac Lindani scriptis, non vbiq̃ gentium ac locorum diulgaretur. Quinimo similem per omnia casum Matthæo cuidam, cum vxore sua à quopiam, noui euangelij cōcionatore conducto in pago Bethzaze, non procul à Cracouia Poloniensī vrbe conti- gisse idè Lindanus affirmat: dialogo scilicet 3. Dubitantij. Hæc Faisius. Tercius huius doli, ac recheq̃ à Caluino instru- ctæ Hieronymus Bolsecus testis accedat, qui in vita Cal- uini anno domini 1577. Gallicè edita scribit in summa illū voluisse quendam Eduensem, vocatum le Brullé, suscitare: qui penuria, & egestate compulsus pacta pecunia vt mor- tuū se simularet & fingeret, fuerat à Caluino subornatus. Hoc quidè factum la Barre annotationibus suis in Terrul- lianum de præscriptionibus aduersus hæreticos, pagin. 78. sic Latine expressit. *Quid Ferrario acciderit mortuum si- mulanti, testis est Lindanus in dubit. dialogo tertio quod cum ad vocem surgere deberet, iubentis Caluini, surge in nomine Christi. Darmon Ferrario fauces præfregit. Carera Hermes Bolsec in vita Caluini cap. 13. Quomodo propterea Caluinus fuit ab vxore Ferrarij in iudicium vocatus, atque coniugis interempti accusatus perulantissimè: Frater Mathias Felisius nostri ordiais, in decalogum, vbi agit de miraculis, de Lutheri & Caluini fictis miraculis, eadem que hic collegimus, cōscribit: Sed que hic dicta sunt, nunc sufficiant. Ad secundum exemplorum genus & ordinè accedo. Scribit Gregorius Turonensis, lib. 2. historiae Franco- rum, s. 3. Cirola Arrianorum episcopus, ab episcopis multa miracula fieri cernens, vocatum ad se quendam hominem suæ factionis, ait, Non patior quod hi episcopi multa in po- pulo signa depromunt, illòsque cuncti me neglecto sequū- tur. Adquiesce nunc his quæ præcipio, & acceptis quin- quaginta aureis, sedè in platea per quam nobis est transi- tus, & manum super oculos ponens, me prætereunte cum reliquis, exclama in magna virtute dicens. Te beatissime*

*Lindan⁹
dialog. 3.
Dubitā-
tij.
Bolsecus
in vita
Caluini.
Le Brul-
lé.
La Bar-
re.*

Cirola,

Cirola, nostræ religionis antistes, deprecor, vt respiciens manifeste gloriam, ac virtutem tuam, vt oculos meos aperiens, merear lucem videre quam perdidisti. Qui iussa complens, refidensque in platea, iste qui Deum irridere cogitabat, exclamauit: Audi me beatissime Cirola, & desideratam restitue lucem: quia graui sum cæcitate percussus. Veritatem enim nesciens verum dicebat: quia cæcauerat eum cupiditas. Tunc hæreticorum episcopus, paululum se diuertit, quasi in virtute triumphaturus, elatus vanitate, atque superbia, posuit manum suam super oculos eius dicens: Secundum fidem nostram, qua rectè Deum credimus, aperiantur oculi tui. Et mox, vt hoc nefas erupit, risus mutatur in planctum, & dolus episcopi est patefactus in publico. Nantantum dolor oculos miseri illius inuasit, vt eos digitis comprimere, ne creparent. Denique clamare cœpit misere ac dicere, Va mihi misero, quia seductus sum ab inimico legis diuinæ. Ad Episcopum autem aiebat: Ecce aurum tuum, redde lumen meum, quod dolo tuo perdidisti. Vósque rogat gloriosissimi Christiani, ne despiciatis miserum, sed velociter succurrite pereunti. Verè enim cognoui, quia Deus non irridetur. Tunc Sancti Dei misericordia moti, Si quis quiunt, credis, *omnia possibilia sunt credenti*, & Catholice dei professione præmissa, Sanctus Eugenius crucem super oculos cæci faciens, ait, *In nomine patris, & filij & spiritus sancti*, quem trium in vna æqualitate, atque omnipotentia confitemur, aperiantur oculi tui. Et statim ablato dolore, ad pristinam rediit sanitatem, & facta est vox vna populis dicentis, Verus Deus pater & filius & spiritus sanctus, vnus Deus eodem honore venerandus. Nam quæ Cirola adferre falsa esse cunctis est manifestum. Hæc ibi fusius tractat. Idem de gloria confessorum, §. 13. Simile narrat de alio, qui acceptis quadraginta aureis cæcitate fingebat: sed imposta manu cuiusdam episcopi Gothi Arriani, qui tanquam nouus Cirola, constipatus hæreticorum caterua, procedebat in publicum; visum perdidit, & dolum, quem auaritia impellente finxerat, publicauit. Vides quod cæcant hæretici, quos illuminare contendunt: atque ita in peruersum (vt dixerat Tertull.) Apostolos æmulantur. Discis etiam paratum esse in derisores supplicium iuxta illud sapientis, *Prover. 3. Abominatio domini est omnia illi in*

Gregori^{us}
Turon.
de gloria
confessoru
§. 13.

Surius
tom. 4.

Ipse enim doludet illufores. Quod tribus penè similibus historiis sequentibus fuerit contestatissimum. Surius tom. 4. in vita

in vita S. Gregorij Thaumaturgi, id est, mirabiliū operum effectoris, per D. Gregorium Nissenum scripta, Gentiano Herueto interprete, Iulij 3. Erāt (inquit) duo quidā ex Hæreticis, & vnus quidem ex eis, qui videbatur esse mortuus, iacebat supinus in via publica: Alter autem miserabiliter eiulans, propter eum qui iacebat, magnum illum prætereuntem, (sanctum scilicet Gregorium) magna voce clamando vocabat, dicens hunc miserum subita morte coramptum, nudum iacere, nec paratum esse aliquid quo sepeliretur. Rogabat ergo illum, vt paupertatis motus misericordia, ex iis quæ habebat, præberet vltimum amictum corpori iniiciendum: diploide, qua erat indutus, iniecta iacenti, perrexit vltra progredi in itinere. Postquam autem illo prætergresso, soli erant, qui hæc aduersus eum fecerāt, deceptor ille in risum mutata simulata lamentatione, iussit eum qui iacebat surgere, præ gaudio cachinnos edens ob lucrum eis ex fraude factum. Is autem erat in eodem, quo prius habitu; nihil audiens ex his quæ dicebantur. Altero autem maiori voce vtente, & pede simul eum excitante, nihilo magis is qui iacebat, neque vocem exaudivit, nec ictum sentit; sed in simili erat figura extensus. Simul enim ac iniecta est vestis, fuit mortuus, reuera morte functus, quam simulabat ad magnum illum decipiendum. Adeo vt non fuit homo deceptus, sed cuius causa fuerat ab eo data vestis, ad id utilis fuerit ei, qui acceperat. Si autem videtur triste hoc opus magni illius fidei, ne videatur cuiquam hoc alienum, ad magnum Petrum respicienti. Etenim ille non solum beneficiis ostendit eam quæ in se inerat potestatem, claudum ex vtero erigendo, umbra corporis sui ægrotos curando: sed etiam Ananiam, & Saphiram coniugem ob mendacium in Spiritum sanctum terribili exemplo morte damnando. Merito ergo Petri imitator, eum qui aduersus spiritum sanctum fraude vti est conatus, effectit, vt de se vera diceret. Hæc ibidem. Rursus tomo 3. in vita S. Epiphaniij episcopi, habetur etiam in Simeone Metaphraсте. Fuerunt duo illufores (inquit) transeunte beato Epiphanio, quorum alter dixit, Sancte pater visce mortuum, & super eum iniice regu-
mentum. Hæc cum audisset, stetit ad Orientem pro mortuo offerens orationem, cumque se suo exuisset indumento, proiecit ad induendum mortuum. Obserua, pro Simeone defuncto oblata fuisse orationem contra hæreticos. *Metaph. Reliqua*

in vita
S. Greg.
Thaum.

Surius
tom. 3. in
vita S.
Epiphani-

metaph.

Theodoro- Reliqua sunt superiori narrationi quam simillima. *Beatus*
resus, hi- Theodorus sanctorum patrum historia, de sancto Iacobo
stor. SS. Nisibita vita i. sic refert. Cum ei aliquando iter facere co-
patrum tingeret. ad eum accedunt quidam pauperes, vnum etiam
de S. Ia- tantum mortuum proponentes, & que ad illum sepelire
cobo Ni- dum erant necessaria supplices ab eo postulantes: Ille con-
sibita. cessit quidem rogantibus, Deo autem preces obtulit, tanquam
 pro mortuo, (Attende o heretice) rogans ut remitteret ei
 que in vita peccauerat, & eum in chorum iustorum digna-
 retur admittere. Hec autem cum dicerentur, eius qui tunc
 mortem simulabat, euolauit anima, suppeditata sunt autem
 corpori tegumenta: Que cum ij qui actum composuerant
 mortuum certò deprehendissent, ad magnum Iacobum con-
 currentes, eum suppliciter obsecrant, actus quem temere
 agendum susceperant, dicentes causam fuisse paupertatis,
 ei qui iacebat ablata restitueret animam. Domini itaque im-
 mensi clementiam, & preces exaudivit & ostendit miraculum,
 qui vitam precibus ablatam, per preces iacenti restituit.

Hoc autem (prosequitur Theodorus) mihi quidem vide-
 tur esse simile magni Petri miraculo, qui Ananiam & Sa-
 phiram suffragatos, metitrosque morti tradidit. Etenim hic
 quosq; similiter eius qui veritatem erat furatus, & menda-
 cio erat usus abstulit animam: Sed ille quidem cum furum
 cognouisset (reuelauerat enim gratia spiritus) intulit sup-
 plicium: hic autem actus argumentum nesciens, obtulit
 quidem preces, stetit autem vita cursum ei qui simulauerat,
 & diuinus quidem Apostolus mortuos à calamitate mi-
 nimè eripuit: Salutaris enim prædicationis in terra, meta-
 opus habebant, hic autem cum esset resectus gratia Apo-
 stolica & punit ad tempus, & penam mox remisit. Hoc
 enim opus habebat eo qui esset lucrifactor eos qui offeren-
 derant. Hucusque Theodorus. Quod in suo Alexicaco
 Barthol. Faius reposuit circa libri medium. Quod autem de
 impostoribus concionatoribus, siue (vt vulgo nominantur)
 prædicantibus supra retulimus, me veteris cuiusdam historia
 admonuit, quam hic inferere libuit, quæ habetur to. 2. Co-
 ciliorum sexæ synodi Constantinopolitana, actione 13. sub
 Agathone: de Polichronio quodam Presbytero & mona-
 cho Monothelita heretico, qui adductus ad Concilium, in-
 terrogatur que esset fides eius, de Domini incarnatione.
 Qui dixit: Ego expositionem fidei meæ do in opere mortui,
 rogans pro eo filium Dei vt suscitaret eum: Sin autem non
 resurrexerit

Faius in
Alexico-
co.

Cocilia.

resurrexerit, ecce Concilium & Imperator, quæ eis placue-
 rit in me faciant. Concilium dixit: Expositionem fidei tuæ
 profer, nam ecce mortuus præparatus est. Respondit. In hoc
 est fides mea, & ita mihi ostendit Deus, vt ponam eam super
 mortuum, & si non resurrexerit, ecce vt prædixi, Imperator
 & Concilium iudicet: & protulit chartulam propria scrip-
 tam manu continentem falsam visionem, atque inter ca-
 tera istud: Qui non confitetur vnam voluntatem, non est
 Christianus, iussit Concilium, vt illa chartula ab eodè iux-
 ta propositionem suam poneretur super mortuum ad hoc
 præparatū in loco publico, in præsentia Concilij & populi.
 Posuit, per plures horas insuffrrens ei defuncto, nihil pe-
 ragere valuit. Idemque Polichronius dixit, nullatenus se
 posse mortuum suscitare. Populus autem exclamauit, Nouo
 Simoni Anathema. Polichronio, seductori populi, Anathe-
 ma. Concilio interrogante si adhuc perseveraret in sua he-
 resis, Respondit: Credo vnam voluntatem, alterum quid non
 dico. Quamobrem per Concilium tanquam seductor po-
 puli, & manifestus hereticus, depositus est ab omni ordine,
 & officio sacerdotali. Quomodo (ait sanctum Concilium) es-
 set possibile blasphemantem in Deum virtutes operari: Hæc
 prolixius multo in Concilio recitatur. De Simone Mago,
 quem vocat Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi 6. om-
 nis hæreseos authorem: Refert Egesip. de excid. Hieros. li.
 7. c. 2. quòd ille adorsus suscitare defunctum adolescentem
 Romanum, incantauit carmina: visus est defunctus caput
 agitare. Petrus tunc dixit: Si viuus defunctus loquatur: si
 reuiscitatus est: ambulet. Phantasma est, quod videatur ca-
 put mouisse. Petrus orationi intentus ait: Adulescens surge:
 sanet te Dominus Iesus, statimque surrexit & loquutus est,
 ambulauit & cibum sumpsit, & dedit eum matri suæ. Idem
 Cyrillus Archiepiscopus Hierosolymitanus Catechesi 6.
 Manes (inquit) se Paracletum dicebat, agrotum regis Per-
 sarum filium promittebat per orationem sese curaturum,
 & recessit vita à filio regis: Ideò in custodiam traditur, sed
 ex carcere fugit. Iterum comprehensus, iuste excoriari lege
 Persica mandauit, & corpus quidem reliquum bestiis deuo-
 randum tradidit: cutea verò tanquam vitrem ante portas
 suspendi curauit. An non perspicis facultate edendorum
 miraculorum hæreticos omnino destitui: quod D. Irenæus Iren. l. 3.
 Episcopus Lugdunensis, vir Apostolicus, ac temporibus A-
 postolorum vicinus, lib. 2. contra hæreses cap. 57. obseruauit

Cyrillus
Hier. ca-
tech. 6.
Egesip.
de exci-
dio.

de Gnosticis agens: Nec enim, inquit, cæcis possunt donari visum, neque surdis auditum, neque omnes dæmones exorcizare, neque bonas valetudines restaurare, tantum absum eo ut mortuū excitent, quemadmodum Dominus excitauit & Apostoli per orationē, & in fraternitate, sapissimè propter aliquand necessarium, ea quæ est in quoquo loco Ecclesiæ vniuersa postulante, per ieiuniū & supplicationē multam reuersus est spiritus mortuo, & donatus est homo orationibus sanctorum. Hæc ille pater. Surius Commentario rerum in orbe gestarum, de Luthero affirmat nullum vnquam miraculum fecisse: Conatum quidem fuisse aliquando dæmonem expellere, sed frustra, anno scilicet 1545. Adducta est Luthero puella quædam dæmoniaca, ea spe, quod dæmonem esset eiecturus. Hanc iussit in sacrarium parochianæ Ecclesiæ introduci: Ibique suis quibusdā exorcismis adierat dæmonem: sed dæmon eius exorcismos irridet. Cùmque è sacrarij ostio se veller proripere, malus dæmon ad obstruxit ostiū, ut neque foris neque intus referari poterit. Iamque per fenestras erumpere conabatur, sed conatus eius, cancelli ferrei retardabant. Denique securi ferrea per cancellos immissa, ostium perfringi oportuit, ut Lutherus pateret exitus. Hæc Surius tāquam de re notissima, ait Favianus in Energumenico. Verum Staphili aliquando testatorum ratio, ut qui se tum iuuenem miserando exorcista astutissimè ac valida securi sibi per cancellos tradita fores effregisset, iusto Dei iudicio exorcizare tentanti, id ferè contigit quod filiis Scæuæ Iudæi principis sacerdotum accidisse apostolica narrat historia, Act. 19. Infilis homo in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus eorum inualuit conuincere exorcistæ huiusmodi, qui tentandi numinis gratia arripuerant exorcisandi munus, dicentes. *Adiuuro vos per Iesum quem Paulus prædicat. Itaque nudi & vulnerati effugerunt de domo illa* Surius de Luthero loco suprâ citato concludens horat dicit, ut pietas (inquit) confirmetur, & impietas pudeat Catholicus lector videat non deesse hodièque miraculorum etiam insignium, ut eiectiois dæmonum ac similium æditionem, in Ecclesia Catholica. Porrò de istis prodigijs noui Evangelij buccinatoribus rectè dici posse, eos ne claudicantem canem, nec cæcutièrem equum vnquam curare potuisse. Hæc ille. Quod Desiderius Erasmi. in sua de libero arbitrio *Aduersus*, siue collatione, dixerat contra Lutheranos

Surius
Cõment.

Favianus in
Energumenico.
Staphili.

Act. 19.

Erasmi.

theranos. Non credebatur (inquit) Apostolis, nisi miracula fidem astruxissent doctrinæ: nunc quilibet sibi postulat credidit, quòd affirmet se habere spiritum Euangelicum. Apostoli quoniam excutiebant viperas, sauebant ægrotos, excitabant mortuos, imposita manu dabant donum linguarum: ita demum creditum est & vix creditum est illis paradoxa docentibus. Nunc cùm iuxta communem opinionem adferant penè *per paradoxum*, nullus illorum adhuc exiit, qui vel equum claudum sanare potuerit. Atque vtinam quidam absque miraculis præstarent sinceritatem atque simplicitatem morum Apostolicorum, qui nobis tardiusculis essent miraculorum vice. Hæc Erasmus. Fertur Lutherus (teste Surio in Comment. illo toties memorato, mortuum quandoque immurmurationibus quibusdam excitare voluisse, Vilhelmum illum Nesenum in Albi submersum: sed accidit illi quod Poëta ait Horatius in arte poetica.

Parturunt montes, nascetur ridiculus mus.

Neseni illius, quem in cassum suscitare tetrauit Lutherus in Gallicia sua historia eleganter, cōcinnèque digesta Magister noster Simon Fōtanus præceptoris mei Iuliani Dauis, à me multis nominibus obseruantia perpetua recolendus, nostri ordinis Theologorum faciliè principis & (vt ita dicam) Phœnicis sui sæculi institutor, (amborū animæ pace fruuntur æterna) meminit paulò diffusius. Scribit Helmesius, vir sanè in diuinis literis apprime versatus lib. 3. de verbo Dei cap. 29. Lutherus hæctenus miraculum fecit nullum: illo excepto de quo gloriatur in expositione Psal. 44. *Eruitauit cor meum*, dicens. Papistæ dicunt me nullis miraculis doctrinam meam cōfirmare. Quibus respondeo hoc maximum esse miraculum, & maius miraculis vnquam factis, quòd doctrina mea in tam breui tempore sine vllò miraculo se dilatauit. Certè dignū patella operculum. Si idè doctrina tua vera est, & tu probatus, profectò diabolus multo te perfectior est, & ei doctrina, & idololatria etiam tua verior, quia ipse totum mundum in errorem idololatriæ traxit, & tam longo tempore possedit in pessima pace. *Matth. 12. Luc. 11. In pace sunt omnia quæ possidet.* Sic impietas Mahomerica tua doctrina, imò & Christi (quod absit) diuiniior sic esset, quia diutius in mundo fuit, & in aliquibus mundi partibus durauit: & Christi Euangelium sicut & tua doctrina fecit, ferè vbique in Oriète & magna Occidèris parte suppressit. Beatiores itè te sunt Manichæus, Arrius, &

Fōtanus
in histor.
Franc.

Helmesius
lib. 3. de
verb. dei
cap. 29.

Matth. 12.
Luc. 11.

cætera pestes, quarum errore breui tēpore, Christianorum partem maximam prostrauerūt. Sed & radix peccati, filius diaboli, abominatio desolationis horrendissima, ipse Antichristus multo te beator erit: qui in tribus annis & dimidio totum mūdum seducet & trahet in suam nauisam. Hæc illi.

Ego vt meum conferam symbolum, dico nihil miraculi esse quod Lutherus tot post se attraxerit tam breui spatii. Considerandum enim imprimis quos habeat sequaces, nempe nebulones, ganeones, ventris mancipia hominum, quin potius belluas vocauro.

Epicuri de grege porcos.

subantes Apostatas, excucullatos & cæteros similes. Quam mirum, si spumas tales ex olla feruenti & ebulliente ignis & ardor concupiscentiæ eiciat, & quoquoersum iactentium claustra monasteriorum, in quibus professi fuerant, perire faciat? Dicim⁹ Gallicè, *Un'y a que l'escume qui sort hors du pot.* Rursus simili quodā dictorio efferre solemus, *Mauuais, e herbe croist tousiours.* Latine sic, Sola spuma exit de olla, & mala herba semper crescit. *Spinis & tribulis germinabit tibi, dixit Dominus ad Adam.* Nonne videamus ad meretrices plures perditæ luxuriæ adolescentes cōfluere, lupanaria plena esse scortis & adulteriis? Ab omni æuo nonne vitium plures habuit discipulos quàm virtus? Nonne stultorum Lutheri similibus infinitus est numerus? Sanctimonialium suam, castitatem, abstinentiã pietatem prober, & ostendat, qui Monacham duxit vxorem ipse Monachus, Nonnam Nonnam, id est qui castitatem & cælibatum vouerat, fordidus & periurus, sanctimonialem, etiã professam, meretricem, deinde prostitutam, vt in eius historia omnes Catholici describunt, accepit coniugem, incestum, sacrilegium, & votifragium, non coniugium rectè nominabimus. Verum sicut Æneid. 4. ante medium poeta describens quomodo Dido amore Æneæ insaniens, amobus in idē antu cōuenientibus, ibique infaustis omnibus, copularis, cōsuebiti sue nuptias celebrauit, sic & hac in re credere par est.

Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.

Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.

Lutherus similiter corruptæ, & maleferitæ monialis sponsus factus est, imò potius raptor. Vnde apud Ioannem in Theologia iuridica titulum de raptu fol. 357. carmen recitat docti cuiusdam viri in persona Lutheranorum sic canentis.

Septa

*Septa claustris dissipamus,
Sacra vasa compilamus,
Sumptus vnde suppetat
Cum iubilo.*

*I cuculla, vale cappa,
Vale prior, custos abba.
Cum obedientiã
Cum iubilo.*

*Ite vota, preces, hora,
Vale timor, cum pudore,
Vale conscientia
Cum iubilo.*

*Nos priapum Lampfacenum
Veneramus, & Silenum,
Bacchumque cum Venere
Cum iubilo.*

*Hæ sunt veteres coloni,
Nostri ordinis patroni;
Quibus ille militat.
Cum iubilo.*

Lutheri miracula eiusmodi sunt raptus monialium, peritium, transfugium, votifragium, incestus, & sacrilegium. Surius Comment. rerum in orbe gestarum fol. 113. Proh pudor sacre Theologiæ doctorem, publicè professum perpernam continentiam, & iampridem sacerdotio initiatum, ausum esse in tantam prouerè impudentiam, & turpitudinem, vt quod piæ aures ferre nequeant, id ille miser ac deploratus Apostata Monachus, facto & opere perpetrare non dubitavit. Eam iam cum suo Euangelista Lutherani (ait idem fol. 114.) Lutherus tum sibi ipsi, tum aliis omnibus ad omnem turpitudinē laxauit habenas, nec quicquã voluit non licere, quod animis collibuisse. Spurcissimæ libidini laxans habenas, tam multos nullo negotio inuenit sue impietatis approbatores, vt sine horrore dici aut cogitari vix queat. O temporatio mores! Iterum fol. 115. Quod tam multos habuit Luther⁹ sectatores, nõ alia ratio est, quàm quod ea docuit, quæ carni & sanguini, quæ naturæ vitii deprauata cum primis arrideret. Idem fecit & Mahometes sceleratissimus, atque ea causa tã longè & latè, eius licet demetissima superstitio propagata est. Christi Euangelium ad arctam viam, ad agendam penitentiam nos reuocat. Scripsit Lutherus Epistolam quandam, quam voluit dicit fidelè ad-

*Surius in
Comment.*

*Luther⁹
fidelis ad
monitio-
nis episto-
la falso
nuncu-
pata.*

monitionem ad omnes Christianos, in ea sic ait. Dicitur
 prædica quomodo leges humanæ nihil sunt: prohibere
 dissuade, ne quis fiat sacerdos, Monachus aut Monialis: &
 quisquis in eo statu sit, vt exeat, &c. Tollit leges humanas
 omnes, quid furibus, latronibus, adulteris possit dici iuste
 diu: Tollit sacerdotium, tollit omne continentis vitæ
 diu. Quid hoc aliud est, quàm Ede, lude, bibe, post mortem
 nulla voluptas: His, ille, paradoxis creuit, & perdidit
 minus credulâ. Vult qui in monastica vita sunt, inde discedant.
 Sed quid fiet de votis deo nuncupatis: Ea nullius
 esse ponderis. Sed reclamation scriptura diuina, reclamation
 tres omnes, reclamation totus orbis, perpetuus consensus,
 denique ratio ipsa reclamation. *Vouere & reddite dominum*
vestro. Et Apostolus de quibusdâ, quæ continentia voverunt
 & postea nubere volunt, quod eis antequâ vouissent vitæ
 licebat, sic scripsit: *Habentes damnationem, quoniâ primâ*
irritâ fecerunt. Hæc Surius. Ear sanè Lutherus, & iâ gloriatur
 de suis huiusmodi miraculis. Vt autem huic nostræ digressioni
 finem aliquem imponamus, cum D. Aug. tom. 6. lib. 13. contra
 Manichæum cap. 6. Vos conuenienter hæretici, qui in hodiernum
 vsque diem, nullum omnino
 gnum edere, nullum miraculum verum facere potuistis. Hæc
 autem Catholica Ecclesia, quam impugnatis multis, multa in
 Iesu Christi nomine, ac virtute signa facit, vbi necessitas,
 & publica utilitas id exigat. Si ergo (ait Augustinus) nec
 scripturarum autoritas antiquitas, nec miraculorum potestas,
 nec morum sanitas, nec rationis veritas, nec assensio
 abite confusi, & redite confessi, ipsum esse Christum
 omnium in se credentium saluatorem, cuius nomen & eius
 ecclesiam ira exhibent præsentia tempora, sicut præterita
 nuntiarunt. Hactenus Augustinus. Christus in Evangelio
 pollicetur, *Qui credit in me, opera quæ ego facio & his
 faciet, & quæ sequuntur reliqua.* Ideo Richardus de S. Vi-
 ctore lib. 1. de trinitate, cap. 1. diuino iudicio, nonne cum
 omni confidentia deo dicere poterimus? Domine si error
 est, à te ipso decepi sumus: nam ista in nobis tantis signis,
 & prodigijs confirmata sunt & talibus, quæ non nisi per te
 fieri possunt. Certè à summæ sanctitatis viris sunt nobis
 tradita, quæ scilicet credimus: & cum summa & authentica
 attestatiõe probata: te ipso cooperante & sermone confirmante,
 sequentibus signis. Hinc est vtiq; quod perfectè fideles paratores
 sunt mori pro fide, quâ fidè abnegare. Et 3. ibid. *Quæ fide*
 nemus,

Richardus de S. Victore lib. 1. de trinitate, cap. 2.

Bemus, tam multis, tam magnis, tam miris prodigijs diuinitus sunt confirmata, vt genus videatur esse dementia, in his vel aliquantulum dubitare. Hactenus Richardus. *Voluntatem*. Vide præsumptionem, ac temeritatem, & arrogantiam, quæ maxime Christi discipulos deceat: à quo discere debet humilitatem. *Mat. 11. Dicitis à me, quia sum humilis corde,* cuius præclarum in seipso exhibuit suis exemplum, eorumdè pedes ambulando, & extergendo. *Ioan. 13. Exepit dedit vobis, vt quædam modum ego fecistis & vos faciatis.* Pudeat sub tā humili magistro adeo superbū & elatū se præbere & ostendere discipulo. Nō dicat Christi discipulus, *Volō,* sed: *Domine fiat voluntas tua.* *Qui vult venire post me (ait Christus) abneget semetipsum.* Abneganda est ergo propria voluntas; quæ totius iniquitatis est seminariū, quæ sola nos in infernū præcipites agit. Ideo peccatū est (ait D. Aug.) quia voluntariū. *Signū videre,* idque de cælo. En Curiositas. Quasi ipsi dicerent, tamen multa vidimus signa erga ægrotos, à demone obfessos, & mortuos, de cælo vidimus tamen adhuc nullū. Olim Moyses, quando legem accepit in monte, ignem ostendit, fulgura & tonitrua. Samuel populū corripiens ob regem postulatū, verba sua signo cælico probauit. Helias bis igne præcepit descendere super duos, nimirū quinquagenarios, itaque euocauit ignem super suum sacrificium, Iosue Imperator soli vt staret. Ezechia ægrotanti, lecto que decumbenti, in fidem restituendæ sanitatis, recuperandæque valetudinis, dedit. Isaias signum de cælo. Tu fac non de terra, sed de cælo insigne aliquod, Te vel maximè miraculū tale decet, vt qui semper in ore habes patrem cælestem. Isti mores imitantur Satanæ, qui dū Christū tentaret, signa petebat, vt exploraret si filius dei esset. Herodes similiter passionis temporè desiderabat signū videre ab eo fieri. *Luca 23.* Sed diabolus credere non poterat ad salutem, Pharisei & Herodes nolebant: Idcirco nec Satana rogante, nec Herode cupiente, nec Phariseis poscentibus, signum vllū dedit præteritur de cælo. At verò signa de cælo dedit amicis suis in Tâsfiguratione, quando vox paterna audita est, cū ascendit videntibus illis in cælum, cum impleta sacra Pentecoste de cælo misit eis spiritū sanctū. *Tunc factus est repère de cælo sonus aduenientis spiritus vehemētis &c. Signū non dabitur Respondit Christus scilicet ad curiositatem, ad suam ipsorū libidinem, ac desiderium imperiosumque postularum. Ecclesijs 3. bis repetitur, In pluribus operibus dei me fueris curio*

ius. Et vt ad vos me conuertam. Nunquid o Iudæi, Abraham pater vester propter signa credidit, quando ei dictum est *Gen. 12.* Egrederere de terra tua. Quando ei promissio facta est: *Gen. 16.* tiplicabo te sicut stellas cæli, & arenam maris. Et in femine. *Gen. 17.* benedicentur omnes gentes. Illène dixit. Quod signum domini? *Gen. 15.* ne ostendis mihi vt credam: Sed potius (testatur scriptura) & Rom. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiã. *Quod* 4. & nam signũ acceperat, cum promitteretur ei de Sara Isaac *Gal. 3.* et nasciturus: Non considerauit corpus suum emortuũ, cum *Iacob. 2.* ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ coniugis suæ, à natura sterilis, & infœcunda. In repromissione etiam Dei, non hæsitauit diffidentia, plenissime *scilicet* fide confortatus, quia quacunq; promissit potens est & facere *Rom. 4.* ait Apostolus *Rom. 4.* & vt sit, semel dictum, Signa non fidei. *1. Cor. 14.* bus, sed infidelibus data sunt. Vt significat idem *1. Cor. 14.* Di. *Eccli. 19.* ceren fortassis Iudæi in suam excusationem. *Eclesiasti. 19.* *Isa. 28.* Scriptum est. Qui credit cird, leuis corde est. & *Isaia 28.* Qui *1. Ioan. 4.* crediderit non festinet. Item *1. Ioan. 4.* Nolite omni spiritum credere, sed probate spiritus, si ex deo sint. Te ergo dicere, o bone magister) ego sum Christus, Messias ille promissus in lege, & tandiu desideratus, & expectatus, quomodo nos experiemur? Quorum interest de hac doctrina tua cognoscere. An ex deo sit, veluti ex iuris humani vel ciuilibus dispositione habetur lege i. c. de mandatis principum. Si quis, referunt Imperpp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius, AAA. adserat, cum mādatis nostris secretis, se venisse, omnes sciant nemini quicquam nisi quod scriptis probauerit esse credendum, nec vllius dignitate terri, qualemcumque proferat dignitatem, sed sacras nostras literas esse quarendas. Tu quoq; de cælo, vnde te dicis missum esse à patre, literas testimoniales, vt pote signa, & miracula, fac videamus. Corã nobis ceteroqui nõ credituris, neq; fidẽ habituris verbis tuis, absq; nimirũ sacris principis, cuius te legatũ adseris, literis, Volumus signa de calo exhibeas. Quorũ impudentiẽ & arrogantia, vicissim Christus ipse respondeat. Et quidẽ si de literis agitur, *Scrutamini scripturas, quia vos putatis ipsis vitã eternã habere, & illa sunt quæ testimoniũ perhibent de me, Ioan. 5.* Si testimonia quæruntur, habeo vndique efficacissima, & omni exceptione maiora (vt loquitur iurisconsulti) vnde merito de his prophetadixit, *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: Psal. 91.* de me dictũ est, huic omnes prophetæ & testimonium perhibent, *Act. 10.* Ioan. 5. Si

crediderit Moysi, crederetis forsità & mihi, de me enim ille scripsit. Ipse Ioannes testimoniũ perhibuit, quem & indice auctori dei agnoscens, demonstrauit. Si autẽ testimoniũ hominũ maius est, quoniã testificatus est de filio suo. *1. Ioan. 5.* Deus *1. Ioan. 5.* Cuius vos profitemini discipulos, dicit: *Deut. 18.* prophetã suscitabo eis de medio fratrum suorũ similẽ tui, & proferet verba mea in ore eius. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existã. Ante dua annorum millia Abraham patri vestro facta est repromissio à Deo, de Christo, ex eius semine benedicto, nascituro. Præterea ante annos mille plus minus, iurauit Dominus David *Psal. 131.* non frustrabitur eũ. De fructu ventris tui ponã signa & miracula. Ecce tot annorũ series longissima, & continuatio temporum. His igitur testimoniis, & pollicitationibus, à retroactis sæculis, patribus vestris factis, vos tandẽ nouissimẽ diebus istis, credere, hocine est festinare, vel festinanter nimium credere? Quod si de cælo signa quæruntur, an non suffecerint quæ iam exhibita fuerunt? Stella in meo ortu apparens, quod certè signum magni regni nati fuit: Et caeleste illud ad pastores nuntium, atque angelicæ cateruæ concentus, dulcẽque melos? *Generatio praua, & adultera signũ quærũt, & signum nõ adferunt ei.* Cum adulantur, responder durissimẽ, atq; asperrimẽ, sic *Mat. 22.* Quid me tentatis Hypocrita? Moses *Deut. 32.* carni progenitores similiter increpans dicebat, *Generatio praua atque peruersa, popule stulte & insipiens.* Ioan. Baptista *Mat. 3.* charissimos vocabat *Mat. 3.* Genimina viperarũ, Euangelicus propheta *Isaia c. 1.* audet, & clamat. *Principes Sodomorũ, populus Gomorrhæ.* Auersemur, & fugiamus adulatorem, hoc Christi exẽplo edocẽti. *Adulator signũ dẽ per lingua blandimẽtũ describit.* *Prou. 28.* Talem blãdiloquentiã omnes quidẽ præferunt verò reges ac principes cane peius & angue odent, vt ita prouerbiali figura loquar. *Oleũ peccatoris nõ implet caput meũ:* dicebat Rex Sapiens. *Psal. 140.* Oleũ veniunt omnes adulatorem, interpretatur D. Greg. in expositione parabola de decẽ virg. *hom. 12.* venditores quippe oleũ inquit adulatorem sunt. Qui se adulatorib. permittũt, principes miserẽ tandẽ pereũt. Exẽplo sit Achab, quẽ 400. falli prophetæ eius assentatores & aulici, illi mentientes acceperunt. *3. Reg. 22.* Diogenes Laërtius libro 6. in Antiquitate Atheniensũ Philosopho, ille præstare dicebat vt He-

Act. 10.
Ioan. 5.
1. Ioan. 5.
Psal. 131.
Mat. 22.
Deut. 32.
Mat. 3.
Isa. 1.
Prou. 28.
Psal. 140.
Gregor. Hom. 12 in Euãg. 3. Reg. 22.
Laert. 1. 6. in Antiquit. Erazim. 1.
Apoph.

caton ait, necessitate urgente, in coruos, quam in assentatores incidere, *κόρυνας, ἢ κόρυνας*, Illos, quippe mortuos, istos, viuentes deuorare, Quod Erasmus Apophthegmarum libro 7. in Antisthene sic expressit. Aiebat si ad alterutrum adigeret necessitas, satius esse in coruos incidere, quam in adultores, *εἰς κόρυνας ἢ εἰς κόρυνας*, Nam corui non comedunt nisi mortuos, adulator etiam viuos deuorat. Et hoc alteri tribuitur. Item eodem libro. Bias interrogatus quod esset animal omnium maximè noxium? Si de feris inquit, percõtaris, Tyrãnus, Si de mitibus, Adulator. Laetius autem lib. 6. in Diogene quidpiam haud dissimile illi tribuit. Rogatus Diogenes, Quenam perniciosissimè morderet bellua, ex feris (inquit) obrectator, ex cicuribus autem, adulator. Erasmus libro 3. inter Diogenis Apophthegmata sic transtulit, Interrogatus quæ bestia morsum haberet nocentissimum, Si de feris (inquit) interrogas, obrectator, Si de cicuribus, Adulator. Nam obrectator præse fert odium, adulator sub amici persona, multo etiã lædit grauius. Et libr. 3. Inter Diogenis Cynici Apophthegmata refert, quod Græci, si cui precantur exitium, iubent abire ad coruos, *εἰς κόρυνας*. At Diogenes dicere solet, multo periculosius esse incidere in assentatores, quam in coruos. Dicit iucunditas perit nobis, quæ est in Græcarum uocum affinitate, Nam illi *κόρυνας* appellant coruos, & vnicâ literula mutata *κόρυνας* dicunt Adultores. Hoc dictum tribuitur & Antistheni. Hæc ibi. In Sexti Aurelij victoris Epitome de Imperatoribus, legitur de Constantino Constãtij Imperatoris & Helenæ filio: quod esset spædonum & aulicorũ omnium, hoc est, vt Lycosthenes in Apophthegmatibus suis titul. de Adulatione exponit, assentatorum in principũ aulis vehemens domitor, tineas soricellæque palatij eos appellans. Agaperus ad Iustin. Imperat. admonitione ca. vel §. 12. Latina sic habet translatio: Auersare adulatorum pellaces sermones, vt coruorũ rapaces mores. Illi namque corporis effodiunt oculos, isti autem animæ hebetant cogitatus, cum nõ permittant perspicere rerum veritatem. Hæc Agaperus sequurus Antisthenis veteris Apophthegma. Itaque cauendum esse monet Cicero lib. 1. de officiis, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. Nota, Tu Grammaticè ex Nonio Marcello dicit. Adulatio, quod Blandimentum propriè est canum, Adulatio, quod & ad hominac tractum consuetudine est.

Laert. l. 6.

Aurel. vict.

Lycosth. in Apophtheg.

Cice. l. 1. offic. Nonius.

Cicero

Cicero lib. 2. de Natura Deorum. Canũ tam fida custodia, tamque amans dominorũ adulatio, & quæ ibi sequuntur. Et Lucretius Poëta de Reũ natura libr. 5. de canibus, quod etiã a Nonio citatur gannitu vocis adulant, dixit. Sic apud Valeriu lib. 4. cap. 3. in fine ex correptione & emendatione Stephani Pighij. Aristippus Diogeni dixit: Si Dionysium adulare velles, ista non esses. (vel olera non ederés.) Imò (inquit) si tu ista esse velles, non adulares Dionysiu. Annotat ibi prænominatus Pighius. Antiquè dictum Dionysiu adulare, in manu scriptis simul omnibus ita haberi, a quo retulit usurpato actiuo verbo, Cic. dixit in passiuâ significatione adulari, Hæc in Gramaticorũ gratiã dicta sunt. Signum non dabitur ei nisi signum Iona propheta. Hic quaest. inlucit, Cur Isaiã 7. Achaz regi signum offertur? *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum supra.* Istis autem è sublimi siue de excelso petentibus, denegatur? Responso, Achaz vt *id est* recusauit ex infidelitate ne glorificaret dominum. *Non petam aut, & non tentabo Dominũ*, vel vt annotat D. Hieronymus ibidẽ, legi potest: *Non exaltabo Dominum.* Sciebat enim rex. impius, quod si signũ peteret, accepturus esset, & glorificaretur dominus. Quod ergo dixit, *Non petam*, non humilitatis, est, sed superbie. Quãquã enim scriptũ sit *Deuter. 6. Non tentabis Dominum.* Quo testimonio cõtra diabolũ dominus vsus fuit, tamẽ iustus vt peteret, obediẽcia debuit explere præceptũ, presertim cum & Gedeon, & Manne signum petierint, & acceperint, *Iudic. 6. & 13.* Potest iuxta Hebrai sermonis ambiguitatem: *יהוה את אבסא ולא* verri sic, & nõ exaltabo dominũ. hæc ibi. D. Hier. Quod verbũ *אבסא* tentabo, à *בב* quod est exaltatio, siue vexillum, quod erigitur & exaltatur, deduci potest, Procopius in Esaiam: Signi postulationem (inquit) ita reiecit Achaz, vt Deum verum nec agnosceret, nec reuereatur. Isti autem tentacões dominum ex præsumptione petebant & ex curiositate. Nisi signum Iona Propheta. Mirum! saluator plus ipsis exhibuit quàm peterent: vnum siquidem è cælo signum popobat, flagitabantque, & plurima simul eis dedit. Nã signũ Iona fuit Passionis Christi, descensus ad inferos, & sepulture, atque Resurrectionis dominicæ symbolum & sacramentum. Modò in comprehensione sua in horto sola voce eos in terram prostrauit armatos, inermis. Mirabile à seculo nõ auditum! Auriculam item Malchi, in ipso reimpis

Cic. l. 2. de natur. radcorũ.

Figbia

D. Hier. Esa. 7. c.

Iudic. 6. & 13.

Procopius in Esaiã.

ris

ris momento restituit, en aliud signum. Pendente Christo in cruce, solis deliquium & generalis eclipsis, prater naturæ leges, & ordinem, repugnantibus. Item Astrologorum canonibus & decretis contigit. Terræ motus factus est, petra scissa, velumque templi, & monumēta aperta. Audis multa & admiranda prodigia? Et ad cumulum præcedentium, subsequuta est resurrectio gloriosa de sepulchro. Neque verò solus surrexit, sed & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, *Matth. 27.* Ipsi videlicet virtute, qui de seipso proficitur: *Ego sum resurrectio & vita, Ioan. 11.* Percipis iam (vt arbutor) multa signa in hoc Ionæ exēplo Iudeis data; tam de supernis, quam de infernis: cur nō desit signum Moysi ad Pharaonem missi, contra Ægyptum, quæ decem illis, in sacra historia decantatis plagis, conquassauit & vehementer affixit? Cū etiam istorum incredulitatis hoc demeretur, vel signum Helix contra quinquagenarios, quos ignis cœlitus delapsus consumpsit? An non id satis commemerunt? Respondeo. Nō ita factum oportuit quia ex illis supra commemoratis nō est sequura penitentia: manserunt enim obdurati Pharao & Ægyptij, quos mare rubrum demersit & absorpsit. De quinquagenariis idem habeo responsum. At verò in exēplo Ionæ adducto, & signo dato per Christum, ad prædicationem Ionæ Ninivitæ egerunt penitentiam, & conuersi sunt ad dominum in eîneri & cilicio ieiunantes. Christus autem qui venerat, non perdere, sed animas saluare, sicut respondit duobus discipulis filiis Zebedæi, *Luc. 9.* Quisque vt olim, *Deus vltimum*, nuncupabatur, ita nunc in Euangelio, *pater misericordiarum* agnosci vult: Is (inquam) potius hoc Ionæ exemplum, ad Ninuitas conuertendos missi, Iudæis proposuit ad eorum correptionem quàm aliorum quorumcumque.

Nisi signum Ionæ. Vox quidem de cœlo audita est dicens. Ego clarificauit, & iterum clarificabo. Respondit Iesus & dixit. Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Ioan. 12. Sed ad libitum tentantium, & quærentium signa, non fuit facta hæc vox, sed sicut domino placuit, & multorum salus id exigebat, ita à domino factum est.

Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ. Repetenda erit hoc loco tota Ionæ Prophetia, atque historia sacra, & allusio erit accommodanda & applicanda ad præsens negotium. Ionas noster Christus quāsi fugiens ter in horto patrem orat, vt

trauseat

trauseat calix iste, sed addidit *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Tunc mysticus noster Ionas mari se commisit, & orta est contra eum valida tempestas, quando eum crucifixerunt, tunc quāsi in mare proiecerunt, *In ventre ceti*, dum veluti sepulchro conditur: hoc perinde est ac si Christus in corde terre delaberetur. Per cor terræ, Gregorius Nissenus oratione 1. de Resurrect. Christi: subterranea loca intelligit, Nissenus quibus secundum animam Christus adfuerit in triduo. Et oratione Theophilacti in 12. c. Matthæi: Postquam (inquit) in cor 1. de Resurrect. in infimum locum infernum descendit, resurrexit. *Surrect.* Tres autem dies & tres noctes à parte intelligas, & non in Christi. Hæc Theophilactus. Ecce! Passio Christi adumbrata in signo Ionæ, & plurima recōdita mysteria, quæ in passione Dominicæ historia latius *orō dō* explicabimus. Nimirum quibus Ionas ex Dei mandato prædicauit, penitentiam egerunt (ait hic Christus) in eius prædicatione, *cap. 3.* dicitur, *Clamauit Ionas & dixit. Adhuc 40. dies, & Ninive sub Iona 3. necessest, &c.* Auerfatur dominus canes mutos non valentes latrare, *Argue, increpa, monet in discipulo* fidelem concionatorem Apostolus, *Isa. 6.* *Va mihi, quia tacui.* Peruenit verbum ad regem Ninive, per aulicos scilicet suos. Aliqui referunt ad reges suos, si quæ noua offertur voluptatis occasio, vt olim Pharaonis aulici; qui Saræ peregrinæ femina formam illi prodiderunt. *Genes. 12.* Si quid autē à quibusdam ferib dicatur, quod ad publicam salutem faciat, hostiliter eum insectantur, vel in carceres coniciuntur fidi concionatores, vel silentium illis imponitur. Nota, sunt exempla in Achab, qui Michæam oderat, *quia non prophetabat illi placuit, 3. Reg. 22.* quem in carcere detentum vexabat inclementius. Et Eliam ipse cum Iezabele coniuge, diu ad mortem est persequutus, sed frustra. In Herode similiter, quem Iohannes Baptista vir sanctissimus arguebat ob incestum, ideo in vincula illum coniecit, & tandem illi caput amputauit. In Ioas, qui ideo Zachariam propheta occidit, quia illum reprehendit. In Manasse denique, qui Isaiā prophetam terra lignea secuit, quia eius scelera & principum relarguit, de quo dictum videri potest illud *Hebraeor. 11. Secti de v* *bitu.* Idorus Hispalensis de vita & obitu sanctorum, vita *obitu* *plissiam* Manasses extensum, à vertice per mediū secuit, *sanctorū* *uocique* supplicio excruciatum, extinxit. Vna causa fuit quod appellauit eos principes Sodomorum, & populum Gomor

Gomorrhæ. Hęc Isidorus. Verùm Rex Niniuæ Ionã in carcerem non coniecit, sed mox sacco se induit. Mirabilis profectò mutatio! Edictum ex ore regis, & principum eius palam omnibus innotuit, vt homines, & iumenta, & pecora, non gustent quicquam, nec aquam bibant. Vide obsecro, quomodo suo exemplo, deinde edicto prouocat subditos ad ieiunium. Claudianus in Panegyri 7. de 4. Honorij consulari.

*Claudia
7^o in Pa-
negyri 7.
de 4. Ho-
norij con-
sul.*

*Seneca
Act. 2.*

Laërti^o.

Eccli. 2.

*D. Hier. cl.
in 3. c. lo-
22.*

*D. Am-
brof. li. 2.
in Lucã.
Hier. 18
Isidorus
vita 45.
sanctor.*

----- *Componitur orbis.*

*Regis ad exemplum nec sic inflectere sensus
Humanos, edicta valent, quam vita regentis.*

Mobile mutatur tempus cum principe vulgus.

Et Seneca tragicus Poëta in Thieste act. 2.
Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

Quia vt vulgò fertur, magis mouent exempla, quam verba, atque sicut Rex Antigonus referente Laërtio lib. 7. in Zenone, Philosopho nunc citato rescriptit postulans ab eo erudiri, omnesq; simu! Macedones, cuiusmodi (inquit) fuerit dux, tales vt plurimum subditos fieri necesse est. Et Hier. cl. 2. *Secundum iudicem populi sic & ministri eius, & qualiter est ciuitatis, tales inhabitantes in ea.* D. Hieronymus in Ionam 3. cap. *Peruenit verbum ad regem. Extremus audit prædicationem, & descendit de folio. Ex quo perspicuum est prædicationem Christi, regis mundi audire nouissimos, Difficile homines potentes & nobiles, & diuites credunt Deo: & quia mauult dominus penitentiam peccatoris quam mortem. Libenter mutauit sententiam, quia vidit opera commutata; quin potius Deus perseuerauit in proposito suo misereri volens ab initio: Neminem enim punire desiderans, quod facturus est comminatur. Hęc D. Hieronymus. Et D. Ambros. lib. 2. in Lucam de prophetatione Zachariæ scribit. *Nouit dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Hierem. 18. Si penitentiam egerit gens ista, agam & ego penitentiam, dicit dominus.* Isidorus Hispalensis de vita & obitu sanctorum, vita 45. Ionas columba & dolens, ad gentes mittitur, missus cõtemnit, contemnens fugit, fugiens dormit, propter quem periclitabatur nauis. Sed fors latentem reperit. Ceterus abiectum deuorauit, orantem reuomuit, reiectus prædicauit subuersione. Sed contristatur in penitentia vrbs, & saluti gentium inuidit. Tradunt Hebraei hunc esse viduæ filium, quæ à mortuis suscitauit Elias. Hęc Isidorus. Paucis admodum ver-*

bis

his totam Ionæ historiam, ac prophetiam complexus. Niniuita peregrino naufrago statim crediderunt, nec acerbè miras domini prædicantem incarcerationum, sed ad primam vocem seruauerunt ieiunium, in cinere & cilicio magna cum austeritate idedò Christus subiungit.

Viri Niniuita surgent in iudicio, &c. Et ecce plusquã Ionas hic.

Compara Christum cum Iona, & Iudæos tunc temporis cum Niniuitis. Ionas peregrinus & hospes, Christus ex Iudæis ortus, Apostolus Circuncisionis à Paulo dictus, Rom. 15. *Dico Christum ministrum fuisse Circuncisionis ad confirmandas promissiones patrum.* Ionas triduo, Christus verò trienio; & amplius prædicauit, Ionas excidium minabatur ciuitatis, signo nullo edito; Christus regnum celorum penitentibus pollicebatur, *Matth. 4.* Doctrinamque suam miraculis confirmabat. Ionæ nihil mali illatum fuit. Christus autem à Iudæis crucifixus occubuit. Ionas propheta. Christus Dominus prophetarum, Ionas purus homo, Christus Deus, & homo. His omnibus ritè collatis, & inter se persculatius libratis & compositis iure longè optimo dicitur à Domino quòd,

Viri Niniuite condemnabunt generationem Iudæicam: Non quidem potestate, sed comparatione, Niniuita erant gentes incircuncisæ, Antichesi manifesta, cõparati Iudæi, *Gens sancta, Populus acquisitionis,* vocantur. Illos sine lege scripta visisse, istos legem Mosis suscepisse, *creditã quoque his fuisse eloquia Dei, Rom. 3.* ex quibus Messiam in lege promissum, nosse poterant, maxime quum multis id comprobasset miraculis, in confesso est. Niniuitæ emendari sunt, ad vocem hominis ignoti, nullis miraculis clari, nihil de præmio vel celesti regno enuntiantis, sed triduo solum ad penitentiam eos exhortantis. Iudæi autem ad prædicationem Iesu, eis notissimi ex patria, & parentibus, aliisque iudicibus certissimis, imò ex diuinæ testimonio vocis, annis tribus cum dimidio suam doctrinam multis confirmatam miraculis, promulgantis viuæ vocis oraculo. Non tamen ad penitentiam sunt conuersi. Præ Niniuitis ergo condemnantur. Quod hic affirmat dominus.

Plusquam Ionas hic, Græcè ὄνδρ in hoc loco, ne quis hallucinetur falso putans hic esse pronomen.

Regina Austri surget in iudicio, cum generatione ista, & condemnabit eam. In hac femina, atq; in Niniuitis fides nationi Israël præfertur. De Regina Sabba sermo est. 3. *Reg. 10.*

Istius

Istius maius fuit quam. Niniuitarum opus, quia Ionas ad Niniuitas iuit, hæc autem è longinquo ad Salomonè profecta est. Vide in fœmina cupiditatem audiendi sapientiã Salomonis. Obserua ex hoc loco nec Reges, nec Reginas ab audiendo Dei verbo excusari. Imò ad Reges sermonem dirigit Psaltes Regius, *Psalm. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* Beatas dicebat Plato Respublicas cum Reges philosopharentur, vel philosophi regnarent. Eius verba duobus in locis referam Marfilio Ficino interprete Dialo. s. de Republica, vel de iusto, non longè à fine: Nisi (inquit) vel philosophi ciuitatibus dominantur, vel hi qui nunc reges potentèsq; dicuntur, legitimè sufficienterque philosophentur: in idemq; ciuilibus potentia & philosophia concurrant, non erit ciuitati, vel, (vt mea fert opinio) hominum generi requies vlla malorum. id sub Socratis persona ibi dictum est. Idem Plato Dionis propinquis & amicis scribens Epistola 7. non procul à principio, confirmat sic. Nō prius desinet humanum genus in malis versari, quam aut homines rectè verèque philosophantes Re- rumpub. gubernationè adepti fuerint: aut si hi gubernant, diuina quadam sorte verè philosophantur, sicque (vt postea sibi dicit maximam adfuisse spem) eisdem fore & Philosophos, & magnarum principes ciuitatū cōtingat. Hæc ergo mente Italiam, Siciliamque adiuui, hæc fuit prima in ea loca profectio mea: hæc ille. Cicero lib. 1. Epistolarū ad Quintum fratrem epistola 1. ferè circa medium, Platonis sententiam sic Ciceronianè, hoc est Latinè admodum & elegantissimè transtulit. Ille quidè princeps ingenij & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas respublicas putauit, si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent, aut ij, qui regerent, omne suum studium, in doctrina, ac sapientia collocassent. Hanc coniunctionem videlicet potestatis & sapientiæ saluti censuit ciuitatibus esse posse, hæc Cicero. Non prætermisit Valerius dignum diuino philosopho Apophthegma: scilicet lib. 7. c. 2. de sapienter dictis, aut factis, sic illud commemorauit. Iã Platonis verbis adstricta, sed sensu præualens sententia, qui tum demum beatū terrarum orbem futurum prædicauit, cum aut sapientes regnare, aut reges sapere cœpissent. Agapetus Diaconus Sãctiss. dei magnæ Ecclesię ad Imperatorem Iustinianum expositione capitum admonitoriorum, in eandè scripsit sententiam, græcè quidè, sed latinam versionem hic reponã, articu

Psalm. 2.
Plato dia-
logo. s. de
Repub.
Ficino.

Plato ep.

Cicero
lib. 1. epist.

Valerius
lib. 7. c. 2.
Apoph.

Agape-
tus.

articulo 17. sic habet. Nostris temporibus ostensum est, prospera vitæ tempus, quod prædixit quidam ex veteribus futurum, cum vel philosophi regnarent, vel reges philosopharentur. Nam philosophando digni habiti regno estis, & regnando à philosophia non desciuitis. *Aeneas Syluius* de dictis & factis Alphōsi regis Aragonum memorabilibus lib. 1. s. 6. Cum esset Alphoulo ad me sermo de literis ait *de dictis* legisti librum Augustini de ciuitate Dei, ex latino sermone in Gallicam linguam translatum, in cuius proœmio *Alph. A-* scriprum esset, Regem illiteratum nihil aliud nisi asinum *rag. regis* coronatum esse, atque ita sibi videri affirmauit. Ad hunc *lib. 1. s. 6.* modū sapientiæ flagrabat desiderio regina illa Austri, quæ vt audiret sapientiã Salomonis, venit à finibus terræ Hierosolymam vsque. Iudæi autem qui homines religiosi præceteris videri volebant, Christum tamen in templo docentem, è propinquo adire, dictis audientes esse contempserunt. Quod prouerbio iactari solet. Qui templo vicinus & proximus est, à Deo sæpè distans & remotus comperitur. Ceter per antithesim hanc cum Iudæis reginã extraneam. Illa mulier, isti viri, illa gentilis, isti domestici Dei, illa vt audiret sapientiam quæ Phisicis rebus initebatur, aduenit: Christus verò æterna patris sapientia, de supernaturalibus diuinis, ac cœlestibus ratiocinabatur, sermocinabaturque illa excitata sola fama. Isti tot prophetiis, & promissionib⁹ inducti ac sparati erãt, illa regina erat, publicis regni munitis & officiis detecta & implicita. Isti priuati erãt, nec tam grauib⁹ negotiosisq; munerib⁹ administrãdi populosi regni addicti, & alligati, quare omnino redduntur inexcusabiles. *Ecc. plusquam Salomon hic,* siue in hoc loco. Nam ille homo, iste Deus & homo. Ille rex mortalis, iste verò regnum *Luc. 1.* perpetuum habet, & regni eius non erit finis, *Luc. 1.* Salomon rex fuit successione humana, Christus verò filiatione diuina, sapientiã à Deo infusam, ex Dei singulari dono accepit. Sed Christus ipsa est sapientia, genita quidem, attamen increata. Salomō fuit peccator, luxuria libidinèque & materialis pollutus idololatria, vt ex sacra regū colligitur historia, *3. Reg. 11. s. 1. & Eccl. 47. Inclinaisti femora tua mulieribus, dediisti maculã in gloria tua.* In Salomonis opprobriū, & quod elui nunquam poterit vituperium dictum est. Christus autè ipsa est sanctitas & innocentia, *Qui peccatum non fecit.* Agnus sine macula, per naturam impeccabilis. Ad Salomonè vna regina venit: Sed ad Christum tres Magi, iidemque reges

venerunt ab Oriente Bethlehem vsque, atque infantem in cuius mysticis muneribus pretiosissimè oblati, proci- dent. *Matt. 2.* res adorauerunt. *Matt. 2.* Sic duobus istis Niniuitarum, & reginæ austri gentilium exemplis, à Christo propositis, vt diuinam sapientiam amplectamur admonemur efficaciter, non minimas alioqui, æquissimo iudici daturi ponas. *Conuerte nos Deus salutaris noster, & aduerte iram tuam à nobis, vt cum Dauide oramus.* Amen.

FERIA V. POST PRIMAM

DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

De veritate & libertate. Ioan. 8.



S I manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem Magna dignitas discipulorum Christi: vt quicumque tales permanerint, veritatem (margaritarum certè pretiosissimum) inuenturi sunt, thesaurum proculdubio omnium præstantissimum ac maximum. Hoc enim præsentis euangelij exordio, Dominus ipse Iudeis insipientibus dicit: *Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.* Diuinus ille Plato re-

Lactantius lib. 3. ferente Lactantio lib. 3. c. 19. diuinarum institutionum, ait: *bat se gratias agere naturæ: primùm quòd homo natus est. c. 19. diu.* set, potiùs quàm mutum animal: deinde quòd masculus potius quàm fœmina: quòd Græcus, quàm barbarus: postremo quòd Atheniensis, & quòd temporibus Socratis. Ego planè contenderim (ait Lactantius) nusquam quicquid dictum esse in rebus humanis delirius. *Quasi verò si aut barbarus, aut mulier aut asinus denique natus esset, idem ipse Plato esset ac nò ipsum illud quod natum fuisset; Quid verò attinuit, Socratis se temporibus natum gloriari; Num Socrates ingenia discipulis potuit commodare? hæc Lactantius. Cuius salua reuerentia dixerim. Non abs re laudicupiam verti, quòd egregium nactus sit institutorem ac præceptorem, vnde ter maximè ille Paulus *Act. 22.* ingenè palâmque profitebatur: *Ego sum vir iudaus, nutritus in ista civitate Hierusalem, secus pedes Gammaliel, eruditus iuxta veritatem paternæ legis.* Nò parum refert quos tibi asciscas præceptores. Etenim vt liberi fermè referunt maiorum, vnde*

Hippocratis prognati sunt, ingenium: ita & discipuli sapè, eorum à quibus sunt instituti præceptorum. Et sicut à patre, viuendi, ita à præceptore, benè viuendi initium accipitur Hippocratis medicorum

medicorum phœnicis iusiurandum: quod operibus eiusdem præponitur, est huiusmodi, Iano Cornario medico physico interprete. *Præceptorè sanè qui me edocuit hanc artem (iuro supple) parentum loco habiturum, vitam cõmunicaturum, & quæ quibus opus habuerit, imperiturum: eos item qui ex eo nati sunt pro fratribus masculis iudicaturum, artemque hanc si discere voluerint, absque mercede & pacto edocturum: præceptionum, ac auditionum, reliquæque totius disciplinae participes facturum, tum meos, tum præceptoris mei filios, imò & discipulos, qui mihi scripto cauerint, & medio iureiurando addicti fuerint, alij verò præter hos nulli (sub. tradam vel communicabo.)* Si Græca requiris hæc sunt. *ἡγήσασθε ἢ τὴν διδασκαλίαν τὴν τέχνην ταύτην, ἵνα ἡγεῖσθε καὶ ἡμεῖς ἢ τὴν κοινὴν σάβαν, ἢ χρεῶν χρησίμῃ μετὰ δόσον ποιήσασθε, καὶ ἵνα τὸ ἐξ ἑωυτῶν ἀδικήσῃσιν ἴσον ἐπιπρῖνευ ἀρρεσι καὶ διδάσκατον τέχνην τὴν χρησίμῃ ἀνεμισθον καὶ εὐγγραφῆς παραγραπῆσιν ἀπορήσῃσιν, καὶ ἢ τὴν λωπῆσ ἀπὸ τῆσ μαθήσῃσ μετὰ δότῃσ. Ἡδὲν ὅττι ἡμεῖς ἰσχυροῦσιν ἡμῶν ἰατρικῆσ, ἡδὲν ὅττι ἡμεῖς ἀπὸ τῆσ μαθήσῃσ ἡμῶν ἰατρικῆσ, ἡδὲν ὅττι ἡμεῖς ἀπὸ τῆσ μαθήσῃσ ἡμῶν ἰατρικῆσ, ἡδὲν ὅττι ἡμεῖς ἀπὸ τῆσ μαθήσῃσ ἡμῶν ἰατρικῆσ.* Hactenè Græca, quæ sic ad verbū seu (vt dicitur) *κατὰ πόδας*, insequendo vestigia, latina facere possis. Saltem sic transferre studui quantum potui fideliter. Imprimis subintelligitur verbum initio iusiurandi positum, *ἡγεῖσθε*, id est, do fidem, iuro, iusiurandum præsto, iureiurando affirmo. Existimaturum me illum qui hanc artem me docuit æquè vel æqualiter ac genitores meos, & vita communiter vsurū, aut vitam cum eo communicaturum: & oportunis rebus seu necessariis indigenti, communicationem siue communionem facturum, hoc est, res cum eo communes facturum, quas illi necessarias esse intellexero: Et progeniem eius pro fratribus masculis equaliter adiudicaturum. Iuro item me docturum hanc artem indigentibus sine mercede & stipulatione vel cautione, præceptionis & auditionis, necnon reliquæ totius disciplinae cõmunicationem facturum, filiis meis, & eius qui me docuit atque discipulis, qui scripto vel per syngraphum mihi cauerint pactionibus videlicet astricti, & qui iurati fuerint, lege medica, hoc est medicorum more ac instituto, alij præterea nemini. Veniã dabis, lector, si rudis hæc versio tibi visa fuerit. Malui clarus esse & dilucidus, quàm disertus videri. Percipis ex hoc iureiurando, præceptorem esse loco parentis habendum. Quod Alexander magnus de Aristotele præceptore suo agnouit

* Ionicè pro iav- tē.

Plutar- liberaliter, ut narrat Plutarchus tom. 3. vitarum in Alexan-
chus 10. dro his verbis. Aristotelem suspexit si charum habuit, non
3. vitarū secus ut ipse distabat quam parētem, quod huius benefi-
in Ale- cio viueret, illi⁹ honestē viueret. Profecto (ait eius benefici-
xandro. chus to. 1. opusculorum, libro priore de fortuna Alexandri
Plutar- Guilielmo Budæo interprete, circa principia libri) ab Ari-
chus 10. 1. stotele præceptore Alexander plusculum quam à Philippo
opu. c. lib. patre habuit. Videtur ergo Plato non omnino ineptē quod
1. de for- supra tetigi dicere potuisse, idcirco sic etiā refertur à Plu-
tuna A- tarcho to. 1. vitarum in Mario ad vitæ calcem. Enimvero
lexandr. Plato vicin⁹ iam morti, sortem & fortunam suam extollit,
Plutar- quod primū homo, deinde Græcus non barbarus, neque
chus. 10. rationis expers belua esset natus: adhæc quod in Socratis
2. vitarū aetatem ortus suis incidisset. Hæc ibi. Aristoteles similiter
in Ma- præceptor fuit Alexandri ut scribit Iustin⁹ historicus li. 11.
rio. in fine, puer acerrimis literarum studiis eruditus fuit. Ex
Iustini. li. cta puritia per quinquennium sub Aristotele, doctore in-
12. in fi- clyto omnium philosophorum, creuit. Hæc Iustin⁹. Episto-
ne. la etiam Philippi regis Macedonum ad Aristotelem philo-
Aul. Gel. sophum super Alexandro recens nato, quæ extat græcè &
li. 9. cap. latinè in noctibus Atticis apud Gellium lib. 9. cap. 3. satis q-
13. noct. perit præceptorum erga discipulos necessariam operam,
Attica- magnamque in his deligēdis cautionem esse adhibendam
rum. petentibus. Ea epistola ait, quoniam curæ diligentiaque in
 liberoꝝum disciplinas hortamentū est, exscribenda vita est,
 ad commouendos parentum animos. Exponenda igitur est
 ad hanc fermē sententiam. Philippus Aristoteli salutem di-
 cit. Filium mihi genitum scito, quod equidem diis habeo
 gratiā, non proinde quia natus est, quam pro eo quod eum
 nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fere vte-
 ducatus eruditusque abs te, dignus existat & nobis & re-
 rum istarum successione. Ipſus autē Philippi verba hæc
 sunt. φίλιππος Ἀριστοτέλει χαιρεῖν. Ἰστί μοι γεγονέναι ματῶν υἱόν, πάλαι
 ἦν τῶν θεῶν χάριν ἔχω, ἐκ βίους ἐπὶ τῇ γυνήσῃ τῶ παιδὸς, ὃν ἐπὶ
 τῷ κατὰ τὸν νόμον ἡμετέραν ἀντιὸν γεγονέναι: Ἐλπίζω γὰρ ἀντιὸν οὖν
 οὐ τραφέντα καὶ παιδευθέντα, ἀξιῶν ἐσεσθαι καὶ ἡμῶν, καὶ τῆς τῶν
 πραγμάτων διαδοχῆς. Hæc Gellius ibidē. Latino Græcā hæc
 epistolam Philippicā, ideo hoc loco repoſui, quia nusquam
 alibi (tameſt quaestam diu) mihi inuenire cōtigit. Ioas rex,
 ut sacra narrat historia. 2. Paral. 24. præceptorem habuit
 sacerdotem Ioiadam, fecitque rectum corā Domino cun-
 ctis diebus quibus docuit eum. Magna quoque fuit Ari-
 stotelis

stotelis in Platonem præceptorem obseruantia, cum quo
 fuit annis viginti. Nam vsque ad quadragesimum ætatis
 suæ annum audirem Platonis fuisse, nulla est apud au-
 thores controuersia, ut scripsit non ita pridem Franciscus
 Patricius, discussionum peripateticarum tom. 1. lib. 1. vbi e-
 tiam ex Ammonio adducit ac refert, ab Aristotele Plato-
 nem tam honorificè tractatum, ut ei etiam aram statuerit,
 beneuolentiæ ac honoris erga eum argumentum, quam
 item resti (ait) disticho hoc confirmat.

*Εὐμῶν Ἀριστοτέλης ἐνδύσσατο τὸν δεῦν ἀτάκτως,
 Ἀνδρῶν, ὃν εἰς ἀντίον τοῖσι κακῶσι θεοῖσι.
 Ἄνθρωπ' Ἀριστοτέλης ἐρεξίτῃσιν Ἀριστοτέλι,
 Ἰῶνι, quem nec laudare scelestis fas est.*

Quod quidem factum ab eo esse potuit, vel ante dissidia
 inier eos orta, vel post Platonis obitum, ad obscurandam
 eius dissidij infamiā. Hæc præfatus Patricius, vir impen-
 se eruditus. Conſentit in vita eiusdem Aristotelis à se de-
 scripta Ioannes Grammaticus cognomento Philoponus,
 quæ extat Basileæ impressa ad calcem Quaestionum Ale-
 xandri Aphrodisiæ, vbi sic scribit, mirifico studio, egregiā-
 que volūntate Aristotelem fuisse erga Platonem constat
 ex ara; quam ei consecrauit hac inscriptione.

*Ποιῖτ' Ἀριστοτέλης πῖος ἢ ἄλλωτ' Ἀριστοτέλι,
 ὃν ἐμὴν λαῦναι νῆσας; ὅτ' ἀπὸ βλάστησιν ἔσται.* Hæc ille.

Quod dum pertracto, occurrit memoriæ obseruandus
 meus præceptor (eius anima in Domino quiescat) cuius su-
 periore cōcione obiter memini: magnas Deo gratias agēs
 quod eo præceptore & pietissimo, & bonarum artium
 theologiaeque callētissimo à teneris annis vsus fuerim bo-
 nis literis ab eo institutus, illique vnice charus. Quem (ut
 cum Anſonio de professoribus Burdigalensibus loquar.)

*Nos defunctum memori celebramus honore
 Fomimus ut vinum munere amicitia.*

Imò verò ego omni officio ac potius pietate erga eum
 non modicè afficior. Dilatus nobis, non & omiſſus eras o
 doctor optime Iacobe Maguelot, Adhercat lingua mea fau-
 ribus meis, (ut cum psalmographo dicam, Psal. 136.) *Ἴσθ' non e-*
tium meminero tui. Quem cum Elis. eo 4. Reg. 2 sic alloquar,
Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius. Cuius opera &
consilio (quoad ille vixit) ad pietatem & ad bonas literas
capellendas, carcar additum mihi fuit: Quia denique post
 multos exantlatos labores pro religione Christiana &
 minori

Franci-
 cus Pat-
 ricus dis-
 per. tom.
 lib. 1.
 Ammo-
 nius.

Ioannes
 Gramma-
 ticus.

Aufoni⁹.

minoritana, diem clausit (me presente) extremum, mensē Septembri, anno Domini 1557. cum esset nostri conuentus Engolismensis meritis Guardianus, custosque Xantonensis, sui temporis ecclesiales tertius & eximus, qui non praesantior alter, Requietat in pace. Amen. Horum duorum hic facta est opportunē mentio, semperque dum vixero vterque apud me manebit alta mente repostus: atque vt Virgilianum aliquid atroxam,

Virgilius

Aeneid.

Fortunati ambo, siquid mea carmina possunt,

9.

Plinius.

Nulla dies vnquam memori vox eximet auro. Aeneid. 9.
Sceleris alioqui arguerer vt ingratus. Nam vt Plinius ad Imperatorem Vespasianum praefatione in naturalem suam historiam scripsit; benignum esse arbitror & plenum ingenii pudoris fateri per quos profeceris. Vt autem digressa est eō recurrat nostra oratio. Praeceptores sunt deligendi meliores & impediō paratiores ad benē dicendum, quemadmodum sedulo monet Quintilianus oratoriarum institutionum lib. 1. c. 2. Praestantissimis (inquit) praepro-
ribus & pluribus discipulis instituendo oratori opus est. Nec minus error eorum (agit autem de paedagogis, quam primam esse curam vult) nocet moribus. Siquidē Leonides Alexandri paedagogus (vt à Babylonio Diogene traditus) quibusdam eum vitis imbuit, quae robustum quoque & maximū regem ab illa institutione puerili sunt persecuta. Hae Quintilianus. Adeo à teneris conuescere multū est (vt ait

Virgilius

Horatius

li. 1. epist.

epistola

secunda.

Hieron.

to. 1. ad

Latam.

alicubi Virgilius) & Horatius lib. 1. epistolarum epist. 2.
Quo semel est imbuta recens seruaabit odorem Testa diu.
Hieronymus to. 1. ad Latam de institutione filiae. Recens resta diu (inquit) & saporem retinet & odorē, quo primum imbuta est. Graeca narrat historia Alexandrum potentissimum Regem, orbisq; domitorem, & in moribus & in ingressu Leonidis paedagogi sui nō potuisse carere vitis, quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuus est enim maiorū amulatio, & quorum virtutes assequi nequeas, citō imitatis vitia. Hae ille. Si vt discipulus sit aliquis praestantissimi praeproptoris, tam auide expetitur, nec sanē iniuria: quāto magis vt simus Christi Domini regis immortalis & sapientissimi magistri veri discipuli cōtendere debemus, sedulamq; nauare operam? Is haec nos est omnium maximus. Ideō Paulus à conuersione sua in omnibus ferē suis epistolis se Iesu Christi seruū & Apostolum, haec est, germanū fidūmque discipulum agnoscit & gloriatur in domino.

Si

Si manseritis (inquit) in sermone meo. Perseuerantia hinc cōmendatur. Matth. 10. & 24. qui perseuerauerit vsque in finem, Matt. 19. hic saluus erit. Luc. 8. Sunt aliqui tēporarij, qui ad tepus credūt, & 24. & in tempore tentationis recedunt. At nemo mittens manum ad Luc. 8. ararum & afficiens retrō, aptus est regno Dei. Luc. 9. Ideoq; Luc. 9. Christus monet grauitēque exhortatur proposito vxoris Loth terribili exemplo: Mementote vxoris Loth, quae quia post tergum respexit, versa est in statuam salis, Luc. 17. ex c. 17. Genes. 19. Non circumferamur omni vērō doctrinae. Ne simus sic & Gene. aut paruuli fluctuantes. Non retrocedamus cū Capernaith, 19. Ioan. 6. Multi discipulorum eius ex hoc scandalizati, scilicet in Ioan. 6. verbis eius perperam intellectis abierunt retrō, & iam non cum illo ambulabant. Apo. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & Apo. 2. dabo tibi coronam vitae. Hinc est (vt ait Ambrosius Ausbertus Gallus presbyter, in praedictum locum ante sexcentos annos aut paulo minus) quod Ioseph typum ecclesiae praetendens, vestis suae habitu, perseuerantiam certaminis habere nos admonet, cuius longitudo vsque ad talos eius peruenit. Tanquam diceretur: Antequam iter perficias noli in via lassescere. Hae Ausbertus in Apo. ca. 2. Vitam illam Ausbertus in A-
expectamus (inquit) Tobias cap. 2. Quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Parum fuerit inceptisse, nisi quoque perseueraueris. Exemplo sunt tibi Tob. 2. Saul & Iudas, quorū initia fuerunt laudabilia quidem, sed exitus acta probauit, infelix infaustusque fuit vtriusque interitus: Vnus siquidem mortem sibi conficiuit, ne inter Philistaeorum manus incideret: alter verō laqueo se suspendit, vt sacra referent biblia. Contrā latronis (qui se iamiam moriturum Domino cōmendauit) finem intueri, & obserua diui apostoli instar Saulis (cuius etiam tunc nomen factis correspondens gerebat) principia non bona, quemadmodum in Dei ecclesiam tunc furens sauebat supra modum, verūm propone etiam tibi ob oculos à sua conuersione ad consummationem vsque, decursum alacriter in Dei euangelio & verbi ministerio studium, vnde ad Timotheum posteriore cap. 4. scribebat. Bonum certamen certavi, cursum cor. summaui, fidem seruaui, in reliquo repostus est mihi corona iustitiae, & quae ibi sequitur. Perseuerandū ergo & (vt habet psalmographus) de virtute in virtute progrediendum est, vt iuxta apocalypseos prophetiam cap. 22. Qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc: Apo. 12. ne desidia & torpore inertique otio nostro, post iacta caeli-

citer ædificij Christiani fundamenta, & (quod est in proverbio) toto ferè vorato boue in cauda deficiamus, & ab incœpti operis cōtinuatione atque progressu celsimus: *Luc. 14. merito in nos iactari possit illud, Luc. 14. hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare.* Nusquā retrocessisse Christiani Domini nostri legimus: processisse autem ut sacra passionis eius commemorat historia, *Ioan. 18. Iesus sciet omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis: quem queritis.* Item sancta illa quatuor animalia in visione prophetica. *Ezechiel. c. 1. præmonstrata, non reuertebantur cū ambularet, sed unūquodq; eorū corā facie sua ambulabat.* Quod ostēdit sanctorum constantiā & perseverantiam in bono. Non respiciebant retrō (ait ibidem Hector Pintus) sed ibant perpetuo gressu quo cœperant. Quæ Christi sanctorumque illorū animalium adducta exempla, nos commovent. *Ioan. 17. nefaciunt, ut constantiā nunquā amittamus.* Christus *Ioan. Philip. 3. 17. dicebat. Opus cōsummani, quod dedisti mihi ut faciam.* Et diuus Apostolus *Philip. 3. Quæ quidē (inquit) retrō sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt propria extendens meipsum, ad destinatū persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo, Iesu.* Anteriora petebant supradicta animalia, & directè procedebant, absq; corporis sui conuersione, ut omnes noverint perseverandū esse, nec à semel suscepta veritate via aberrandum, retrocedendūve. Quod poëtico velo & fictione elegantissima adumbratum est in Ouidiana Metamorphosi lib. 10. fab. 1. Cū Orpheus Eurydicem suam ab inferis reducturus ad superos, legem hanc & conditionē à Dite sibi propōsitam accepit, ne retrō aspiceret: Sed præstat ipsum poëtam sua verba resonantem audire.

*Hanc simul, & legem Rhodopeius accipit Orpheus,
Ne flectat retrō sua lumina: donec Avernus
Exierit valles: aut irrita dona futura.*

Quia verò non præstitit quod impositum fuerat, ideo voti compos non est effectus: Id à poëta cōsequentè describitur his verbis.

----- *Auidis que videndi*
Flexit amans oculos, & protinus illa relapsa est.

Quemadmodum autem non cōsequitur optata qui post se respicit, & retrō conuertitur: sic nec aptus est regno Dei, qui ab incœpto Euangelij cursu leuiter reuocatur. Ideò obiurgat Galatas cap. 5. Apostolus, dicens: *Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedirei* Cōsonat & illud apud Macro

Macrobius libro 2. Saturnaliorum cap. 4. Augusti dicturum in quendam saxo in expeditione percussum ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera iactantem, quem sic leuiter castigauit. At tu cū fugies, inquit, nunquā post te respexeris. Legis veteris præcepto, cauda hostiæ in sacrificio iubetur offerri. *Leuit. 3. Offerent de pacificorum hostia sacrificium Domino, adipem & caudam totam.* Quid hoc nisi Gregorio illo magno interpretè Hom. 2., in Euangelia de Maria Magdalena plerante ad monumentum circa principium, permanendum esse in sermone Domini? In cauda quippe (ait) finis est corporis, & ille benè immolat, qui sacrificium boni operis vsque ad finem debite perducit actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur, tunica quippe vsque ad talum, est opus bonum vsque ad consummationem. Hæc vigilantissimus ecclesiæ pastor & doctor Gregorius. D. Hieronymus tom. 2. epistolarum ad Pammachium & Oceanū de erroribus Origenis paulò post medium de se scribit: Illam tenex tenebo fidē in qua puer natus sum. Nobis quoque id speciali dono Dei contingere omnibus votis à Deo opt. Max. contēgimus & supplices efflagitamus: Præclara quidē laus principiorum, sed vernitate tritum proverbium verum est: finis coronat opus, Scribit Iurisconsultus lege 1. de origine iuris, Certè cuiusque rei potissima pars, principiu est. item 1. q. 1. cap. principatus ex Leone Papa, difficile est ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Et Plutarchus to. 1. opus. de audiendis poëtis. Quancumq; rē ratione recta cœperis, bonum illius rectè sperabis exitum. Versus sunt Sophoclis, ut idem Plutarchus nominatim exprimit: secundum Sophoclem, inquit: sed græcos apposui ipsius versus, ut sunt apud Plutarch. nō longè à principio.

*Ἐ' ῥῆσιν ἢ πᾶντὸς ἡντις ἀρχῆται καλῶς,
καὶ τὰς τελευταίας αὐτὸς ἐ' ἑ' ἔτος ἔχειν,
κατὰ τὴν Σοφοκλέα.*

Hæc Plutarchus. Item Aristoteles lib. 3. politicorum. ca. 1. fieri non potest quin si principium, initiuque rei malè institutum sit, ex eo tandem aliquando mali aliquid eueniat. Inquit eū Plato diuinus sic, dialogo secundo de republica, vel de iusto. An nescis in vnaquaque re maximum quid principium esse? Idem dialogo sexto de legibus, principium dimidium totius operis esse proverbio dicitur, atque eum qui benè cœpit, omnes vbi

Leuit. 3.

Greg. ho
mil. 25. in
Euang.

Gen. 37.

Hier. 10.
2. epistol.
ad Pam.
& Oceana.Leg. 1. ff.
de orig.
iuris.Decretū
1. q. 1. ca.
prin.
Plu. opu.
tomo 1.Arist. li.
3. politic.
cap. 1.

que laudamus. Mihi autem hoc plusquam dimidiū esse videtur, rectumque principium, nunquā satis ab aliquo laudatum fuisse. Socrates Platonis præceptor, vt de eo tradit

Laërtius lib. 2. in eius vita, assererat paruum non esse, sed maximum, bene incipere. Horatius aditipulatur epistolarum lib. 1. epist. 2. sic scribens.

Horati⁹ lib. 5. epi. Dimidium facti, qui cœpit habet. Sapere, aude.

2. Incipe.

Eras^m Chilad. 1. cent. Erasmus Chil. 1. cent. 2. adag. 39. principium dimidium totius. Αρχὴ ἡμῶν πάντος, id est, peincipium dimidium totius.

Lucian⁹ de sectis. tom. 2. Hemistichii est Hesiodi, citante Luciano in hermotimo, siue de hæresibus vel sectis to. 2. operū. Ibi Lucianus ἀδελφὸς ἡσίοδος, circa illius dialogi principium sic habet. τὸ αὐτῶν ἡσίοδος

αὐτῶν τὸ πάντος ἐπιείκει ἡμῶν, τοῦ, dimidiū. Principiū Hesiodus dimidiū totius esse dixit. Citat etiam Erasmus loco commemorato illud ex Aristotele libr. 1. politicorum, ἡ δὲ

αὐτῶν λέγεται ἡμῶν εἶναι πάντος. Aristoteles etiam lib. 1. ethicorum capit. 7. in fine dicit. Plus principium, quàm dimidium totius rei valet. Sed de principiis affatim dictum sit.

Arist. lib. 1. eth. c. 7. Non tamè sufficit principium, alioqui nõ diceret presenti euangelio Christus: Si permanferitis in sermone meo. D. Hieronymus to. 1. epistolarū ad Celantiam, epistolam sic claudit. Non inchoasse sufficit, sed perfecisse, iustitia est. Hac

Celantiā. Ouid. Metam. lib. 7. ille. *Flebile principii, melior fortuna secuta est,* ait Ouidi⁹ metamorph. lib. 7. Si remisè nimis vel lepidè cœperimus, præter vîtatum morem (solent enim ferè semper ferere principia) tamen progredi non desistamus, & cœptis aspi-

Metam. lib. 7. rabit benignus & misericors Deus. *Deus est enim qui operatur in nobis & velle & persicere pro bona voluntate. Phil. 2. Deus*

Phil. 2. & 1. Co. *incrementū dabit. 1. Cor. 3. Ego plātavi, Apollo rigauit, sed Deus incre. ded. Sed de perseuerātia quoque hæctenus dicta sufficiāt. Cognosceis veritatē?* Discipuli non fucati: Eius qui est veritas agnoscent veritatem. *Nam omnis qui est ex veritate,*

Ioan. 18. *audit vocem meam, Ioan. 18. Ego in hoc natus sum, vt testimonium perhibeā veritati. Qui pro veritate mortuus est. Quid*

Lact. l. 1. c. 1. dmi. homini magis expetendum? Nullus enim (ait Lactantius c. 1. dmi. institut. est, quàm cognitio veritatis. Erasmus apophtheg. libr. 7. in

Eras. a poph. lib. 7. Carneade. Dicere ille solebat diuitum ac Regum filios nihil rectè discere præter quàm equitare. Solus equus non curans Regem gerat an priuatum, tergo excutit, quisquis equitandi fuerit impetitus. Quod compilasse Erasmus

depre

deprehēdi ex Plutarcho tom. 1. opusculorum. De discrimine adulatoris & amici: Carneades (inquit ille) dicere solitus est diuitum & Regum filios nihil rectè neque benè discere præterquam equitare, propterea quod his assententur præceptor in exercitatione literarum, vsque laudans quicquid dixerint, aduletur & is qui colluctatur, cedens ac submittens sese: porro equus haud intelligens neque cogitans priuatus quis sit an magistrarus, diues an pauper, præcipitar (eum supple) quisquis ignarus sit equitandi. Hac ibi

Plutarc. to. 1. opuscul. 396. Aeneas Syluius, dictus postea pius Secundus epist. 396. quæ est ad Mahometum principem Turcorum, Præbe (ait) aures vero, cui perrard est in altis adibus locus. Et proposito exemplo, Antigonus (inquit) aliquando vnus ex successoribus Alexandri qui regnauit in Asia, mutata veste, relichis comitibus, errabundus apud agrestes homines in vili tugurio pernoctauit incognitus, & combibens de seipso, tanquam de altero percunctatus astantes, omnia quæ fecerat mala ab eis audiuit. Manè quæsitus atque inuentus, cum vestem allatam & regium ornatum vidisset, Date (inquit) purpuram, quam vt primū indui, verum de me, nisi hac nocte, nunquam audiui. Et Augustus mortuo Varo idcirco seipsum supra modum dolere aiebat, quia non esset à quo verum audiret. Ad pauperes Philosophos relegata est inquisitio veri, qui propterea amatoris sapientiæ vocātur: quia veritati seruiunt, & nolunt decipi. Turpe est cuique homini errare, maximè regi, qui si per seipsum non satis intelligit, propè habeat magistros quos interroget, tātum placeat audire, nec pudeat discere quod ignoras. Hac ibi sanctissimus pater, elegantissimus scriptor. Quem Aeneas Syluius vocat Antigonum, Plutarchus tom. 1. opusculorum

Plutarc. to. 1. opuscul. 396. in apophtheg. regum & imperatorum nominat Antiochum: Sic enim scribit. Antiochus is qui iterum in Parthos expeditionem fecit, in venatione quadā dum feras infestatur, ab amicis & famulis aberrauit: casamque hominum egenorum ignotus is intrauit, cūmque inter cœnandum mentionem regis intulisset, responsum est esse regem alioqui bonum, sed qui pleraque amicis prauis hominibus mādaret, ac negligeret, ac præ nimio venandi studio sapenumeros res necessarias ommitteret. Ac tunc quidē tacuit. Sub lucē autē, cūm ad casam venirent satellites, & allata purpura diademateq; agnosceretur: Ab eo (inquit) dic quo vos recepi, heri primū veros de me sermones audiui. Collige quod

Aeneas Syluius epist. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

Plutarc. to. 1. opuscul. 396.

quod veritas in aula principum vix locum habet, sed adu-
Senec. li. 6. ca. 30. latio ibi omnia occupat. Seneca de beneficiis lib. 6. cap. 30.
 monstrabo tibi cuius rei inopia laborant magna fastigia,
de benefi- quid omnia possidentibus deficit. Scilicet ille qui verum di-
 cat, & hominem inter mentientes stupentem, ipsaque consue-
 tudine pro rebus blanda audiendi; ad ignorantiam veri per-
 ductum, vindicet a consensu contentumque falsorum. Non
 vides quemadmodum illos in præcepta agat extincta libertas;
 & fides in obsequium seruile submissa, dum nemo ex animi
 sui sententia suadet, dissuadetque, sed adulandi certamen
 est, & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quibus
 blandissime fallat: hæc Seneca. Hinc referre Valerius Ma-
 ximo lib. 7. cap. 2. de sapienter dictis aut factis. Aristoteles
 Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens;
 monuit, ut cum eo aut rarissime aut quam iucundissime lo-
 queretur: quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior
 vel sermone esset acceptior. At ille dum Alexandrum ob-
 iurgat, spiritum carere iussus est. Hoc autem a Diogene Laër-
 tio lib. 5. in Aristotele sic refertur. Vbi Alexandro instituo
 do satis visus est Aristoteles nauasse operam, eumque sibi
 deuinxisse, commedato illi cognato Callisthene Olynthio;
 Athenas concessit. Eum audacius quam par erat alloquen-
 tem regem, & minimè illi obsequentem, ab ipso incæpitum
 asserunt, versu admonente; in talia loqui desisteret, matu-
 ritè periturum, quod & factum est: versus autem sic habet.

ὄχι μὲν οὖν ἀνὰ μοι τῶνος ἔστιν οἱ ἀποφύεσθαι: Hoc est;

Qualia mi loqueris, vereor sis nate superstes.

Namque Hermolao in Alexandrum insidiarum socius
 fuisse deprehensus cauea ferrea circumduci, pudore atque
 squalore oblitus, leoni postremo obiectus est, sicque excelsi-
 sit è vita. Hæc Laërtius. Ex quo lib. 7. apophtheg. Erasmus
 in Aristotele, Callisthenem (inquit) discipulum libertus mul-
 ta dicentem, apud Alexandrum, homerico carmine admo-
 nuit. *ὄχι μὲν οὖν* &c. vt supra. Talia nate loquens, haud mul-
 to tempore viues. Nec malè diuinavit. Nam libertas illi
 fuit exitio. Hæc ibi. Ammianus Marcellinus lib. 18. longiu-
 scule ab exordio. Notum Aristotelis sapiens dictum, qui
 Callisthenem sectatorem, & propinquum suum ad Regem
 Alexandrum mittens ei sapè mandabat, vt quam rarissime
 & iucundè apud hominem loqueretur, vitæ potestatem &
 necis in acie linguæ portantem. Quibus comportatis hi-
 storis euadit clarissimum, Veritatem nescire dissimulare,
 sed

sed liberè reprehendere. Hinc est quod (vt Terentius ali-
 cubi scripsit, & ore omnium circumferri solet) Veritas odium in And.
 parit. Verus tamen Christi discipulus arguere didicit op-
 portune, importune, dicente Apostolo, *2. Timoth. 4. Insta, 2. Tim. 4.*
opportune, importune, argue, &c. Sed de veritate plura domi-
 nica in passione Deo fauente dicturi sumus. At verò vbi
 inuenitur Veritas? Veritas in Ecclesia quaerenda, & ibi so-
 lum inuenienda, in figura præmonstratur, ex eo quod *Luc. Luc. 11.*
15. Mulier drachmam intra domum quaerit, non extra, ibi-
 que eam inuenit. Sic intra Ecclesiam quaerendum est, si quid
 cupimus inuenire, quod ad veram fidem pertineat. Item
Luc. 11. Qui panes petit, vicini ianuam pulsat, non extranei *Luc. 15.*
 alicuius. A vero Christiano mutuanda est vera doctrina, vi-
 cini siquidem sunt omnes Christiani: Intra vnam eandem-
 que fidelium communionem, & Dei ciuitate commoran-
 tes. Ab hæreticis autem qui ecclesiam non audiunt: & ob
 hoc ipsum extraneis, nihil perendum monuit scholiales
 Tertulliani de præscriptionibus aduersus hæreticos. Ter-
 tullianus autem ipse ibidem dicit: Nobis quaerendum est: *de præsc.*
 sed vbi quaeri oportet? apud hæreticos? vbi omnia extranea
 & aduersaria nostræ veritati, ad quos veramur accedere: *hæreticos es?*
 Quis seruis cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico do-
 mini sul, sperat? Etiam anus illa intra tectum suum drach-
 mam requirebat: Etiam pulsator ille vicini ianuam tunde-
 bat. Nemo inde strui potest vnde destruitur. Queramus er-
 go in nostro & a nostris, & de nostro. Hæc ibi. Idem de spec-
 tacularis libro: ethnici quos penes nulla est veritatis pleni-
 tudo, quia nec doctor veritatis Deus. Quibus patet, necque *Tertull.*
 apud hæreticos, neque apud ethnicos veritatem esse qua- *de spect.*
 rendam. Dices apud philosophos eam delitescere. Sed ne- *culis.*
 que philosophos ad veritatem peruenisse, nec hæreticos,
 ostendit Apostolus, *2. Timoth. 3.* ex professo de hæreticis di- *2. Tim. 3.*
 cit. *Semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis perue-*
nientes. De philosophis autem Lactantius li. 3. c. 28. Anaxa- *Lact. lib.*
 goras pronunciat circumfusa esse tenebris omnia. Empe- *3. ca. 28.*
 docies angustas esse sensuum semitas quaritur. Democri-
 tus quasi in puteo quodam sic alto vt fundus sit nullus, ver-
 itatè iacere demersam: Nimirum stultè vt cetera. Non enim
 tamquam in puteo demersa est veritas, quo vel descendere,
 vel etiam cadere illi licebat, sed tamquam in summo mon-
 tis excelsi vertice, vel potius in cælo, quod est verissimum.
 Quid enim est cur eam potius in imum depressam diceret,
 quam

quam in summum leuatam? nisi fortè mentem quoque in pedibus aut in imis calcibus constitueret malebar, potius quàm in pectore, aut in capite, ad eò remotissimi fuerunt ab ipsa veritate, vt eos ne status quidè sui corporis admeret, veritatem in summo illis esse quarendã. Ex hac desperatione confessio illa Socratis nata est; qua se nihil scire dixit, nisi hoc vnum quod nihil sciat. Haestenus Lactãtius. Verùm vt ea à fontib⁹ potius hauriamus quàm riuulos; cõfectemur. Cicero sub finem li. i. academicarum quæstionũ, Socrates (inquit) Democritus, Anaxagoras, Empedocles, omnes penè veteres nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt: angustos sensus, imbecillos animos, breuia curricula vitæ, & vt Democritus, in profundo veritatè esse demersam opinionibus & institutis omnia teneri, nihil veritati relinqui: deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. Itaque Arcelitas negabat esse quicquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset. Sic omnia latere censebat in occulto, neque esse quicquam quod cerni aut intelligi possit. Hæc ibi. Idè li. 4. academicarum quæstionum, dicebant tales. Naturam aculea, quæ in profundo veritatem, vt ait Democritus, penitus abstruserit. Ex quibus elucescit, apud philosophos veritatem non inueniri, licet huius indagandæ atque inuestigandæ studio teneri se, tot susceptis peregrinationibus demonstrauerint. Si autem de vero Christi (qui est ipsa veritas Ioan. 14.) discipulo agitur: quis dubitauerit eum omnibus supra commemoratis prælatum iri? cum dominus dicat, discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem. Aduerte etiam, vt scribit Cicero de finibus bonorum & malorum lib. 5. Quid de Pythagora, quid de Platone aut Democrite loquar, à quibus propter discèdi cupiditatem, videmus vltimas terras esse peragratas? Ibidem versus finem, Cur Plato Ægyptũ peragrauit, vt à sacerdotibus numeros, & cælestia acciperet: Cur post Tarentum, ad Architam: Cur ad cæteros Pythagoreos Echekratam, Timæum, Acarnem, Locros, vt cum Socratem expressisset, adiungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque quæ Socrates repudiabat, ad disceret: Cur ipse Pythagoras & Ægyptũ lustrauit, & Persarum magos adiit: Cur rãtas regiones barbarorũ pedibus obiit: tot maria transmisit? Cur hæc eadem Democritus, qui patrimonium neglexit, agros deseruit incultos: quid querès aliud nisi beatã vitam? Quam etiã si in rerum cognitione

Cic. li. 3.
Acad.
quæst.

Cic. l. 4.
Acad.
quæst.

Ioan. 14.

Cicer. de
finibus.

ponebat, tamen ex illa inuestigatione naturæ, consequi volebat. Hæc Cicero. At verò veri Christi discipuli in veritatis cognitione felicitatem constituentem, dicente ipso, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum Ioan. 18. verũ, &c. In Christi schola nullo negotio enucleatè & aperte eam ediscunt, & ab ipso veritatis doctore interius collustrati (hoc est à sancto spiritu) qui docet ecclesiam omnem veritatem, sicut repromisit Christus, Ioan. 16. Cũ venerit Ioan. 16. ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, & cap. 14. Ioan. 14. Apud vos manebit, & in vobis erit, ab ipsa eadem matre Ecclesia veritatem edocètur. quæ, 1. Timothei 3. columna & firmamentum veritatis merito nũcupatur: Ibi, ibi inquam veritas quaerenda & inuenienda est. De philosophorum peregrinationibus multa ex Cice. & aliis collegit vir sanctissimus & doctissimus Hieronymus epistola ad Paulinũ presbyterum, de omnibus diuinæ historiæ libris, quæ incipit: Hieron. ille spiritus veritatis, & præponi solet Bibliis impressis. Legimus (inquit) in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias, nouos adisse populos, maria transisse, vt eos quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticis vates, sic Plato Ægyptum, & Architam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit (vt qui Athenis magister erat & potens, fieret peregrinus atque discipulus. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ, Galliarũque finibus quosdam venisse nobiles legimus. Apollonius philosophus (vt tradunt Pythagorici) intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, opulentissima Indiæ regna penetravit, peruenit ad Brachmanas vt Hiarcham inter paucos discipulos de natura, de motibus syderum, ac dierum cursu, audiret docentem. Inde per multas variãque regiones reuersus Alexandriam perrexit Æthiopiam vt Gymnosophitas videret. Hæc Diuus Hieronymus. Cũ igitur tanto æstuaerint desiderio discendi, tantæque cupiditate indagandæ veritatis tenerentur philosophi egregij; quantò magis conuenit nos ad cognoscendam veritatem ipsam, amore & magna animi alacritate accendi: Cognoscetis, ait Christus, Veritatem. O ingens præmium. Non ergo leuiter prætereundum est, in Christi schola, & ab eius discipulis veritatè inueniri, nusquam autem alibi existere. Non in hereticorum angulis (vt dictum est) nam veritas non quaerit angulos, sed in medio

medio

Iudicium
14.

medio ecclesiae est veritas. Huic accommodari potest pro-
posito, quod scribitur *Iud. 14.* de Samsonis prolemate, *De*
comedente exiit cibus, & de forti egressa est dulcedo: quod sol-
uere non potuerunt Philistaei? donec per uxorem eius ex-
plorassent & expiscari fuissent. Ideo ait illis Samson: *Si non*
arasseris in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Ita
si quid ab haereticis dicitur veritatis, hoc hauserunt ab ec-
clesiae Doctoribus. Et licet haec tenus latuisse, testamque
fuisse veritatem vociferari non desinant, audeantque pol-
liceri sequacibus & affectatoribus suis veritatis agnitio-
nem, eos tamen nihil nisi verba dare, rudique populo im-
ponere, & fucum facere certo certius est. Veteres haeretici
quos & diuus Irenaeus & Tertullianus scriptis reuincunt &
redarguunt, dicebantur Graeco nomine Gnostici, quia sci-
licet *γνῶσις* agnitioem iactabant, sibi que falso arro-
gabant. Ideo *γνῶστικοί*, huiusmodi haeretici dicti sunt, ob fal-
sam eruditionem quam sibi vindicabant, quasi periti: & (vt
legitur in Irenaeo lib. 3. cap. 37.) falso cognominati agnito-
res, & lib. 1. cap. 9. Quasi nemo possit exaequari magnitudi-
ni agnitionis ipsorum, nec si Paulum aut Petrum dicas, vel
alterum quendam Apostolorum, sed plus omnibus se co-
gnouisse & magnitudinem agnitionis illius, quae est in-
enarrabilis virtutis, solos ebibisse dicat: esse autem se in al-
titudine super omnem virtutem. Ex quibus viuis colorib.
suis depictos haereticos modernos facile agnoscas. Qui
Hugnotici vulgo nominantur (gallice *Huguenots*) nomi-
ne, Graecum quiddam includente quasi *γνώσις* sibi & affe-
ctis suis, hoc est falsi nominis scientiam promittentes: quos
deuitandos monuit Apostolus, *1. Timot. 6.* id est, vltimo ca-
pite & postrema sententia: Deuitans, inquit, profanas vo-
cum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiae, quae
quidam promittentes, circa fidem exciderunt, Graece sic,
Ἀντιθέσεις τῆς ψευδογνώσεως. Oppositiones falso nomi-
natae scientiae. Quae in haeticos nostri aui bellissime con-
ueniunt. Antitheses siquidem Gallice ab istis Hugnoticis
non ita dudum editas & in lucem emissas conuiciis scaten-
tes, me vidisse memini: vbi Christus & Papa ex opposito,
inter se conferuntur per antithesim: Missa & caena, & sic
de aliis mysteriis, quasi verò nulla inter haec conuentio ef-
set, & analogia, veluti (inquunt blasphemii illi) nec lucis
ad tenebras (horresco referens) nec Christi ad Belial. Sed
mentita est iniquitas sibi.

Irenaeus
lib. 3. ca.
57. & li.
1. 5. 9.

1. Tim. 6.

Veritas

Veritas liberabit vos. Graece aliquantò planius *ἐλευθερώσει*
ὑμᾶς, id est, ingenuos siue liberos faciet. Veritas etenim à
peccati seruitute in libertatem nos vindicabit. Liberare,
secundum linguæ Latinæ consuetudinem designat cripe-
re, aut aliquo periculo eximere. Hic verò, vt sequens indi-
cat sermo, & Iudaeorum cauillatio, non in eo accipitur si-
gnificatu, sed liberum efficere, in libertatem asserere signi-
ficat. Hic de libertate amplissimus se offert dicendi locus.
Notus est versiculus.

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Refert Erasmus apoph. lib. 7. in Simone Atheniensi, est Erasmus
autem desumptum ex Diogene Laërtio lib. 2. in eod. Cum apoph. li. 7.
Pericles polliceretur si ad se veniret, cuncta illi necessaria Laërtius
exhiberetur, Libertatem (inquit) vendere consilij non fue-
rit. haec Diogenes. Delectauit hunc, addit Erasmus, imago in Simo-
naris syluestris paruo viuens potius quam domestici, in *ne Athe-*
sumis delitit, sed perpetua cum sollicitudine versantis.
Quae fabula habetur inter eas quae Aesopo tribuuntur. Cum Aesopus,
audiret, inquit, mus rusticus sermiorum & ostiorum seras
aperiri, fugam cepit, cum mure vrbano siue domestico, v-
troque deinde ad epulas reuerso, dixit domesticus. Quoti-
dianum esse & frequens periculum. Tum mus rusticus. Ista,
inquit, dapes plus fellis quam mellis sapiunt. Equidem ma-
lo cum securitate meam inopiam, quam cum tali anxietate
istam copiam. Laërtius lib. 6. in Diogene. Rogatus Dio-
genes quid esset inter homines optimum, Libertas, inquit. *lib. 6. in*
Quid magis quam libertatem optamus: qua semel concessa,
Deum immortalem! quanto gestire gaudio, quantaque
effertur latitia videas libertatem assecutum? Refert Vale-
rius lib. 4. ca. 8. de liberalitate, & eandem conscripsit histo-
riam Plutarch? to. 2. vitarum in T. Q. Flaminio. Ante istos
Liuus lib. 33. historiae Romanae T. Quinctius Flaminius
to. 2. vi-
tutis signo silentio facto, per praconem haec verba recita-
ri iussit. S. P. Q. R. & T. Q. Flaminius Imperator, omnes
Graeciae vrbes quae sub ditione Philippi regis fuerunt, libe-
ras atque immunes esse iubet. Quibus auditis, maximo &
inopinato gaudio homines percussi: primò veluti non au-
dissent se, quae audierant credentes, obtulerunt. Iterata dein-
de pronuntiatione praconis, tanta caelum clamoris ala-
citate repleuerunt, vt certò constet aues quae superuola-
bant, antonitas, pauetésque decidisse. Haec Valerius. Liuus
autem sic commemorat: Tantus cum clamore plausus est

O

ORTUS,

ortus, vt facile appareret nihil omnino bonorum multitudi-
 dini gratius quam libertatem esse. Plutarchus verò hoc
 modo : Immensus ex gaudio clamor : & appellauerunt. **T.**
Q. Flaminium Græciæ seruatorem & propugnatorem. Cor-
 ui forrè superuolitantes delapsi sunt in stadium. In causa
 est diuisura aëris : Cum enim multa & elata vox mittitur,
 diuisus ab ea non sustinet volucres, sed lapsum efficit, si-
 cut euenit per loca vacua euntibus, nisi sanè ictu potius,
 velut telo traiectæ decidunt & emoriuntur. Hæc Plutar-
 chus Xenophon de dictis, & factis Socratis lib. 4. Socrates,
 dic mihi ô Euthydeme, putâsse bonam magnamque pos-
 sessione homini atque ciuitati libertatem esse? Maximam,
 inquit. Græcè sic legitur, ἀραμαλὸν ἢ μεγαλὸν νομίζεις εἶναι ἢ
 ἀσθρὶ ἢ ψιλῶν κτλ. ἢ μὲν εὐθερίαν, ὡς οἶον τὴν μέγιστα εἶναι. Sic La-
 tinè interpretatur Bessario Cardinalis Nicenus. Putâsse
 pulchram & magnificam possessionem homini atque ciui-
 tati libertatem esse! Maximam inquit. Vel melius ad ver-
 bum, redditur postremum istud sic, quàm fieri potest maxi-
 mè. Item Stobæus sermone 47. ex Euripide in Auge. τὸν
 θεῶν γὰρ ὄνομα πάντες ἀξίον. Videretur ponèdum τὸ εὐθερίαν,
 libertatis in genitiuo casu. Libertatis enim, inquit, nomen
 omnibus præferendum est. Legati à C. Manlio ad Q. Mar-
 tium Regem missi cum mandatis, sic dixerunt (referente
 Salustius Salustio in coniuratione Catilinæ) nos non imperium, ne-
 in cōiur. que diuitias petimus, quarum rerum causa, bella atque
 Catilina. certamina inter mortales omnia sunt, sed libertatem,
 quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. hæc illi.
 Philo Iudæus vir liberaliter eruditissimus, cuius eloquium
 dicitur. Græci Platoni æquare non dubitant (ait Diuus Augustinus
 Aug. 10. tom. 6. contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 39. & Diuus
 6. contra Hieronymus tom. 1. epistolarum in catalogo scriptorum
 Faustum ecclesiasticorum vit. 21. De hoc, inquit, vulgò apud Gra-
 Mamich. cos dicitur ἢ πλεῶν φιλονεικίᾳ, ἢ φίλων πλεῶνισι : id est, aut
 lib. 12. ca. Plato Philonem sequitur, aut Platonem Philo.) Ille in-
 39. Hier. quam opusculo, Quod liber sit quisquis virtuti studet. Ce-
 10. 1. epist. lebratur inquit Laconis pueri mira quædam ingenuitas,
 in catalo. Captiuus enim abductus à quodam Antigoni milite, libe-
 go script. ralia quidem non recusauit ministeria, seruilis verò ne-
 ecclesiæ. gavit se exhibiturum, quòd abhorreret à seruitio, atque
 vit. 21. præsentis vitæ violentam mortem prætulit, vt scælictiorem,
 & desperata redèptione, libens sibi mer manus inculit. Nar-
 rant Mæcedones etiam Dardanas mulieres, quæ seruitu-
 tem

Xenophō
 de dictis
 & factis
 Socratis
 lib. 4.

Stobæus
 ser. 47.

Salustius
 in cōiur.
 Catilina.

Philo Iu-
 dæus.

Aug. 10.

6. contra
 Faustum

Mamich.

lib. 12. ca.

39. Hier.

10. 1. epist.

in catalo.
 go script.
 ecclesiæ.
 vit. 21.

tem credebant miseriam turpissimam, suos pueros quos
 in vlnis baiulabant, proiecisse in fluminis gurgitem ac-
 clamando, Vos certè non seruietis, sed priuquam infæli-
 cem vitæ cursum aggrediamini, salua libertate compen-
 diariam atque necessariam viam decurretis vltimam. Poli-
 xenam quoque tragicus Euripides inducit cõtempta mor-
 te, curam libertatis gerere, dum sic loquitur. Euripi-
 des.

Defungor vltro : nemo tangat corpus hoc :
 Præbebo collum fortiter : liceat mori Me liberam.

Ergo cum pueri ac mulierculæ, illi ætate, hæc sexu fragi-
 les natiuo libertatis amore teneantur; adeò vt ne hanc a-
 mittant, ad mortem tanquam ad immortalitatem propen-
 dent, pater propositum. Græci, barbarique conflictantur
 bellis continuis, quid aliud volentes quam seruitutem ef-
 fugere, libertatem acquirere? Ideò Imperatores ipsi nul-
 lam cohortationem habent efficaciorē in præliis, quàm
 Este viri. Libertas agitur, qua nihil hominibus optabilius,
 vt quæ sit fons scælicitatum cunctarum, priuatarum etiam.
 Nuper tragœdis fabulam Euripidis in theatro agentibus,
 & hos senarios pronunciantibus.

Nam liberum esse maximum dico bonum.

Quod si quis est pauper, putet se diuitem.

Vidi omnes spectatores arrectos in summos digitos præ
 admiratione, sententiæ laudatæ acclamantes magnis voci-
 bus, & ipsum poetam certarim laudantes, qui libertatis vel
 nomē magni faciat. Quis & argonautas admiror, qui nul-
 lum inter nauales socios receperunt nisi liberum. Ingenuo-
 rum contenti ministeriis, libertati non officiētibus, si poë-
 tis fidem habere debemus. hæc tenus Philo. Conformiter 1.
 Reg. 4. dicebant Philistiim: Confortamini & estote viri, Philis-
 tim ne seruiatis Hebræis sicut & illi seruiertunt nobis. Confor-
 tamini & bellate. Strabo geographiæ li. 10. Ephorus, inquit,
 de Republica Cretensium; Videtur legumlator maximum
 vrbibus bonum supposuisse libertatem. Sola enim hæc bo-
 na propria eorum facit qui ipsa possident; In seruitute qui
 sunt, horū bona non ipsorum sunt, sed dominorū. Hæc ibi.

Veritas liberabit vos. De libertate quid sit & quotuplex
 nunc ordine agendum videntur. Ex Iurisconsultorum de-
 cretis hauriam quæ magna ex parte dicenda sunt. Leg. 4.
 D. de statu hominum, & Institutionibus Iustiniani lib. 1.
 titul. 1. de iure personarum. Item Theophili antecessoris
 institut. eodem tit. §. & libertas. Item §. seruitus autem.

Euripi-
 des.

Euripi-
 des.

1. Reg. 4.

Strabo
 geogra-
 phia lib.
 10.

Leges.

Libertas est, naturalis facultas eius, quodcumque facere liber, nisi si quid vi aut iure prohibetur. Seruitus vero est constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contrarum subijcitur. Veluti qui sunt ab hostibus capti aut ex ancillis nati. Theophilus more suo dilucidius explicat Iacobo Curzio interprete. Libertas, inquit, est naturalis facultas, qua cuique facere quæ velit, concessum, nisi quatenus aut ius, aut vis prohibet. Vis quidem, veluti quum me agere aliquid volentem quod iure vetitum non est, fortior quispiam, & plus habes virium, prohibet. Ius autem veluti quam pœnarum minis cohibetur, ne quicquid animo collibitum est, faciam. Nam seruo ne omnia pro animo suo agat, etiam timor domini obstat. Seruitus autem est constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra ius naturæ subijcitur, quoniam natura omnes liberos produxit: bellorum autem machinamenta; seruitutem inueniunt. Nam ius belli vult ut victores eorum quos vicerint, domini fiant. hæc ibi. Vnde 2. Pet. 2. *A quo quis superatus est huius & seruus est.* Libero homini licere ut vult vivere, nisi iure prohibeatur, expressit Persius Satyra 5.

2. Pet. 2.

Persius Satyr. 5.

*Vindicta postquam meus à prætoribus recessi
Cur mihi non liceat, iussit quodcumque voluntas,
Exceptis si quid Mauri rubrica vetauit?*

Libertas autem multifariam, multisque modis dicitur. Primo naturalis, qualem ex Iurisconsultis nunc descripsimus. Secundo libertas carnis, ad malum. Tertio libertas arbitrij, ad bonum & ad malum indifferens. Quarto libertas gratiæ ad bonum tantum. Quinto libertas gloriæ quæ est ab omni mali formidine securitas. In hac vero specie siue in proposito non de libertate naturali, minus adhuc de libertate carnis quæ vitiosa est, non de arbitrij libertate quæ bonis & malis ex æquo & essentialiter conuenit (ut sentiunt Theologi) loquitur Christus, cum pollicetur libertatem. *Veritas, inquit, vos liberabit, vel liberos efficiet.* Sed potius intelligi debet de libertate à peccati miserissima seruitute & tyrannide, ex gratia Dei, & tandem de libertate gloriæ filiorum Dei, ad quam transferentur boni, post exactam infelicem hanc vitam, liberati ab omni corruptione, malique formidine, totque arumnis & calamitatibus exempti. 1. Pet. 2. *Nō quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei.* Gal. 5. *Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasione detis carnis, sed per charitatē spiritus seruite inuicem.* Libertas

2. Pet. 2.

Galat. 5.

Libertas evangelica non est carnis libertas, sed spiritus. 2. Cor. 3. *Spiritus domini, ibi libertas.* De libertate gloriæ ait A- 2. Cor. 3: postolus, Rom. 8. *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corrump- Rom. 8. tionis: in libertatem gloriæ filiorum Dei, & Galat. 4. Illa quæ Galat. 4: sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Hæc post Sur. 10. hanc vitam cōtinget. Modò intelligamus de libertate spiri- 1. Februa rituali, qua libertate liberauit nos Christus, Gal. 4. Sancta A- rij 5. gathata dixisse ferrur, ut in eius gestis narratur apud Suriū Natalib⁹ 10. 1. Februarij 5, Christi sum ancilla, nostra nobilitas & glo- ria est in eo, quò Christi annunciat seruitus, vel (ut est in cata- in catalogo sanctorum de ea) summa ingenuitas est: in qua logo SS: Christi seruitus comprobatur, & recitatur in officio eccle- de S. A- stastico in primo nocturno. Vulgò etiam dici solet, Seruire garba. Deo regnare est, quod (si satis memini) ecclesia in quadam collecta commemorat, Deus cui seruire regnare est. Imò & gentilis Cicero oratione 14. pro A. Cluentio Auito: Le- Cicer. o- gum idcirco (inquit) omnes serui sumus, ut liberi esse possi- rat. 14. mus. Vnde manifestè patet libertatem non aduersari obe- pro A- dientiæ, siue obseruationi legum, præsertim Euangelij, Cluentio quod lex perfectæ libertatis appellatur à Diuo Iacobo in Auito. sua catholica cap. 1. *Qui perpexerit in lege perfectæ liberta- Iacobi. 1. tis, & permanferit in ea, non auditor obliuiofus factus, sed factor operis; hic beatus in facto suo erit.* Legem autem perfectæ libertatis (ait ibidem Gagnæus) seu perfectam legem in libertate sitam, legem euangelicam vocat, per quam liberati à filio Dei, verè liberi sumus.

Liberabit vos. Si penitus inspiciamus ad veterum recen- tionumque hæreticorum mores, libertatis fucum ab illis semper prætextum reperiemus. Irenæus de Simone imago Irenæus (qui fuit progenitor & pater omnium hæreticorum, & ex in præfat. quō vniuersæ hæreses substituerunt, eodem Irenæo teste in li. 1. & 3. lib. præfationibus) ex professo lib. 1. cap. 20. sic scri- & lib. 1. bit. Dicebat Simon eos qui in eum & Selenem (eius me- cap. 20. retricem & vile scortum) spem habeant: ut liberos agere quæ velint, secundum eum ipsius gratiam saluari homines, sed non secundum operas iustas. Igitur horum mystici sacerdotes libidinosè quidem viuunt. Theodoretus Theodo- consumiliter hæreticarum fabularum libr. 1. circa princi- retus ha- pium de hæresi Simonis. Iubebat, ait, eos qui in ipsum ret. fabu- credebant prophetas non attendere, nec legis minas peri- lib. 1. melcere, sed eos tanquā liberos facere quæ voluerint. Non enim per bonas actiones, sed per gratiam, eos esse salutem

consecuturos. Quocirca qui eius sectæ erant, se audacter omni libidini & intemperantiæ dedebant. Hæc illi. Audis humanissimæ lector, Lutheranam theologiam vniuersam, vel melius *ματαιολογίαν*, hoc est, vaniloquentiam, quæ tota ferè in hoc cardine versatur. Sola fides sine operibus saluat, opera nihil conferunt ad iustitiam christianam, vel nõ iustificanti. Et libertas Euangelica soluit nos à seruitute operum, & à mandatis hominum, & reliqua, his similia. Cuius sententiæ leuitas & futilitas magno authoritatis sanctarum scripturarum pondere ac rationum momentis, cõteritur & facillè reuincitur. Verum nuac supersedeo. Nam ad alia progrediendum est mihi.

Semen Abrahæ sumus. Vide quàm inaniter de nobilitate glorientur. Quasi verò à bono parente tantum bonus filius nasceretur. Cum tamè ex sacra liqueat historia Cain ab Adamo, Cham à Noè, Iismaëlem ab Abrahamo, Esau ab Isaac, & fraterni sanguinis proditores à Iacob patriarcha, Absalonem denique à sancto Dauide habuisse originem. Atque (vt Valerius Maximus libro quarto capite quinto, Qui à præclaris parentibus degenerarunt, scripsit) dici possunt huiusmodi teterrimis ignauitiæ ac nequititiæ sordibus imbuta nobilia portenta, adeò vt exclamare cum eo liceat, Dij boni, inquit, quas tenebras ex quo fulmine nasci passis estis? Inuehitur autem ibi contra superioris Africani filium Scipionem hominem ignauitiæ infamè. Quid enim monstro similius? Ideò propinqui è manu eius annulum, in quo caput Africani sculptum erat, detraxerunt, ad notandum eius vecordiam & indignitatem. Sic & isti à rãto orti patriarcha, meræ, tamen erant tenebræ ex præfulgido & micante sydere. D. Chrysofomus in Ioannem homilia 53. ex capite octauo. Nunquam propria merita memorant. Ideò in eos clamat Ioannes, Nolite putare & dicere, patrem habemus Abraham. Contra tales, qui de maiorum suorum nobilitate rument, atque instantur, satyrog-

Chryso. gido & micante sydere. D. Chrysofomus in Ioannem homilia 53. ex capite octauo. Nunquam propria merita memorant. Ideò in eos clamat Ioannes, Nolite putare & dicere, patrem habemus Abraham. Contra tales, qui de maiorum suorum nobilitate rument, atque instantur, satyrog-

Iuuenal. graphus Iuuenalis satyra 8. *Tota licet veteres exornent undique cera*
Atria, nobilitas sola est, atque unica virtus.
Ouid. me Ideò Vl; illes apud Ouidium metamorphoseos libr. 13. contra Aiaceum.

Nam genus est proanos est, quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra uoco.

D. Hieronymus tomo 1. epist. ad Celantiam de institutione ma

te matris familias. Nulli, inquit, te vnquam de generis nobilitate præponas. Seruum & nobilem religio nostra de mo. 1. epist. ad uire peccatis. Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse virtutibus. Hæc ibi: Multum placet Senecæ insignis philosophi perelegans apophthegma seu Sententia libro de Senecæ uita beata cap. 15. in fine. Deo parere libertas est, nos sic li. de uita beata

Nemini seruiimus unquam. Chrysofomus ubi supra. Po. cap. 15. uisisset quidem dominus in medium eorũ 40. inde 70. inde sub iudicibus nunc 20. nunc duorum, nuac septem annorũ afferre seruitutem, sed eos non hominum seruos ostendere uoluit, sed peccati, quæ seruitus est grauissima, à qua sola Deus liberare potest, hæctenus Chrysofomus.

Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Ro. 6. *Nescitis Rom. 6.* quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obediuntis ad iustitiam? Stobæus sermone 6. de intemperantia, Eusebius citatur, Stobæus eorum qui scædis uoluptatibus dediti sunt, nullum tu liberum dicas. Hi enim multò scæuoribus dominis quàm sint intemperato seruiunt. Et ibidè Pythagoras, Nullus, inquit, liber qui sibi ipsi non imperat. Horatius li. 1. epistolarum, ad Quintium epistola:

Qui melior seruo, qui liberior sit auarus,

In trinis fixum cum se demittit ob assem.

Non uideo: Nam qui capiet, metuet quoque: porro

Qui metuens uinui, liber mihi non erit unquam.

Perdidit arma, locum uirtutis deseruit, qui

Semper in augenda festinat, et obruitur re. Hæc ille.

Diogenes Laërtius libro 7. in Zenone. Solum, inquit, sapientem esse liberum, malos autem seruos affirmabat. Esse enim libertatem per se aliquid agendi, qua stulti & mali omnino carcant. Esse autem & seruitutem aliam quæ in subiectione consistat, &c. Ex quo desumptum uideatur illud Ciceronis paradoxum 5. Solum sapientem esse liberum, & omnem stultum seruum. An ille mihi liber uideatur, cui mulier imperat, cui leges imponit, qui nihil negare imperanti potest? Ego verò istum non modo seruum, sed nequissimum seruum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puto. Diogenes Cynicus (referente Laërtio de eodem libr. 6.) Seruos quidem

dominis, malos autē cupiditatibus seruire dicebat. Quod
Erasm^o apud Erasimum apoph. lib. 3. sic narratur. Dicebat Dioge-
apoph. li. nes inter seruos ac dominos malos prater vocabula nihil
 3. aliud interesse nisi quod mancipia seruirent dominis, do-
 mini cupiditatibus. Significans utrosque esse seruos, mi-
 serioerem tamen seruire seruitutem dominos, quam man-
 cipia, si sint improbi: Nam qui dicitur affectuum arbitrio,
 & multos habet dominos, & turpes, & inclementes. Hæc
Plut. to. ibi. Attende ô peccator, qui ob vilissimam voluptatem
 1. *opus a-* te constituis de filio Dei, diaboli mâcipium. Quod de Ly-
poph. reg. simacho à Plutarcho bis refertur, tomo 1. opusculorum in
 & *Imp.* apophtheg. Reg. & Imp. Item tomo 2. opusculorum de his
 qui tardè à numine corripiuntur. Ille in Thracia quum se
 & exercitum propter sitim in hostium potestatem tradi-
 disse, postquam captus bibit, Proh Deû fidem, quam exi-
 guæ voluptatis gratia, seruum me de Rege feci! Heu mea
 improbitati! qui ob voluptatem tantillam breuè que
 tanto excidi regno. Sic tu propter transitorium & turpe
 facinus, iam factus & mancipium vel scorti alicuius in re-
 bus veneris & obscœnis, quemadmodum legitur 3. *Estræ*
 3. *Esd. 4.* 4. Videbam Apemen filiam Beæ artis mirifici, concubinam Regis
 sedentem iuxta Regem ad dexteram, & auferentem diadema
 de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cadebat regem de
 sinistra manu, & super hac aperto ore intuebatur eam, & si ar-
 riserit ei, ridet: nam si indignata ei fuerit, blâditur donec recon-
 cilietur in gratiam, vel certè mancipium turpis quæstus &
Valer. lucri per auarā cupiditatem effectus es. Vt Valerius Ma-
Max. li. ximus lib. 9. cap. 4. de auaritia sub finem scribit, de Ptole-
 9. c. 4. mæo rege Cyptiorum, qui anxiis sordibus magnas opes
 corripuerat. Proculdubio hic non possedit diuitias, sed à
 diuitiis possessus est, titulo Rex insulæ, animo pecunie mi-
 serabile mancipium. Hæc Valerius. Hanc igitur seruitutē
 & eius turpitudinem etiam philosophi agnouerūt & poë-
Hor. li. ta. Hinc Horatius lib. 2. sermo. satyra 7.
 2. *serm.* *Vrget enim dominus mentem non leuis, & acres*
saty. 7. *Subiecat laesso stimulos, verjatque negantem.*
Valer. Et Sophocles (referente Valerio Maximo lib. 4. cap. 3. de
Max. li. abstinentia & continentia.) atate iam senior, cum ab eo
 4. c. 3. quidam quæreret an etiamnum rebus veneris vteretur:
Plato Dij meliora, inquit. Libenter enim istinc tanquam ex ali-
 1. *diad. i. de* qua furiosa profugi dominatione. Sumpsum videtur ex
Repub. scriptis Platonis & Ciceronis. Plato quidem de Republ.
 vel

vel de iusto, dialog. 1. non longè à principio sic narrat: Cû
 Sophocle Poëta, nonnunquam adfui (ait Cephalus inter-
 locutor, Socrati) ex quo cum quidam quæreret vtereturne
 rebus veneris, Dij meliora, inquit, libenter verò istinc,
 tanquam à domino agresti & furioso profugi. Perbellè
 etiam Cicero à suo Platone excerpisse mihi videtur, & in *Cicer. de*
Senectut. Catone maiore, siue de senectute. post libri medium re-
 te. posuisse. Sic enim scripsit. Benè Sophocles, quum ex eo
 quidam iam affecta atate quæreret, vtereturne rebus ve-
 nericis, Dij meliora, inquit. Libenter verò istinc, & cætera
 quæ supra posita sunt. Poëta ille dominus Sophocles sic
 de misera cupiditarum seruitute & rerum venerarum,
 sensisse memoratur, quem ipse Cicero lib. 1. de diuinatione *Cicer. 1.*
 ne magnis effert laudibus, dicens, Adiungamus philo- *de diuina*
 sophis doctissimum hominem, poëtam quidem diuinum *tione.*
 Sophoclem, hæc Cicero. Plato dialogo 9. de Republica *Plato dia*
 vel de iusto, sub finem diuinitus scripsit, de misera illa *logo 9. de*
 seruitute peccati, in hunc modum: Turpia vitæ instituta *Remp.*
 dicimus, quæ agresti domino mancipant mansueta, præ-
 stantissimam scilicet hominis partem ignobilissimæ ser-
 uire compellentia. Etenim si accipiens aurum, filium suū
 vel filiam mancipium efficeret agrestium & improborum
 hominum, haudquaquam accepisse prodesset, neque eti-
 am si multum caperet: Sin autem partem sui diuinissi-
 mam pari profanissimæ scelestissimæque seruire cogit,
 neque misericordia tangitur, nonne erit miser, ac multo
 cum grauiori sui perniciæ, auri muneribus est corruptus,
 quam Eriphyle, quæ vt salutem viri proderet monile, il-
 lud accepit: Hæc ibi. Vt autem exemplum allatum melius
 intelligatur, Scribit Cicero in Verrem libro 4. oratione *Cicer. li.*
 9. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt, cum *4. ora. 9.*
 vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritu-
 dine eius incensa, salutem viri proderet. Hæc Cicero.
 Eriphyle, es, vel Eriphyla, æ, penultima producta ait Cale- *Calepin.*
 pinus, nomen vxoris Amphiarai & sororis Adrahti, quæ ac-
 cepto à Polynice auro monili maritum latentem ne ad
 bellum Thebanum vbi se moriturum sciebat proficisci co- *Statius*
 geretur, Polynici prodidit. Hæc ille. Statius Papinius The- *poëta.*
 baidos lib. 4. cecinit.
Sic Eriphylæos aurum fatale penates
Irripit, celerimque ingentia semina monit. Et paulò antè:
 —Nec coniugis absunt

Infidia, veritòque domum iam fulgurat auro. Deinde,

— lam per sua coniux.

Dona viro mutare velit. — & paulò post:

— Ipsa sacros gremio Polynicis amati

Deposuit nexu haud mœsta.

Diodor^o Diodorus Siculus libro 4. cap. 6. Adraſto ſuadebant amici **Sic. li. 4.** Polynicis vt ad bellum Amphiaras vates duceretur. Aris- cum prauideret, ſi ei bello afforer, ſe periturum, idque **cap. 6.** propterea recuſaret, ferunt Polynicem aureum torquem à Venere Hermiona datum Amphiarai vxori, quò belli ſocietatem viro perſuaderet donaffe. Eriphyle itaque vi- rum prodidit. Equidem monile aureum in necem mariti, ſed & peplum quoque ob filij Alcmeonis interitum accepit. Venerem aiunt quondã Hermionæ Cadmi & monile donaffe & peplum. Ambo hæc habuit Eriphyle: alterum à Polyaiçe, alterum à Therſandro Polynicis, quò filiũ ad expeditionem Thebanam hortaretur. Alcmeon Eriphylem matrem peremit, ſed facti conſcientia in inſaniam verſus eſt. Hæc Diodorus. Pausanias libro 9. in Bæoticis, in fine, Monile, inquit, Harmoniæ ab initio datum Eriphyles tamen vocatur, quòd hoc illa dono accepto, virum ſuũ prodiderit. Homerus in Odyſſea illud aurum fuiſſe dicit:

**Pausa-
nias li. 9.
in Bæoti-
cis.**

**Homer.
in Odyſ-
ſea.**

Dura, viri ſacro vitam qua vendidit auro. Hæc Pausanias
ibi Homerus de eadẽ meminit *ἔδωκεν ἄνδρα* hoc eſt, Odyſſea
lib. 11. vbi ad inferos ad animas peruenit Vlyſſes, enarrat
qua viderit: dicit igitur.

ἰδὼν χρυσοῦ τ' ἐπιφύλλω,

ἢ χρυσοῦ φίλα καὶ ἄρα ἰδὲ ξυρο ἰμείνερα. Hoc eſt,

Vidi mœſtamque Eriphylem,

Qua aurum dilecti mariti accepit prætiouſum.

Volater. Raphael Volaterranus Odyſſeæ Homeri interpres, ſic cap. **cap.**
**in Odyſ-
ſeam.** minc illud expreſſit.

Vidi triftẽmque Eriphylem.

Hieron. *Qua mercede virum crudelis prodidit auri.* Hæc Home-
Contra ludam pecunia corruptum prodentem Chriſtum
poſſet accommodari exemplum de Eriphyla. D. Hiero-
lib. 1. to. nymus **romo 2.** epistoliarum aduerſus Iouinianum **li. 1. cir-**
2. epistol. ca ſinem. Eriphyla (inquit) prodidiſſe Amphiarau dicitur,
ad Iossi- & ſaluti viri monile aureum prætuliffie. Hæc Hierony-
nia. mus. Cuius veſtigia vt potui imitatus, in alienis & profa-
nis excunpiis citandis, nec hoc quidem à Platone præter-
miſſo paradigmate tam multa hic congeſſi. *Que ſuſus*
tracta

tractauit, vt Platonis exemplum nemini ignotum foret, ſed
ex antiquitate peteretur eius illuſtratio. Miſera eſt ergò
(vt ad propoſitũ regrediamur) ſeruitus, qua quis ſit man-
cipium peccati, & dæmonis. Quod ſi indignaretur vir for-
tis parere molli & effœminato domino, quanto turpius
eſſe putas Diaboli ſeruos fieri. Narrant Diodorus lib. 2. re- **Diodor^o**
danapalo & Arbace in hũc modum. Sardanapalus vltimus **li. 2. vetũ**
Aſſyriorum rex, præterquam quòd à nullis exterius con- **antiqua.**
ſpiciebatur, vitam muliebrem duxit cum pellicibus, veſte **ca 7. Iu-**
tum purpurea indutus, tum molli lana contexta: Stola in- **ſtinus hi-**
ſuper muliebri, faciem, totũmque corpus in modum me- **ſtor. lib. 1.**
rettricis ſuco componens, vltra luxum muliebrem laſciuie-
bat: vocem fœmineam loquendo imitatus. Luxuria quo-
que deditus, nunc viri, nunc mulieris vice abutebatur, om-
ni poſthabita ſexus ac pudoris cura. O portentum & pro-
digium obſcœniſſimum, liceat hĩc exclamare! Vita in hunc
modum turpiter exacta; imperium Aſſyriorum quod diu-
tius perſeuerat, euerſit Arbaces quidã genere Medus vir-
tute & animi magnitudine præclarus, dux erat copiarum
quæ ſingulis annis in Ninum à Medis deſtinabantur. Cu-
piens ille regem atque eius vitam inſpicere, data vni ex
Eunuchis aurea phiala ad Sardanapalum introductus eſt.
Conſpecta regis mollitiæ, & muliebri apparatu, illum vt
nullius rei hominem deſpexit. Et vt Iuſtinus ſcribit, intro-
ductus ad regem, inuenit eũ inter ſcortorũ greges purpu-
ram colorem, & penſa inter virgines patientem: pro-
greſſuſque ad ſocios ſuos, quid viderit refert. Negat ſe ei
parere poſſe, qui ſe fœminam malit eſſe quã virum. Imò
viro muliere corruptiori (qualis erat Sardanapalus) à cæ-
tero ſubiici noluit. Hac ſola ratione motus, à Sardanapalo
deſecit, & ſocios ad defectionem ſollicitauit. Quanto indi-
gnus ſe ſubiicit vltro tyranni dæmonis homo ad Dei ima-
ginem conditus, propter carnis voluptates & reliqua hu-
iufmodi fœda & turpia ſcœlora? *Qui enim facit peccatum, ſer-*
uus eſt peccati, per conſequens Diaboli, propter peccati rea-
tum ad pœnam. Qui luxuria diſſluit, & in ſtercore illo cõ-
poreſcit, quã mileram ſciuit ſeruitutẽ. Salomon in Pro-
uerbiis **cap. 7.** de meretrice procaci, quæ vecordem iuue-
nem blanditiis ſuis proraxit & iretũ, intrãque ſuos caſſes
pellexit, loquitur ſic. Statim eã ſequitur quãſi bos ductus
ad victimam, & quãſi agnus laſciuens, ignorans quod ad
vincula

vincula stultus trahatur, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quòd de periculo animæ illius agitur.

Obiicit ex hoc loco fortassis hereticus aliquis, seruitus libertati contraria est, igitur qui est in peccato non est liber, & per consequens non est liberum arbitrium in homine post peccatum admissum; sed fuit utique deperditum. Respòdeo. In peccatoribus etiam post peccatum remanere arbitrij libertatem. In illis autè libertas arbitrij in duobus consistit. Nam libertas remanet, scilicet à coactione & necessitate peccandi. Voluntariè enim peccat, & peccatum non esset, nisi esset voluntarium ac spontaneum. Deinde est etiam in talibus, qualiscunque conatus & cooperatio, si velint benè agere, excitante eos & præueniente Dei gratia, ut à peccatis relurgant. Imbecillius quidè & debilius redditur ad bonum prosequèdū liberum hominis arbitrium, per peccatum: præpeditur eius vis & actio ad bonum. Peccati siquidem pondere deprimitur homo, nò tamen ad malum cogitur, sed quia non vult ad Dominum per penitentiam conuerti, meritò idèò damnatur. *Quoties volui congregare te sub alas, & non uisisti? Matth. 23. Ex te perditio tua. Osee 13. 13.* Etiam post lapsum dictum est à Domino Cain, *Gen. 4. 4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quasi dicat filij estis non quales Isaac & Iacob, sed quales Ismael & Esau. Primus fuit domo eiectus, diuino oraculo, Etice ancillam & filium eius Galat. 4. ex Gen. 21. Secundus primogenituræ iure, iustè priuatus. Videte ò Iudæi quid uobis expectandum sit. Si illis cognatio Abrahæ nihil profuit, sic neque uobis proderit.

Quæritis me interficere, eo quòd sermo meus nò capit in uobis, q. d. Iniuste occidere conspiratis, nò fuit autem Abraham homicida: Ponderanda sunt hæc omnia, quia ad exaggerandum multum valèt. Imprimis lege diuina vetitum est: non occides: maximè verò in fontem atque innoxium. A quo scelere innocentis nimirum interfectione tam procul Abraham absuit, ut etiam pro Sodomitis Dominū orauerit, *Genes. 18. homines, autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino uimis, cap. 13.* Insuper veritatem loquentibus honos debetur, non supplicium. Abrahæ Dei nuntios non habuit ludibrio, sed magna animi alacritate hospitio excepit, & ad se diuertere rogauit, *Gene. 18.* Vos autem me interficere uultis à Deo ad uos missum, veritatem quam

audiui

audiui à Deo uobis prædicantem & nuntiantem: Quo tam nefario flagitio Deum (cuius legatus sum) uos spernere, atque lesæ maiestatis crimen incurrere, omnibus comperitum esse potest: necnò iuratos ueritatis hostes ipso facto uos proditis: propter nihil aliud enim quæritis me interficere, nisi quia ueritatem uobis locutus sum.

Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Opera Abrahæ propter quæ commendatur in scripturis, hæc sunt. Creditur Abrahæ Deo, &c. Hoc est opus Dei ut credatis in eum quem misit ille, pater scilicet Deus, *Ioan. 6.* Obediuit Abraham Deo sibi dicenti, ut immolaret filium. Hospitalitatem erga peregrinos exercuit, & uos eadè opera facite. Præstate uos obediētes mandatis diuinis, erga eum quem misit Deus, uos exhibete beneuolos, dociles, attētos, atque beneficos, & omni reuerentia tam debita quàm deuota, submitte uos Dei filio, sicque opera facietis Abrahæ. Vulgò dici solet, Patrem sequitur sua proles quod ab Horatio carmine sic exprimitur & exornatur lib. 4. carminum Ode 4.

Ioan. 6.

Horat. li. 4. carm. Ode 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis

Est in iuuenis, est in equis patrum

Yuius; nec imballem feroces

Progeperant aquila columbam.

Apud Virgilium Aeneidos 12. Pater Aeneas sic Ascanium filium suum alloquitur.

Virg. 12. Aeneid.

Discipuer virtutem ex me, uerumque laborem.

--- Et te animo repetentem exempla tuorum

Et pater Aeneas & animum exciuet Hector.

Christus sic ratiocinatur aduersus Iudæos. Quicumque sunt germani filij Abrahæ, eius opera faciunt. Vos non facitis Abrahæ opera. Ergo non estis eius Germani filij. Facere Abrahæ opera, est eius mores & ingenium referre. Opera dixit contra Lutheranos, ne solam fidem intellexisse Christum calumniarētur. Idèò omnibus Christianis dictum puta, Si Christiani estis, opera Christi facite. Vos autem scortamini, furamini, ysturas exercetis; hæc non fecit Christus. Ab his uel maximè abhorruit. Si nobilium estis filij, nobilitatis opera facite: hæc autem sunt, ius sanctè dicere, uiduas & orphanos tueri, pro patria & libertate pugnare, uirtutis exemplum præbere, & denique liberales esse. Cui igitur rapitis, uiduas spoliatis, in patriæ viscera ferum stringitis, libidinis & luxuriæ exempla præbetis, sacra omnia cum Deo contemnitis? Hæc sanè non nobilium, sed mancipio

mancipiorū Satanae opera sunt. Vos ō ecclesiastici si (quod-
Psal. 44. niam ita est) apostolorum successores estis, *Nam pro patri-*
Aug. 10. *bis tuis nati sunt tibi filij, Psal. 44.* (vbi sanctus pater Augu-
3. in Psal. stinus tom. 8. in eum locum scribit: Hodie enim Episcopi
44. qui sunt per totum mundum vnde nati sunt? Ipsa ecclesia,
 patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit
 in sedibus patrum. Non ergo te putes desertam, quia non
 vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos
 per quos nata es, & prole tua tibi crevit paternitas, pro pa-
 tribus tuis nati sunt tibi filij. Hac ille.) Ergo postquā apo-
 stolorum successores estis, opera apostolorum facite. Qui-
 dam ex vobis (quod flens dico) venationes, ludos, & con-
 cubinas confectantur, & beneficiorum nundinationes (que
 ipsis in veneficia vertuntur, sacris tam impiè aburentibus)
 simoniacam prauitatem, & alia flagitia committunt: Hac
 apostoli non fecerunt.

Nos ex fornicatione non sumus. hoc est idololatria que for-
 nicationis & adulterij nomine in sacris intelligitur. Nō su-
 mus, inquiunt, vt aliæ gentes idola colentes, vel vt Sama-
 ritani, Deum verbum cum idolis simul adorantes.

Vnum patrem habemus Deum. Patrem, inquam, ne dum
 ratione creationis, ita enim omnium est pater ac cōditor:
 sed patrem agnoscunt vnum Deum verum, ratione scilicet
 cultus & religionis.

Si Deus pater vester esset, diligeretis vti que me. In hūc mo-
 dum conficit contra eos tacitum syllogismum qui Dei filij
 sunt, illius primogenitū quē ex se natū ille in hunc mūdū
 misit, diligunt & obseruant: At vos me non obseruatis.

Non igitur Deus pater vester est, veluti vos gloriamini,
 cuius filium ludibrio & contemptui habetis, quemque oc-
 cidere cogitatis.

Quare loquelam meam non agnoscitis? Quia non potestis
 (pro, non vultis positum accipe) audire sermonem meum,
 quasi diceret; Germani filij domus paterna: linguam &
 idioma cognoscunt: ita veri filij Dei, meam loquelam
 intelligunt. Vos me loquentem non intelligitis, magis
 quā si peregrino sermone vterer, proinde non estis Dei
 filij. En alter syllogismus, Dicerent Iudæi, si neque Abra-
 hæ, neque Dei filij sumus; cuius tandem (heus tu?) filij num-
 cupabimur.

*Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis fa-
 cere.* Euolue latentem syllogismum ad hanc modum. Qui-
 cunque

cumque diaboli desideria implere student, & eius ingenio
 se totos accommodant, ij diaboli sunt filij. Vos vultis eius
 desideria perficere, eius suggestionibus prauis obtempe-
 ratis. Vos ipsi concludite. D. Chrysofomus homilia 53. in *Chryso.*
 Ioannem. Neque simpliciter opera dixit, sed desideria: vt *hom. 53.*
 eum & illos maximè cœdibus delectari auctore inuidia si- *in Ioan.*
 gnificet. Nam cum nullam haberet præter inuidiam cau-
 sam, Adam perdidit. Hęc ille. Hic locus est expressus, quod
 mali & reprobj, hæretici & similes Christum impugnâtes,
 filij sunt diaboli. Non quidem creatione, absit à nobis im-
 pietas Manichæorum, vesaniam huiusmodi auertat Deus,
 Deum vnum, & solum omnium creatorem, agnoscimus &
 profiteamur. Sed filij diaboli dicuntur imitatione. Quia,
 inquit, & opera & desideria diaboli vultis perficere. Refert
 Irenæus lib 3. contra hæreses cap. 3. Quomodo Polycarpus
 Marcioni aliquando occurrenti sibi & dicenti, Cognosce
 nos, Respondit, Cognosce te primogenitum Satanae. Hac
 antiquissimus Irenæus & sanctissimus. Marcion autem erat
 apostata & hæreticus, qui multorum erat caput & antefi-
 gnanus errantium.

Ille homicida erat ab initio. Interficere (inquit) diabolicæ
 malitiæ opus est. *1. Ioan. 3.* Cain qui ex maligno erat, occi-
 dit fratrem suum, quoniam opera eius maligna erant: Fra-
 tris autem eius iusta. Sic ab initio mundi circa ipsa mundi
 primordia, homicida fuit.

In veritate non stetit. id est, in vitæ rectitudine, sed ab ea
 defecit, Deo contempto æqualitatem Dei appetiit, ideò
 desertor & apostata effectus est.

Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur. Ille namque
 primus mendacium peperit, inquiens, In quacumque die
 comederitis, aperientur oculi vestri. *Genes 3.* Mendacio
 ergo primus vsus est diabolus: Homines non tanquam pro-
 prio, sed tanquam alieno vtuntur. Ille vt proprio (sic hunc
 locum paraphrasticos illustrat D. Chrysof. vbi supra.

Mendax est & pater eius. Cuius eius: pro relatiuo substi-
 tue antecedens, vt magis perspicua sit oratio, sic, Mendacij
 pater est Satan. Nam hoc quoque videtur Nonnum fefel-
 lisse, virum alioqui Græcæ linguæ callentissimum & peri-
 tissimum. (Is paraphasim in sanctum Euangelium secun-
 dum Ioannem carmine heroico Græco conscripsit) quod
 autem hic dicitur mendax est, & pater eius sic expressit.

ψευδὸς ἀπὸ τοῦ ψευδῆ, ὁ ἄρχὸς ἐν τῶν ἁρῶν.

Quod

Quod sic Latine reddidit Erhardus Medeneccius, interpres, verbum verbo (vt dici solet) mendax ipse est, mendace ex patre. Quomodo demon sit ex mendace patre, non satis commode intelligi potest. *Eius*, enim non refertur ad dæmonem apud Euangelistam, sed ad mendacium: nisi, sed aliquantò coactè, diceretur, hoc dictum, mendace ex patre. De homine intelligendum, qui est ex patre mendace, nempe diabolo, per imitationem, non propagationem vel creationem, sed propter improbos & perniciosos mores, & hoc verissimilius videri potest. Hactenus multa hoc de Euangelio dicta sunt. Dabit veniam lector, si impendit prolixior fuerim. Cum Poëta, in meam exculationem producam hos versus. Martialis Epigrammaton lib. 10. primo Epigrammate.

Marti. l. 10. Epigramm.

*Si nimius videor, seruaque coronide longus
Esse liber: legito pauca, libellus ero.*

Patris itaque nostri cœlestis perficiamus desideria, vt verius filij, & discipuli esse mereamur. Amen.

FERIA VI. POST PRIMAM

DOMINICAM QUADRAGESIMAE.

De Piscina. Ioan. 5.

Erat dies Festus Iudaorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. Est autem Ierosolymis probatica piscina, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo.



Ire. li. 2. contra haeres. c. 39.

Cyri. li. 2. in Ioan. cap. 123.

Vodnam fuerit festum, Paschæ, an Pentecostes, nō omnino inter veteres huius loci interpretes conuenit. Nam Irenæus antiquissimus scriptor, lib. 2. contra hereses cap. 39. circa principium sic scribit. Christus iterum secunda vice ascendit in diem festū Paschæ in Ierusalem, quādo paralyticum qui iuxta natariorum iacebat 38. annos, curauit: iubēs vt surgeret, & auferret grabatum suum, & iret. At D. Cyrillus in Euang. Ioannis li. 2. in Ioan. cap. 123. hæc pertractans verba, sic inquit. Tempore Paschæ die festo azymorum ac occisionis agni celebrato, Phariseorum morositate depulsus à Hierosolymis, ad Samariā Dominus decessit. Pentecostes verò tēpore (hic enim dies festus post illū deinceps sequitur) Hierosolymā reuersus, hominem

hominem à morbo liberauit diurno. Ditem Chryso-
stomus homilia 35. in Ioan. *Erat dies festus Iudaorum. Quinam? hom. 35. vt mihi, inquit, videtur Pentecostes. Hunc (pro more) se- in Ioan. quuntur Theophilactus, Euthimiusque in Ioan. cap. 5. sem- Theophi. tientes & ipsi Iudaorum festum fuisse, Pentecostem. Item, Ammonius Alexandrinus in harmonia 4. Euangelistarum Entlim- anno secundo dominica prædicationis cap. 8. Contulit se nius. dominus ad Hierosolymam ad sollempnia Pentecostes: vbi ad probaticam piscinam expositum duodequadraginta annorum languidum, sabbato mirum in modum sequentibus Pharisæis sanum fecit. Hæc Ammonius. Ex historia denique scholastica Petri Comestoris, in Euangelia cap. 81. Po- Comme- rest intelligi, inquit, festum nouorum, id est Pentecostes, stor. quia prædictum est iam de Pascha quo decollatus est Ioannes. Hæc ibi. Ecce, beneuole lector, tot veterum dissonantes in temporis assignatione sententia, variaque opinio- nes: Aliquem me acutiorem, qui actum meum explicaret, Rupert. li. & scrupulo isto me leuaret, libentissimè audirem. Dicam s. in Ioan. tamen cum Irenæo & Ruperto lib. 5. in Ioan. circa initium, (semora Græcorum opinione) festum Paschæ, non autem Pentecostes fuisse. Hic Euangelista Paschale festum non aperit exprimit (ait Rupertus) sed ex superioribus Paschale fuisse colligitur. Superius enim mulieri Samaritanæ, cum esset loquutus Dominus, dixerat discipulis: *Nōne dicitis quia adhuc quatuor menses sunt & messis venit? Ioan. 4.* Cōstat verò quia vbi non plusquam quatuor menses ante messem interlunt, Paschalis festiuitas non plusquam duobus mensibus longè abest: quo utique spatio temporis, alia festiuitas nulla occurri: qua secundum præceptum legis, omnis masculus debeat apparere in conspectu Domini. Igitur & hoc Paschale festum est, quo nostrorum sacramentorum principium reperitur. Hæc doctus Rupertus. Ex recentioribus, Cornelius Iansenius Episcopus Gandauenis in sua cōcordia Evangelica part. 2. cap. 36. ad hoc Euangelium, hanc sequitur, & momentis rationum haud pœnitendis confirmat sententiam, Admodum, inquit, verissimile est, vt non dicam certum festum, hoc Iudeorum fuisse iam alterum Paschæ festum, quod scilicet proximè secutum est illud Paschæ festum, cuius fit mentio Ioan. 2. cap. Certè nisi fateamur istud festum fuisse Pascha, non poterimus ex Euangelis colligere, Christum tres annos cum aliquot mensibus prædicasse: quod tamen à Daniele vaticinatum fuisse intel- ligitur,*

Daniel. 6. ligitur, cum dicit *ca. 9. Christum confirmatum pactum multis hebdomada una, & in dimidio illius hebdomada defesturam hostiam & sacrificium, per mortem scilicet Christi*, antiquitatem legis sacrificia, & tamen ad designandum annos & tempus predicationis Christi (quod ab aliis fuit pretermisum) viderit Ioannes tam accuratè Paschata annumerasse quæ inciderunt in tempus predicationis Christi. Hæcenus ille vir minimè proletarius sed apprime eruditus Eusebius Cæsariensis de demonstratione Evangelica l. 3. ca. 2. tendendo *Euseb. de demonstr. Euang. l. 3. cap. 2.* versus finem, Donato Veronensi interprete. Sanè, inquit, proditum est memoriæ omne doctrinæ, eruditionisque miraculorum saluatoris nostri tempus, trium annorum & semis fuisse: quod quidem est hebdomadis vnus dimidium. Hoc ipsum quodammodo Ioannes Euangelista attentissimè eius Evangelium obseruantibus declarabit. Hæc ibi. Vbi lector obserua, mendum irrepsisse, vel per calcographiam (quod magis puto) vel per interpretis non dico inscitiam, vel imperitiam, absit: cum sit ille linguæ Græcæ (vt eius translationes & versiones multæ satis indicant) peritissimus, sed potius per incuriam quandam leuem, atque humanam mendosè legi, (inquam veruditionis miraculorum, cum sit emendatè legendum editionis miraculorum, quod pater ex fontibus Græcis conferre volētibus, & diiudicare. Matthæus Beroaldus in suo Chronico siue supputationibus temporum, l. 3. vltimo cap. citato Græcè Euseb. loco predicto sic transcripsit. Legi sic in exemplari Roberti Stephani Lutetiæ 1585. impresso & contuli. *ισοροῦται ἡ πᾶσι τῆς ἀποκαταστάσεως ἢ παραδοξολογίας ἡμῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν χριστοῦ, τριῶν ἡμῶν γεγονόσιν ἔτων, ὃ ἡμῶν ἐστὶν ἰσοῦς ἡμῶν. Τὸ πᾶσι ἰωάννης δὲ ἀναγγελλισσῆς ἀκριστῶς ἐξισοῦσιν αὐτῶ τῶν ἀγγελῶν παραδοξολογίας.* Ita quidè Græcè ibi. Latine sic idem interpretatur & vertit. Sanè prodiūt est memoriæ, omne doctrinæ editionisque miraculorum seruatoris nostri tempus, trium annorum & semis fuisse, quod quidem est vnus hebdomadè, dimidium. Hoc ipsum quodammodo Ioann. Euangelista attentissimè Euangelium eius obseruantibus declarabit. Hæc Beroaldus ille. *παραδοξολογίας*, illè dicitur qui suprâ aliorum opinionè, aliquid facere videtur (inquit lexicon Græcū) nisi ad excusationem lectionis, qua Eruditionis miraculorū legeretur, diceretur (nec sanè extra rem) per miracula Christi, homines quoque erudiri de agendis ac edoceri, quod sanctum Gregorium dixisse mihi videor legisse.

legisse. Hæc leuiuscula licet, celare noli. Tu æqui bonique consules. Cùm igitur dimidium hebdomadis vltimæ (ex Danie) tres annos cum dimidio contineat: opere preteritum fuit hæc latius & aliquantò accuratius perpendifse. Geraldus Mercator in chronologia sua in speculo harmonio Euangelicæ, ad Euangelij presentis locum, annotauit hoc modo. Irenæus, inquit, putat hoc festum, Ioan. 5. esse Pascha, sed non conuenit præcedentibus ac sequentibus (Et multis interpositis, suam rædem declarat sententiã.) Rectè, inquit, existimo hoc Ioanis loco scenopegiæ festū intelligi, siue tabernaculorū. Hæc ille recentior, cuius recetem opinionè nihil moror, sed quia debui opinionones ponere singulorum, nolui cõmittere silentio quæ ad hunc locū illustrandū facere possent. De his verò plus satis. *Piscina.* Venerabilis Beda in Ioan. cap. 5. Duo pariter miracula humanæ sanitatis reguntur. Vnum inuisibiliter per Angelicam administrationem: Alterum per Dominicam præsentia visibiliter exhibitum. *wp. d. v. v. v.* inquit ibidem, oues dicuntur, vulgò autè in ca sacerdotis, hostias lauare confluenerant. Hæc Beda. *Angelus Domini descendebat secundum tempus in piscinam.* Vbi Euthimius dicens statuto tẽpore descendebat: docuit quod non semper fiebat miraculum, sed certis temporibus hominibus quidè incognitis, verùm frequenter (vt opinor) in anno: propter hoc siquidem *in porticibus decumbebat multitudo magna languentium.* hæc ille. Benè à Mose dictum est, *Deut. 4. Non est alia natio tam grandis qua habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis.* Inter cetera erat ara & ibi propitiatorium, & diuina respõla: iuxta templum erat etiam piscina ista miraculosa. Quæ duo figurabant Baptisimum & sacrosanctam Eucharistiam. Ad piscinam illam veterem, insignia quædam sũebant miracula, vt indicat presentis Euangelium, quatenus populus ille Iudaicus, miraculis in fide & officio contineretur: Verùm longè excellentissimo Euangelii illustratur miraculo, factò à Christo, in curatione huius paralytici: De quo Christus, *vnū opus feci, & omnes miramini, quia totum hominè sanum feci in sabbato.* vt credamus in Christum & maneamus in eius Euangelio. D. Augustinus to. 6. lib. vno cap. 4. contra Epistolam Manichei quam vocant fundamenti. Multa sunt, inquit, quæ me in Ecclesiæ gremio iustissimè tenent. Tenet consensus populorū, Tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate

Beda in c. 5. Ioan.
Euthim.
Deut. 4.
Aug. 10. 6. ca. 4. in epist. Maichei.

charitate aucta, vetustate firmata & quæ illic ponuntur.

Adamus Reischerus in descriptione Ierusalem latinè per
Reischer. Ioannem Heydenum versalib. 4. cap. 21. de hac piscina sic
 scribit. Non procul à cornaculo anguli secundum templum
 erat Colymbetra Bethesda: de qua, *Ioan. 5.* Græcè Κολυμβή-
Iansenius. θραξ. Hæc dictio (ait Iansenius) propriè significat natatoria,
 aut natabulum. Deducitur enim à Κολυμβήω quod est nata-
Ioan. 9. re, vnde & cap. 9. Ioannis eandem dictionem nositer inter-
 pres vertit, per natatoriam. *Vade, lava in natatoria* (vel pis-
 cina) *Siloë*. Nec tamen hic malè vertit. Nam quanquam ini-
 tio piscinæ dictæ sunt à piscibus qui viui in eis seruaban-
 tur, tamen generaliter, postea Latini piscinam pro natato-
 ria acceperunt, imò & vasa lignea ampliora, à Plinio pisci-
 næ vocatæ sunt (gallicum vulgus Cunas vocat) Lacus iste
 non vocatur hic piscina, eo quòd in eo pisces viui afferua-
 rentur. Hebraicum autem huius piscinæ nomen בית שדה
 Bethesda compositum est ex בית & שדה significatque
 domum effusionis, vel locum. Nam idiotismus Chaldaicæ
 linguæ est, loca ferè, domus vocare. Sic agrum vocant do-
 mum seminis. Quia ergo è rectis & aliis aditioribus locis
 aqua effunderetur in eam, vel aliundè simili quadam ra-
 tione Bethesda dicta fuit. Alij sic scribunt בית שדה ex בית
 & שדה Bethhesec, vt sit domus benignitatis in qua beni-
 gnè sit pauperibus quæ dicitur בית שדה, vbi scilicet
 pauperes & mendici reciperentur, hospitale solemus ap-
Brocardus pellare. Hæc ex Iansenio vbi supr. F. Brocardus Monachus
duo. in locorum terræ sanctæ præsertim ciuitatis Hierosolymi-
 tanæ exactissima descriptione, istius piscinæ sic meminit.
 Ab area templi contra Aquilonem, quantus scilicet est ia-
 ctus lapidis, est porta vallis quæ ducit in vallem Iosaphat,
 & hæc etiam vocatur porta gregis, quòd per eam in-
 troducebantur greges immolandi in templo proinde in-
 trantibus portam vallis siue gregis, ad sinistram occurrit
 probatica piscina, in qua Nathinnei lauabant hostias, quas
 tradabant sacerdotibus in templo offerendas: Et hæc duas
 porticus habuisse constat, in quibus secundum Ioannem,
 Iacebant infirmi, quæ motum expectantes. Ad dexteram verò
 est alia piscina grandis, quæ dicebatur piscina interior facta
 ab Ezechia. Est & alia quæ dicitur piscina superior, de
 qua Isaias, quæ dicitur superior respectu natatoriæ Siloë,
 quæ tanquam inferior recipit aquas de fonte Siloë. Et ne
 irres in his piscinis, aduerte quòd prima & præcipua pisci-
 na in

na in Hierusalem, erat probatica piscina duas porticus ha-
 bens, quam Salomon fecit pro ministerio templi. *Secunda*,
 fuit iuxta illam contra Aquilonem dicta interior, quam
 fecit Ezechias vt dictum est. *Tertia*, natatoria Siloë, quæ e-
 rat sub Monte Oliueti, & sub monte Sion propè agrum
 hakeldemach, habebatque aquam de fonte Siloë, quam E-
 zechias quoque fecit. *Quarta*, erat superior piscina, de qua
 dictum est, quam Ezechias etiam fecit. Hactenus Brocar-
 dus ille, qui itinerarium suum (vt vocat) quòd fecit in terra
 sancta, descripsit & posteritati in scriptis commendauit.
 Quod autem Brocardus dicit piscinam probaticam duas
 porticus habuisse, nihil inde sequitur incommodi vel absur-
 di, qui enim dicit duas porticus, non negauit fuisse quin-
 que, præsertim tempore Euangelistæ historiã illam descri-
 bentis, vel quia duæ præ aliis & inter cæteras fuerunt præ-
 stantiores, vel quia tempore scriptoris illius qui suam pere-
 grinationem scriptis consignauit, vestigia tum apparebant
 duarum tantum, vel postremò potuit esse mendosus liber
 impressus, & (vt facilis est lapsus in numeris si notis arith-
 meticis dütaxat designetur) pro quinque porticus positum
 fuit & corruptè impressum duas porticus habens. Hæc est
 coniectura mea, quam, lector candide, tibi volui indicare.

D. Hieron. to. 3. de locis Hebraicis litera B. Bethesda, in-
 quit, est piscina in Hierusalè quæ vocabatur *probatica*, & à rom. 3. de
 nobis interpretari potest pecualis, hæc quinque quondam locis he-
 bræis. *braicis*.
 hybernis pluuuis adimpleri solet: alter, mirum in modum ru-
 beus, quasi aquis cruentis, antiqui in se operis signa testa-
 tur. Nam hostias in eo lauati à sacerdotibus solitas ferunt.
 Vnde & nomen accepit. Hæc ille. Vnde verisimillimè mihi
 videtur (vt nodum superiorem soluã) propter geminos illos
 huius piscinæ lacus, dictum fuisse à Brocardo piscinam duas
 porticus habuisse, capiendò porticus pro lacubus. Scripsit
 Hispanicè & eleganter quidè, doctè pariter, de rebus publi-
 cis mudi, li. 27. Frater Hier. Romanus Augustinianus ille l. 1.
 de republica Hebræa c. 6. circ. sinè c. idiomate Hispano vul-
 gari & politissimo scribit, de probatica piscina hac, cuius
 verba latina ex hispanicis faciã, vt poterò, fideliter. Cõstat,
 inquit, ex Paralypomenon libro. (nempe. 2. Paraly. 4.) quod
 fecit Salomon mare areum ditissimum, in quo lauabã sa-
 cerdotes. Mortuo autè Salomone cum gèniū principes, fur-
 to & sacrilegio abstulissent omnes tẽpli diuitias, quòd in-
 P 2

itaurare voluerunt quæ ad religionem & Dei cultum pertinebant, neque pares cum Salomone facultates haberent: & ad principales seu capitales sumptus vel impensas necessarias, non sufficerent, aut soluendo non essent, vel quia tam egregios artifices non haberent, ad perficiendum exitium adeo opus. Sic fecerunt Iudæi hoc stagnum, id est piscinam, cum eius aquæ ductibus & carnalibus, ut sacrificiorum carnes lauarentur. Et tibi postea fecit Deus illud miraculum per Angelum suum, ut ad aquæ motum primus qui ingrediebatur vel descendebat in piscinam, sanaretur: durauitque ad tempora vsque Christi. Nec potuit locus ille à Templo longè fuisse distans ac remotus, quod inde apparet, quia ex eo loco Christus se in tēplum contulit, & ibi offendit recens à se sanatum, qui illi occurrit sine obuiauit. Vocatur autem Græca appellatione probatica piscina. Nam Græcè probaton idē est quod ouis Latinè. Et quicquid ille Hispanicè, historiographus. Qua historia rarissima te (beneuole lector) impertire volui. Scribitur 2. Paral. 4. Mare fusile fecit Salomon decem cubitis à labio usque ad labiū, rotundū per circuitum, quinque cubitos habebat altitudinē, & funiculus 30. cubitorū ambiebat gyrū eius. Similitudo quoque boni erat subter illud. Bonæ autem erant fusiles: & ipsum mare super 12. bonas impetitum erat: fecit quoque cochas decē, ut lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant. Porro in mari sacerdotes lauabantur. Hæc ibi. In Bibliotheca sancta Senensis Hæreticorū Anabaptistarū diluit obiecta aduersus historiam de languido, ad probaticam piscinā iacente, quam idcirco nugantur esse falsitatis suspectā, quia in veteri testamento nihil quicquam de hac piscina cū quinque porticibus memoratur: tum quia Iosephus Hebraicarum antiquitatum, ac præsertim trium templi constructionum, sub Salomone videlicet, Zorobabel, & Herode, diligentissimus scriptor, nihil vel de piscina, vel de aqua frequenter, ac diuinitus ab angelo turbata scribit, nec verisimile putat Iosephum plus nimio Hebræis suis fauentem, prætermisiturū fuisse tam insignē diuinæ bonitatis erga suā patriam fauorem, qui in cæteris leuioris momenti, & quæ minus ad vrbis suæ gloriam facere viderentur, vsque ad superfluitatem scripserit: si tantæ rei miraculum, suoque potissimum tempore & in suo natali solo fuisset. Quibus sic ille respondet. Quis non rideat eorū amentiam, dū hanc historiam idcirco credere nolunt, quia eam, nec in veteri testamēto,

nec

nec in Iosepho legerint: Quasi verò miracula Christi, idē nobis credenda non sint, quia Iosephus ea non scripsit, sed nihil aiunt, de hac piscina in veteri testamento scriptū est. Cōcedimus nihil apertè de ipsa in veteri testamento affirmatum, sed nec apertè negatum. Imò si diligenter consideremus ea quæ 2. Paral. 4. scribuntur necessaria cōsecratione colligemus, Piscinam quandam, seu aquarum cōceptaculum fuisse Hierosolymis, vt in eam influeret omnis illa aquarum vis, quæ quotidie effundebatur tam ex mari æneo, in quo lauabantur sacerdotes, quàm ex decem conchis, in quibus holocausta lauabantur: nam vt de conchis raceam, mare solum, vt ibidem scribitur, tria milia metretas capiebat. Oportuit igitur grādia quædam fuisse aquarū cōceptacula, in quibus tot vasa exoneraretur. Cōiicio, facile accidere potuisse, vt aquæ illæ per occultas fistulas, in hanc piscinam influerent, atque iterum ex ea per alios meatus extra urbem effunderentur. Verum quòd nulla de hac piscina in veteri testamēto facta sit mentio, mirandum non est: quia is locus tū temporis non erat adeo celebris, vt particulari narratione dignus videretur. Sed postquam vltimis Hebræorū tēporibus miraculi nobilitate illustratus est: verisimile est, locum ipsum tum primum quinque porticibus exornatum, ad commoditatem languentiū, qui sub his decumbebant, expectantes aquæ motum. Nobis satis est, hanc languidi historiam semper in omnibus tam Græcis quàm Latinis codicibus extitisse, & à patrib. Græcis, & Latinis expositam fuisse, ac totius ecclesiæ autoritate, tot annorum sæculis fuisse cōprobatam. Quare nulla caula est cur eam deinceps in dubium reuocemus. Hæc Sixtus Senensis. Per hanc probaticam vel (si mauis) pecuariam seu ouariam piscinam renascentiæ, spiritusque reuouationis, adūbrabatur lauacrum, siue baptismus. Eph. 5. Ephes. De ecclesia Apostolus pronunciat. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Et Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & reuouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christū. Qui hominē in Betheldæ lauauit porticibus, vt se eum ipsum esse ostenderet, quem & Angelus aquam turbans præfigurauit, & sacræ literæ magui consilij Angelum vocant. Malach. 3. Statim veniet ad templū sanctū iuum dominator quem vos queritis, & Angelus testamenti quē vos vultis. Isa. 9.

Isaia 9. Ex versione 70. interpretum, καὶ ἔσται τὸ ὄνομα 70. Interpretum, καὶ ἔσται τὸ ὄνομα 70. Et vocatur nomen eius magni cō-

P + filij

2. Paral.

4.

Sixtus

Senensis

Bibl. an

sta lib. 7.

de Eua.

ge. Ioan.

hæres. 5.

obiect. 5.

2. Paral.

4.

Mala. 3.

Tit. 3.

Isa. 9.

filijs Angelus, vel nuncius, quod in missæ officio de die nata-
 li domini, canitur, *magni consilij Angelus*. Sic autem merito
 dicitur, quia *Ioan. 6.* Credatis in eum quem misit pater. Et
Ioan. 3. Baptista. *Ioan. 3.* quem misit Deus, verba Dei loquitur. *Angelus*
Dominici descendebat. Per angelos tribui sanitate, etiã alia in-
 dicat historia sacra Tobie de Raphaelè notissima (vt pu-
 to) omnibus. Quoniam Deus baptismum in aqua institu-
 turus erat, celebra in aquarũ substantia mysteria exhibita
 fuere. Hinc in quadã collecta ad aquã benedicendã sic orat
 ecclesia, Deus qui ad salutẽ humani generis maxima que-
 que sacramenta in aquarum substantia condidisti. *Gene. 1.*
Gene. 7. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Item cap. 7. Per aquam
 1. *Pet. 3.* saluæ factæ sunt octo animæ. Et 1. *Petri 3.* In arca octo anima
 saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis forme
Exod. 14. saluos facit baptismum. Item per mare erepti Hebræi. *Exod.*
 14. Omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt.
 1. *Cor. 10.* in nube & in mari. 1. *Corint. 10.* Iordanis cõuersus retrosum
Iosue. 3. populo viam fecit. *Iosue 3.* Iordanis item diuisus fuit pallio
 4. *Reg. 2.* Helia, & ab Helisæo eius successore. 4. *Reg. 2.* Et quod pro-
 4. *Reg. 5.* ximè ad præsentẽ historiam accedit. 4. *Reg. 5.* Leprosus Na-
 aman lauans in Iordane mundatus est à lepra sua. In quo
Zach. 13. adumbrabatur sacramenti baptismi vis & efficacia. *Zach. 13.*
 13. vaticinium & prophetia de hoc expressa legitur. In die
 illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem
 in ablutionem peccatoris & mensruata. Christus primum si-
 gnum edidit in aqua conuertendo eam in vinũ in nuptiis,
Matt. 3. *Ioan. 2.* In Iordane baptizatus. *Matth. 3.* vim aquis regene-
 ratiuam contactu mundissimæ carnis suæ conuulit, eaf-
 que sanctificauit. Vides in aquis multa miranda facta. A-
Pindar. 9. qua (vt ait Pindarus à diuino Platone citatus in Euthide-
 mo) res est natura preciosissima. Et Plin. li. 21. c. 2. de mul-
Pli. li. 31. tis prodigijs & mirandis fontibus ac fluminibus scribit.
 c. 2. Vinũ tædio venire his qui ex Cirorio lacu biberint. In In-
 dia terris fontem esse cuius aqua lucernæ ardeat, duos es-
 se fontes quorũ alter memoriam, alter obliuionem adfert.
 Amnem esse in Bithynia cuius gurgite periuri notantur pa-
 ti velut flammam ventem. In Iudæa riuus Sabbatis omni-
 bus siccat. Quod si quis fide carere ex his aliqua arbitra-
 tur, discat in nulla parte naturæ maiora esse miracula. Hęc
 Plin. ibi & longè plura enarrat Ioseph. historiograph. l. 7.
Ioseph. l. cap. 24. de bello Iudaico. Titus, inquit, conspicit fluium
 7. c. 24. qui fuit in regno Agrippæ Sabbaticus appellatus. Inter-
 positus

positus sex diebus à fontibus deficiens, siccũ exhibet locũ
 videre. Septimo die fuit plurimus, neque meatu segnis.

Sic semper ordinem seruat, vnde à sacro Iudæorum se-
Ioseph. 9. pimo die, Sabbaticus dominatus. Habet, inquit, quoddã
 li. 3. c. 5. peculiare miraculum, hęc ibi Idem lib. 5. ca. 5. de bello Iu-
 daico. Aquam prodigiosam Asphaltitis lacus commemo-
 ratione dignam describit: Is lacus, inquit, salus quidem ac
 sterilis est: nimia verò lenitate, etiam quæ grauissima sunt,
 in eum iacta fluant: Demergi autem quis in profundum
 nec de industria facile potest. Vespasianus qui eius visendi
 causa illuc venerat, iussit quosdam natandi inscios vincis
 post terga manibus, in altum proici: & euenit omnibus,
 itaque vi spiritus sursum repulso desuper fluitare. Mul-
 tis autem locis vomit nigras bituminis glebas, quæ super
 vndã & habitu, & magnitudine, tauris hanc capitis as-
 similes natant. Ad eas autem cum lacus exercitores acces-
 serint nacti quod aggestum est, ad naues trahunt: & quia
 lentum est, repletas eas abrumpere nequeunt: sed quasi re-
 ligata scapha pendet à cumulo, donec menstruo mulieris
Flin. li. 2. atque vrina soluat. Hęc Iosephus. Plin. lib. 2. ca. 103. Nec
 c. 103. aquarum natura à miraculis cessat in Dodone Iouis fons
 cum sit gelidus, & immerfas faces extinguat, si extinctæ
 admoueantur, accendit. Iouis Ammonis fons interdum fri-
 gidus, noctibus feruet. In Trogloditis fons solis appella-
 tur dulcis, & circa meridiem maximè frigidus, mox paula-
 tim tepescens, ad noctis media, feruore & amaritudine in-
 festatur. Lyncestis aqua quæ vocatur Acidula vini modo
 tremulento facit. Hęc ibi. Q. Curtius de rebus gestis Ale-
Q. Curt. xandri magni lib. 4. de Trogloditis agens. Est, inquit, Hæ-
 lib. 4. monis nemus: in medio habet fontem, aquam solis vocat,
 sub lucis ortum tepida manat: medio die cum vehemen-
 tissimus est calor, frigida eadem fuit inclinatio in vesperã,
 calefcit: media nocte feruida exstuat, quòq; propius nox
 vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrefcit, do-
 nec sub ipsum diei ortum assueto tempore læguefcit. Ha-
Ouidius ctenus Curtius. De quo Ouidius metamorph. lib. 13.
 lib. 13.

— Medio tua corniger Hammon.

Vnda die gelida est: ortuque obituque calefcit.

De illo fonte Lucretius libro 6. de rerum natura, post me-
Lucreti. 6. dium cecinit.

Esse apud Ammonis sanum fons luce diurna
 frigidus, at calidus nocturno tempore fertur.

Pompon.
lib. 6.

Pomponius Mela de orbis situ lib. 3. ca. omnium postremo, agit de Fortunatis insulis, & duobus ibi existentibus fontibus, quorum ingenium, inquit, (hoc est interprete Ioa- chimo Vadiano natura) est huiusmodi. Alterum qui gustare, risu soluantur in morte, ita affectis remedium est ex altero bibere. Hæc ille. In fontium tanè miraculis est locupletissima natura. Aliqua tamen narrantur ab authoribus quæ si quis locat inter fabulosa, bene agit, nō est tamen ut de aliquibus dubitemus, mirabili in his rerū natura, & verè contra omnem solertiæ & industriæ vim, secretis causis triumphante. Solinus in polyhistore, id est rerum memorabilium commentario, ca. 10. de Sardinia. Sunt ibi fontes qui coarguendis valent furibus. Nam quisquis sacramēto raptū negat, lumina aquis attrectat, vbi periculum nō est, cernit clarius: Si perfidia abnuvit, deregitur facinus caccitate, & captus oculis admissum tenebris fatetur. Idem ca. 11. de Sicilia, ibi fontes duo. Alterum si sterilis sumpserit, fecunda fiet: alterum si fecunda hauserit, vertitur in sterilitatem. Hæc Solinus. Verane sint an fabulosa penes authorem sit fides. Multa interim (nec sanè id negari potest) supra fidem multorum, sunt per causas occultas, quæ vincunt omnem humanam cogitationem & opinionem. Dei siquidem opera incomprehensibilia sunt. Etruscus poëta eleganti carmine Thulco descripsit aliquot fontium miracula, quæ in gratiam studiosiorū huius linguæ & obvenitatem hæc reposui, & ne quis causaretur linguæ imperitiam, Latina feci: pingui crasi que Minerua (ut dicitur) solet.)

Ethrus.
scus.

Prima parte Canzone 18. *Qual più diuersa & noua,*
initium est carminis.

*Surge nel mezo giorno
Vna fontana, e tien nome de sole,
Che per natura sole
Bollir la notte, en sul giorno esser freddaa,
E tanto si raffredda
Quanto l' sol monta, & quanto à piu da presso
Vn'altra fonte ha Epiro,
Di cui si scrime, ch' essendo si edda ella
Ogni spenta facella
Accende, è spagne, qual trouasse accesa,
Fuor tutt' i nostri lidi
Ne l' isole famose di fortuna
Due fontii ha, ebi de luna*

Bæ, mor ridendo; e chi de l'altra, scampa.

Scaturit in meridie, vel erumpit

Fons vnus, habens à sole nomen.

Qui à natura ingenio que suo solet

Feruere noctu, per diem verò frigeſcit

Atque eò efficitur frigidior.

Quò conscendit sol altius, èst que nobis vicinior.

Fons alius est in Epiro

De quo scribitur, quod gelidus licet sit

Omnem excinctam facem

Accendit tamen, & extinguit quam reperit accensam.

Vltra omnia littora nostra

In insulis Fortunatis adeò celebratis

Duo habentur fontes, qui ex vno

Bibit, moritur ridendo.

Qui autem ex alio mortem euadit ac liberatur.

Hæc ibi lepidissimè accommodantur ab authore: Sed Baptista Fulgosium multa lectionis virum, & quem nominatim citare non pigeat audiamus. Is lib. 1. cap. 6. de miraculis scribit. Mirum quoque dicere fontem debemus apud Grarianopolim Gallicam urbem. Nam quamuis callentes aquas non habeat: tamen simul cum ipsis aquis flammam per sepe emittit, duobus eodem loco tēporèque simul manentibus inter se contrariis elementis. Non caret etiam admiratione, inquit, fons in Britannia, qui est in diceſi Lincolnensi, intra Lindam & Northantonam vrbes, qui ut experimento cognitum est, ligna in proximis siluis caesa, si in fonte demergatur, intra annum lapides efficit vel conuertit. hæc ille, similia aliquot prodigia & naturæ miracula etiam narrans. Verum enim verò omnis profanis, vtilius fuerit nos ad Ecclesiasticas de miris fontibus & piscinis conuertere historias. Paschasius episcopus Lilibetanus, epistola ad Leonem papam, de suppuratione paschalis festi, quæ extat inter opera Leonis magni immediatè præcedēs epistolam Leonis 64. scribit hoc pacto, miraculum fontis. Quaedam inquit, vilissima possessio Meltinæ appellatur, in montibus arduis constituta, illicque perparua, atque vili opere constructa est Ecclesia, in cuius baptisterio nocte sacrosancta paschali baptizandi hora, cum nullus canalus, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucisque qui fuerint, consecratis, cum deductorium nullum habeat ut aqua venerat, ex sese descendit.

Baptista
Fulgos.

Pascha-
sius epif.

Tunc autem cum sancta memoriae Zozimus papa sederet, & apud occidentales error de paschatis celebratione ortus fuisset, nocte sacra cum presbyter secundum morem baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant recesserunt. Sed illa nocte quae lucefecbat in diem Dominicam decimo die Calendas Maij fons sacer hora competenti repletus est. Evidenti ergo miraculo claruit, occidentalium partium fuisse errorem. haec ibi. Cassiodorus lib. 6. cap. 42. refert quendam miraculosum fontem in ciuitate Palestine quae in Euangelio Emaus appellatur. Nicopolim Romani ex euentu victoriae post Hierosolymitanum excidium appellarunt, ibi in triuio fons quidam est salutaris, in quo morbi hominum abluuntur: & alia pariter animalia diuersis detenta languoribus emundantur. Traditur autem quod Christus apud fontem illum cum discipulis suis lauerit pedes, ex quo aqua facta est diuersarum curatrix passionum.

Nicepho. Haec ille. Nicephorus de illo fonte eadem penitus scribit lib. 10. c. 31. Idem in Britannia Armorica Diocesi Maclouensi Dinannico territorio prope oppidum Sancti Menenni (vulgò *Saint Meen* appellari solet) fons extat miraculis quotidianis clarissimus, in quo lauari solet qui morbo leprae simillimo laborant, & à Deo praefati sancti meritis & precibus mundi ac omnino incolumes atque miraculo Naama in Iordanis flumine septies lauantis haud ab simili ad propria reuertuntur cum gaudio. Fides publica atque quotidiana experientia id planè attestantur, nec dicendum est (vt quosdam audio blaterare) in gelidissimis illis locis mineralia esse sulphuris, salis, aluminis, aut nitri &c. quorum virtute fons ille vim haberet vlcerum talium exsiccandorum: cum nihil tale vnquam reperire potuerint etiam Caluiniani (vt inimici nostri sint iudices) proximorum locorum incolae, & si id saepe tentarint, neque id virtutis fons ille habet ex maris salcedine cum amoenissimus sit atque suauissimus & à mari saltem 20. milliariibus distans. Ei ergo vis talis adscribenda est qui exiguum altare illic à dicto Sancto collocatum, immobile vltra stadium circum circa fecit: etiam à centum equis, vel pluribus si admoerentur, quod non intercedente miraculo vel ab vni-

Nicepho. co quocunq; vehendum esset. Nicephorus lib. 7. cap. 33. li. 3. c. 33. Ex improuiso grauissima agricudo Constantinum occupat, & in lepram euadit. Piscinam diabolicam ei curando

præparare

præparare volebant Graeci medici, infantium & lactetium sanguinem: Sed motus planctibus matrum, maluit aeger esse, quam tam immane facinus committere. Deo miserante ad aliam piscinam nocte sibi B. Petro & Paulo apparentibus, vocatus est, & baptizatus, incolumis & saluus fit. b. Syluestri dixit: se cum in sacris vndis esset, manus veluti cuiusdam è caelo missae attractum sensisse. haec Nicephorus, ibi latissime explicat. En sacri baptismi saluberrimam piscinam, & (vt ita dicam) miraculosissimam: Non dissimilem idem Ecclesiasticus scriptor lib. 14. cap. 12. refert: Quidam, inquit, Iudaeus dudum paralyticus medicorum arte deploratus, diuinum cepit consilium baptismi christiani subeundi. Vbi Attico renunciatum est, cum catechizat, lecto affixum ad sacrum ferri lauachrum iussit, in baptisterio statim morbum reliquit, ita vt deinceps nihil in corpore suo de illa paralyti circumferret. Tantam vim omnipotens dominus, praeter opinionem omnium, tum baptismi gratiae immisit, per quam multi quidam ex superstitione Graeca ad baptismum complectendum confluxerunt. Iudaeis vero, qui semel sibi signa requirenda statuerunt, ne hoc quidam tam euidentis miraculum, vt idem faceret, persuasit. haec ibidem fuit. Verum de piscinis haecenus affatim. Vnitas personae curatae in piscina, quia vnus solus, non duo vel plures curabantur, vnitatem significat baptismi. Nam vt scribit Apostolus Ephesiorum 4. *Vnus dominus, vna fides, vnum baptis-* Ephes. 4.
ma, Angelus Domini mouebat aquam. Obserua, aquam piscinae non per se sanasse, aliàs, omni tempore ex æquò sanitatem contulisset, tam benè posterius aduenienti atque lauanti in ea, quam ei qui prior descendisset, cui sententiae manifestè sacra contradicit historia. Sine angelo (qui certo & definito tempore mouebat aquam) nulla sequebatur curatio sic piscina legis non praederat sine Christo. Quid poterat lex per se sine gratia, Littera sine spiritu? Moses si- Luc. 10.
*ne Messia? Baculus Helisaei ad suscitandum mortuum sine eius praesentia? Quid sacerdos, ei qui inciderat in latrones, nisi Samaritanus vulnera eius alligasset? Quid lex (quae ad Leuitas pertinebat) & sacrificia (quae sacerdotum ministerio Deo offerebantur antiquitus) ad peccata valuisent expianda & remittenda, nisi custos ille (ita enim ex Hebraeo Samaritani nomen interpretatur latinè) vulneribus suis nostra sanasset? (*Cuius liuore sanati sumus*, inquit scri- Esai. 53.
ptura) & nos supra humeros suos tamquam pastor errantem quem*

ouem imponens, in stabula felicitatis adduceret: Quod lex facere non poterat, hęc nisi iste magni consilij angelus perfecisset, sola piscinæ aqua per sese curare nequiuisset. In eo quoque quod dicitur: *Angelus Domini descendebat secundum tempus.* Annotabis tunc temporis, ciuitati & templo præfides & custodes tutelaresque adfuisse angelos sanctos. Post verò admissum necis Christi sacrilegium: audita fuit subita vox in templo, excidium Hierosolymæ & templi desertionem, aperte prælagiens, quę diceret: Migremus hinc, vt scribit proprius Iudæorum historiographus Iosephus lib. 7. cap. 12. de bello Iudaico.

Iosephus
li. 7. c. 12.
de bello
Iudaico.

1. Cor. 9.

Plato dialogo. 7. de legibus.

Erasmus

Sap. 16.

Verro de re rust. li. 1. cap. 1. Salust. in Catil.

Qui prior descēdisset in piscinam, curabatur. Quare hoc salutis beneficium curandi celeritati, nō sanctitati aut paupertati, aut morbi diuturnitati impartiebatur. Hoc idē vt negligentia damnaretur. *Omnes quidem currunt, sed unus accipit brachium.* Sic *currite vt comprehendatis, 1. Cor. 9.* Iacob præuenit & præoccupauit benedictionem. Posterior Esau veniens ea caruit. Non est in vtramque aurem (vt dicitur) dormiendum. Nam vt ait Plato diuinus dialogo 7. de legibus, nemo quidem dum dormit, alicuius pretij est, non magis quàm si non viueret. Erasinus li. 7. titidē Apophthegmarum de Platone refert. Scripsit, inquit, in legibus *μηδὲ μίσησθε τὸν ὄντων ἀδελφὸν ἀφ' ὧν, id est nemo dormiens vlla re dignus est: somnolentiam ille improbat. Sap. 16. oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad orientem lucis te adorare.* Hinc Iurisconsultus Scæuola, lege Pupillus; D Quę in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur. Vigilanti, inquit, meliorem meam conditionem feci, ius ciuile vigilantibus scriptū est: idē quoque non reuocatur id quod percepi. Item ibidem: Creditores suę negligentię expensum ferre debent. Hęc ille. Et Terentius Varro, de re rustica, lib. 1. cap. 1. Quoniam (vt aiunt) Dei facientes adiunat, prius inuocabo eos. Salustius refert in conuersione Carilinarum orationem M. Catonis, in qua inter cetera contra inertiam & mollitiam animi sic declamat, Alius alium, inquit, expectantes cunctamini, videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc rempublicam in maximis sæpē periculis seruauēre: Non votis, inquit, neque suppliciiis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, benè consulendo prosperè omnia cedunt: vbi socordię te atque ignauię tradideris, nequicquā Deos implores: irati infestique sunt. Hęc ille ethnicè partim, partim etiā verè & semichristianè

stianè (si sic fari liceat.) Nam non est tentandus Dominus, sed est etiam adiuuanda manus operi. Ideò vulgato proverbio dici solet, *Adiuua te ipsum, te quoque inuabit Deus.* Suidas latinè versus, litera A. refert hunc senarium, in ean. Suidas. dem sententiã Græcè quidem sic, *ἀντί τῆς ἑσῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὸ εὖ καὶ τὸ κατὰ τὸν νόμον.* Latinè verò sic. *Ipse nunc aliquid agito, deinde Deus inuabit.* Prouerbiũ simile isti *ὁ δὲ ἀδελφὸς ἑσῆς καὶ ἑσῆς.* id est, cum Minerva (vel) auxiliante Minerva, & manum moue. Admonet non debere nos opis diuinę fiducia sedere ignauos: vsurpatur de mulieribus iis præsertim quibus aliquid operis faciendum est. Hęc Suidas latinè trãssatus. Erasimus *Chilia. i. cent. 6. adag. 18.* cum Minerva manũ quoq; moue, eadē scribit. Hinc est quod præsentĩ euangelio Dominus languidum interrogat: *Vis sanus fieri?* vt postea dicitur. Gratia præueniens (vt loquuntur Theologi) excitat, porrigit manũ, trahit ad Deũ, sed nō trahit nisi volentē, id est consentientem, eum scilicet qui saltē non ponit obiectionē, nec reclamantem: Imò conuersus ad Deũ, clamat, & orat, *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.* Cum Chanaanæ vociferatur, *Domine adiuua me.* Matth. 15. Rom. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Iam verò qui se iunari efflagitat, etiam quod in se est facit, nec ab officio cessat: & quia per sese quod vult & præterdit conficere, non sufficit, alterius opē potētoris vt pote & validioris implorat, & manum sibi porrectã apprehendit: Vt (te gratia) qui in surum vel præcipitium aliquod cecidit, nec inde solus extrahi potest, transeuntis alicuius manum sibi prætendi postulat: extensã verò apprehendere non detrectat: alioqui enim insanix arguendus esset: si auxilium alterius imploraret, & pro modulato suo nihil agere vellet. Ideò dicebat in canticis *Cant. 1. sponsa. Trahe me post te, curremus.* Dei enim adiutores sumus, ait Apostolus *1. Cor. 3.* vel (vt significatius ad omnem ἀμφιβολίαν, id est, ambiguitatē tollendam, gręcè habetur) *θεὸς γὰρ ἑσῆν συνεργός.* Etenim Dei sumus administri, seu cooperatores, operis participes. cooperarij. Posset enim aliquis hallucinari, & æquiocationis ambiguo implicari, Dicimur siquidē eũ adiuuare, cui vires non sufficiunt, vt cõmunis est ac vulgata huius verbi acceptio, & in supradictõ paradigmatē clarũ euadit. Quis autē sanę mētis hoc de Deo dixerit: Ei autē subseruire nihil vult, cui opera nostra vti placet, in eo quod ipse sol⁹ (si velit) possit efficere, & sine quo nihil omnino possemus facere, vt ipse

Ioan. 15. vt ipse Christus; *Ioan. 15.* prædicat. Hæc contra otiosos & cessatores dicta sunt. Nota obsecro & animaduerte quor circumstantiis euangelista miraculum quod fiebat per angelum ad piscinam circumscripserit. Miracula enim (quod doctissimus Gagnaius in hoc euangelium annocauit) quæ Deus operatur siue per se, siue per sanctos suos, determinantur locis, temporibusque, ac circumstantiis, vt plerique qui alios fide excellunt, gratiæ miraculo factæ non sint participes: Erat autem ipsa circumstantia loci Hierosolymas, & piscina, sicut Deus Iordani fluuio concessit efficaciam maiore quam Abana & Pharpar fluuiis Damasci. *4. Reg. 5.* Ita hæc piscina energiam habebat, quam natatoria Syloe, de qua *Ioan. 9.* non habebat. Deinde alia circumstantia. Motio & agitatio aquæ per angelum. Circumstantia item temporis. *Secundum tempus* aut euangelista, hoc est stans diebus & horis hominibus quidem incognitis: nã si tempus fuisset hominibus cognitum, non adfuissent ægri nisi certò illo die, & prouidisset ager rebus necessariis, hoc est curasset sibi aliquem qui ipsum in aquam misisset, aut non accessisset. Deinde, alia est circumstantia, quia nõ omnes qui descendissent etiam si æquæ fidei essent, sanabatur. Sed tantum qui *primus descendisset*? Frustra grunniunt Epicuri de grege porci nostræ tempestatis hæretici, quod qui sperant auxilium alicuius martyris præsidio, persuasum habeant adeundam esse basilicam & eius memoriam: dogmatizantes nihil vel locum, vel tempus, vt pote annuicariã sancti festiuitatem facere vel conducere. Dicant enim: Si sola fides & postulacionis obtinendæ fiducia sufficiebat, vt gratiæ illius participes esset: cum 38. ar nos paralytici vexatus, quorannis liberari expectans, ad piscinam assideret, vique potentiorum interrurbatus non desponderet animum, vnde ergo per tot annos languidus semper & paralyticus permanit? Magna indubiè fides illius, & ingens consequendæ aliquando sanitatis per miraculum in piscina fieri solitum, fiducia hominis! Neque tamẽ interim sanabatur. Quippe quod tum Deo visum esset eum huiusmodi circumstantiis sanare. Sic de miraculis sui temporis D. Aug. *5. lib. 22.* tom. 5. lib. 22. de ciuitate Dei cap. 8. fideliter testatur. Miraculum, inquit, quod Mediolani factum est, cum illic essemus, quando illuminatus est cæcus, ad multorum noticiam potuit peruenire, quia & grandis est ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenso populo teste res gesta est, cõcurrẽte

ad cot

ad corpora martyrum Protasij & Geruasij.

Finit ergo etiam nunc multa miracula Deo faciente, per quos vult & quemadmodum vult, miracula sanitarum, quæ per gloriosissimum prothomartyrem fuit, si modò velim scribere (ait D. Augustinus ibidem) plurimi conficiendi sunt libri, nec tamen omnia colligi poterunt, quæ variis in locis, in colonia Calamensi, & in nostra (scilicet apud Hipponem regium) & Vzali, quæ colonia Vtica vicina est, (vbi S. Stephani martyris memoria constituta est) facta fuerunt. Hæc D. pater Augustinus. Quare potius ad memoriam S. Stephani quam alterius martyris, vel cur in vno loco vbi nimirum eius memoria colebatur, & vbi sacra erunt pignora, siue sacre eius reliquiæ (αἱρεῖα Græci dicunt) potiusquam vbi non erant, tam stupenda ac diuina meritis illius, fiebant à Deo miracula? vbi erat ecclesia vel sacellum (vt loquimur) potiusquam vbi non erat erectum huiusmodi, in memoriam martyris? Exciderunt ne animo õ hagiomastix sacra historiarum exempla, *4. Reg. 13.* De reliquiis & ossibus Helisei, ad quorum attactum reuixit & surrexit mortuus: Et *Athorum 5.* de umbra Diui Apostolorum principis, *cap. item 19.* de semicinctiis & sudariis collegæ eius & coapostoli D. Augustinus to. 2. epist. 137. Vbi que (inquit) Deus est, & nullo cõtinetur vel includitur loco, qui condidit omnia. Etenim à veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Veruntamen ad ista quæ hominibus visibiliter nota sunt: quis potest eius consilium perferuari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Multis enim notissima est sanctitas loci, vbi B. Felicis Nolensis corpus conditum est. Et nos nouimus Mediolani, apud memoriam sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter demones confitentur, furem quendam qui ad eum locum venerat, vt falsum iurando deciperet: compulsus fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat red dere. Nunquid non & Africa sanctorum martyrum corporibus plena est; Et tamẽ nusquam hic scimus talia fieri. Sicut enim quod apostolus dicit *1. Cor. 12. non omnes sancti habent dona curationum*, nec omnes habent diiudicationem spirituum, ita nec in omnibus memoriis martyrum ista fieri voluit ille qui diuidit propria vnicuique prout vult. Hæc egregiè S. pater Augustinus, notat, ostendens clarissimè quod instituius illustrandum ex historia huius euangelicæ piscinæ. Sed hæc de miracu

Q

racu is

*4. Reg.**13.**Athor. 5.**Actu. 19.**Aug. 10.**2. epist.**137.**1. Cor. 12.**D. Aug.*

raculis dicta sufficiant. *Erat quidam ibi homo 38. annos habet*
Iacob. 3. in infirmitate sua. Mira certe istius patientia fuit. Iacobi 3. Suf-
Iob. 1. ferentiam Iob audiuiſtis cap. 1. patientia opus perfectum habent.
Luc. 21. In patientia ueſtra poſſidēbitis animas ueſtras. Hebr. 10.
Heb. 10. patientia uobis neceſſaria eſt. Proverb. 16. melior eſt patiens uero
Prou. 16. forti. Diuturnæ patientiæ exempla in euangelio proponuntur.
Luc. 13. tur, mulier 18. annis incurua, quā Dominus ſanauit Luc. 13.
Ioan. 9. Cæcus à natiuitate, à Domino illuminatus, Ioan. 9. Hæ-
Luc. 8. morroſiſſa 12. annis ſanguinis flores præter naturam paſſa,
Aët. 3. & ſimbriæ Dominicæ tactu ſubito curata, Luc. 8. Claudus
Aët. 14. ex utero, à diuo Petro erectus & cõſolidatus, Aët. 3. & alius
Aët. 9. ſimilis à ſancto Paulo ſanatus, cap. 14. Aeneas quidam para-
lyticus 8. annorum ſpatio, quem diuus Petrus incolumen
reddidit, Aët. 9. Et denique iſte languidus 38. annis conui-
nais, quem Chriſtus ἀγγιζας ſolo uerbo potenter ſanauit.
Tales deplorati curantur à Chriſto eiùſque Apoſtoliſ, ut
Iob. 13. ſpem & cõfidentiam in adperſis nõ deponamus. Iob. 13. E-
tia ſi occiderit me, in eo ſperabo: Spes autē non confundit. Docet
hiſtoria primũ ut huius ægroti exemplo, diſcamus eſſe
patientem, & cõfidere in deum, qui interdum prolixas in-
firmitates inſigit, ut ſanando in nobis gloriſicetur & prob-
et utrum diligamus eum. Ad exercitium item & meritum
patientiæ noſtræ. Benè ait Apoſtolus, ut per patientiam &
Rom. 13. cõſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Roma. 15. In gra-
uiſſimis morbis cum hoc ægrotis nos cõſolemur, & ſuf-
piciamus ad illius ſpē, qui octo & triginta annis languens,
ac alios ſemper ſibi uidens prælatos non deſperauit tamen:
ne in infirmitatibus item noſtris, impatienti animo ſumus
maledicētes diei natiuitatis, quoniam & ille dum requie-
retur à Jeſu, nihil amari reſpondit: ſed dixit Domine homi-
nem non habeo. Diſcamus quoque deum eſſe cõſolatorem
eorum, qui homines non habent. Et quò quis eſt in hoc ſe-
culo abieciōis, tãto deo eſt gratior. Indicat etiã interdum
propter peccata noſtra deũ inſigere infirmitates: alioqui
non dixiſſet, Remittuntur tibi peccata tua, & noli amplius pec-
care, ne deterius tibi contingat. Sed hoc laboram⁹ uirio, ut quò
ſimus infirmiores, eo poſt reualeſcentiam inſolentiores at-
que peiores efficiamur. De Achæ rege Iuda dicitur. 2. Para-
ly. 28. 28. tempore anguſtia ſua auxit contumptum in dominum.
Pharaon in hoc ſimilis, qui poſt plagas durior euasit. Doc-
emur tandem ut reſtituti uiribus ex infirmitate, & poſt-
quam conualuerimus, grati ſumus, neque reperiamur in
 domo

domo conuiuij & epularum cum filiis huius ſæculi, ſed in
 templo, deo gratias habentes pro vniuerſis ſuſceptis bene-
 ficijſ: Hæc eſt ſumma myſteriorum huius cõſolationis
 referriſſimæ hiſtoriæ Euangelicæ. D. Chryſoſt. homil. 36. in
 Ioan. Quid hoc homine milerius; quid calamitoſius: uides
 hominem longo langore confectum? uides humilitatem?
 non maledixit, ut nonnullos audimus, non execratus eſt
 diem ſuum, non ſe irrideri arbitratuſ eſt, rogatuſ an uellet
 ſanus fieri: ſed perquam manſuetè & humiliter, Domine,
 inquit, Atqui ignorabat perecitantem & ſe ſenatuſ iri ne-
 ſciebat, nec quicquam poſtulat, ut qui medicum rogat, ſed
 tantum morbum ſuum narrare contentuſ eſt. Videbatur ei
 forteſſe, idcirco Chriſtũ interrogare, ut ipſum in piſcinam
 mitteret, hæc gratia eum ſibi miſericordiã conciliare uult.
 hæc eloquentiſſimus concionatorum D. Chryſoſtomuſ. Pa-
 tienter ergo diſcamuſ ferre aduerſa ex hac euangelica ac
 celeſti philoſophia. Laërtio lib. 6. in Diogene referente. Laërtiuſ
 Cynicuſ ille rogatuſ quid ex philoſophia lucratuſ fuiſſet. *Lib. 6. in*
 Et ſi nihil aliud (inquit,) uel hoc ipſum quòd ad omnē for-
 Diogene.
 tunam paratuſ ſum. Et hoc ad honeſtum compendium nos
 commoueat paralytici exemplum: *Uſ ſanus fieri?* Interro-
 gar nõ ut diſcat. Quid enim notiuſ, quã infirmum ad re-
 cuperandam ualitudinem aſpirare? Sed ut ipſiuſ patientiam
 omnibus notam faceret, qui tam longo morbo laceſſituſ,
 & penè confectuſ, ſpem tamen non abiiciat. Atque ut in eo
 oblata ſibi gratiæ deſiderium excitaret. Non dixit, *Uſ ſa-*
num te? ne uideretur gloriã propriã quærere. Hinc patet
 liberum arbitriuſ manere in peccatore (cuiuſ iſte lan-
 guiduſ & clinicuſ ſymboluſ gerit.) Ne autem in dictiõne
 clinicuſ hæreat aliquiſ, Clinici dicuntur qui ita morbo affe-
 cti ſunt, ut ſurgere è lecto nõ poſſint, nullãque ampliuſ de
 eorum ſalute ſpes ſit, gręcè κλινοὺς, lecto affixuſ: nam κλινοὺς
 lectuſ diſcubituriuſ & nocturnuſ appellatur. D. Irenæuſ *Iren. lib.*
 lib. 4. contra hæreſes ca. 72. Sui arbitrii, inquit, ac ſuæ pote-
 ſtatiſ hominem ſignificans dicebat Dominuſ ad Hieruſa-
 lem: *Quoties uoluſ congregare filioſ tuoſ & noluiſti?* *Matth. 23. Matth. 23.*
 Qui autem hiſ contraria dicunt, ipſi impotentem introdu-
 cunt Dominuſ: ſcilicet quaſi non potuerit perficere hoc *Pſal. 35.*
 quòd uoluerit. Hæc Irenæ⁹, De iniuſto. *Pſal. 35. dicitur, noluit*
 intelligere ut bene ageret. Item *Ioan. 6. dictum eſt apoſtoliſ, nun-*
 Cypria-
 quid & uoſ uultis abire? Ex quo colligit D. Martyr Cyprian⁹
 nuſ epi-
 ſtola 55. ad Cornelium contra hæreſicos, ex diſpoſitiõne
 ſol. 55.
 Pamelij,

Pamelij, seruasse Christum, legem qua homo libertati suae relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibi metipse vel

Aug. 20. 10. ser. 15. mortem appetit, vel salutem. Haec Cyprianus. D. Augustinus tom. 10. serm. 15. de verbis apostoli a medio seris remore. Qui fecit te sine te, non te iustificat sine te. Ergo fecit nescientem, iustificat volentem. Et paulo ante, dixerat ibi: sine voluntate tua non erit in te iustitia Dei: voluntas quidem non est nisi tua, iustitia non est nisi Dei. Esse potest iustitia Dei sine voluntate tua, sed in te esse non potest nisi

Aug. 10. 7. lib. 3. per voluntate tuam. Haec Aug. Idem to. 7. lib. 3. Hypognoticon, contra Pelagianos circa libri medium. Multis collatis & comportatis pro libero arbitrio argumētis. Est igitur, inquit, liberū arbitrium, quod quisquis esse negauerit, catholicus non est. Vos hic conuenio Lutherani, qui liberū arbitrium negauerit catholicus non est (celsore diuo patre

Luther? Augustino) Lutherus antesignan⁹ vester pseudoaugustinianus negat liberū & ponit seruum hominis arbitriū: vt me legisse memini librum eius de seruo arbitrio, cui opposuit Erasimus, etiam pro diatriba seu collatione sua Hiperaspistē (sic enim ille inscripsit Hiperaspistes diatriba aduersus seruum arbitrium Martini Lutheri, & impressit Antuerpiae Michaël Hillemus anno 1526. ὁ πρῶτος τῆς αὐτῆς προσηγορίας, qui clypeo suo protegit aliquem, vel satellites, dicitur latinè. Concludite vos ipsi Lutheri addicti catholicum non esse vestrum Lutherum: Tunc vltra sequitur, haeticus igitur est Lutherus, in cui⁹ verba iurastis, & apostata ac delictor doctrinae sanae, quā docuit Doctor clarissimus ac luculentissimus, ac pater Augustinus, cuius institutū fuerat professus, sed abiecta cuculla ab eo defecit ad saeculū. Et quod dixisse Platonē refert, Laërtius li. 5. in Aristotele, initio, Aristoteles, inquit, in nos recalcitrauit, non secus atque in matrem pulli geniti, id in Lutherum dictum existimare, qui aduersus S. Aug. recalcitrauit. (Graecè sic transcripsit Franciscus Patricius discussionum peripateticarum to. 1. lib. 1.)

Erasim? Aristoteles ἡμᾶς ὀπιλάτησιν, ὅσπερ τὰ πωλύρια γυννύματα τὴν μητέρα κατὰ πόδας, hoc est, vt (sic enim graeci dicunt, per vestigia, aut vestigijs insistendo, veluti solet leporem canis persequi) interpretemur. Aristoteles in nos recalcitrauit aut nos calcibus percussit, veluti muli statim geniti matrem. Quod idem quoque Aelianus lib. 4. cap. 9. narrat sic scribens. Plato nominare solebat Aristotelem pullum. Quid autem hoc sibi nomen voluerit ex eo liquet, quod

Aelianus lib. 4. c. 9. pullus

pullus cum saturatus est lacte materno καὶ τὴν τὴν μητέρα calcibus perere matrem solet. Significabat igitur Plato inuoluto quodam sermone, ingratitude Aristoteles. Etenim is cum maxima philosphiae semina & accessiones à Platone accepisset, suffertus optimis quibusque, auersatus, scholam contra Platonem aperuit, & in Peripato cum suis familiaribus & discipulis aduersus eum pugnavit, & Platonis aduersarius esse cupiebat. graecum exemplar habet ὁ ἀντιπάλος ἀντὶ Πλάτωνι ἀντιπάλος. id est aduersarius in lucta, qui se obicit ex aduerso siue amulus latinè exponitur, ὁ ἀντιπάλος, cupio, affecto, opto. haec in gratiam rudiorum dicta sunt & allata; ne ob grammaticae graecae imperitiam hesitarent. Vnostrum repetamus propositum, D. Augustinus loco citato pro libero arbitrio & quatenus debet affirmari, sic prosequitur. Quisquis sic esse liberum arbitrium dixerit, quod sine Deo bonum opus, id est quod ad eius sanctum propositum pertinet, nec incipere, nec perficere possit, catholicus est. Deinde multis adductis subiungit. Rectè arbitror comparari liberum arbitrium iumentō. Vnde & dictum est *Psal. 72. vt iumentum factus sum apud te etc. Psal. 72.* Gratia verò sessori, quia sicut iumentum animal viuacissimum, vt dometur ad opus homini necessarium, de armento vagum apprehenditur, & incipit per curam domantis se ad eius proficere voluntatem: ita & liberum arbitrium quod vulneratum viuit in homine, gratia Dei apprehenditur de armento luxuria seculi, in quo sub pastore diabolo vagabatur per incongruas voluntates. Pastorem diabolum dixi secundum Zachariam *ca. 11.* dicentem de eo, ὁ παστωρ ἐστὶν *Zach. 11.* idolum. Apprehenditur ergo gratia (vt dixi) ad donandum liberum arbitrium, vt & mala conuersationis deposita feritate humilietur, & vt ad obediendum in opus domino necessarium corrigatur, & ita per eius semper curam incipiat, in Dei proficere voluntate. Sicut enim iumentum illud dum in via dirigitur, sessoris manu regitur, vt iter rectū siue leuiter cursū, secundum sedentis in se voluntate possit incedere, quoad usque ad locum perueniat destinatum: ita & liberum arbitrium, dum in via, id est in Christo, quia ipse dicit: *Ego sum via, veritas & vita,* coepit esse, gratia regimine regitur, vt in semitis Domini recto corde siue patientia charitatis, siue feruente spiritu, id est secundum diuisiones gratiarū spirit⁹, qui per gratiam diuidit singulis prout vult, possit ambulare, quoad usque ad promissum regnum

A. Aug.

Psal. 72.

Zach. 11.

caelorum perueniat. Ideo in psalmis ait, *Spiritus tuus domini deducet me in terram rectam*. Et multa alia ibi accommodatur à diuo Augustino ad negotiū, postea adicit. Sicut homo sedens in iumeto dum peregerit iter quod incescit, dicit: feci hodie ut puta triginta milliaria, cum illo sedente iumentum cucurrerit 30. milliaria, sed non ea cucurrisset, nisi à fessore tam directum in via quam gubernatum fuisset. Recte ergo fessor (quem gratia figurat) dicit, feci triginta milliaria. Ipse enim fecit qui iumentum facere fecit. Et tamen utriusq; labor itineris impuratur: ita & gratia & liberum arbitriū peragit sine dubio iter fidei liberū, dum Dei Christianus facit præcepta: sed non ut suprā dixi sine gratia dirigente vel gubernante: propter quod dicitur in psalmis, *Dirige in conspectu tuo viam meam*, Et à Domino gressus hominis diriguntur. Hactenus diffusè beatus Aug. sed necessarium esse duxi omnia ista transcribere, ne calumniari pergant (ut solent) hæretici impostores. Erasmus sub finem Diatribæ, Lutherus, inquit, prorsus iugulauit liberum arbitrium & è medio sustulit: mihi placet illorum sententia qui non nihil tribuunt libero arbitrio, sed gratiæ plurimū: nec enim sic erat vitanda Scylla arrogantia, ut feratis in Charybdim desperationis aut socordia. Hac moderatione fiet ut sit aliquod opus bonum, licet imperfectum, sed unde nihil sibi possit arrogare homo: erit aliquod meritum, sed cuius summa debeat Deo. Cur, inquit, datur aliquid libero arbitrio? ut sit quod merito imputetur impiis, qui gratiæ Dei volentes defuerint, ut excludatur à Deo crudelitatis & iniustitiæ calumnia, ut excludatur à nobis desperatio, ut excludatur securitas, ut extimuletur ad conandū. Ob has causas ab omnibus ferè statuitur liberum arbitrium, sed inefficax absque perpetua Dei gratia, nequid arrogemus nobis. Hactenus ibi Erasmus, ex quibus palam est factum piè quidem & christianè aduersus Lutherum eum differuisse.

Domine hominem non habeo, ut quum mota fuerit aqua, mittat me in piscinam. q. d. Domine non deest mihi voluntas. Quid enim magis ager quam sanitatem exoptet: nec deest spes: hac scilicet causa præstolor. *Sed hominem non habeo*, qui mei curam gerat, quoniam derelictus sum & pauper. Iste exemplo Abrahæ contra spem in spe credidit. Ro. 4. Quod palam erubuit petere, rectè atque dissimulater insinuauit. Sed liber cum paralytico verba hæc Ioan. 4. habere. Si

fices

fices donum Dei, & quis est qui dicit tibi, vis sanus fieri? fortassis nõ dubitares an is te ad piscinā vlq; humeris impositū portare vellet. Hic dominus ferèdis oneribus generis humani natus, supra suū dorsum tollit peccata mundi. Isa. 53. dominus posuit in eo iniquitatē omnium nostrū. 1. Petr. 2. peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Regia aquila est, Deut. 32. qua expandans alas suas assumit filios suos, & in humeris suis portat illos, ut bonus pastor portat ouē quā inuenit errantē. & refert ad caulas. Si dubitas an ad illā turbidā piscinā, in qua victimarū sanguis effunditur, te perferre velit: scias tam clementem ut in ipso corpore suo inquit tibi piscinas non aqua, sed sanguinis, nec sanguinis taurorum sed pretiosissimi sui aperire paratus sit, in quibus non à corporis morbis, sed animi vulneribus sanādu sis. Hęc factū Ludouicus Granatensis Dominicanus, piè hoc loco meditatur. Quem licet recentissimum, honoris tamē causa nomino.

Hominē non habeo. Quando Israël's populus habuit Moysen, item Phinees virum zelo Dei feruentissimum, de quo in psalmo, *Stetit Phinees & placuit, & cessauit quassatio*. Deinde Iosue. Deinde Samuelem, postea Dauidē qui liberauit populi occidendo Philistæum sartam rectam conseruauit. Postmodū Helyam habuerunt, qui idololatrias cōfutaui. Cūque omnia viderentur deplorata, Deus suscitauit in religionis fauorem Machabæos. Tunc inquam, cū tales tantōsq; viros haberent Israëlites, non debuerunt dicere, hominem non habemus. Sed nos miseri, istis calamitosissimis temporibus verè nec sine lacrymis possumus & debemus dicere, hominem non habemus. Hieremia 5. *Circuite vias Hierusalem, quarite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium & quarentem fidē, & propitius ero ei.* Et Ezechielis 13. *non opposuistis murū pro domo Israël.* & ca. 22. *quisi de eis virum qui interponeret sepem & staret oppositus contra me pro terra, & non inueni, & effudi super eos indignationē meam.* Abraham opposuit se pro Sodomitis, Noë in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Moses orabat, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ.* Samuel, *absistat in quiete, a me ut cesset orare pro vobis.* Hier. capite decimo octauo. *Tu sci, ait, quod steterim in conspectu tuo ut loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuā ab eis.* Hic est qui licet defunctus, tamen multum orat pro ciuitate sancta Hieremias propheta Dei, secundo Machabeorū decimo quinto, hoc est vltimo capite. At verò nos infelices omni hu-

mano praefidio destituti: *Sumus sicut oves non habentes pastorem. In diebus illis, iudicium ultimo, non erat rex in Israel, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* De nobis infortunatis Gallis tot bellorum civilium plura quam civilium clade & calamitate oppressis, & coquassatis tormentorum pondere & mole, aequius diceretur, tamen si alio sensu non erat Rex in diebus illis, non quod nobis non esset, vel quod nunc non sit Rex, & secundum nomen ita magna cum laude Christianissimus Dei gratia Francorum Rex & clementissimus dominus noster: sed a perduellibus, hostili animo adversus principem & patriam animatis, nec agnoscebatur, nec ei obedientia praestabatur, vel exhibebatur omni iure diuino & humano debita. Hi perduellionis rei (ut Iurisconsultus loquitur) crimen laesa maiestatis divinae primi, deinde etiam humanae admisere, & pro libito laxatis habenis ruptoque freno sicut indomiti aequi, quo agebantur a furiis, praecipites se dederunt, in omnem crudelitatis plusquam Turcicae & Barbaricae speciem. Tu bone *le, n. de Nerua Imp.* da tantis malis aliquem finem. Xiphilinus ex Dione Nicetio, de Nerua Imperatore, post caedem Domitiani. Frontonem consulem ferunt dixisse (cum omnes ab omnibus accusarentur) malum quidem esse Imperatorem habere, sub quo nemini licet quicquam facere, sed multo peius esse quum omnia omnibus licent. Ideo Nerua accusationes tales veruit.

Postumus heu considerata paucitate bonorum virorum dicere gementes, *Hominem non habemus.* Diogenes Cynicus referente Laertio li. 6. de eo. Lucernam interdiu accedens, hominem aiebat, quero. Idem, cum clamasset aliquando, heus homines, conuenissentque plurimi, baculo illos agebat (vel abigebat & pellebat seu fugabat) dicens homines non purgamenta vocavi. Iterum is ipse rediens ab Olympiis cum rogaretur, an multa ibi turba fuerit, Turba, inquit, multa, sed homines pauci. Haec Laertius de Diogene: significans nimirum non propter lineamenta sola vel figuram humanam hominem esse appellandum, sed magis propter rationis usum. Secus enim facie homines & vultu, moribus vero belluinis ac feris, non tam homines dixeris quam monstra quaedam exportanda longius, & exterminanda, atque *Inuenal. 13. & 6.* intertia quaedam & inutilia pondera terrae. Quam rari sunt boni, ostendit Satyrographus Inuenalis satyra 13.

Rari quippe boni: numero vix sunt totidem quot

The

Thebarum porta, vel diuinitas ostia Nili.

Nota Thebarum nomine, duas inter ceteras ciuitates intelligi posse. Quarum una fuit in Aegypto, centum portis inuenis, huius incolae Thebei dicuntur. Alia fuit in Bœotia, Herculis clarissima patria, ab Alexandro postea euersa, ab hac Thebani dicti sunt, hanc Heptapylon vocant aliqui auctores, ab eo quod 7. portas habebat, duobus ducibus Epaminonda & Pelopida incluta. Nili autem dicuntur septem fuisse ostia, hæc ad explicationem (tanquam scholion quoddam) addita sunt. Idem Satyra 6.

Rara avis in terris, nigroque similis cygno.

Cicero lib. 2. de diuinatione. Si quid raro sit, inquit, id portentum putandum est, sapientem esse portentum est, scriptus enim mulam peperisse arbitror, quam sapientem fuisse. Inuenalis Satyra 13. conformiter scribit.

*Egregium sanctissimique virum si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, & facta comparo mula.*

Ad explicationem horum, operepretium me facturum puco, ex historiis antiquis, prodigia quaedam de mula pariente hic adferre. Et primo Herodorus li. 3. Babylonij, inquit, obsessi a Persis, Tunc, dicebant, expugnaturi nos estis, cum pepererint mulæ, credentes nunquam parere mulam. vicinimo mense obsidionis Zophyro Megabyli filio Perse principi hoc contigit, ut quaedam mularum eius pareret, reputantque apud se Babylonij verba que inter initia dixisset, postquam mulæ peperissent fore ut muri expugnarentur, visa est expugnabilis Babylon. Livi Romanus histor. libr. 26. *Linus li. 2.* prodigia aliquot visa: Reate mulam peperisse. Plin. lib. 8. c. 26. *Plin. li. 2. cap. 44.* Observatum, inquit, mulas non parere, tam est in animalibus nostris mulas peperisse sæpe, verum prodigij loco habitum. Rarus admodum bonus inueniri, declarat D. Cyprianus de ieiunio, & tentationibus Christi. Si Moysen, inquit, & Aaron & Samuelem hodie haberet ecclesia, cum innocarent, exaudiretur: & orantibus Iob & Noë, & Damiene, populo parcere. Rarus hodie Phinees, qui perdidit impudicos: Rarus Moyses, qui occidit sacrilegos: Rarus Samuel, qui inobedientes lugeat: Rarus Iob, qui pro filiorum negligentia, sacrificium offerat. Rarus Aaron, qui eorum Pharaone cominationes diuinas edicat. Rarus Noë qui his, quibus submersio imminet, arcam bitumine litam pondeat: *Et cum apostolo dico inimicos crucis, qui terram*

Cic. 1. 2. de dium.

Inuenal. sat. 13.

Herods. lib. 3.

Linus li. 2.

Plin. li. 2. cap. 44.

D. Cypri. de ieiun.

& Dami. Chr.

Quis sapient

sapient, magistratus, quorum Deus venter est: qui in his que dicere nefas est, impudentes latantur & gloriantur. Hæc D. M. Cyprianus. Quibus ritè perpenſis poteſt regnum vel natio & prouincia, vbi tot scelera abundant, & vnde virtus ac iuſtitia bonique mores exulant, dicere de ſe, *Hominem non habeo*. Poteſt & hoc merito dicere. Gallia noſtra vaſta-

Thren. 1. ta & deſolata, quia (Threnorū 1.) *Non eſt qui conſolatur eam.*

Eccle. 4. c. 4. *Vide, inquit, calumnias & lachrymas innocentium, & nimum conſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentia, cum illorum auxilio deſtitutos, & laudari magis mortuos quam viuentis.*

Sed hæc verus querela in dies magis magiſq; exacerbatur, ob innumera quæ fiunt ſub ſole mala, & non eſt obdecta cicatrix, ſed recrudescit vulnus, quotidieq; fit deterius. Verùm ad paralyticum noſtrum regrediamur. Nō potuit, non moleſtiſſima illi fuiſſe egritudo languorq; ille, primo propter mali acerbitatē & diuturnitatē, deinde propter extremā (vt videtur) paupertatē, quippe qui (vt ingenuè ſerteretur) hominē non haberet. Tricēſimus octauus annus i vertebar, ex quo moleſtiſſimo huic flagello permiſſus erat, neque ſeruus vllus vel fidus amicus aderat, qui curam eius haberet, neq; medicus qui eū conſolaretur. Illud quidē propter inopiā, iſtud verò quia ſuperabat omnem artis induſtriam iſte morbus. Quibus omnibus penſatis, non abs re dolet vicem ſuam, acſtēq; ſolitarium, & dereliſtum, in patientia interim fortiter perſeuerās, & ſtabilis manēs, expectans à Deo patre miſericordiarum ad futurum quædoque auxilium.

Hominē, inquit, non habeo. Et ſicut dicebat pſaltes diuinus, *Miſericordia eius proueniet me.* Itēq; de bono viro dixit. *Proueniſti eū in benedictionibus dulcedinis*: Ita ſimiliter Chriſtus miſericors, hunc præuenit, nihilq; tale cogitantē vel ſperantē prior interrogauit, *Vis ſanctus fieri?* Ita nobis dici incertus exiſtimem, cum à ſpiritu ſancto immittuntur inſpirationes ſanctæ, vt vitia deſeramus, & virtutes amplectamur. Vis ō ſuperbe, auare, fornicator, & adulter, vis deniq; ō peccator, qualiſcumq; fueris, ſanctus fieri? Pœnitentiam itaq; age, & propitium habebis dominum. Sed ad mores quoque politiciſ reformandos ſubſeruiet hæc interrogatio.

Vis ſanctus fieri? Eos ſiquidem mendicos perſtringit, qui curari non cupiunt, cum ex morbis quæſtum faciunt, magna ex parte impoſtores, & verorum pauperum elemo-

ſynas

ſynas deſraudantes. Iſte autem non erat fictus, vel fucatus, ſed paralyſis tam diuturna ſufficienter oſtendebat hominis ſinceritatem & candorem, mirabilēmq; patientiam. Impp. Grærianus. Valentinianus & Theodoſius Auguſti lege lata ſanxerunt mendicos tales coërcendos lege vni-ca. C. de mendicantibus validis, vel (vt rectius legendum quidam admonent) non inualidis lib. 11. Cunctis quos in publicum quæſtum incerta mendicitas vocauerit, inſpectis, exploretur in ſingulis & integritas corporum & robur annorum: atque inertibus & abſque vlla debilitate miſerandis, neceſſitas inferatur & quæ illic ſequuntur.

Surge, tolle grabatum & ambula. D. Chryſoſtomus hom. 36. in Ioan. Non tantum eum ſanauit, inquit, ſed vt lectum auferat iubet, vt miraculū crederetur, & nemo falſum & ſimulatum opinaretur. Niſi enim firmis & robuſtis mēbris id onus ferre non potuiſſet. Seruat hunc morem ſæpenu-mero Chriſtus, vt maiorem in modum impudētibus ſilencium imponat. Siquidem in quinque panum miraculo, nequid ſuſpicionis oriretur, voluit vt multæ fragmentorum reliquæ ſuperelſent, & mandato leproſo, *vade, ait, oſtende te ſacerdoti.* Idem fecit in nuptiis, dum ferti Archicriclino vinum à ſe factum imperauit, vt qui id neſcīret, confitendo indubitatum perhiberet testimoniū, & cum mortuam puellā ſuſcitauit: *Date ei, inquit, māducare, Marc. 5. & Luc. 8.* vt certius reſurrectionis ſignum præberet. Quibus omnibus manifeſtē indicat, nō fallacem ſe neque deceptorē, ſed ad communem omniū ſalutem veniſſe. Tu autem paralytici fidem conſidera, qui audiens dicentem Ieſum, *Tolle grabatum tuum & ambula,* non riſit, non admiratus eſt, inquit: Angelus deſcendit & turbata aqua vnum duntaxat in bonam reſtituit valerudinem. Tu homo ſolo verbo angelum ſuperare cōfidis? Nimium tibi arrogas, ridiculus es. Nihil tale locutus eſt, ſed ne cogitauit quidem: ſed audiuit ſimul & ſurrexit, & ſanatus, medici præceptum non recuſauit, tulit enim grabatum & ambulauit.

Hic de votis appenſis in templis, vt ſint recuperatæ ſanctitatis monumenta publica, & indicia, aliquid dicendum eſt, contra hereticos hanc deridentes pietatem, ac deuotionem eorum qui ſanctorum ope & precibus ſanctitatem conſecuti gratitudinis ergo, memoriale quoddam id arteſtās, ſuſpendunt in eccleſiis, *A vā? hæc Græci dicunt donaria dicata diuis.* Nōne paralyticus iſte domini iuſſu, in publico & palam

D. Chry-
ſoſt. hom.
36. in Io.

Marc. 5.
& Luc. 8

& palam grabatū sustulit, & super humeros eleuauit? quo omnibus testatur esse se sanitatē Iesu liberalitate, & fauore singulari, consecutum, seque non ingrātum, vt qui dicto audiens sit, & pareat iubenti. *Tolle grabatū tuum.* Inde *τῆς σωτηρίας* (vt Græci appellant) id est monimenta pro accepta salute, & veluti quædam sacrificia obrulisse vilius est, dum ad Dei laudem, & Iesu Christi (qui cum sanauerat) honorem, grabatum sustulit. Et ne id à nobis confectū videatur & tanquam superstitiosum & impium ab hæreticis (vt fieri solet) traducatur: Illos scire velim Theodorum lib. 8. de curatione Græcarum affectionum, non longè à sine scripsisse, à Christianis olim ita factitatū. De martyribus loquitur, ad quos orandos, Christiani pergebant in templa, non qui se ad Deos accendere arbitrentur, inquit, sed qui orent Dei martyres tanquam diuinos homines, intercessorēque sibi eos apud Deum aduocēt, ac precentur: Piè verò fideliterque precatos, ea maximè conseq̄ui que desiderant, testantur illa quæ votorum rei dona persoluūt (attende ô calumniator) manifesta nimirum adēptæ sanitatis indicia. Nam alij quidem oculorum, alij verò pedum, alij porrò manuum simulachra suspendunt, ex argento, aurōve confecta. Gratissimè namque accipit eorum dominus qualiacumque sunt dona, nec exigua nec vilia dedignatur, quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium spectaculo exporrecta, testantur morborum depulsionem, cuius ipsa certissima signa sunt, à sanitate consecutis allata: Hæc, inquā, sepulcorum Christianorum ibi martyrum quæ sit virtus ostendunt. Martyrum autem virtus, quem ipsi coluerunt Deum, verum esse Deum declarat. Hæc Theodoretus. Græcè quidem ille, sed Zenobius Acciaolus Latine interpretatus est. Et vt duo alij testes accedant omni exceptione maiores, fideque dignissimi, produco Eusebium, & Damascenum primæ notæ, scriptores Græcos. Prior histor. Ecclesiast. libr. septimo capite decimoquarto (ex Christophorsoni docti interpretis recenti versione) mulierem hemorrhoiſſam à Christo (prout testatur Euangelium) sanatam tactu simbriæ eius, dum commemorat sic scribit. Memorant pro foribus domus illius, æneam mulieris effigiem genibus flexis, & manibus instar supplicantis, in anteriorem partem extensis, super editum lapidem collocatam: Hinc è regione viri erectam imaginem, ex eadem materia constatam, vestitu ad tales demisso,

Theodo.
lib. 8.

Euseb. li.
7. ca. 14.

demisso, decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem, ad cuius pedes in ipsa basi, peregrinam quandam & inuſitatam herbæ speciem enasci: quam quidem, vbi ad præci vestitus simbriam excreuerit, morbis cuiusque generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc statuam, effigiem I E S V exprimere dicunt, quam ad nostram vsque ætatem manentem, ipsi ad eam ciuitatem (Cæsaream Philippicam quam Phœnices Pancada vocant, intelligit) profecti, oculis cernebamus. Hæc Eusebius oculatus testis. Posterior verò Ioannes Damascenus libro tertio de imaginibus Tilmanno interprete, ex chronographia Ioannis Antiocheni, refert, quomodo Herodem regem, Philippi fratrem, digressum à Iudæa mulier quædam opulenta ciuitatem incolens Pancadem, cui nomen Bernice (in margine ibidem habetur *Βερνικῆ* à victoria.) Ego verò (vt obiter istud annotem) non leui coniectura ductus, persuasum habeo, illam esse que vulgò Sancta Veronica appellatur, & Græcum nomen id verisimilimum effecerit, interposito enim. ο. sit *βερβονικῆ*, Latine Veronica. Et prosequens ibi historiam. Hæc inquit, quod per Iesum curata esset, volens ei erigere columnam, nec id ausa moliri citra regis permissionem, petitionem obtulit Herodi regi, qua postulabat sibi licere in sua ciuitate Christo saluatori auream erigere columnam. Libelli supplicis formula ibidem deinde atexitur, quam prætermitto. Cui respondit Herodes: Hæc circa te ô mulier facta medicatio, digna prorsus est erectione maioris columnæ. Hinc igitur profecta qualem vis, erigito ei columnam, gloriam ei deferens, qui te sanam reddidit. Et ipsa Bernice, quæ prius hemorrhoiſſa fuerat, acturum in medio suæ ipsius ciuitatis Pancadis domino ac Deo statuit columnam æneam ex ære candenti constatam auro argentoque permixtis. Quæ columna in ciuitate Pancade in hunc vsque diem permanet. Hæc ibi. Nota, id contigisse Apostolorum sæculo, nec à vero alienum est apostolos hanc vidisse statuam, quam Sotyrionum causa, mulier pia & grata excita uerata atque erexerat: & pro modo facultatum suarum ex ære constari iusserat. Quod etiam Theophilactus in Matth. Theophi-
9. obseruauit de Hemorrhoiſſa. Dicunt, inquit, quod statuam Domini fecerit, ad cuius pedes nascatur herba, quæ pro fluuio sanguinis laborantibus, medeatur, quam Iuliani temporibus impij contriuerunt. Hæc Theophilactus. Pauper iste paralyticus, à domino curatus cum ad statuam aliquam

Ioan. Da
mas. lib.
3. de ima
ginib.

Theophi-
lactus.

aliquam magnificam erigendam, vel donaria magni pretii offerenda, soluendo non esset (dicit enim hominem se non habere) pro modulo suo, leuat super humeros suos lectulum & grabatum suum in testimonium omnibus, se à IESU principe medicorum solo verbo mirificè sanatum. Id faciens, vt suam erga Iesum benefactorem suum testaretur gratitudinem & pietatem, vniuersa in Dei gloriam referens. Et tu vbi conualueris de infirmitate, *Tolle grabatum tuum*, hoc est ne fueris accepti beneficii immemor, nè ingratitude nota, (quæ nunquam eluitur) & impietatis icelere tanquam nigro carbone merito signandus sis. Si è carcere liberatus Dei speciali munere fueris, vincula tua & manicas ferreas, pedicas, vel compedes in templis suspende, vt omnibus Dei erga te beneficium in-

D. Aug. notescat. *Tolle grabatum tuum & ambula*, inquit, **D. Augustinus** tom. 10. de verbis apostoli sermo. 15. in fine. Semper verb. a- ambula, semper profice, noli in via remanere, noli retrò post. ser. redire, noli deuiare. Remanet qui non proficit, retrò redit, qui ad ea reuoluitur, vnde iam abscesserat, deuiat, qui apostatat. Melius vel claudus in via, quàm cursor præter viam. Hæc **D. Augustinus**.

Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum, quasi dicitur. **Hiere. 17** car. Scriptum est **Hiere. 17**. *Nolite portare pondera in die Sabbati*. Cur ergo fers grabatum? obiciebant æmuli. Respondit: *Qui me sanum fecit ille mihi dixit*, quasi dicat, non ex inobedientia & transgressione diuinæ legis, non ex auaritia, non denique ex Dei contemptu; sed ex seruatoris iussu, eius inquam dispensatione, qui dominus est etiam Sabbati, id facio. *Ille enim mihi dixit*. Huic obedio, qui me solo verbo, & in momento tam raro stupendòque miraculo sanauit. Num illi morem gerere pro beneficii acceptis debui? Ex hoc responso, discite tu Catholice, murmurantibus hæreticis sic respondere. Dixit Christus. *Hæc est corpus meum*. Ita credo. Dixit Ecclesia, mater mea, Sanctos honorandos & inuocandos, me ieiunare debere quadragesimæ temporibus, pro fidelibus defunctis orandum esse, sicque de cæteris quæ Catholicus credit, *auris loquax*, ipse dixit; hoc est, non meus sed Dei sermo est. Credo itaque. **Valerius** lib. 8. cap. 15. quæ cuique magna contigerunt, Pythagora

li. 8. c. 15. tanta veneratio ab auditoribus tributa est, vt hoc solum responderent, ipsum dixisse. Quasi diceret. Iste qui tam potens est, vt me à tam immedicabili morbo non herbis aut me

aut medicamentis, sed vno verbo subito liberauerit, ille mihi potuit præcipere vt tollerem grabatū meum. Huius auctoritatem, contra vestram obicio auctoritatem. Vide quàm sapienter philosophetur. Scutum contra omnia argumenta dæmonis præbuit. Si dicat, Congrega diuitias, ne cogaris mendicare, Responde. Qui me condidit, ille mihi dicit, *Nolite solliciti esse*, **Mattb. 6**. Si dicat, ne des pauperibus, **Matt. 6**. ne familia egeat. Responde. Ille qui mentiri non potest, mihi dixit: *Qui dat pauperi, non indigebit*, *Qui despicit deprecatem, iustinebit penuriam*. **Prouerb. 28**. Si dicat laurè & delicatè epulare, vt diuitiis viuas. Responde. Qui iter in cælum ostendit, mihi dixit, **Ioan. 12**. *Qui amat animam suam, perdet eam*. Si dicat. Vindica te de inimicis tuis. Responde, Deus dixit: *Mihi vindictam, & ego retribuam*.

Inuenit eum Iesus in templo. Eò se contulerat Deo gratias habiturus: idem nos facere conuenit. **Psal. 21**. *In medio ecclesia laudabo te*. Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. **Psal. 49**. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde vota tua domino*, **1. Thessalo. 5**. *In omnibus gratias agite*, **1. Thess. 5**. **Psal. 115**. *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* **Psal. 115**. **Colos. 3**. *Grati estote*, Contra philosophos scribens apostolus **Rom. 1**. *Non sicut Deum, inquit, glorificauerunt, aut gratias egerunt* & **Luc. 17**. *De decem leprosis. Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo nisi alienigena Samaritanus*. **Isai. 1**. *Fi- lius emetrii & exaltatus, ipsi autem spreuerunt me*. Cicero **epistola ad Atticum** lib. 8. **episto. 4**. nihil cognoui ingratus. **Stobæus** sermo. 42. **titulo de legibus** ex primo libro **Xenophontis** De Cyri pædia. **Persæ**, inquit, quem cognouerint posse referre gratiam, nec referri: in hunc seuerissimè animaduertunt. Quippe qui arbitrantur eos qui sunt ingrati, & Deos maiorem in modum negligere, & patriam, & amicos. Hæc **Xenophon** lib. 1. Sed de ingratitude aliàs dicemus cum de vinea concionem conscribemus, & agetur de ingratis colonis seu agricolis.

Ne deterius tibi contingat. Qui enim relabitur, ob reciduationis (vt loquuntur Theologi) circumstantiam, grauius peccat, & Deo magis ingratus demonstratur. Et *missima hominis illius efficiuntur peiora prioribus*, **Mattb. 12**. **Matt. 12** Quod prouerbio efferri solet, Recidius morbus est longè deterior, vt sunt recidiuæ febres. Caueamus itaque charissimi

carissimi cum Dei adiutorio speciali à lethali bus offensis, & per Christi gratiam à peccatis, hoc est spiritualibus moribus curati: ne amplius peccemus, ne in grauius incidamus supplicium. *Quin potius surgamus à peccatis & ambulemus de virtute in virtute, donec cum Helia sancto perueniamus ad montem Dei, hoc est in ipsum cœlum. Quod nobis concedat, qui est, qui erat, & qui venturus est, IESVS saluator*

2. Tim. 4. omnium maximè fidelium, 1. Timoth. 4. Amen.

SABBATHO POST PRIMAM

DOMINICAM QUADRAGESIMAE.

De gloriosa Iesu Christi Transfiguratione. *Math. 17. Marc. 9. & Luc. 9.*

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.



Vicquid in veteri & nouo testamento, in cœlo & in terra sublime fuit: hinc deprehenditur (humanissime lector) Inde ex veteri testamento, principes omnium prophetarum: Ex nouo autem, principes apostolorum, & cœlis trinitas: ex terra humanitas Christi adfuit. Ad hanc solemnitatem tres tantum dilectissimi apostoli fuerunt inuitati. Maiestas Christi patuit in terra, ex parte paradisi vox patris audita fuit, ex parte cœli nubes lucida respanduit, ex parte hominum super terram viuentium tres apostoli astiterunt Christo, ex parte paradisi terrestri, Helias adfuit, ex parte Iymbi, inde Moses euocatus fuit, ex parte corporis Christi, *Resplenduit facies eius sicut sol.* Ex parte vestimentorum, *illa facta sunt alba sicut nix.* Sic omni ex parte in hoc euangelio relucet Christi magnificentia. Et vt se ostenderet Christus iudicem viuorum & mortuorum, ad hoc gloriosum spectaculum cōparere voluit Mosem, iam dudum defunctum, & Heliam igneo curru subiectum & raptum: *Et transfiguratus est Christus.* Dauid quondam se transformauit & transfigurauit coram Achis. *1. Reg. 21. Immutauit os suum coram eis, desfluebant que salina eius in barbam, & reputatus fuit ob id in sanus & furiosus, ideoque regia & palatio Achis regis Geth eiectus fuit.* Hæc igitur Dauidis trāsfiguratio in gloria fuit: hoc est, (ne quis decipiatur) despecta

1. Reg. 21

despecta & sine honore. Sed domini nostri præsens transfiguratio celeberrima, & cum maiestate fuit amplissima. Notabis primò, aliquem dici figuratum, defiguratum, configuratum, & trāsfiguratum. Idque bifariam, vel in bonam, vel in malam partem. De quibus omnib⁹ exempla tibi suppeditabimus. Primò figuratus sum in ventre matris caro (ait sapiens Sap. 7.) Secundò defiguratus est homo per peccatum, non quidem quoad externa lineamenta, sed quoad beluinos bestialésque affectus, corruptos & vitiosos, *Homo, inquit plutes, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Vel si exigis exemplum in delineamenti corporis, Nabuchodonosor regis in bestiam conuersi, & ab hominibus eiecti: fac memineris, Et vxoris Loth in statuam salis commutata. Tertio apostolus, *Philip. 3. Configuratus sum, inquit, morti Christi, si quomodo occurram ad resurrectionem qua est ex mortuis.* Rursum ibidem, *Christus reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Quarto transfiguratus fuit in bonam partem Christus, in monte Thabor ad maiestatem suã declarandam, Quintò in malam partem & in fraudem transfiguratur sathanas, vt testatur *Apost. 2. Cor. 11. Transfiguratus se (inquit) in angelum lucis.* Non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur, velut ministri iustitiæ, transfigurantes se in apostolos Christi. Sic Seuerus Sulpitius in vita beati Martini apud Surium tom. 6. Nouembris 11. vitæ eius cap. 25. refert diabolum quodam die præmissa, præ se & circumtectum ipsa luce purpurea, quo facilius claritate assumpti fulgoris illuderet, veste etiam regia indutum diademate ex auro gemmisque redimitum, calceis auro illitis, sereno ore, læta facie, vt nihil minus quàm diabolus putaretur, orati in cellula astitisse beato Martino: Cui diabolo, *Agnosce (inquit) quem cernis. Christ⁹ ego sum, descensus ad terras, prius me tibi manifestare volui. Quid dubitas credere? Christus ego sum. non se, inquit, beatus Martinus, dominus Iesus purpuratum, & diademate renidentem (vel renitentem, vtrumque enim eodem sensu incommodè accipitur) venturum esse prædixit. Ego Christum nisi in eo habitu formæque qua passus est, nisi crucis stigmata perferentem venisse nõ credam. Ad hanc ille vocem statim vt fumus euauit. Cellulam quoque tãto factore compleuit, vt indubia indicia relinqueret, diabolum se fuisse. Hoc ita gestum, vt supra reruli, ex ipsius Martini ore*

Sap. 7.

Philip. 3.

2. Cor. 11.

Seuerus. Sulpit.⁹

R cognoui,

cognoui, ne quis fortè existimet fabulosum. Hæc Severus Sulpitius B. Martini discipulus. Tentator djabolus qui se libenter transfiguratur in angelum lucis ut iamiam dictum est, accessit ad dominum, verisimiliter (ait Ioannes Molanus, de picturis & imaginibus, cap. 83.) sub specie & sancti viri. His omnibus modis, excepto ultimo, possumus dicere Christum & figuratum nempe in lege & prophetis, & desiguratum, nimirum in passione, quia ut dicit euangelicus propheta, *Non erat ei species neque decor: vidimus eum quasi leprosum*. Et cõfiguratum, videlicet nobis similem factum,

Hebr. 2. *Quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, unde debuit per omnia similibus assimilari ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum.* Et transfiguratum nunc in maiestate, dicit euangelium. Postremum autem modus nequaquam competere illi potest, qui alienus est ab omni fraude, dolo atque mendacio, cum sit ipsa veritas, **10an. 14.** Hæc quodam veluti indice, breuiter complecti volui, ad alia progressurus.

Transfiguratum fuisse dominum in monte Thabor, diuipulòsque ibidem specimen gloriæ æternæ vidisse nullus ieuert in ficias, qui prophetiam Dauidis cognitam habuerit: *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*, **Psal. 88. vbi Genebrardus.** Thabor & Hermon (inquit) Occidens & Oriens. Nam hi duo montes Galiliæ siti sunt ad hæc duas terræ sanctæ partes. Thabor ad occalum, Hermon ad ortum. Fortasse autem respicit ad miracula quæ in illis erant partranda à domino. In Thabor enim Christus est transfiguratus, in Hermõ quinque panibus & duobus piscibus multa hominum millia pauit. Hæc ille. Quod autem addit (fortasse) dubitandi particulam, sententiã nostram nihil labefactat vel conuellit. Nam illud (fortasse) ad accommodationem intelligentiæ vel sensus propheta referendum est: non quod in dubium vertere quis debeat montem illum in quo transfiguratus est dominus fuisse Thabor, non quemuis alium. Euthymius in psalmos pertractans locum citatum, In his montibus (inquit) Christus sæpe numero cõuersatus est: quippe qui & in Thabor transfiguratus est, & in Hermon viduæ filium suscitauit. In monte enim Hermon sita est ciuitas Naim, in qua miraculum illud factum,

Mantuanus. Hæc Euthymius. Vnde & Baptista Mantuanus in factis suis *de sacris diebus* lib. 8. de transfiguratione sic cecinit.

Ille Thabor mons ille fuit Phœnicibus oris.

Proximus,

Proximus, & Solyma longè diuisus ab vrbe.
Et Ambrosius Nouidius sacrorum item factorum lib. 3. *Novidius*
sic concinit. *Factorum*
Summaque montis adit.
Ipsa Thabor mons est? & quæ illic sequuntur.

Rectissime autem conuenit nomen Thabor, (Diuo Hieronymo interprete commentariis illi attributis in psalmos, atque in expositione nominum Hebraicorum) nam Thabor, inquit, in psalm. 88. veniens lumen, vel veniat lux, exponitur. Ille autem qui vel optatiuè vel propheticè aduenire pronunciat, Christus, qui de seipso **Ioan. 8.** *Ego sum lux mundi*, intelligitur, qui mira luce refulsit in illo monte. Baptista Folengius in commentariis suis ad **Psal. 89.** (id intellige ex supputatione Hebræorum) exponens versiculum, *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*: Certè, inquit, non absque mysterio celeberrimorum montium Thabor & Hermon mentionem hic fieri arbitror: in his enim Christum non semel signa suæ diuinitatis edidisse legimus. In Thabor enim transfigurationem illam famosissimam Christi factam legimus: in Hermon autem viduæ filium à feretro experrectum, atque à mortuis ad vitam restitutum asserunt. Nam in Hermon Naim ciuitas est posita. Occultè igitur à spiritu vnde orta sunt fidei rudimenta, admonemur. *In nomine tuo exultabunt ipsi*, notissimi montes Thabor & Hermon. Nec mirum sanè, siquidem in ipso vita, tanquam aura suavis, è Christi ore spirare occcepit. Hæc Folengius ex recentioribus, quem tamen cum veteribus theologis non iniuria conferre possis, si reconditam eruditionem atque maximam grauitatem non oscitantè expendere. Diuus Cyrillus archiepiscopus Hierosolymorum catechesi 12. illuminatorum, de Mose & Helia sic scribit: Olim illi transfigurato præsentis facti, in monte Thabor, dicebant discipulis excessum eius, videlicet Christi. Sabellius licet ex recentioribus, tamen non inelegans scriptor, to. 2. operum decadis 1. lib. 5. rerum Venetarum circa principia. Thabor & Oliueti montes, hic orationis locus, ille figurationis. Diuus Hieron. to. 1. epistolarum in epitaphio Paulæ ad Eustochium virginem, dum peregrinationes illi in terra sancta topographicè describit: Scandebat, inquit, montem Thabor, in quo transfiguratus est dominus. Aspicebat procul montes Hermon & Hermonium, & campos latissimos Galiliæ. Hæc Hieron. Est mons *le.*

R 2 Thabor

D. Hier. Thabor in medio Galileæ. Idem D. Hieron. lib. i. In *Oseæ* in *Oseæ*, cap. 5. Thabor, inquit, mons est in Galileæ situs in campis, rotundus atque sublimis, & ex omni parte finitur æqualiter: de quo & in psalmo legimus. *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.* תבור *Qui* interpretatur, inquit, veniens lumen. Hæc ibi.

Licet tot graues & classici doctores Thabor fuisse montem illum asserant, firmiterque teneant, tamen inuentus est vnus Faber Stapulensis qui contradiceret iis in Marc. ca. 9. ad hoc euangelium, *Per montem illum excelsum*, inquit, nonnulli montem Thabor intelligunt. Verum cum dominus illo tempore fuerit in finibus Cæsareæ Philippi, vbi est Libanus mons insignis, & in scripturis admodum celebratus, & de quo Isaias cap. 35. *Gloria Libani data est ei: decur Carmeli & Heron. Ipsi videbunt gloriam domini & decorem Dei nostri.* Is videri potest fuisse mons ille excelsus, in quo Dominus gloria suæ speciem voluerit ostendere, inter Moysen & Heliam, & illos gloria suæ testes habere, & non solum gloriæ, sed etiam ex Luca cap. 9. passionis, & quam in Hierusalem passurus erat ignominia. Et ad hoc ipsum videtur Dominus discipulos suos in Cæsaream, quæ ad radices montis Libani sita est, duxisse: vt in illo monte transfiguraretur ante eos. Hæc Faber. Ex verbis eius patet eum non categoricè & absolute affirmasse montem illum fuisse Libanum: sed is videri potest fuisse, inquit, nullum alium, qui cum eo sentiret, legere contigit. Neque Isaiæ locus id euincit, sed nec interpretes huius loci apud Isaiam, cum Fabro villo modo conspirant. Quare singularem illum in sua opinione, vt nullius momenti derelinquo. Vos vnus, vox nullius, dici prouerbio solet. Difficile autem ab illis columnis auellor, sanctos Cyrillum, Hieronymum, Euthymium & alios scriptores intelligo, iam citatos, cum quibus ego sentio. Vt autem semel finiam montem hunc, in quo transfiguratus est Dominus 2. *Pet. 1.* vocat apostolorum princeps testis oculatus, sanctum. *Cum essemus* (inquit) *ipso (domino) In monte sancto.* B. Thomas explicans hunc locum: Thabor (inquit) vbi transfiguratus est. Hæc ibi. Sanctus autem merito dicitur, ratione istius transfigurationis. In qua historia omnia Christi mysteria sunt comprehensa ait Guiliandus in prædictam Diui Petri epistolam. Tres selegit dominus testes & speculatores huius transfigurationis, vt ostenderet delectum se habere inter eos qui veritatem

tem edocendi sunt, & gradus ordinemque certum in ea reuelata obseruare. Manifestaturus ergo quod Messias esset in mundum missus, cui testimonium perhibent & consentiant lex & propheta: Ideo apparuerunt Moyses & Helias qui omnium præcipui atque ardentissimi cultus Dei adfectores fuere Christo colloquentes. Ex quibus apertissimum est, legem & prophetas in Christo conuenire & consentire Christo que testimonium ferre. Hæc ille. Sed dicit aliquis, Quare istos tres selegit & potius quàm ceteros secum duxit? Multæ sunt causæ, quarum vna est, quia in his tribus, tres principales linguæ significantur. Hebraicæ in Iacobo, qui Hierosolymis ab Herode apostolorum primus pro Christo martyrium subiit: Græca in Ioâne, qui Ephesi obdormiuit: Latina in D. Petro, qui Romæ crucifixus fuit. In tribus illis linguis vt dominicæ passionis sacra testatur historia; titulus crucis conscriptus fuit. *Et omnis lingua constreatur quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris; Philipp. 2.* Altera ratio fuit in his tribus omnes status comprehensi intelliguntur. In Petro, coniugati & viduæ, quia vxorem habuisse ex Euangelio notum redditur: tanquàm viduus concubatum à sua vocatione ad obitum vique seruauit, vxoris suæ ad ecclesiastica historia, superuixisse dicitur, vt fufus in euangelio de socru Petri *οὐκ ἔστιν ἡ θυγάτηρ*, hoc est, fauente Deo nos dicturos speramus. In Ioanne virgines, *Virgo electa à domino; virgo in auium perinanstr:* vt de eo sancta mater ecclesia testatur. In Iacobo primitiæ martyrum consecratur, quia ex apostolis primus Hierosolymis sanguine profuso testimonium Iesu Christi dedit, (vt supra dictum est.) Tertia, quia istos speciali quodam præ ceteris amore complexus est Christus, quod patuit ex eo, quia istos solos ex apostolis voluit interesse miraculo; cum Archisynagogi filiam à mortuis excitauit, & cum recessit in mortem Oliueri patrem oraturus, antequam à Iudæis comprehenderetur, hos sibi adesse voluit à ceteris aliquatulum auulsos & separatos. Item nunc testes esse voluit solos suæ gloriolæ transfigurationis, vt qui futuri erant participes passionis, etiam participes essent gloriæ. Hos igitur tres assumpsit Iesus, tanquam maxime familiares: quibus ipse etiam in signum singularis gratiæ, nomina noua imposuit, vt ex euangelio colligimus. Simonē vocans Petrum, Iacobum verò & Ioannem Boanerges, quod est filij tonitruu *Mar. 3.* vel tonâtes. Petrus, quia totius ecclesiæ præfectum facere voluit, familiari sibi

confortio copulauit. (Etenim solemus quos rebus nostris praponere intendimus, magis aliis arcanorum & potētia noīre facere participes, atque ad nostram familiaritatem præ ceteris admittere.) Iacobum autem tanquā verbū Dei sonantē contra Iudęorū Hierosolymitanorum pēsiliam & contumaciam, apud quos & per quos interfectus fuerat dominus omnīū ac saluator, magister suus. Ioannem verbō tanquam maximum verbi Dei tonitru emissorum, *In principio erat verbum, &c.* Matrisque suæ & parentis charissimæ custodem futurum, atq; post omnes apostolos in hoc mūdo victurum. Vel sic explicari potest, quōd in his tribus apostolis omnes status significantur christianitatis. Diuiditur namque ecclesia vel distribuitur tripartitō: In rectores scilicet, qui sunt clerici: in plebes, qui sunt coniugati: & in cōlibes, id est cōtinentes. Quid verō (ait Palacius in Mat. 17.) potuit clariū significari per Petrum, Iacobum & Ioannem, quā hī tres Christianorum status? Petrus cum suis regit ecclesiam. Iacobus in lucta est & labore, vt qui cōiugio alligati sunt, de quibus apostolus, Tribulationem carnis habebunt huiusmodi. 1. Corinth. 7. Coniugium secum multas molestias trahere indicans, veluti curam liberorū & rei domesticæ sollicitudinem, vt alia omittam mille incommoda, quæ ex morum deprauatione nascuntur. Carnem illic vocat apostolus externum hominem & quæcumque ad præsentem vitam spectant. Hoc vice scholij posuī sūt. Denique, inquit Paulus de Palacio, Ioannes delicatus, in lecto est pētoris dominici, vt cōlibes, qui cum Maria optimam partem elegerunt, vbi Martha satagit & turbatur circa plurima: In quibus sororibus vitæ contemplatiuæ & actiuæ symbolum figuraq; existit. Igitur assumens dominus hos tres apostolos, significabat se assumpturum in cælum illos tres status. Vel etiam per tres illos apostolos intelliguntur credate per fidem, luctantes per spem, & diligentes per charitatem. Petrus enim iustificatur ex viva fide, quæ per dilectionem operatur. Idēd Mat. 16. *Beatus Simon Barionæ, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Eius professio publica ibi describitur: Tu es Christus filius Dei viui.* Et Ioan. 21. *Tu scis domine quia amo te.* Iacobus luctatur ex æternorum spe. Ioannes item diligit ex ardenti charitate, 1. Ioan. 3. *Nos translati sumus à morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Ipse præcipuē de charitate ascribit & docet. Vides iam satis (vt reor) maximas causas, atque gra-

Palacius
in Mat.
17.

1. Cor. 7.

Mat. 16.

Ioan. 21.

1. Ioan. 3.

uissimas, propter quas hos seorsum assumpserit, & sibi comites adiunxerit, testēque fidē dignos ac oculatos delegerit.

Assumpsit eos in montem: Vt ostenderet eis (inquit D. Ephraē phraē Syria homilia de translatione domini inter eius opera) quis est filius & cuius. Quando enim eos interrogauit, *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Matthæi 16. *Dixerunt: alij Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex prophetis.* Propterea, *Assumpsit eos in montem, vt ostenderet eis, quia nō est Helias, sed dominus Heliae* (cui scilicet ipse Helias assuit testimonium perhibiturus. Nec Hieremias, sed qui sanctificauit Hieremiā in vtero matris: neq; vnus ex prophetis, sed dominus prophetarum, & qui misit eos. (Ideoq; præcipui ex prophetis duo, Moyses & Helias, appaeruerūt loquentes cum Iesu.) Rursumq; ostēdit eis, quoniā ipse est dominus viuorum ac mortuorum. Imperauit enim cælo, & deposuit Heliam, præcepit terrę, & resuscitauit Moſen. Et vt ostenderet eis quia filius Dei est: Si enim dixisset quia ego sum Deus, non satisfaceret eis, propter carnē qua indurus erat: & quia cum eis cōuerſabatur, & videbant beatam Mariam genitricem eius, & Ioseph qui enutrit illum, & quia nominabatur pater eius, & iterū quia sicut ille eſurire & dormiuit, propterea assumpsit eos in montem, vt pater vocet filium & doceat eos, quia filius est in veritate. Hæc vir sanctissimus Ephraēn Basilio magno familiaris.

Aloysius Lipomanus parte historię sanctorū, itē Surius tom. 4. Aug. 6. de domini transfiguratione transcripserunt quorundā antiquorū doctorū homilias. Basilius episcopus Seleucia: Isauriæ ibidem hac de re sic orasse memoratur ex Simeone etiam Metaphraſte. *Duxisse eos in montem ex- celsum seorsum.* Rectē, inquit ille, dicitur ab euangelista, vt gust. 6. etiā mons haberet descēsus ex cælo imitationē. Nūc quod que quærit locum, qui vnā cū nubibus extollitur. Hęc ille. *Metaphraſte.* *Transfiguratus est ante eos.* Soarez episcopus Cominbricēsis tractatu 116. in Lucę euangelium ex capite nono. Nō erit abs re (inquit) quinque Christi (vt ita dicamus) trāsfigurationes referre. Prima fuit ineffabiliter spiritus sancti opete, in vtero virginis perfecta, in conceptione Christi & diuini verbi incarnationē, quando sic verbum caro factū est & homo Deus, vt tamen non cōuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum (quod magnus Athanasius hæreticorum malleus, & iuxta nomē

Ephraē
homil. de
trāsfigu-
ratione.

Lipoma-
nus &
Surius
Metaphraſte
gust. 6.
Metaphraſte.
Lucam.

immortalitate dignissimus, meritoq; venerandus, in suo symbolo dixit adimpleretur hoc mysterium, transfigurationem pie dixerim, quia magnus Deus & gloriosus sub

Philipp. 2. vili habitu & vt apostolicè dicam in forma serui (*Philipp. 2.*) *In hunc mundum veniens exinaniuit semetipsum, in similitudinem hominum factus.* De quo mysterio vaticinium illud

Isai. 45. est *Isaiæ 45. Verè tu es Deus absconditus. Deus Israël saluator.* Annon appositè diceretur rex gloriæ trāsfiguratur, quādo sub peccatoris amictu, velut alter Iacob pelliculis hadorū manus & colli nuda tecta habens & inuoluta: ille (inquam) qui est agnus sine macula propter nos peccatores, apparere sic voluit? *Deus filium suum mittens in similitudine*

Rom. 8. *carnis peccati* inquit apostolus (*Rom. 8.*) *de peccato damnanti peccatum in carne.* Et *2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.*

Heb. 1. Et ne videatur hæc loquendi formula impia ac intolerabilis, sumo quod *D. Paul. Heb. 1.* scripsit de Christo: *Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius.* (ita enim habet editio vulgata) auctoritate ecclesiæ ab omnibus orthodoxis citra vllam contouersiam recepta & probata, vbi græcè legitur *καρὰ τῆς αἰῶνος ἰσως αὐτοῦ.* Hoc est expressa imago, sive caracter personæ illius, id est, patris diuini, filius enim dicitur imago patris, qui ab æterno genuit eum, & est illi cōsubstantialis: homo autem, vt pote creatura, nō dicitur imago Dei, sed ad Dei imaginem factus (vt bene distinguunt theologo).

Cum ergo ille qui est figura substantiæ, patris qui *in forma Dei erat.* *Philipp. 2.* filius sit hominis & formā serui suscipit: atq; vt cū matre ecclesia loquar *vestri quondā corporis ex illibata virgine nascēdo formā cum ille sumpsit.* nō incōgruè dixerat aliquis, eū quodāmodō aformatū seu trāsfiguratū esse. Sic itaq; hæc formulā, alioqui hac in re (quod scia) innusitatā, ne aliquis offēderetur, emolire volui. Secunda transfiguratio (prosequitur praesertim Soarez) fuit cum admirabile & augustissimum Eucharistiæ sacramentum dominus instituit, trās substantialiō panis in corpus, & vino in sanguinē. Quod est (vt ait *D. Tho-*

D. Tho- mas de festo corporis Christi) *raquā passionis suæ memoris-*

opusc. de le perenne, & miraculorū ab ipso factorū maximū. Quo in mysterio & verè admirabili conuersione quandā veluti transfigurationē (licet minus propriè interuenire aliquis dixerit) quoniam sub speciebus & figuris panis & vini continetur verū Christi corpus, ibiq; sub aliena figura & specie to-

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

rus Christus realiter existit, & latent res eximæ, vt in sequentia seu prosa de hoc sacramēto dixit *D. Thomas.* Tamen cum remaneant species etiam post consecrationem, improprie dici transfigurationem, maxime propriè autē vocari transubstantiationem ingenuè & catholicè profiteor atque ex animo credo. Tertia transfiguratio (inquit *Soarez*) fuit in monte Thabor, de qua prophetauerat *vtique* *Dauid Psal. 88. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabūt.* Thabor qui testis fuit transfigurationis domini, mōs est in Galilæa. Quarta transfiguratio Domini fuit, quando in morte non fuit ei species, neq; decor, *Isai. 53. Et vidimus*

Isai. 53. *is. & non erat aspectus, & nos putauimus eum quasi leprosum.* Et quæ fufius ibi describuntur. Tunc facies eius, quæ nunc resplenduit vt sol, spatis maculata, & alapis percussa toto corpore flagellato & cruentato, transfigurata est, vt poëti-

cè dicitur, cum principe poëtarū *Aeneidos* secundo, de *Hectore* viso adesse *Aeneas* in somnis sic referente:

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis.
Squalentem barbam & concretos sanguine crimes,
vulneraque illa gerens: Deinde,

—Qua causā indigna serenos
Fedamū vultus? aut cur hac vulnera cerno?

Hæc inquam, isti transfigurationi Christi, pie accommodari possunt. Quinta transfiguratio Christi fuit, in gloriosissima resurrectione, qua rediuuus surrexit à mortuis, & apparuit per dies quadraginta discipulis, & aliis quàm pluribus se viuum ostendit, & ascendit in caelum gloriosus, & resurgens plusquam sol, laxauitque tunc habenas dotibus, gloriosus, & impassibilis, & resurgens, & agilis, & subleuis per ostia clausa introiuit semel ad discipulos, & iterū, atq; à monumento clauso & signato surrexit, viuēs in secula seculorū. O gloriosum à morte & mortalitatis cōditione, ad vitā, & immortalitatis beatā perpetuāq; possessionē transitū, (& verè dixerim) transfigurationē triūphalem.

Verum de transfiguratione hæctenus, Græcè μεταμορφωθῆν transformatus est. Inde Metamorphosis dicta, fabulosas transformationes, quales inter poëtas speciali opere descripsit *Ouidius*, pertranseo. *Resplenduit facies eius sicut sol.* Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

Resplenduit facies eius sicut sol. Quomodo intelligatur transfiguratus, iā exponitur, quod scilicet eadē corporis manente substantia, aliam superinduit formā & illustriorē quidem illā. Resulsit enim facies eius

in morem solis, & vestimenta eius albecerunt in more niuis & lucis. Sic enim gustu ipsi exhibeat aliquae diuinitatis, imò immortalitatis & gloriae future, inquit Hofmeister in Luc. 9. & in Mar. 9. Nemo autem putet Christum primitiam formam & faciem perdidisse, vel amisisse corporis veritatem, & assumpisse corpus spirituale vel aërem. Idem in Marc. 9. Non antiquam figuram suam amisit, sed faciei eius gloriosa immutatio transfiguratio nuncupatur: si quidem in figurae lineamentis splendor appareret: ait Hesselius Louanientis in Marth. 17. In sole istae proprietates considerantur. Clarus est ad videndum, agilis ad motum, impassibilis in sua operatione: Est denique subtilis ad penetrandum. Haec inquam quatuor in sole manifeste & euidenter apparent. Claritas in splendore & illuminatione, agilitas in suo cursu peragendo, 3. Eldrae 4. *Veloce cursus solis conuertit in gyro caelum in locum suum in una die.* Impassibilitas in effectu, a nullo enim patitur, non maculatur sordibus. Sol non extinguitur ex suffocationibus, nulli denique passioni auriationi patibilitatiue est obnoxius. Tum demum, in sole magna est substantialitas in penetratione, quia pertransit corpora diaphana siue (vt latine dicam) pellucida. Radij eius virtutem penetrant & crustallu: ac pertingit vis solis & influentia ad vsque terrae viscera. Quae quatuor cum in sole reperiuntur, valde apposite dictum est ab euangelista, *Quod resplenduit facies eius sicut sol: vt vel sic dotes quatuor glorificationum corporum significarentur, quae sunt claritas, agilitas, impassibilitas, & subtilitas, Phil. 3. Configuratum corpori claritatis suae. Sicut sol. o miraculum* (inquit Basilius Selesuciae episcopus iam citatus) ex humana forma ferebantur radij, qui emittebantur diuinis operationibus. Vidit sol quae non prius didicit, vt qui doctus sit abscondi alterius luminis illustratione (subaudi in transfiguratione Christi) constitisti sol aliquando victoriam expectans, hebraicam. Reueritus es Iesum ducem (nempe Iosue, qui dictus est Iesus Naue) qui imperauerat: in consuetudine honoris domini appellationem, nunc vidisti lucem, quam non prius videras. Testantur oculi videntium, lingua autem dicere non didicit. Haec Basilius ille. Et beatus Ephraem homilia supra citata: Duos (inquit) soles in monte discipulorum oculi videbant, vnum ex consuetudine, & alterum praeter consuetudinem. Vnum qui eis lucebat, & mundum totum illuminabat in caelo: & vnum, qui solummodo videbatur

Philipp. 3.
Basilius Selesuciae
episcopus.

Ephraem
ubi sup.

in facie Iesu. Idem sanctus Ephraem oratione de transfiguratione apud Aloysium Lipomanum parte 1. digressione doctrinissimam & commemoratione dignissimam interserit, quam hic in concionatorum gratiam accommodare quoque curavi, poteritque pluribus illustrandis sermonibus inferre. Ex eo quod transfiguratur in gloriosam formam dominus, & eidem pater de caelo attestatur, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, manifeste euincitur ambas naturas inconfuse in Christo existere, & in vna hypostasi coniunctas & vnitas esse. Quod diuus Athanasius in suo expressit symbolo his verbis. *Qui licet Deus sit nascens.* *Et homo, non duo tamen sed vnus est Christus, vnus omnino non confessione substantia sed vnitatem persona.* His praebitis modis, ipsae res (inquit Ephraem) testantur & diuinae Christi virtutes docent, cum esse verum Deum, & eius perfectioes significat cum esse verum hominem. Si non erat caro, quisnam recumbebat in praesepe? Si non erat Deus, Angeli descendentes quemnam glorificabant? Si non erat caro, quisnam inuoluebatur fasciis? Si non erat Deus, pastores quem adorabant? Si non erat caro, Ioseph quem circudedit? Si non erat Deus, stelia in caelo in cuius honorem cucurrit? Si non erat caro, Maria quemnam lactauit? Si non erat Deus, Magi cui munera offerebant? Si non erat caro Simeon in vuluis quemnam gestauit? Si non erat Deus cui dixit, *Dimitte me in pace*? Si non erat caro, Ioseph quemnam accepit & fugit in Aegyptum? Si non erat Deus, *Illud ex Aegypto meo vocavi filium meum?* In quo est adimpletum? Si non erat caro, Ioannes quem baptizauit? Si non erat Deus, pater de caelo cui dixit. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui?* Si non erat caro, quis ieiunauit & esuriit in deserto? Si non erat Deus, descendentes Angeli cui ministrabant? Si non erat caro, quis inuitatus fuit ad nuptias in Cana Galilaeae? Si non erat Deus, quis mutauit aquam in vinum? Si non erat caro, panes in cuiusnam manibus erant? Si non erat Deus, quinque millium hominum turbam, praeter mulieres & pueros in solitudine quis pauit quinque panibus & duobus piscibus? Si non erat caro, quis dormiit in naue? Si non erat Deus, quis ventos & mare increpauit? Si non erat caro, Simon Pharisaeus cum quo comedit? Si non erat Deus, peccatrici delicta quis condonauit? Si non erat caro, supra puteum ex itinere defessus, quis sedebat? Si non erat Deus, aquam viuam quis dedit Samaritanam, & eam arguit, quod habuisset

habuisset quinque maritos! Si non erat homo, quis gestabat indumenta hominis? Si non erat Deus, quis faciebat virtutes & miracula? Si non erat caro, quis spuit in terram, & lutum fecit? Si non erat Deus, ex luto oculos caecorum quis coegit aspicere? Si non erat caro, in Lazari monumento quis flebat? Si non erat Deus, mortuum iam quattuordecim annis iubendo eiecit? Si non erat caro, super pullum quis sedit? Si non erat Deus, cuiam cum gloria, ibant turba obviam? Si non erat caro, Iudaei quem apprehenderunt? Si non erat Deus? quis terrae imperavit, & eos pronos hami iecit? Si non erat caro, quis colaphis cedebatur? Si non erat Deus, abscissam auriculam à Petro, quis medicatus est, & restituit in locum suum? Si non erat caro, cuiusnam facies punita accipiebat? Si non erat Deus, quis Spiritum sanctum insufflauit in faciem Apostolorum? Si non erat caro, quis stabat coram Pilato in iudicio? Si non erat Deus, quis Pilati uxorem terrebant in somnis? Si non erat caro, cuiusnam vestes exuerunt & diuiserunt milites? Si non erat Deus, sol quomodo fuit obscuratus in cruce? Si non erat caro, quis erat in cruce suspensus? Si non erat Deus, quis terram mouit à fundamentis? Si non erat caro, cuiusnam manus & pedes fuere clauis confixi? Si non erat Deus, templi velum quomodo scissum est, & petrae ruptae sunt, & sepulchra sunt aperta? Si non erat caro, quis clamauit, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Si non erat Deus, quis dixit: *Pater ignosce illis?* Si non erat caro, quis in cruce pendit cum latronibus? Si non erat Deus, quomodo dixit latroni, *Hodie mecum eris in paradiso?* Si non erat caro, fel & acetum cuiam obtulerunt? Si non erat Deus, infernus cuiusnam voce audita contremuit? Si non erat caro, cuiusnam latus pupugit lancea, & exiit sanguis & aqua? Si non erat Deus, quis portas inferorum contremuit, & vincula dirupit? Et cuiusnam iussu mortui à sepulchro egressi sunt? Si non erat caro, Apostoli quemnam viderunt in coenaculo? Si non erat Deus, quomodo clausis foribus est ingressus? Si non erat caro, cuiusnam clauorum & lanceae plagas Thomas contrectauit manibus? Si non erat Deus, cuiam clamauit: *Domine meus & Deus meus?* Si non erat caro, in mari Tyberidis quis comedit? Si non erat Deus, in cuiusnam iussu impletum est recte? Si non erat caro, quemnam viderunt Apostoli assumi in caelum? Si non erat Deus, caelum cuiam fuit apertum: & potestates quemnam in tremore adorarunt:

& pater

& pater cuiam dixit, sede à dextris meis, & quae sequuntur? Si non erat Deus & homo, falsa est de cetero nostra salus, falsa sunt etiam voces prophetarum. Sed veri fuerunt prophetae, & à mendacio aliena eorum testimonia, dixerunt enim ea quae iussi fuerant, Spiritus sanctus per eos est locutus. Hæc sanctus Ephraem quæ habetur & apud Surium & apud Lipomanum, non tamen habentur in homilia de transfiguratione, quæ extat impressa cum operibus ipsius Ephraem, Coloniae 1547. per Melchiorum Nouesianum. Quibus addo, quod ad institutum & propositum nostrum facit. Si non erat caro, quomodo facie habebat quæ resplenduit, & vestimenta quæ alba facta sunt? Si non erat Deus, cuiam dicitur, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui: Et quomodo ad se Moysen de patrum limbo, Heliam verò de terrestri paradiso euocauit? sibi que ut adessent ac compararent in maiestate effecit? Ergo Iesus vbi que agnoscitur Deus & homo, Verbum & caro, vna persona in duabus naturis, & naturæ duæ hypostaticè unitæ: Præsertim ex hac historia admirabili, hoc (ut cernere licet) manifestè comprobatur, tum ex hoc, quod (ut sequitur in textu) *Apparuerunt eis Moyses & Helias cum eo loquentes.* Quoniam (ait Ephraem vt habetur inter eius opera ho- *Ephr. hõ.* mil. de transfiguratione domini) Iesus sepeliuit Moysen, & ipse vocauit & eduxit Heliam. Non erat enim qui sciret sepulchrum Moysis, nisi qui eum sepelierat. Deut. 34. *Mor-* *Deut. 34* *tuus est ibi, in terra scilicet Moab (vt habet textus) Moyses seruis domini, iubente domino. & sepeliuit eum in valle terra Moab & non cognouit homo sepulchrum eius usque in presentem diem.* Neque aliquis sciebat vbi esset Helias, nisi qui iussit & assumpsit eum. 4. Reg. 2. Et non erat qui potuisset eos reducere, & ad terras reuocare, nisi omnium dominus, qui habebat potestatem caelestium & infernorum. Illic viderant se principes inuicem, Principes veteris, principes noui testamenti. Vidit Moyses Simonem, vidit œconomus patris, procuratorem filij (addo hanc demonstrationem ex scriptura) Nam Moyses ab Apostolo vocatur fidelis. *In tota* *Heb. 3.* *domo domini, tanquam famulus. Heb. 3. œconomus & dispensator patris erat in lege. Petrus verò procurator est filij, dicentis ad eum, Pæce oues meas. Ioan. 21. Et quodcunque ligaueris super terram, Matth. 16. erit ligatum in caelis, & quodcunque solueris, erit solutum. Quibus liquet diuo Petro quadrare quod scribit de Ioseph patriarcha, in tota Ægypto & domo regia Pharaonis*

Psal. 104 Pharaonis dominatus est, psalmographus, *Psal. 104. Consi-
tuit eum domini domus sua, & principem omnis possessionis sua.*
Theophi. institut. Quemadmodum (vt annotauit Theophilus antecessor lib. 4.
tit. 7. §. si igitur in usu in fine in institutionibus iuris ciuilibus)
qui aliquem præponit, id clara & aperta voce dicere vide-
**D. Aug. tom. 4. quas. ex nouo te-
sta. q. 75.** tur, *Hunc ego præposui, qui uolet, cum eo contrahat.* Sic D. Pe-
trus à Christo præpositus fuit, & quod dicit August. to. 4.
quas. ex nouo testamento quas. 75. Christus dominus Pe-
trum constituit esse caput Apostolorum, vt pastor esset gre-
sta. q. 75. gis cõstituit. Hæc ille. Tu intellige caput sub Christo, scilicet
vicarium caput. D. Dionysius Arcopagita de diuinis
nominibus cap. 3. Græcè diuum Petrum appellat his nomi-
nibus, *ἡνὶ πρῶτος καὶ ἡνὶ μετὰ τὸν θεολόγων ἀρχηγός.* Latine
ad verbum (*κατὰ πρόσωπον*) sic reddi potest: principalis seu
vertex, & antiquissima theologorum summitas, Langus sic
Nicépho. l. 2. c. 22. in versione Nicephor. l. 2. c. 22. Petrus, theologorum coty-
phæus & princeps. Sanctus maximus scholiastes Græcus,
D. Dionysij ibi *τῶν θεολόγων περὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων λέγει,* id
Perionij est theologorum. De sanctis Apostolis dicit. Perionius sic
transiit. Petrus maximum antiquissimumque theologo-
rum columen. Quod D. Dionysij dictum, cõfirmat, Petrum
esse verticem, summitatem & caput Apostolorum. Vidit
etiam (inquit Ephraem prosequens propositum) virgo vete-
ris, virginem noui testamenti. Elias Ioannem, qui ascen-
dit curram ignis, eum qui recubuit super pectus flammæ,
adiicio ego probationem ex sacris scripturis, *Deus ignis cõ-
sumens est.* Deuter. 4. & Hebr. 12. & Deuter. cap. 33. *In dexte-
ra eius ignea lex.* Item in euangelio ipse clamat. *Ignem veni
mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? ut accendantur*
Luc. 12. Luca 12. Non absurde igitur Ioannes qui supra Christi pe-
ctus in cœna recubuit, dicitur à sancto Ephraim, super pe-
ctus flammæum recubuisse, (Deinde subiungit) *& uisit le-
sus in monte,* duo testamenta, quæ suscepit ecclesia. Et nobis
significauit esse ipsum statorem duorum. Hæc ibi.

Diuus Augustinus apud Iohannem Vlmimerium sermo-
ne 43. qui est de transfiguratione, in Moyse lex, in Helia
propheta, vt breuiter loquamur comparuerunt. Multis de
causis isti duo, potiusquam alij ex prophetis apparuerunt
in hac transfiguratione. Primò ad consolationem Aposto-
lorum, vt scilicet ex visione istorum in maiestate, animarentur
ad fortiter ferendas persecutiones, nec animù depon-
derent, ob crucem & tormenta, quæ illi perpeffuri essent à

tyrannis

tyrannis propter Christum & Euangelium. Si quidem isti
duo, multa dum hic uiueret sustinuerunt. Quas enim per-
secutiones non pertulerunt: Moles quidem à Pharaone, &
rebelli, intractabilique populo quem ducebat. Helias uerò
ab Achab & impia regina Iezabel? Et tamen non tantum
vitiu hic, uerum etiam in tanta claritatis gloria conspiciun-
tur, vt digni habeantur congregari familiari colloquio, cum
uolgentis filio Dei. Vterque etiam dum hic uiueret, clari-
tate refulsit, Moles quidem facies, tanto fulgore splendebat,
*ut non intenderent filij Israël in faciem eius: sed ponebat
ipsum uelamen super faciem suam.* 2. Corinth. 3. Helias autem 1. Cor. 3.
(vt iam dictum est) igneo curru raptus est in aëra subue-
ctus. Vterque etiam zelo Dei insignis describitur, aduersus
idololatrias & pseudopphetas atque tyrannos. Vt igitur hoc
exemplo Apostoli accendantur, & zelum, fortitudinemque
ac patientiam induant, isti apparuerunt illis.

Secundò (vt scribit Cyrillus Alexandrinus oratione de Cyril. 8.
transfiguratione, extat in Simeone Metaphraste, & Lipo- rat. de
manus atque Surlus locis supra allegatis referunt) quo- transfig.
niam eum assidue accusabant, quòd legem transgredere-
tur, & existimabant eum esse blasphemum, vt qui sibi
uendicaret eam, quæ ei non conueniebat, (iudicio eorum
erroneo) nempe gloriam patris: & dicebant. *Non est hic ho-
mo à Deo qui sabbatum non custodit.* Ioan. 9. Et rursus. *De Ioan. 9.
bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo
sum sis facis te ipsum Deum cap. 10.* Vt ostenderetur utraque Ioan. 10.
crimina profecta esse ex inuidentiâ: & cum neutri eorum
esse affinem, & neque id quod à se fit, esse legis transgres-
sionem, neque uendicatione gloriæ non sibi conuenientis,
quod dicat esse se æqualem patri, eos qui utroque eorum
clari fuerunt, producit in mediũ. Etenim Moyles dedit le-
gem, & poterant considerare Iudæi, quod legem non neglex-
isset conculcatã, vt ipsi existimabãt: neque eũ qui ipsam
transgrediebatur, & erat inimicus ei qui ipsam tulerat, ho-
norasset. Porro autem Helias, gloriæ Dei zelo erat inci-
tatus. Qui si Christus fuisset Dei hostis, & seipsum qui-
dem dixisset æqualem patri, non fuisset autem id quod di-
cebat, si denique non faceret vt oportebat non ei affuisset,
ipse, & obediisset. Potest uerò & alia quoque causã dici,
vt sciant scilicet eum uitæ & mortis habere potestatem, &
superis & inferis dominari: Propter eã in medium addu-
cit qui uiuebat, & eum qui erat mortuus. Hæc Cyrillus.
Euthymius

Euthim. Euthymius autem in Matt. 17. Vt vehementius (inquit) imitari Mat- tarentur Mosis quidam clementiã, Eliã verò zelum, quem
 16. 17. pro deo gerebat: Vtriusque autem administrationem laborumque tolerantiam, millies namque (quod in se erat) pro Dei beneplacitis moriebantur, & pro populo sibi concredito, suãsq; perdendo animas inuenerunt eas. Hęc Euthymius, vbi & alias causas profert quas iam artigimus.

Theophi. Theophilactus in Matth. 17. Isti duo visi sunt, vt appareat, in Mat- quòd non sit legi aduersario, non enim Moses astitisset suo
 16. 17. aduersarius, neque Helias, tantus zelotes ipsum tulisset.

Tertiò isti duo comparuerunt, vt promissio facta Moy- si adimpleretur, huic enim fuerat à domino repromissum, **Exod. 33. Posteriora mea videbis**, Exod. 33. Hoc est (si mysticum sequamur sensum, pium quidem & satis ad rem accommodatum) humanitatem. Nam sicut per faciem diuinitatis, ita per

Tertull. posteriora, rectè adumbratur humanitas. Tertullianus l. 4. **contra Marcionem.** Si commemoremus (inquit) promissionis Moy- si. Hic scilicet in transfiguratione inueniuntur expuncta (id est, vt ait scholiastes ibidem, adimpleta. Cum enim desiderasset conspectum domini Moy- ses dicens: Si ergo inueni gratiam coram te, manifesta te, mihi vt cognosceret videam te. Eum conspectum desiderabat, in quo hominẽ esset acturus quod propheta sciebat: Ceterum quantum ad faciem Dei pertinet, iam audierat, *nemo videbit me & viuuet*, Et in nouissimo. *Et tunc videbis posteriora mea*, non

lumbos, nec sura, sed quã desiderauerat gloriam in posterioribus temporibus reuelandam, in qua facie ad faciem visibilem se ei repromiserat, etiam ad Aaronem dicens de **Num. 12** Moyse, Numer. 12. *os ad os loquar ad eum*: In speciem vtique hominis, quam erat gestaturus nõ in ænigmatẽ. Hęc Tertul. palam significans impletam esse in transfiguratione

Exod. 33 Christi promissionem Moy- si factã. Exod. 33. *Posteriora mea videbis*. Congruum item fuit vt Elias assisteret Christo, & videret eum glorificatum in vera carne, vt verè quoque dicere posset cum Apostolis, *Quod vidimus, testamur*. Quia enim præcessurus est, & præcurus denunciaturusque secundum domini aduentũ, debetque circa finẽ mundi ad Christum conuertere Iudæos, & confundere Antichristum, publicèq; testari, & prædicare, verum Christum, idèõ nũc in maiestate Christo apparet, Item Moy- ses & Helias apparuerunt, vt daretur futuræ beatitudinis arrhabo quidam Apostolis, & sicut exploratores terrę promissionis, vt filios

Israël

Israël allicerent, ad obtinendam terram illam, ostenderunt eis de fructibus terrę, nempe borrum vel racemum & alios quos secum attulerat fructus: sic nunc vt excitetur animus ac desiderium Apostolorum ad cœlestem gloriam, dulcedinis eius stillam veluti quandam demonstrat: qua tantum gustata exclamauit D. Petrus. *Domine bonum est nos hic esse*. Dicit aliquis, Quare Moy- ses & Helias apparent, qui erant homines, & non potius angeli ibi comparuerunt visibilibus, quod videretur gloriosius & magnificentius? Non erit præter intentum aut intemptuum, vt dicamus, vt dicamus, homines potiusquam angelos ibi apparuisse. Quia tunc de gloria corporis agebatur: Angeli verò, corpora non habent, sed sunt materia expertes, & spiritus vocantur in scripturis, vt incorporeos eos credamus, vnde psalmista citante D. Paulo, Heb. 1. *ad angelos quidẽ dicit, Quiã facit angelos suos spiritus*. Idèõ non oportuit angelos apparere, sed veros homines in veris & naturalibus corporibus, non phantasticis, vel ex aere assumptis: Vt solent in corporibus non propriis, (quæ ex natura & essentia sua non habent) sed ex aere assumptis, conspici apparere, & videri Angeli. De Helia quidem hoc extra omnẽ cõtrouersiam est, quòd in proprio visus fuerit corpore, viuuit enim nec adhuc obiit. Quomodo autẽ Moy- ses aduenit, anima eius tantum ibi apparuerit, vel quomodo, an in corpore aliundè assumpto ex Dei voluntate ac permissiõẽ, an verò in proprio & naturali corpore comparuerit, multi multa loquuntur, & vt poëta dixit: Grammatici certant & adhuc sub iudice lis est. Sic & magni nominis theologi, hoc de negotio variè sentiunt, nec facile est definire quid tenendum sit in hac cõtrouersia. Opiniones singulorum subiiciam. Deinde sententiã quæ veritati proximè accedit (meo quidem qualicumque & tenui iudicio) aperiam: vt nouerit lector, quid hac in re tenere debeat. D. August. tom. 4. de cura pro mortuis agenda cap. 15. circa finem cap. mitti ad viuos, aliquos ex mortuis, sicut è contrario Paulus ex viuis, in paradysum raptus est, diuina scriptura testatur. Nam Samuel Propheta defunctus, viuo Sauli etiam regi futura prædixit, quãuis nonnulli non ipsum fuisse, qui potuisset magicis artibus euocari, sed alium quem spiritum, tam malis operibus congruentem illius existimèt similitudinem figurasse: Cum liber Ecclesiasticus Eccl. cap. 46. contineat, quòd Samuel etiã mortuus prophetauerit. 46. Sic habet textus. *Domine Samuel siue mortuus est, & notum*

Hor. de art.

D. Aug. to. 4. de cura pro mortuis agenda cap. 15.

Eccl. cap. 46.

S fecit

*fecit regi, Sauli scilicet, & ostēdit illi finem vitæ suæ, & exaltam
vocem eius de terra in prophetia, delere impietatem gētis.* Nam
Liranus (vt interpres huius loci Liranus ait) apparuit Sauli, quasi
in Eccle- surgens de terra, ad denunciandum ei mortem suam, & popu-
siast. luli, sicut patet 1. Reg. 28. Sed si (inquit Augustinus vbi su-
1. Reg. præ) huic libro ex Hebræorum, quia in eo non est, canone,
28. contradicitur, quid de Moyse dicturi sumus, qui certè & in
Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cum Helia qui
mortuus non est, legitur apparuisse viuentibus; Hactenus
D. Aug. Ex quo (licet obscurius dicto) colligi videtur ipsum
magis inclinare in illam partem, vt scilicet Moysem in ve-
ro corpore apparuisse putet. Clarius autem inter opera D.
Aug. to. 3. de mirabilibus sacre scripturæ, l. 3. c. 16. Tribuitur
D. Aug. illud opus, tamē negatur à quibusdam esse D. Aug.
Moysem (inquit) & Helias, specialiter ad talem visionem ad-
ducuntur, vt Moyse cornuta facie, in quam non poterat
filijs Israël intēdere, & Helias corru igneo raptus, cōpara-
to Christo obscurarentur. Sed dum Helias manens in cor-
pore vel ad talem conductionem venerat, Quid de Moyse
dicendū est: Vtrum in corpore iterum ad hanc ostensionem
aderat: an ex aëre simulatum, sicut Samuel visus est, habi-
tū, sorgebat: & si suo corpore venit inductus, si hac vice re-
surrectionem suam quæ ceteris nō nisi in nouissimo est fu-
tura, compleuit. De qua questione authores vna eadēque
sententia prolata non differenter dicunt, quod dominus cū
tribus discipulis suis & Helia nō cum imaginatis sed veris
corporibus cōuenisse non dubitatur, & ipse Moyse in suo
vero corpore de sepulchro resumpto videtur. Sed dominus
Iesus primogenit⁹ mortuorū rectē creditur, Moyse iterum
post hanc visionē corpus sepulturæ cōmendatum, vt ipsum
in nouissimo die quādo resurgent mortui, assumere speret.
Hæc ibi. Ex quibus videtur rationi magis consentaneū
& valde probabile vt nō dicam certum in proprio corpore
Mosem ad tempus cōparuisse, deinde corpus deposuisse, in
nouissimo die iterum assumendū, quando omnes resurgēt.

D. Aug. Iterum idē tom. 9. tract. 124. idest omnium nouissimo,
to. 9. tra- scribit contra eos qui Ioannem Euangelistam asserunt vi-
cat. 124. uere, atque in illo sepulchro eius, quod est apud Ephesum
dormire eum potiusquam mortuum iacere contendunt.
Non enim, inquit, possunt deesse qui credant, si non de-
sunt, qui etiam Moysem asserant viuere, quia scriptum est
eius sepulchrum non inueniri, & apparuit cum domino in
monte

monte vbi & Helias fuit, quem mortuum legimus non ef-
fice, sed raptum: Quasi Moyse corpus non potuerit alicubi
sic abscondi, vt prius homines lateret, vbi esset, atque in-
de ad horam diuinitus excitari, quando cum Christo He-
lias & ipse sunt visi: sicut ad horam multa sanctorum corpora
resurrexerunt, quando passus est Christus, & post eius resur-
rectionem apparuerunt multi in sancta (sicut scriptū est) ciui-
tate. Hæc ille. vbi subobscurè indicare videtur corp⁹ Moy-
si ad horam excitatum esse, præsertim ex comparatione al-
lata eorum qui apparuerunt multis, Matth. 27. Si, pro quia,
vera testimonia sunt, vtique & veri testes sunt, non autem
in phantasmare excitati, sed verè. Quod si quis dicat diui-
no factum priuilegio, fatemur quoque eodem defunctos
in mundum reuocari posse. Nec quoque Christus dictum
refert diuini non posse Lazarum ad fratres reuerti, sed ha-
bere eos Mosem & prophetas, Luca 16. Hæc postrema ex-
cerpti à doctissimo theologo Beauxamis, quem τὸν καλλί-
φρων, ἢ τὸν φιλόφρον, id est elegantem & studiosam hone-
sti, non inculta aut ineleganti compositione appellauerim,
in Euangel. dominicæ 2. quadragesimæ. D. Hieronymus in
Matt. 17. aliquanto apertius scribit in hunc modum. Hic vt
Apostolorum augeat fidem, dat signum de cælo: Elia inde
descendente quò conscenderat, & Moyse ab inferis resur-
gentes, quod & Achaz per Esaiam præcipitur: vt petat sibi
signum de excelsis, aut de inferno. Hæc D. ille, trilinguis,
Hieronymus, cuius secundum erhymon vocabuli, sacrum
& celebre nomen est atque venerandum. Similiter Proco-
pius Gazæus sophista, in Genes. cap. 18. circa principia Non
enim (inquit) scriptura sacra mentitur dicens: Helias visus
est & Moses: corporibus amicti apparuerunt, quamuis ani-
ma vbi decesserit corpore, sola & corpore nudata degat.
Hæc ille. Videtur itaque sentire in corpore (mea quidē sen-
tentia) proprio Moysem adfuisse. Helias siquidem in pro-
prio corpore suo præsens fuit, ex æquo autē de vtroque lo-
quitur. Imò scriptura Euangelica expresse & nominatim co-
pular atque cōiungit Moysem & Heliam. Et D. Hilarius in
Matt. canone 17. Moyse (inquit) & Helias, assistunt: medi⁹
inter legem & prophetas Christus in regno est: simul vt &
humanis corporibus decreta esse resurrectionis gloria do-
ceretur: cum Moyse conspicabilis adstitisset. Hæc ille. At-
qui futura est vera & realis resurrectio, in propriis corpori-
bus nō phantasticis. *In carne mea* (inquit sanctus Iob) *videbo* Iob c. 19.
deum

Mat. 27.

Luca 16.
Beauxamis. D.
Hierc. in
17. Matt.Proco. in
18. Gene.D. Hilar.
in Matt.
cap. 17.

deum saluatorem meum, quem visurus sum ipse, & nō alius, &
D. Ath. oculi mei conspēcturi sunt. Et D. Athanasius in symbolo, ad
 in symb. cuius aduentum omnes homines resurgere habēt cum corporibus
 suis, & reddaturi de factis propriis rationē. Igitur Moyſes quo-
 que tunc ad horam, in proprio adstitit corpore. Si conside-
 remus quid sit resuscitari & resurgere, reperiemus quid sit
D. Tho. cū corporibus propriis apparere. D. Thomas 3. parte quest.
 3 p. q. 45. 45. art. 3. secundum argumentum hoc proponit. Testes veritatis
 art. 3. non decet aliqua fictio, sed veritas. Moyſes autem &
 Helias nō ibi verē affuerunt, sed imaginariē, vt dicit qua-
 dam glossa in Luca 9. cap. Sciendum est (inquit) non corpo-
 ra vel animas Moyſi, vel Helia, ibi apparuisse, sed in subie-
 cta creatura illa corpora fuisse formata. Potest etiam credi
 angelico ministerio hoc factum esse, vt angeli eorum per-
 sonas assumerent: non ergo videtur quōd fuerint conue-
 nientes testes. Respōdet idem sanctus doctor: quōd glossa
 illa dicitur esse sumpta ex libro qui inscribitur de mirabi-
 libus sacrae scripturae, qui non est liber autenticus, sed falsō
 adscribitur Augustino, & ideo illi glossae standum non est.
 Dicit enim expressē Hieronymus (citauim⁹ supra eius sen-
 tentiam) Moysem ab inferis resurrexisse & adstitisse Chri-
 sto in monte. Quod non est sic intelligendum, quasi anima
 Moyſi suum corpus resumpserit, sed quod anima ei⁹ appa-
 ruit per aliquod corpus assumptum, sicut Angeli apparent.
 Helias autem apparuit in proprio corpore, non quidem de
 cœlo Emyreo allato, sed de aliquo eminenti loco ad quem
 fuerat in curru igneo raptus. Hæc D. Thomas. Patet mani-
 festē eum sentire. Mosē non in proprio sed in assumpto
 corpore apparuisse. Ego verō de hoc problemate theolo-
 go, tam difficili, quod ad scholas potius pētinet, quā vt à
 me decidatur & resoluator. Dicam tamen, iudicio matris
 ecclesie, & doctorum Catholicorum ac orthodoxorum me
 submittendo, censuræ arbitrio & calculo. Considerata exa-
 ctius mente sancti Augustini, qui propēdet in eam senten-
 tiam affirmatiuam, quod in suo corpore, ad horam resump-
 to Mosēs comparuit in mōte: item pōderata D. Hierony-
 mi autoritate, qui dicit eum resurrexisse ab inferis, adde
 etiam D. Hilarij & Procopij Gazæi sententias suprā à no-
 bis productas, his inquam, pensulatus, libratīs & exami-
 natis, pronuncio me cum illis affirmatiuē tenere & senti-
 re, in vero & proprio corpore, Dei dispensatione ac spēcial
 miraculo, Mosē apparuisse, in transfiguratione, Et salua
 reuerentia

reuerentia sancti doctoris, nunc quidem ab eius opinione
 declino: Per me inrerim liceat aliis cum illo (si voluerint)
 sentire. Quod ad me attinet; dico cum Diuo Bernardo e-
 pistola. 77. ad magistrum Hugonem de sancto Victore. Ab
 his duabus columnis (Augustinū loquor & Hieronymum)
 crede mihi difficile auellor. Cum his inquam, me aut er-
 rare aut sapere fateor: Hæc Diuus Bernardus. Sic ego pro-
 positæ difficultati finem impono: quod cum bona venia
 Catholici, & pij lectoris, dictum velim. Hanc autem con-
 certationem & disputationem theologam, eo animo hīc
 inserui, non vt pro concione rudi populo proponatur, sed
 vt eruditiores in hac mecum exercentur, & quid sit veri-
 similis apud se conferant & diiudicent.

Cum eo loquentes: dicebant autem excessum eius quem com-
 pleturus erat in Hierusalem, Luca 9. Exemplar Græcum ha-
 bet, *ἐξέβη τον ἕξον αὐτοῦ*, dicebant exitum eius, exitus pro
 morte capitur, vt in quodam officio Ecclesiastico canitur:
 Carnis templo soluto, spiritus cœlos scandit, & pater aditus.
Benedictus sit talis exitus, multo magis talis introitus. Eu-
 thymius in Matth. 17. dicebant excessum eius, hoc est loque-
 bantur de exitu, siue de cruce eius, quomodo crucifigen-
 dus erat: Hæc ibi. Cum aliorum hominum obitus, com-
 muniter decessus appelletur, Christi tamen ex hoc mun-
 do per crucem transitus ad patrem, Excessus non sine em-
 phasi appellatur. Ibi enim fuit excessus humilitatis, Philip. 2.
 penl. 2. usque ad mortem, mortem autem crucis, deinde dolo-
 ris excessus, Threnor. primo. O vos omnes qui transitis per
 Thren. 1. *uisum, attendite si est dolor, sicut dolor meus.* Præterea excessus
 amoris erga nos, Ephes. 2. *Propter nimiam charitatem suam*
qua dilexit nos, &c. cap. 3. super eminentem scientia charitatem
Christi, hoc est, excedentem omnem scientiam humanam,
superantem humani ingenij captum. Si quidem, (Christo
iplo teste) maiorem charitatem nemo habet, quā vt animam
suam ponat quis pro amicis suis: Verum Christus etiam, pro
amicis dignatus est mori, ex magna, & (vt ita dicam) ex-
cessiua charitate, Romanorum capit. 5. pro impiis mortuus est. Rom. 5.
 Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quo-
 niam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis
 mortuus est: Hierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te, Apoc. 1.*
 1. Ioann. 4. *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed ipse prior*
dilexit nos. Et nos dilexit, inquit, Apocalypseo 1. & la-
 tinus epist. 12.
 tit nos à peccatis nostris. Hinc Ignatius sanctissimus mar-

tyr, epistola ad Romanos, sic quidem Græcè scripsit. *O iustis*
D. Dion. epus iherosolymitanus, quod etiã antiquissimus Dionysius Arce-
de diuinitis nomi- pagita lib. de diuinis nominibus c. 4. ante medium sic re-
nib. c. 4. tuit Græcè, *ἡ ἀγάπη αὐτῆς ἡμετέρας ἰσχυρῆς ἐστὶν ἐπὶ πάντων*.
 Hoc est, Scribit etiã Diuinus Ignatius, amor meus cruci-
 fixus est. Habetur hæc Diui Ignatij ad Romanos epistola,
 in ordine suarum epistolarum 12.

Domine bonum est nobis hic esse. Si vis faciamus tria taber-
nacula: Tibi unum, Moysi unum, &c. Euthymius Matr. 17. Qui
 Petrus vehementer præceptorem amaret, nec veller eum
 Mat. 17. ire in Hierusalem ne pateretur: palam quidem non audeat
 eum prohibere, ne rursus increparetur: Viso autem quòd
 mons magnam haberet securitatè, vt pote insidiatoribus
 incognitus: Simul autem Moysèm & Heliam idoneos qui
 viciscerentur: nam ille plurimas gentes deuicerat, hic ve-
 rò ignem super quinquagenarios de cælo detraxerat, 4.
 Reg. 1. Contulit illi dicens, *Bonum est nos hic esse*. Prudenter
 interim addit, *Si vis*, hæc Euthymius. Caro delectabilia ap-
 petit, & tristitia fugit, ideò ingenium carnis nostræ seu na-
 turæ & propensio exprimitur in Petro. *Domine* (inquit) *bo-*
num est, &c. In monte vult manere, nolès Christam pati ea
 quæ de illo Moyses & Helias loquebantur. Hæc vox, *Bonum*
est nos hic esse, erupit partim ex timore mortis Christi, par-
 tim etiam ex nimia oblectatione tam iucundæ visionis. O
 Petre nõnne adhuc mortale corpus gestas? nõnne oportet
 corruptibile hoc induere incorruptionem? & mortale hoc induere
 immortalitatem? An non ceteri apostoli, boni magistri, &
 amantissimi præceptoris expectant regressum, cuiusq; fla-
 grant desiderio: nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam,
 & vos hic sedebitis? vt filiis Ruben & Gad rogantibus ne

Num. 32 transirent Iordanem, responsum fuisse à Moise legimus,
Ephraim Numero 32. Diuus Ephraëm Syrus oratione iam citata de
 de trans- transfiguratione domini scribit sic, quasi D. Petrum allo-
 figurat. quatur Christus. O Simon quid dicis? Si hic manserimus,
 quis implebit verba prophetarum? quis obsequabit verba
 præcorum? Quis peraget mysteria iustorum? Si hic manse-
 rimus, illud, *Dederunt manus meas & pedes meos*, in quo im-
 plebitur: *Dauerunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam*
vestierunt sortem, cui adaptabitur? *Dederunt in escam meam sel-*
icet in feni mea potauerunt me aceto, cui acciderit? In montu li-
 ber? Quis confirmabit? Si hic manserimus, Adq; chirogra-
 phum, quis scindet? & clauis debiti qui exoluet: & indumen-
 tum

tum gloriæ eius quis restituet? Si hic manserimus, quæ dixi
 tibi quomodo fient? Ecclesia quomodo ædificabitur? Clau-
 es regni cælorum quomodo à me accipies? Quem liga-
 bis: Quem solues? Si hic manserimus, cessabunt omnia quæ
 dicta sunt per prophetas. Hæc sanctus ille. Adde etiã quod
 Hæffelinus in Mat. 17. Hæffelinus
 in Mat. 17.
 Hæc gloria intantum est delectatus, vt omnium temporalium
 obliuisceretur, atque ibi perpetuam sedem figere velleret.
 Veruntamen dicendo (*Si vis*) obedientiam & humilitatem
 ostendit, illius correptionis dominicæ (*Vade post me satha-
 na*) nequaquam immemor. Esse fluuium quendam, cuius
 epota aqua abstemios reddat, memoriæ produrum est. O
 uidius Meramorphos. lib. 15.

Chitroio quicumque sitim de fonte leuarit:
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.
 Sic deliciarum spiritualium tanta est suauitas, vt earum gu-
 stus omnes alias mundi delicias fastidire faciat. Gustata
 dulcedine cælesti vilescunt omnia. Paulus raptus ad tertium
 cæli omnia arbitratur vt stercorea. *Gustate & videte, quomodo*
suauis est dominus, ait psalmographus, Psal. 33. Valeant hono-
 res mundi fugaces, diuitiæ fallaces, fœtidæ voluptates. *Di-*
lectus meus mihi, ait sponsa in caanticis, Cant. 2. *Mibi adhaere-*
re Deo bonum est, Psal. 72. Quis mihi dabit pennas sicut colu-
 bæ, volabo & requiescã? Psal. 54. *Satiabor cum apparuerit glo-*
ria tua, Psal. 16. *Beati qui habitant in domo tua domine, Psal. 83.*
Quæ sursum sunt quarite, ait apostolus, nõ qua super terrã. Quæ
sursum sunt sapite, Coloss. 3. & Philip. 3. nostra cõuersatio in cæ-
lis est. Spes premij nos alliciat, Gene. 49. de Issachar dicitur:
Vult requiem quod esset bona, & terrã quod optima, & suppo-
suit humerũ suũ ad portandũ. Ibi fixa sunt nostra corda, ubi vera
sunt gaudia. Iã Petrus vice Christianoũ dicit, Bonum est nos
hic esse. O verè quã bonũ esse in cælo! inquit de Palacio, in
Mat. 17. Ego ostendã tibi omne bonũ, Exod. 33. Dicitũ fuit Moys-
es domino. Quã bonũ ergo est, vbi ostenditur omne bo-
num, vbi (vt in Psal. 35. dicitur.) Inebriabitur ab æbertate do-
mus tua, & torrente voluptatis tuæ potabis eos domine. Ebi in
Psal. 35.
lumine Dei videbitur lumẽ (eodẽ) vbi Deus est, & cerces magna
nimis, sicut Abrahæ dicitũ fuit Gen. 15. Vbi est magna multitu-
do dulcedinis abscondita, his qui timeant Deum, Psal. 30. Vbi est Psal. 30.
theaurus infinitus seruatus hominibus, Sap. 7. Vbi omnia bona Sa. 7.
veniunt cum illo unico & incommutabili bono. Ibidem: Quãtũ
bonum est nos hic esse, hic inquam, & ubi absterget Deus omne la-
 S 4 chry

chrymam, vbi mors ultra non erit, vbi nec luctus nec clamor
 Apo. 21. *placets, Apoc. 21. vbi est cornu copię inexhaustum, Propria*
ria illic plena & eructantia, vbi est pacis securitas, Sedebit po-
 Isa. 32. *pulus meus in pulchritudine pacis, Isa. 32. Vbi perpetua liber-*
 Gala. 4. *tas: Quę sursum est Hierusalem libera est, Galat. 4. Vbi pul-*
cherrimę mansiones, Quam pulchra tabernacula tua iacob,
 Nu. 24. *Numer. 24. Vbi perpetuus concertus, dulcis harmonia, &*
 Psal. 117. *canticum perpetuum, Psal. 117. Vox exultationis & salutis in*
tabernaculis iustorum, vbi nulla periculi suspitio vel formi-
 Psal. 90. *do, Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit*
tabernaculo tuo, Psal. 90. Vbi nulla immuditia, nullę sordes,
 Apo. 21. *Non intrabit quicquam immundum, Apoc. 21. Vbi perpetuo*
 & 22. *sancti regnabunt cum Deo, Apo. 22. Regnabunt in secula se-*
culorum, Vbi denique accumulatur omnia bona: nam vt
 Boethius D. Seuerinus Boethius, de consolatione philosophię lib. 3,
 lib. 3. de *prosa secunda scribit. Liquec esse beatitudinem statũ bo-*
 cõsol. phi. *norum omnium aggregatione perfectum. Vbi (vt omnia*
 prof. 2. *complectamur) est beata iucundaque aternitas, (quę vt*
 & lib. 5. *idem Boethius lib. 5. de consolatione philosophię. prosa 6,*
 prof. 6. *(inquit) est interminabilis vitę, tota simul, & perfectę pos-*
sessio, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula secul-
 Psal. 83. *rum laudabunt te, Psal. 83. Melior est dies vna in atrijs tuis su-*
per millia. Ibidem in summa, nec oculus vidit, nec auris audi-
uit, quę preparauit Deus sanctis suis, Vt concludit diuus a-
postolus 1. Cor. 2. Notanter dicitur esse. Nos hic esse, non
fuisse, nec fore, sed esse. Quod ad aternitatem pertinet, de
qua nũc diximus. Beatis, aternitatis esse tribuitur. Nõ fuit
se, vt dicere, illis conueniat illud poetę, Fuimus Troes, nã
 Boethius *(vt Boethius li. 2. prosa 4. de consolatione scribit) infeli-*
 li. 2. prof. *cissimum genus est infortunij fuisse felicem, nõ fore, quia*
 4. *spes quę differtur affligit animã, Prouer. 13. Et (vt vulgato fer-*
tur adagio) in mora est tediũ & cruciatus. Relinquitur ergo
manifestum, quod (bonum est, imò optimum, nos hic esse.
cum ad illius beatitudinis & felicitàtis possessionem ina-
missibilem, gratia Dei singulari nos peruenisse contigerit.
 Ioan. 14. *Faciamus tria tabernacula. Cum in domo patris manione*
multa sint, optat Petrus cuius pro dignitate sua. Maximę
autem curat & cupit admitti in regnum, siue Iu-
daeos, siue gentiles, secundum ordinatissimam temporum
distributionem. Ided dicit. Tibi cum Christianis vnum,
Moyse cum Iudæis in veteri lege vnum, Elie cum gentibus
per eum circa mundi finem & consummationem conuer-
tendis,

tendis, vnum. Sic oprandum, vt omnes salui fiant, nullusq;
percat. Hęc maxima ex parte de Palacio in Matth. 19. Vcl
(vt apud Euthymium legitur.) Tria tabernacula intelligi
 Euthy. *possent, tres ad salutem dispositiones: videlicet operatio-*
nis, contemplationis, & theologia. Operationis itaque ty-
pus fuit Helias fortis ac temperatus. Contemplationis
Moses, legislator ac iuris dator. Theologia verò Christus,
vt pote omnimode perfectus. Hęc autē tabernacula sunt
comparatione futurarum quietum incomparabiliter me-
liorum. Hęc ibi.

Moyse vnum & Helie vnum. Theophylactus in Mat. 17. Theophi-
 Vnde agnouit Petrus quod Moses & Helias fuerint, cum *lactus in*
 de facie non nouisset eos: iam dudum enim, à mille annis, *Mat. 17.*
 & supra, mortem obierat Moyse, & à multis annorum cẽ-
 tenariis, raptus fuerat Elias, vnde ergo potuit istorum ha-
 bere notitiã: Videtur (inquit Theophylactus) quod ex ser-
 monibus quos tunc inter se conferebant, agnouerit eos,
 fortasse enim alter quidem dicebat, nẽpe Moses, Tu es cuius
 ego passionem p̄figurauim occiso agno paschali: alter
 autē, nẽpe Helias, Tu es cuius resurrectionē, ego p̄figura-
 uim in viduę filio. Et talia quẽdã. Hęc Theophylactus. Mi-
 hi verò perplacet Diui Ambrosij immortalis gloria (secun-
 dũ nomen suum) cumulatē ornati, celeberrimiq; ecclesię *D. Amb-*
 doctoris sententia. Is in Lucã lib. 7. c. 2. agens de transfigu- *bro. li. 7.*
 ratione, ad verba ista, *Nubes lucida obũbravit eos,* diuini Ipi-
 ritus, inquit, est obũbratio ista, quę non caligat affectibus
 hominũ, sed reuelat occulta, hęc ille. Vnde colligunt sacri
 theologi, in radijs fulgentibus faciei & vultus Christi, glo-
 rificati, ex redundantia glorię animę in corpus, in miro, stu-
 pendõq; miraculo, hora trãfigurationis, Petrũ collustratũ
 tanto fulgore, verē agnouisse, Moysem & Helia loquẽtes
 cum Iesu. Ex quo sumitur argumentũ, Quod sancti in spe-
 culo illo limpidissimo & fulgentissimo diuinę essentię, in
 gloria, videbunt & agnoscent se inuicē: eos etiã quos dum
 hic viuerent nunquã viderũt, neq; ex lineamētis faciei ag-
 nouerunt, tamē in beatitudinis statu ex domini maiesta-
 te eos illuminare, ad plenũ & nominatim eos cognoscent.
 Hesselius Louanienis in Mat. 17. Petrus, inquit, cognouit
 quod hi duo viri essent Moyse & Helias, vel ex illa clari-
 tate, vel quia ei Christus dixit, vel ex reuelatione patris
 celestis. Verisimile etiã est ipsos duos viros cum aposto-
 lis esse loquutos. Hęc ille. D. Gregorius magnus, dialogo-
 rum

Greg. li. rum lib. 4. cap. 33. ad quaestionem, Si vel boni bonos in re-
 4. dicitur. gno, vel mali malos in supplicio agnoscunt? Respondet, ex
 33. nitoria Luc. 16. de diuite & Lazaro, Diues, inquit, iam sp̄
 155. 16. salutis de seipso non habens, ad promerendam suorum sa-
 lutē conuertitur. *Rogo te vt mittas Lazarum in domum patris
 mei.* Quibus verbis apertē declaratur, quia & boni bonos,
 & mali malos cognoscunt. Si enim Abrahamā Lazarū mini-
 mē recognouisset, nequaquā ad diuitē in tormentis posi-
 tum, de transacta eius contritione loqueretur, dicēs, quōd
 mala receperit in vita sua: & si mali malos non recogno-
 scerent, nequaquā diues in tormētis positus, fratrum suo-
 rum etiam absentium meminisset. Quomodo enim praes-
 entes non posset agnoscere, qui etiam pro absentium me-
 moria curauit exorare? Quinimo & illud ostenditur, quod
 & boni malos, & mali cognoscunt bonos: nam diues ab A-
 brahā cognoscitur, cui dictum est: *Recepisti bona in vita tua.*
 Et electus Lazarus à reprobo est diuite cognitus, quē mi-
 ti precatur ex nomine dicens, *Mitte Lazarū, vt intrat ex-
 tremū digiti in aquā, &c.* Et vt boni amplius gaudeant, qui
 secum eos lartari conspiciunt quos amauerūt, & mali dum
 cū eis torquentur, quos in hoc mundo, despecto Deo, dile-
 xerunt, eos non solū sua, sed etiam eorū poena consumat.
 Fit autē in electis quiddā mirabilius, quia non solū eos ag-
 noscunt, quos in hoc mūdo nouerant, sed velut viros vi-
 tos ac cognitos recognoscunt bonos, quos nunquā vide-
 rant. Nā cū antiquos patres in illa aeterna hereditate vide-
 rint, eis incogniti per visionem non erunt, quos in opere
 semper nouerūt. Quia enim illic omnes cōmuni claritate
 Deū conspiciunt, quid est quod ibi nesciāt, vbi scientē om-
 nia sciunt? Et c. 34. producit exemplum cuiusdam religiosi
 viri, vitae valde laudabilis, qui in hora exitus sui, Ionā pro-
 phetam, Ezechielem quoque & Danielelem cepit aspiciere,
 eōique dominos suos ex nomine clamare. Quos dum ad
 se venisse diceret, & depreffis luminibus eis reuertētia ob-
 sequium praeberet, ex carne ductus est. Hoc autē fide
 dignum exemplum, quod diuus Gregorius à religiosis
 qui praesentes fuerunt & restati sunt, didicit: vt hic com-
 memorat) proximē accedit ad diuum Petrum, qui nunc
 Moysen & Heliā agnouisse dicitur etiam existens in car-
 ne. Qua in re apertē datur intelligi, quē erit illa incorru-
 ptibili vita notitia, si vir iste adhuc in carne corruptibili
 positus prophetas sanctos, quos nimirum nunquā viderat,
 agno

D. Greg.
 c. 34. li. 4.
 dialog. et
 sap. 11.

agnouit. Idem lib. 4. dialogorum cap. 11. de egressu animae
 Vitini presbyteri, ille circa mortis articulum cum magna
 cepit iactantia clamare dicens, Bene veniant Domini mei,
 bene veniāt Domini mei, quid ad tantillum seruulum ve-
 strum estis dignari conuenire? Venio, venio. Gratias ago,
 gratias ago. Cūq; hoc iterata crebrō voce repeteret, qui-
 bus hoc diceret, noti sui qui illum circumfeterūt, require-
 bant. Quibus ille admirando respondit, dicens: Nunquid
 hic conuenisse sanctos apostolos non videtis? Beatos Petrū
 & Paulum primos apostolorum non aspiciatis? ad quos ite-
 rum conuersus dicebat: Ecce venio, ecce venio. Atque in-
 ter haec verba Deo animam reddidit. Et quia veraciter san-
 ctos apostolos viderit, eos etiā sequēdo testatus est. Quod
 plerumque cōtingit iustis, vt in morte sua sanctorum pra-
 cellentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suae poena-
 lem sententiam pertimescant: sed dum eorum mēti super-
 norum ciuium societas ostenditur, à carnis suae copula sine
 doloris & formidinis fatigatione soluātur. Hactenus san-
 ctus ecclesiae doctor D. Gregorius. Sed visiones narratae, in
 morti vicinis, fuerunt in spiritu, potiusquam fortassis ocu-
 lis carnis. Haec autē diui Petri visio, qua Moysen & He-
 liam aspiciebat, eōsque discernebat, dum diceret: *Tibi vniū,
 Moysi vnum, & Heliā vnum:* cū illi in corporibus praesen-
 tes adessent, & Petrus similiter, ex tanta claritate superue-
 niente eos nominatim exprimeret, erat (inquam) illa visio
 nedum in spiritu, sed etiam verē & realiter oculis corpo-
 ris: *Faciamus tria tabernacula.* O quam suavis quāme iu-
 cunda erit visio diuinitatis, quando ita delectabat cor Pe-
 tri aspectus resplendētis humanitatis? Petebat fieri tria ta-
 bernacula: vnum pro Christo, in quo ipse cohabitaret: Al-
 terum pro Moysē, in quo Iacobus permaneret: tertium pro
 Heliā, in quo moraretur Ioannes. O Petre, oblitus videris
 proximorū tuorū, & omnium qui scripti sunt in libro vitae.
 Non pro tam paucis Deus factus est homo. non tā exiguis
 erit numerus electorum. Sed indulgendū est tibi, quia pra-
 nimia dulcedine postulas quod fieri non debet. Ex Roberto
 De licio nostri ordinis, clarissimo quondam praedicator. *De licio
 ser. 12. de laudibus
 sanct. c. 2*
 Marc. 9.
 Heb. 13.

Heb. 13. Non habemus hic ciuitatem permanētem, sed futuram inquirimus. Errauit rursus, dum quinque vel sex ad hanc gloriam peringere voluit, non perpendens innumeros debere illius esse participes. Item non rectē, domini famulos Moysem & Heliā ipsi Christo connumerabat: non enim dixerat praeter tibi praeter ceteris extruamus tabernaculum. Verē quid diceret ignorabat, quia beatitudo, in qua perpetuō manendum est, nullis paratur, nisi iis qui multis calamitatibus & periculis attriti sunt. Et nisi Christus pro omniū salute mortuus sit. Errauit Petrus, quia imaginem gloriae veram gloriam aestimabat. Errauit etiam, quia oblitus est se & socios suos esse mortales, & absque gustu mortis voluit subire aeternam foelicitatem. Errauit porro, quia particeps voluit esse gloriae, sed non passionis. Errauit, quia voluit separare quae sunt abinuicem indiuisa, Moysen & Heliā seorsim, & à Christo separatis mansionibus, collocans: cum tamen lex & prophetae ab euangelio nullo modo discordent, sed planē consentiant, atque indissolubili nexu ac vinculo inter se colligentur. D. Hieronymus in *Matt. 17.* Erras Petre, noli tria tabernacula quærere, cum vnum sit tabernaculum euangelij, in quo lex & prophetae recapitulanda sunt. Si autem quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum domino conferas. Hæc D. Hier. Vnde apostolus, *Habentes eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum.* Et nos credimus propter quod loquimur, *2. Cor. 4.* Ex quibus ciici potest, illud Theologorum axioma, eadem est fides antiquorum & nostra. Sic enim in scholis graecis ab Ocumenio exactē collectis, exponit Photius, *Illud habentes eundem spiritum fidei, &c.* *Ephes. 2.* Quum inquit eundem spiritum cum Dauid habeamus, eadem etiā ipso loquimur, puta credidi, idcirco locutus sum. Hæc ibi. *Et nos sumus super edificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum, ut ait idem apostolus.* Vna ecclesia Christum & prophetas suscipit. Errauit itaque Petrus, dicens, *Tria tabernacula, cum Christus uenerit ut esset vnum* *Ioan. 10.* *ouile, & vnus pastor.* *Io. 10.* *& ut omnes dispersos congregaret* *Ioan. 11.* *in vnum cap. 11.* Hoc vnum est necessarium, *Luc. 10.* Sed de Petri errore ac ignorantia venia digna & excusabili satis fit dictum. *Ecce nubes lucida obumbravit eos.* In quam Moyses & Heliā intrauerunt, quæ vmbraculo suo apostolos operuit. *Luc. 9.* *facta est nubes & obumbravit eos, & timuerunt intrantibus illis in nubem.* Non enim apostoli in nubem intrauerunt,

uerunt, sicuti isti duo (teste Luca) idē (eos) ad apostolos refertur, non ad Moysen & Heliā, vt doctē distinxit Hef. *Hesilius* *felius* in *Matth. 17.0.* D. Hiero. vbi supra. *Nubes autem luci in Matt. da obumbrat eos, vt qui carnale è frondibus aut tētoris que- 17.* rebant tabernaculum, nubis lucidæ operirentur vmbraculo. D. Hier. 10. Hæc ille. Considera (ait Euthymius in *Matth. 17.*) quo pacto dum minatur, obscuram ponit circa se nubem, vt per Sina, quando dedit legem. Nūc autem filium ostendit re volens, lucidam illā habet. Hæc ibi. *Nubes diuina maie-* *Ibidem* *statis est symbolum 3. Reg. 8.* *Dominus dixit, ut habitaret in 3. Reg. 8.* *nubeula. Sed in lege erat obscura, Exod. 19. veniam ad te in ca-* *Exod. 19* *ligine nubis.* In euangelio autem, apparet lucida. Cuius mysterij hæc est explanatio, *Omnia in figura contingebant illis, vmbram habens lex futurorum bonorum, (vt scribit aposto-* *lus) in euangelio autem omnia perspicuè, & in ipsa rerum* *veritate exhibentur, Ioan. 1.* *Lex per Moysen data est, gratia Ioan. 1.* *& veritas per Iesum facta est.* Hinc & ipse Moyses habebat velamen super faciem: Hic autem, in transfiguratione, *re-* *splenduit facies Christi sicut sol, & pubes lucida suo fulgore* *apostolos & obumbravit & collustravit.*

Vox de nube, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene com- *placui.* D. Leo papa homilia de transfiguratione domini. *Larum illud & multiplex testimoniū fuit, & plus in verborum* *virtute, quam in sono vocis auditum est. Dicente enim pa-* *tre, Hic est filius meus dilectus, nonne euidenter auditum est:* *Hic est filius meus dilectus, quem à me non separat deitas, nō* *diuidit potestas, non discernit aeternitas. Hic est filius meus,* *non adoptiuus, sed proprius, nō aliunde creatus, sed ex me* *genitus, nec de alia natura mihi factus cōparabilis, sed de* *mea essentia mihi natus aequalis. Hic est filius meus, per quē* *omnia facta sunt, qui omnia quae facio similiter facit, & quid-* *quid operor, inseparabiliter mecum atque indifferēter ope-* *ratur. Hic est filius meus, qui eam quam mecum habet equa-* *litate, non rapina appetiit, nec vsurpatione praesumpsit,* *sed manens in forma gloriae meae, ad reparandū genus hu-* *manū vsque ad formam seruilē, inclinauit incōmutabilem* *deitate. Hunc ergo incuntanter audite, quia ipse est veritas,* *& vita, ipse virtus mea, atque sapientia. Ipsum audite, quem* *legis mysteria praenunciauerunt, quem prophetarū ora ce-* *cinerūt. Ipsum audite, qui viam aperit ad cœlū, & per crucis* *supplicij gradus vobis ascensionis parat ad regnum. Hæc* *dilectissimi, non ad illorum tantum utilitatem dicta sunt,* *qui ea*

D. Leo
homilia
de transi.

Ioan. 3.

Philip. 2.

qui ea

qui ea propriis auribus audierunt, sed in illis tribus apostolis uniuersa id dicit ecclesia, quicquid eorum & aspectus vidit, & auditus accepit. Siue ad facienda mandata, siue ad toleranda aduersa, pramissa vox primis semper debet auribus nostris insonare, dicentis, *Hic est filius meus dilectus*. Hæc subtilissimè Leo verè magnus, imò (vt græcè dicam) τριμυνης ter maximus, & ratione eruditionis singularis, politiorisque litteraturæ, eximia item sanctitatis, & denique ratione amplissima potestatis, summiq; potestatus: vt enim istud obiter annotet, ex doctissimo multaque lectionis scriptore Augustino Eugubino, apostolica sedis bibliothecario lib. 1. de perenni philosophia cap. 25. Gregorum loquendi mos est, vt summum quid ac perfectum dicturi, Ter istud ipsum esse dicant. Homerus τριμυνης παρ, appellat, ter beatos, vnde quaque beatissimos. Vnde quaque nequissimū dicunt τριμυνης παρ, ter execrandum. Sic cum quem vnde quaque maximum ac mirabilissimū perspicerent, Ter maximum appellarunt. Sic Mercurius Trismegistus, dictus fuit. Quocirca qui putant eum ter maximum vocari, propter tria munera, quod sacerdos, quod rex, quod propheta esset, eaque omnia maxime, non recte (mea quidem sententia) suspicantur, nec norunt aut non animaduertunt vim sermonis græci. Hæc ibi Eugubinus, D. Bernardus sermone 1. in epiphania expendens hæc verba, *In quo mihi complacui*, Verè inquit, hic est, in quo nō est quod patri displiceat, quod oculos maiestatis offendat: vnde & ipse ait Ioan. 8. *Quia quæ placita sunt ei, facio semper* Hæc ille. Vt autem singula verba hæc, *Hic est filius meus, &c.* pōderemus, propter magnam, quam habent emphasim, ad singula, glossam, ex facundissimo Italorum lingua vulgari diuini verbi declamatore Cornelio, adiiciemus in hunc modum. Hic singulariter (*est*), æternaliter, (*filius*) naturaliter, (*meus*) substantialiter, (*dilectus*) non ex æquo cum cæteris, sed vnice supra cæteros: (*In quo*) tāquam in cōmuni homine. (Nam sicut Adam est principiū totius humani generis in esse naturæ, ita Christus, in esse gratiæ.) (*Mibi*), quem olim pernituit fecisse hominem, Genes. 6. (*Complacui*), pro omnibus hominibus, (*Ipsum*) verbum meū, & quo omnia verba, (*Audire*) in auditu auris credite illi, & viuet anima vestra. *Hunc pater signauit Deus*, Ioan. 6. Hæc ille tertio libro conacionū Thufco idiomate cōscriptorū, *Pradica, delle laudi, & delle grandexze de Christo* Secūda parte toridè verbis.

In quo

In quo mihi complacui. Ephes. 1. *gratificauit nos in dilecto filio suo*, vel secundum August. rom. 4. de consensu euangelistarum lib. 2. cap. 14. in quo constitui placitum meum, id est, per quem statui gerere quod mihi placet. Hæc ille, nempe genus humanum saluare, quod, Dei propositum illi cōtraeponitur enim iam instaurare, quod prius proposuerat euertere. *Hic est filius meus*. Qui nūc apud vos solus est, nō Moses & Helias, qui iam recesserunt. D. Hieronymus in Mart. Ludouicus Carbaialus Berhicus de restituta theologia lib. 1. cap. 67. dicens, *In quo mihi complacui*, dicit filii esse esse hoc est eiusdem secum essentia. Nam licet creaturæ placeant patri, non tamen pater placet sibi in creaturis. Quia Deum placere sibi in aliquo, est Deum frui sua essentia in illo: & quia creaturæ limitatæ sunt, & essentialiter diiunguntur à Deo: nō potest Deus placere sibi in creaturis, sed sibi in se: Creaturæ enim vilioris naturæ sunt, quàm vt Deus sua essentia fruatur in illis. Non enim id fieri potest, ne vilescat Deus in creaturis. Complacet ergo pater sibi in filio, id est, simul fruatur sua essentia cum filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroque: quia cadem est in eis diuinitas, æqualis gloria, cōæterna maiestas. Hæc doctissimus vir inter scholasticos recentiores apprimè latinus, & tersè dictionis, quem honoris causa nominare placuit. Hæc est sublimis theologia. *In quo mihi cōplacui*. Id est, Hoc quod mihi in meipso placet, totū in eo est, quia ille est hoc quod sum, & ego non sum aliud (licet bene alius) quàm ille. Dicit enim Christus ipse, *Ego & pater vniū sumus*, Ioan. 10. Hinc Ioan. 10. extra eum mihi complacere nō possum: Sed totū hoc quod mihi placet, in eo mihi placet. Ego in patre, & pater in me, inquit Christus. *Ipsū audire*. quia mirabiliter loquitur, Ioan. 7. *numquam sic homo loquutus est*. Quia verba vii a æternis habet, Ioan. 6. quia ipse aduersariorum etiam ore & testimonio verax prædicatur, Matth. 22. *Scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces*. Quia Deut. 18. *qui verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam*, Ioan. 13. *dicit Dominus*. Quia eū vocatis magistrū vestrū & dominum, Matt. 11. Ioan. 13. & merito: quia ab eo discere debetis omnē virtutē, Matth. 11. *Discedit à me, &c.* Improbus Calvinus obiicit cōtra ecclesiæ constitutiones ac traditiones antiquissimas, nō scriptas, quas tenere seruareque debemus, ex hoc loco, *Ipsū*

Eugubinus lib. 1. de perenni Philo-
sophia, c.
25.

D. Bernardus
serm. 1. in
epiph.
Ioan. 8.

Il. Corne-
lio Itali-
cè.

Genes. 6.

Ioan. 6.

Ephes. 1.
D. Aug.
10. 4. de
concl.
euangel.
lib. 2. c. 14.

D. Hiero-
nymus in
Mart.
Ludouicus
Berhicus
de restituta
theologia
lib. 1. cap.
67. dicens,
In quo mihi
complacui,
dicit filii
esse esse
hoc est eius-
dem secum
essentia.

Ioan. 7.
Ioan. 6.
Matth. 22
Deut. 18.
Ioan. 13.
Matt. 11.

Ipsum audite. Non inquit, de alio quopiam, sed de Christo solo dictum est, *ipsum audite* Non ergo recipiendæ sunt traditiones. O ficulneum argumentum: Cui Franciscus Horantius Hispanus, nostri ordinis (quem mihi videre & familiariter ei colloqui Mechliniæ anno 1577. contigit, & anno 1583. post congregationem generalem Toleti celebratam in peregrinatione nostra ad sanctum Iacobum Compostella in Galicia contigit iterum familiariter videre & est episcopus Onetensis seu sancti Saluatoris ac comes Norenæ) hic grauitur & acutè respondit locorum catholicorum libro 2. cap. 8. O magister in Israël tu hoc ignoras *Qui vos audit, me audit, Luc. 10.* Ipse dominus dicebat, non minori fide dignus, quàm vox illa de cælo in nube de lapsa fuerit, quæ diceret, ipsum audite. Agnosce sacramentum, intueri mysterium, incipe intelligere: non iam ecclesia & sponsus duo sunt, sed vna caro, vt nihil hic vnquam loquatur, quod illa sibi non auferret: & contrà nihil illa efferat, quod sponsi verbum non sit. Hæc Horantius, vir profectò de literis diuinis optimè meritus, cuius etiam docta scripta in Daniele prophetam nondum in lucem emissa vidi. Ex quibus cum essem cum eo Mechliniæ, aliquot paginas ipso legente, magna animi voluptate his auribus attentissimè audiui.

Animaduerte, quòd quanto gloriosior est legislator, tãto lex eius habenda est commodabilior & maiore in pretio. Hinc vt refert Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. simulata religione) Numa Pompilius, vt Romanum populum sacris obligaret, volebat videri sibi cum dea Ægeria congressus esse nocturnos: eiusque monitu accepta diis immortalibus sacra instituere. Ibidem, Minos Cretensium rex nono quoque anno in quodam præ altum & verusta religione consecratum specus, secedere solebat & in eo moratur, tanquã à Ioue, quo se ortũ ferebat, traditas sibi leges prerogabat. Jycurgus item consilio Apollinis, grauissima Lacedæmoniorũ ciuitati leges compositas ferre se persuasit. Et Zaleucus sub nomine Mineræ apud Locrenses prudentissimus habitus est. hæc Valerius ibi. *Quis nescit, impostorẽ illam Mahometem, sibi cum Gabriele angelo esse colloquium familiare confinxisse, & miseris Arabibus persuasisse, vt Alcorano suo, hoc est, impurissimæ legi, auctoritatem conciliaret? Columbam etiam aluisse in hoc edocetam atque instructam, vt ad eius aures crebro aduolaret: hisq; artibus,*

Valer. max. lib. 2. c. 2.

rudes ac insipientes sibi deuinctos pelliceret, atque diuina quadam maiestate prætensa, astutè eos inescaret. Ioannes Cuspinianus de Cæsaribus scribit de Mahomete Sarace- *Cuspin.* norum pseudopropheta in hunc modum. Mahometes homo nou' alioqui, humili ac obscuro genere (vt refert Guilielmus Lateranensis bibliothecarius) nulla parentum claritudine cognitus, callidus tamen ac ingenio uaser, vt maximus Dei nuncius maximusque propheta passim vocaretur & crederetur: cum esset scelerum sentina, cumque ex victus intemperãtia, cõtinuãque ebrietate in morbum comitiale (quem epilepsiam medici vocant) incideret frequentius, vxore hanc agritudinem agreferente, quo se ea infamia homo veterator liberaret: Gabrielis nunciij Dei splendorem, à quo secretiora, in ecclasi positus hauriat, sese ferre minimè posse mentitur: morbumque esse dissimulat, Desine, inquit, mirari, charissima vxor, hoc mihi ex Dei ipsius spiritu me corripiente prouenit, qui mihi futura suggerit, ac commẽrandi gratia crebro ad me uenit. Diulgatur fama, ac propheta vulgò acclamatur. Columbam etiam (quam spiritum sanctum callidissimus deceptor vocabat) alluescit in aure sua pasci. Hanc sibi secretissima Dei cõsilia nunciare iactitabat mendacissimus nebulo, quoties ad aures pro nutrimento auis simplex volabat. Fortè hunc dolum à Quinto Sertorio didicit, qui ceruam circunduxit, vt milites falleret, quemadmodum historiæ Romanæ prodiderunt. Non fuerit intèpestium, quod de cerua illa memoria prodidit & literis consignauit Plutarchus, to. 2. vitarum in Quinto Sertorio hoc loci transcribere. Sertorius (inquit) quum hinnulum totum candidum sibi ex uenatione donatum tẽpore circurasset & domasset, traxit rem paularum in religionem, donum Dianæ ceruam ferens, multaque arcana iactabat ab ea se edoceri. Quippe barbaros sciebat in superstitionem esse procliuos. Quumque occultè aliqua rescuisses, ceruã sungebat se in somnis alloquutam monuisse. Ita mansuefactis vsus est vbique obsequentiõibus, quod arbitrentur non ab hominis se consiliis peregrini, sed regi à deo. Hæc Plutarchus. Mahometes in super (proficitur Cuspinianus loco prædicto) raurum quandam nutrit, qui cõsueuit, è manibus solius Mahometis pabulum suscipere. Huic intra cornua Alcorani librũ colligauit, & astante plebe misera æ simplici, altiore quadã voce ex abdito cuocauit. Cum igitur iã multa de his legib' diuinis

Plutar- ch. to. 2. vit. in Q. Sertorio.

T scilicet

scilicet homo loquacissimus declamasset, erupit insperatū taurus, multos in itinere prosternēs, & volumē illud (quod Alcoranum vocāt) intra cornua ferens per mediāmque irruens plebem, in manus Mahometis (cui soli peperit) tanquam nutritoris, deponit, veluti cœlitus missum munus. Quod nebulo ille summo cū honore accepit, quadāmque ex eo mox populo interpretatus est. hoc cōmento se regem fecit. Columba enim literis aureis schedā hęc inscriptam arulit in collo suo. Quicumque tauro iugum imponet, rex esto. Sergius igitur Nestorianus hærearcha & apostata reiecto cucullo, Mahometis malus magister, à quo preceptore pessimo flagitia quæque edoctus est, iugum afferens Mahometi derulit, qui tauro imposuit facile, & mox rex à stulta plebe vocatus, diuino munere hæc facta iudicāte, ac volumen illud assumente. De quo si quis disputaturus concertauerit, cum mysticū tractare nefas sit, capitali pœna. lege à Mahomete lacta plectēdus est, qua prodidit nihil esse sincerū in toto Alcorano. Nam vltima resolutio probationis omnium quæ Alcoranus continet, est gladius. Quicumque vtriusque testamenti se apostolum assereret, vtriusque fuit corruptor, vbiq; enim inseruit corporis voluptates. Ille moriens praxidit se iturū in cœlū: quod diu expectantes, ad eum tetra coacti odore, ferrea arca, quam sibi viuis pro monumento extrui iussit, sepelietur: cum homines magnetē lapide in tholo templi extructo fallere cogitasset, vt videlicet eius simulachrū ē ferro pendere in aëre videretur (est autē tholos, vt ne illud quidem quāuis minutulum negligamus, vmbilicus testitudinis in tēplis, ex quo donaria suspendi solebant, ait Calepinus in dictionario.) Guilielmus Philader annotationibus in Vitruuiū li. 4. c. 7. Tholus (inquit) est adificij camera, quæ altius crescēs rotunda forma in fastigiatū cacumen desinit, à quo *ἡ ἀνὰ τὸν οὐρανὸν ἰσχυρὰ* scripsit Dion lib. 53. Ibi Dion sic scribit interprete Guilielmo Xilandro. Pantheū, vt mihi videtur, inde id nominis habet, quod forma conuexa fastigiatū, cœli similitudinem ostenderet. Hęc ibi. Re enim vera, ait Philander, Pârtheum est hemisphærio tectū, hoc est circūlata camera, inque medio hemisphærio lumē ad circinum factum. Aliās est testitudinis vmbilicus, id est veluti scutū in medio tecto, quo trabes conueniunt, vbi dona suspendebantur auctore Seruio Æneidos nono. Hęc ibi Philander. Idem lib. 7. ca. 5. Tholos intelligim⁹ (inquit) erectiores cameras, templorum hemisphæriis,

phæriis, id est coppolis addi solitas: Itali tribunas & lateranas vocant. Hęc ille. Quæ in studiosorum gratiā adiciere voluit. Quod & Ptolemæus (inquit prosequens suum institutum Culpinianus) Arfinoæ sorori, vt ei tēplum extrueret concameratū de magnete, ingeniosus Dinocrates architectus Alexandria iusserat, teste Plinio, sed mors negotiū interceptit, narrat Plini⁹ lib. 34. c. 14. sub finem capitis. Eodem Plini. lib. 34. c. 14. Alexandria Arfinoës templum concamerare inchoauerat, vt in eo simulachrum eius ē ferro pendere in aëre videretur. Intercessit mors & ipsius & Ptolemai, nēpe Philadelphi: de quo idem li. 16. c. 9. Obeliscus fuit in Arfinoë positus à rege Ptolemæo Philadelpho, munus amoris in coniuge, eadēque sorore Arfinoë) ille templum memoratum sorori suæ iusserat fieri. Sepulchrum autē Mahometis in Mecha Persidis vrbe locatū ferrea arca inuisitur à Turcis, vt à nostris Hierosolyma, ob Christi Dei optimi maximi monumentū. Totus oriens hoc colit ac veneratur, Alcoranū quasi collectū, interpretatur. Hęc Culpinianus non trivialiter doctus de Mahomete conscripsit. Lactantius lib. 1. c. 22. diuinarum institutionum: Sabinus ille rex (inquit) (Numā significans, de quo supra) vt animos hominū rudes atque imperitos aliquid cum autoritate implicaret, simulauit cū dea Egeria nocturnos se habere congressus. Erat quadā spelunca peropaca, huc remotis arbitris se inferre cōsueuerat, vt mentiri posset, monitu deæ cōiugis, ea sacra populo se tradere, quæ acceptissima diis essent: videlicet astutiam Minois voluit imitari, qui se in antrū Iouis recōdebat, & ibi diu moratus Reges tanquā sibi à Ioue traditas, afferebat: vt homines ad parendum non modo imperio, sed etiā religione constringeret. Hęc disertissimus Lactātius, atque (vt ita dicam) Cicero christianus. At verò nihil confictum est, nihil simulatum, nihil ad fallendum & decipiēdum compositum, & subornatum inueniri vnquam poterit in legislatore nostro Christo eterno Dei filio, cui dixit pater, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, ex Psal. 2. hodie enim symbolū eternitatis est, in qua nulla dierum vicissitudo. Sic hodie, id est ab æterno genitus dicitur & ante luciferū, ex Psal. 109. De illo inquam nobis patris mandato & autoritate cōstitutio preceptore, sic sentire conuenit, vt eius iussa capeffamus, dicto illi audietes simus, & pareamus cum affectu. *Ipsum audite*, inquit pater cælestis. Et D. Paul. *Heb. 10. Irritum quid faciens legem Hebr. 10.*

*Moyſi ſine ulla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moriur-
quant omagis putatis deteriora mereri ſupplicia eum qui filium
Dei conculcauerit? &c.* Antiquiſſimus ſcriptor Tertullianus
Tertulli. contra Marcionē lib. 4. agens de tranſfiguratione. In mon-
tem (inquit) ſecedit Chriſtus. Agnoſco formam loci. Nam
Marc. & priſtinum populum apud montem, & viſione & voce ſua
lib. 4. creator iniciarat. Oportebat in eo ſuggeſtu cōſignari nouū
teſtamentum, in quo conſcriptum vetus fuerat. Sub eodem
etiam ambitu nubis, quā nemo dubitauit de aëre creatoris
cōglobatam, niſi & nubes ſuas illo deduxerat, & quæ illic
ſequitur: vbi ſignificat nubem iſtam factam eſſe ad oſten-
ſionem præſentiæ Dei patris. Sic enim in veteri teſtamento
ferè in nube gloria domini apparuit, ac præſentia oſtenſa
eſt, ob id quod nubes res ſit cæleſtib⁹, vicinior, quæ in ſcri-
pturis, Dei appellatur tabernaculū Pſal. 17. Editio vulgata
Pſal. 17. habet, *Poſuit tenebras latibulū ſuum, in circuitu eius tabernacu-
lum eius tenebroſa aqua in nubibus aëris.* Vbi ex Hebræo ad
Bredem- verbum ita ſonat, inquit in hunc locū Bredembachius: *Pe-
bachius. ſuit tenebras latibulum ſuū, circūquaque iuxta ſe: Tabernacu-
lum ei⁹ caligo aquarū, ſpiſſitudo nubium.* Hæc ille. Sic etiam
ex ſanctis Pagnini & Fraciſci Vatabli verſione, ex Hebræo
legi. *Poſuit tenebras latibulum ſuū in circuitibus eius taberna-
culum eius, tenebroſitas aquarum nubes cœlorū.* Ibi annotatio-
nes impreſſæ 1556. ex oliua Rob. Stephani ſic habent. *Taber-
naculum Dei dicit eſſe atras & denſas nubes.* Vertere etiam
potes, pro nubes cæli deſitates nubium. hæc ibi. In datione
legis (vt ſuprà dictum fuit) Dei præſentiā declarauit nubes
tenebroſa, in tranſfiguratione autem nubes lucida, ad dif-
ferentiam ymbræ & veritatis, veteris & nouæ legis, Dei
tunc metuendi, & nunc amabilis. Trinitatis ergo myſteriū
(ait ſanctus Ephraëm Syrus, & habetur inter eos opera homi-
Ephraë homil. de mil. de tranſfig. erant ſonat in voce, & filius apparet in tranſfigurato corpore,
ſpirituſ ſanctus oſtenditur in lucida nube. Hæc ille. Et ne
inuitatum vel inſolitū putes, per nubem ſpirituſ ſanctum
adumbrari: recordare quia ſcribit Apoſtolus 1. Cor. 10. *Pa-
1. Cor. 10. tres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt,
& omnes in Moſe baptizati ſunt, & in mari.* Vbi ſcholion ele-
gans imprimis, & huic noſtro propoſito deſeruiēs doctiſſi-
mi Gagnæi ſic habet. *Baptizati ſunt,* ſimilitudinariē ſcilicet,
Gagnæ in Paul. Quod enim illis nubes protegens, conducens, ac re-
ſrigerans, id vobis ſpirituſ ſanctus actionum noſtrarum
dux,

dux, & protector, libidinūque moderator & extincor:
quod illis mare, hoc Chriſtianis omnib⁹ aqua baptiſmatis
præſtat & effecit. Hæc ille. De hac ſententia: *Hic eſt filius
meus dilectus,* legitur ſecundæ Petri primo, *Speculatores facti 2. Pet. 1.
illius magnitudinis.* Deinde, *voce delapſa ad eum à magnificā
gloria, hic eſt filius meus &c. Et hanc vocē nos audiuimus de cœ-
lo allatam; cum eſſemus cum eo & habemus firmiorem prophe-
ticum ſermonem.* Et cætera quæ ibi continentur. D. Auguſt.
apud Vlimerium ſerm. 115. de tranſfiguratione domini, de
verbis beati Petri Apoſtoli adductis: *Quis noſtrum (in-
quit) non miretur delatā voce de cœlo certioriē prophe-
ticum ſermonem ab Apoſtolo dictum eſſe? certioriē ſanè
dixit, certioriē, non melioriē, non veriōrē. Tam enim
verus ille ſermo de cœlo, quā ſermo prophetic⁹, tam bo-
nus, tam vtilis. Quid eſt ergo certioriē, niſi in quo magis
conſirmemur, auditor; Quare hoc? quoniam ſunt homines
infideles, qui ſic detrahunt Chriſto, vt dicant eum magicis
artibus effeciſſe quæ fecit. Poſſent ergo infideles, etiam
iſtam vocem delatam de cœlo, per coniecturas humanas &
illicitas curioſitates ad magicas artes referre. Sed prophe-
tæ antea fuerunt, non dico ante iſtam vocem, ſed ante
Chriſti carnem. Nondum erat homo Chriſtus, quādo mi-
ſit prophetas, Quiſquis dicit eum magnum fuiſſe: Si ergo
magicis artibus fecit, vt coleretur & mortuus, nūquid ma-
gus erat, antequam natus? Ecce quare ait Apoſtolus, *habe-
mus firmiorem propheticum ſermonem.* Vox de cœlo, quā fi-
deles admoneantur, propheticus ſermo, quo infideles con-
uinciantur. Hæc ibi D. Auguſt. acutiſſimè. Poſſet etiam hic
firmior, non comparatiuè, ſed poſitiuè ſūmi, quomodo sæ-
pe Latinè ſumitur, dicimus quoque ſimili exemplo, ali-
quem certioriē reddere. Vel ſumitur hic firmior non ſim-
pliciter, ſed firmior alicui, nempe illi qui apoſtolo teſte o-
culato non crederet, tamen pſalmographi qui ſcripſit *ſilius
meus eſt tu, &c.* authoritatem (quam vocat propheticum ſer- Pſalm. 2.
monem) reciperet, & admitteret ſine controuerſia: quales
erant Iudæi, qui nondū Chriſtiana religioni initiati erant.
Audientes ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. D. D. Hier.
Hieronymus in Matth. 17. *Quia humana fragilitas, cōſpe- in Matth.
ctum maioris gloriae ferre non ſuſtinet, ac toto animo & cap. 17.
corpore contremiſcens, ad terram cadit: idè de iſtis idem
memoratur. Eadem proſus ſcribit D. Ephraëm, & adiun- D. Ephr.
git apud Lipomanum, fugiebat prophetæ, & apoſtoli
T 3 in ter**

in tetram ceciderunt, quoniam vox patris non implebatur in eis, quæ ferebat testimonium dicens, *Hic est filius meus*. Ad hanc apostoli proni ceciderunt in terram, erat enim toni ru terribile. Hæc ibi. Quomodo boni cadant in faciẽ, mali verò retrorsum, suo loco speramus nos Deo propitio latius dicturos in historia passionis.

Leuantes oculos neminem viderunt nisi solum Iesum. Vt scirent vocẽ factã de Moyse vel Helia non esse intelligendã, sed solo Iesu: ne si Moses vel Helias cum domino appareret, incertũ foret cui potissimũ vox patris, testimoniu daret. Sed & typicẽ (ait sanctus Ephraẽm in homi. Jablata iam nube, euanescentibus iam Mose & Helia, Christus cernitur, quia legis & prophetarum vmbra discedente, verum lumen coruscante iam gratia euangelij reperitur. Hęc ille. In euangelio bis pater de filio testificatus est dicens, *Hic est filius meus dilectus*. Primò in baptismo, Matth. 3. Secundo hoc loco. In baptismo (ait Hesselius) in Matth. 17. regeneratio nostra prima designatur, in transfiguratione, secunda, quam in die resurrectionis sortituri sumus: Vnde Matth. 19. *In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sua, sedebitis et vos*, &c. Vtrobique autem tota apparet trinitas, quoniam ex totius trinitatis operatione, utraq; regeneratio procuratur, spiritus sanctus in baptismo, in specie columbe apparuit, ad designandum quòd in prima regeneratione gratiam Dei accipimus, qua corporis nostri reformationẽ expectantes ingemiscamus: non enim tam perfectẽ regeneramur, quin quotidie colũbe gemitũ allumere debeamus. Verũ in transfiguratione, spiritus sanctus in nube clara Apostolos obumbrante apparuit, ad designandũ quòd in resurrectione spiritus sanctus perfecta claritate sanctos donabit, atq; à tentationis feruore refrigerabit, ac eos ita obumbrabit, vt immensam illam diuinitatis lucem intueri valeant, & clarẽ facie ad faciem per lumen gloriæ eleuati videant diuinã essentiã. Cur autem pater in baptismo nõ dicat, *ipsum audite*, sicuti in transfiguratione. Ratio est, quoniã prima regeneratio à fidelibus in presenti obtinetur, nec tanquam futura promittitur: Secunda autem corporis regeneratio, seu transfiguratio, ac configuratio (vt ait Apostolus) tanquam futura promittitur, & nõdum habetur. Meritò igitur vbi de secunda regeneratione agitur, præcipitur vt Christum vitam æternam promittentem audiamus. Hæc Hesselius doctissimẽ.

Matt. 3.
Hesselius
in Matt.
17.
Mat. 19.

Nomi

Nemini dixeritis visionẽ, donec à mortuis resurgat. Nimirũ quòd ante resurrectionis gloriã, & missum Spiritũ sanctũ futurũ fuisset incredibile & maius scandalũ crucis, cuius ignominia videretur non potuisse in tantẽ gloriẽ principẽ cadere. Excurrere etiam licebit & digredi in locũ moralẽ. Cũ rex gloriẽ ante mortem suam nolit laudari, exẽplum nobis reliquitur, ne quem in vita sua laudemus, ecclesiast. 11. *ante mortem ne laudes hominem quemquã*. Vnde elicitur illud vulgò dici solitum, *ne laudaueris hominẽ in vita sua*. In quẽ locũ scribit sanctus Maximus Episc. Taurinẽsis, in natali D. Eusebij Episcopi Vercellẽsis, hom. 2. Dicit sermo diuinus, ne laudes hominẽ in vita sua. Tanquam si diceret, *sancto lauda post vitam, magnifica post consummationem*. Lauda ergo post periculũ, prædica securũ: lauda nauigantis felicitatẽ, sed cũ peruenit ad portũ: lauda ducis virtutẽ, sed cũ perductus est ad triumphũ. Hęc ille. Nemo beatus diductus est in hac vita. Celebris est gnome, hoc est, memorabilis sententia Solonis quæ Cræsum à Cyro captum ex igne liberavit, vt fusẽ describit Herodotus hist. libr. 1. quã Herod. 1. sic carmine elegantissimẽ complexus est Ouidius li. Met. 3. 1.

— *Scilicet ultima semper*

Expectanda dies homini est: dicitque beatus

Ante obitum nemo, supremãque funera debet.

Et Luuenalis satyrographus satyra 10. sic huius rei meminit quoque: *Et Cræsum (sub. transeo) quem vox iusti facienda Solonis, Respicere ad longa iussit spatia ultima vite*. Hęc illi poetæ. Obserua (ait Hofmeister in Mar. 9.) quia discipulis præscribit quousque silendum fuerit hoc præclarum factus. Neque enim perpetuò silendum fuerat, sed donec à mortuis resurgeret. Quid enim profecissent hoc narrantes, nisi quòd incredulis ludibrio essent futuri? Quis autem credidisset verẽ talem apparuisse Iesum, quem mox viderent tot non ignominis affectum, & denique mortem in cruce? Post resurrectionem autem, non erat periculum. Quis enim non crederet illum in tanta maiestate visum, & patris testimonio comprobatum, quem nouit à mortuis resurrexisse: Oportuit ergo vt visio hęc annuncietur, sed post resurrectionẽ: vt neminem scãdalizaret, sed omnibus prodesset. Nõ enim tantum refert quid dicas, sed quando, quibus, & qua ratione. Hinc Apostoli prohibiti à domino hunc sermonẽ cõtinuerũt apud se, etiã si nõ intelligerent, donec à mortuis resurrexisset Christus & ad cõ-

S. Max.
ho. 2. de
Euseb.
Euseb.
verc.

Herod. 1.

Ouid. 3.
met.

Iuue. sa.
10.

Hofmeister
in
Mar. 9.

los ascendisset. Inuenimus siquidem eius visionis Petrum facere mentionem, vt iam attigimus. Hæc ille. Scribitur etiam Thob. 12. *Sacramentum regis abscondere bonū est: opera autem Dei reuelare, & consiteri, honorificū est.* Itē Eccl. 3. *Omnia (inquit) tempus habent, tempus tacendi & tempus loquendi.* Eli. 20. Et c. 8. *Omni negotio tempus est & opportunitas.* Et Eccl. 20. *Ex ore fatui reprobanditur parabola, non enim dicit illam in tempore suo.* Vbi exemplum valde accommodatum proculero, Boëth. 1. huic concioni finem imponam. Narrat Boëthius libr. 2. de 2. de consolatione philosophiæ prota 7. Cum quidam, inquit, aduersus esset hominem contumeliis, qui non ad veram virtutis usum, sed ad superbam gloriam falsum sibi Philosophi nomen induerat, adiecitque iam se sciturum, an ille philosophus esset, siquidem illatas iniurias, leuiter patienterque tolerasset: ille patientiam paulisper assumpsit, acceptaque contumelia velut insultans, iam tandem (inquit) intelligisne me esse philosophum? Tum ille nimium mordaciter intellexeram (inquit) si tacuisses. Ex quo festiuissimo exemplo patet, ad horam vsque & opportunum tempus praestare tacere, quam nulla vtilitate verba fundere & effutire. Ideo iubet Christus, vt sileant apostoli donec ipse à mortuis surrexerit. *πῶς δὲ ἡ νῆπιον*, id est, noueris tempus, occasionem, seu opportunitatem. Celebratur inter septem sapientum apophthegmata. Colligo igitur & in summam ac veluti epilogum contraho, quæ prolixius vereor dicta fuisse, Heb. 12. *Nos tantam habentes impositam nubem testium, per patientiam curamus ad propositum nobis certamen, aspiciemus in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui ex caelo Patrem cœlestem, ex paradiso Heliam, ex terra Apostolos, ex inferis Moysen habuit, tot tantisque & tales testes: vt si quis contradicere ausit, eius certissima sit condemnatio.* Hebr. 2. *Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis preuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Credamus itaque fratres, & dignos poenitentiae fructus cum Dei adiutorio faciamus: vt ad vitam æternam perueniamus, faxit Deus trinus & vnus, Amen.*

DOMI

197
DOMINICA SECUNDA
QVADRAGESIMAE.

De Chananea. Matth. 15. & Marc. 7.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis,
& ecce Chananea.



E mulieris huius oratione, fide, perseverantia, & patientia in orando dicturi, vnde potissimum exordiamur non satis certum & deliberarum est nobis. Tamen vt aliquod licendi initium inueniamus, Quales fuerunt Chananaei, imprimis dicendum nobis *Lat. lib. 2. c. 14.* videtur. Lactantius lib. 2. c. 14. Cham, inquit, vnus ex filiis Noë, non textit patris nuditatem. Hunc parer ideò abdicauit, atque expulit. At ille profugus, in eius terræ parte confedit, quæ nunc Arabia nominatur: eaque terra de nomine suo Chanaan dicta est, & posteri eius Chananaei. Hæc fuit prima gens, quæ Deum ignorauit: quoniã princeps eius & conditor cultū Dei à patre nō accepit, maledictus ab eo: itaque ignorantiam diuinitatis minoribus suis reliquit. Hæc *Mat. 7. Mat. 15.* ille. Mulier ista, vt ait *Mat. 7. erat gentilis Syrophœnissa genere,* id est de Phœnicia Syriæ, quam B. *Mat. 15. Chananaea vocat.* Hæc non quæadmodū Iairus, vt veniat rogat, & manū imponat puellæ, sed credit dominū absentē, (si velit) posse demoni imperare, & illū iussu parere, & à filia discedere. Benedicta fides fortis & constans, quæ ter repulsam patiens *Mat. 2. Mat. 8.* nō frangitur, quinimo immobilis perseverat, etiã dū canis appellatur. Fugiunt à fide Iudæi, sequuntur gentes. In cunabulis infantia saluatoris à Magis adoratur. Centurio non se dignum arbitratur in sua recipere domo saluatorē, sed credit si dicat verbo, puerū suum pristinae posse sanitati restitui. Hoc significare voluit Euangelista, dū dicit egressum Iesum secessisse in partes Tyri & Sidonis, vt scilicet maleuolorū Iudæorum oculis se subduceret, & propter ipsorum obstinatam incredulitatem. Vnde vt sequenti concione dicemus, comminabatur dominus Iudæis, *Ego vado, &c. Quæadmodū postea factum ab Apostolis eius legimus, Act. 13. Ioan. 8. Paulus & Barnabas Iudæis dixerunt, vobis oportebat primum Act. 13. loqui verbū Dei: sed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vitæ: ecce conuertimur ad gentes: sic enim precipi*

T 5 nobis

nobis dominus. Quemadmodū si aliquis claudere voluerit aque currentis meatū, si vna ex parte exclusa fuerit aqua, aliunde sibi semitā rumpit: Sic & Christus à Iudeis propter obfirmatum eorum in sceleribus animū digrediens, aliunde sibi aditum (apud hanc scilicet Chananæam) inuenit: vide (amabo) quomodo mutuo sibi obuiam erunt, Dominus Iesus & mulier hæc Chananæa. Ille enim secessit à finibus terræ Iudææ, in partes Tyri & Sidonis, mulier autem à finibus Tyri & Sidonis egressa est obuiā Iesu. Benedictus sit talis exitus, multo magis ad Iesum talis accessus & introitus. sic nos à peccatis egrediamur, fugiamusque peccandi causas seu occasiones, *Psal. 44. Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui.* Instar patriarchæ Abraham, cui dictum est à domino: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* *Genes. 12.* Que veteres theologi allegoricè interpretati sunt, vt terra nostra, cognatio, domus patris nostri, vitæ huius vitia sint, quibus nobis renunciandum est, si in terram, quam dominus nobis monstrare parat, ingredi velimus. Terra nostra indubiè caro nostra est, quæ voluptates & delicias affectat, quibus nonnulli summam vitæ felicitatē metiuntur. Cognatio nostra sunt vitia nobis partim innata, partim praua consuetudine addita. Domus patris nostri, in qua bonâ vitæ partem egimus, est vitiorum vetus & inoluta consuetudo. Hæc Hamerus in Genesim 12. c. annotauit. Sic Ruth Moabitidem fecisse legimus, & relicto natali solo, nimirū terra Moab, venisse in terram Israël, atque abiectō & deserto gentilitatis errore, veram fidem ac religionē Iudeorum suscepisse, ac professam fuisse. *Hiere. 31. Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animā suam.* Et *Apoc. 18. Exite de Babylone popule meus.* Loth egressus est de Sodomis Israël de Ægypto, Moses reliquit aulam Pharaonis, *Et nos exeamus ad Christum extra castra in propteris eius portantes.* Accessit ad Christum Vide admirabilem commutationē dextera excelsi, vt loquitur psaltes diuinus. Nā quæ prius maledicta erat (Chananæi enim maledicti sunt in Chanaā nepote Noë. Erat ergo ista quoque maledicta ex sorte maiorum filiorum) Ipsa tamen ad Christum veniens non tantum passibus & gressibus corporis, quantum affectibus mentis & fidei benedicta fuit à Christo, quemadmodum finis indicat Euangelicæ lectionis: *Quæ mulier magna est iulcs tua.*

Clama

Clamabat verò ad dominū. Acriter reprehensus fuit Rex, *4. Reg. 1.* qui Deum Acaron consultum misit, *quasi,* inquit, *4. Reg. 1.* Elias, non esset Deus in Israël. Non vt Saul, *perrexit illa ad Phisoniam. 1. Reg. 28.* Non consuluit magos, ariolos, sagas & *1. Reg. 28* similes impostores. Sed ad Christum verum medicum accessit, qui potest dæmonibus efficaciter imperare. In quo satis ad bonos mores informamur & instruihur, ne ad magos recurramus, ad morbos auertendos & depellendos. Ideò D. Basilus in *Psal. 45.* ad verba: *Deus refugium nostrum & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos, &c.* Increduli (inquit) ad dæmones confugiunt. Et subiungit contra quosdam impiè agentes: *Quum tribulatione quapiam (ait) afflicti sumus, ad omnia potius quam ad ipsum Deum nostrum recurrimus. Vnus tibi pufio ægrotat, quaquaerum circumfers oculos requirens incantatorem, aut certè cum qui superuacaneos vanosque characteres seu figuras puerorum innocentium collo circumliget. Hæc Diuus Basilus, qui detestatur vehementissimè eos qui Satanam vel magos adent, & istis præstigiis valitudinis ergò abutuntur. David Rex diligebat filium ægrotum, quem ex adulterio generat, & in sacco quidè & cinere iacebat: verum neque diuinos, neque incantatores adduxit, quanquam tum tales essent, id quod in historia Saulis liquet: sed Deo supplicauit, *2. Reg. 12.* hoc & tu facias. D. Chrysof. *2. Reg. 12* ad *Coloss. hom. 8.* Morbo decumbit filiolus? mauult tamen *D. Chry-* vir bonus & pius mortuum videre puerum, quam idolo- *so. hom. 8* latræ locum dare, applicando superstitiosa remedia. Fide- *in ep. ad* lis est: *Crucis signaculo vtare. Dic mihi, si medicus ad ægro-* *Coloss.* tum accedens, relictiis medicinæ pharmacis, incantatione veteretur, an hunc medicum diceremus? nequaquam: non enim videremus medicinæ pharmaca. Ita neque hic quæ sunt Christianismi. Aliæ verò (anus scilicet) fluuioium nomina collo appendunt, & mille talia audent. Ecce dico, & prædico vobis omnibus, si quis deprehenditur, postea non parcam, siue superstitiosa collo alliget, siue incantet, siue aliud quicquam huiusmodi artis faciat. Quid igitur morietur puer, inquis? Si hoc pacto viuet, tum mortuus est, si verò sine istis mortuus fuerit, tum reuixit. Iam si videris filium scortis deditum, mox velles defoffum & sepultum, ac dicis, quid enim profuerit illum viuere? Cum verò videas salutis illum subire periculum, vis ita viuentem videte: non audis Christum dicentem: *Qui perdit herit animam.* *Matt. 10.* *suam.**

sua, inueniet eam; qui verò inuenerit eam, perdet? Credis istis Christi verbis? dic mihi, si diceret quisquam, duc agrotum tuum in templum simulachrorum, & viuet: ferres istum non, inquis, quare? Quia ad simulachrorum cultum adigeret, inquis; hic verò nō est simulachrorum cultus, sed simpliciter incātatio. Hæc Satanaica cogitatio est, istæ sunt infidiæ diabolicæ ad occulandam seductionem, & ad porrigendum sub melle venenosum pharmacum. Sciens enim te ad simulachrorum templum persuaderi non posse, hac via ingreditur ad amuleta & aniles fabulas abducens. Et crux quidem Christi dehonestatur, elementorum verò superstitiosi characteres præferuntur. Hæc aureum illud eloquentiæ flumen Chrysoſtomus contra sortilegorū & magorum præstigias & incantamenta. Idem Chrysoſt. hom.

Chrysoſt. hom. 17. ex variis in Mathæum locis tractans de Chananea. *ex variis* Non perrexit ad diuinos, non vocauit magos, non alligaturas quaesiuit, non impostatrices mulieres adduxit illas, quæ solent dæmones pronocare & incantationibus suis vulnus augere. Reliquit illa omnia, dimisit diaboli fallitates, & venit ad salutarem animarum nostrarū portum. Bodinus in dæmonomania lib. 3. cap. 5. Sorbona, inquit, desinuit hæresim esse planè, si quis, maleficia maleficiis deputerit: idque in determinatione facta die 19. Septembris 1398. vbi non illud dicitur, non posse Satanam & administros ipsius maleficiū maleficio pellere, sed hoc impietatis esse si quis remedia ista quaesierit. Nam si corporis malum Satanas curauerit, semper animæ infligit vulnus. Hic verò manifesta est idololatria blasphemiæque pariter, quando res vlla in nomine diaboli & cum inuocatione illius perficitur. Hæc ibi. Idem in principio operis illius, determinationem almae facultatis Parisiensis matris meæ posuit, factam anno 1398. in qua sextus articulus est huiusmodi: Quod licitum sit aut etiam permittendum maleficia maleficiis repellere, error: quia secundum apostolum, *non sunt facienda mala ut eueniant bona.* Originale huius determinationis est sigillatum magno sigillo facultatis theologicæ Parisiis. Hæc ibi. Quoniam tamen, idem lib. 3. cap. 5. citat Scotum doctorem nostrum, visum est accuratius quæ illi imponit

Bodinus li. 3. ca. 5. dæmon.
Scotus li. 4. di. 34. examinare. Scotus subtilis theologus, inquit, lib. 4. dist. 34. superstitionis esse dicit, si quis statuat non esse maleficio superstitio depellendum. Quam fideliter verba & mentem Scoti retulerit, mox declarabimus. Reponit ibidem Scotum,

Scotum, & annumerat inter eos Theologos & Canonistas, qui sentiunt licere maleficia superstitiosis modis depellere. Iterum eodem cap. Ne quis, inquit, Scoti opinione aut Hostiensis fallatur, cum ait: vana vanis contrudere licet, &c. Hæc totidē verbis scripsit Bodinus. Bona fide primum omnium recēsebo verba doctoris loco citato, deinde quid hac de re tenendum sit, meam explanabo sententiam, sanctis doctoribus nequaquam dissentaneam. Scotus lib. 4. sententiarum q. 34. in corpore quaestionis, Quærit quod est remedium contra impedimentum per dæmonem, nempe ad depellendum maleficio? Respondeo, inquit, Si per orationes sanctorum impediatur virtus dæmonis, bene fit: Si tamen Deus illas non exaudiat, tunc si sciretur maleficio & destrueretur, dæmon non fatigaret eum amplius, quia ex pacto non adest nisi dum durat aliquod signum. Et ex hoc patet quod trufatica est illa quaestio, hoc est fatuitas quedam est, vel stultum est quaerere ac ridiculum, an liceat tollere maleficio, intentione curandi maleficiatum: non enim solum licet, sed est meritorium destruere opera diaboli. Nec in hoc est aliqua infidelitas: quia destruens non acquiescit operibus malignis, sed credit dæmonem posse & velle fatigare, dum tale signum durat: & destructio talis signi, imponet finem tali vexationi. Hæc Scotus subtiliter quidem & acutè. Iudicet nūc lector, an ille superstitiosum esse asserat & statuat, superstitiosis etiam modis & illicitis non depellere maleficio; id ne per somnium quidem cogitauit Scotus, quod tamen Bodinus illi imposuit. Dicit quidem apertè Scotus licere destruere maleficio si repariatur, & dissoluere opera diaboli, vt proiicere in ignem ligaturas, characteres & alia signa, tamen, inquit, intentione recta curandi scilicet maleficiatum, ea lege interim vt destruens talia non acquiescat operibus malignis. Vides (opinor) hunc doctorem non obscure dicere dissolutionē maleficii licitam quidem, sed non per maleficio, vel per magicas artes, mediæque illicita vel superstitiosè, vt hanc illi Bodinus impingit sententiam. Absit vt hoc licere, vel licuisse vnquam tuta conscientia, opinatus fuerit & senserit doctor noster subtilis: Si innocenter fiat, bene quidem, vt imperator Constantinus pius & christianus, minimèque superstitiosus rescripsit, Lege 4. C. de maleficiis & mathematicis, & ceteris similibus. Nullis criminationibus implicanda sunt remedia, humanis quaesita corporibus, aut in

agressi

agrestibus locis *innocenter adhibita suffragia*, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur, quibus non cuiusquam salus aut estimatio laederetur, sed quorum proficerent actus, ne diuina munera & labores hominum sternerentur. Hæc Imperator.

Charondas I. C. Extat Scholion siue breuis ad marginem annotatio Charondas I. C. vt opinor, huiusmodi ad verba nullis criminationibus. Hæc posterior legis pars reiecta est ex lib. *Historiarum*, tanquam iniqua. Hæc ibi. Extat in C. Theodosiano de maleficiis lib. 9. leg. 1. eiusdem Constantini rescriptum supra allegatum: *Innocenter adhibita suffragia*, vt supra. Quam existimo veram & planam esse Imp. Christiani, sententiam & intentionem, vt innocenter, mediis scilicet non illicitis, aut vetitis (vt interpretor) suffragia & remedia adhibenda sint. Penes Iuriconsultos iudicium esto & censura. neque enim falcem in messem alienam mittere decreui aut

Codex Theod. statui 13. q. 1. can. Ecclesias singulas §. Item præcepit. *Præcepit dominus per Moysen vt nemo mittat falcem in alienam messem non metes eam.* Mihi sufficerit nunc leges aliquot citare, quibus malefici & magicæ artes prohibentur, & damnantur. Lege 5. C. eodem. Nemo aruspice[m] consulat, aut mathematicum, nemo ariolum. Deinde, Etenim supplicio capitis ferietur, gladio ultore prostratus, quicumque iussis nostris obsequiū denegauerit. Et 26. q. 5. c. Si quis ariolos, Si quis ariolos, aruspices vel incantatores obseruauerit, aut phylacterius eorum usus fuerit, anathema sit. D. Thomas. 2. 2. q. 96. art. 2. ad 1. argumentum. Si, inquit, adiungantur vel characteres aliqui, vel aliqua nomina, vel alia quæcunque variaz obseruationes, quæ manifestum est naturaliter efficaciam non habere, erit superstitiosum & illicitum. Hæc

Decretū Deut. 13. illi. Leuit. 20. *Anima que declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.* Et ibidem in fine capitis: *Vir siue mulier, in quibus Pythonicus vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruant eos.* Item Exod. 22. *Maleficos non patieris viuere.* Item aliis diuinæ legis sententiis, impietas abominanda artis magicæ, & cuiuscunque incantationibus prohibetur, & puniatur seuerissimè. Ergo extra omnem controuersiam est, quod huiusmodi execranda sunt. Sed vt in hac specie aliquid resoluamus, quod ad hanc quætionem attinet: Maleus maleficarum auctore

Iacobo

Iacobo Sprenger ordinis prædicatorum quæstione secunda principali secundæ partis inquit, vtrum licitum sit maleficia per alia maleficia tollere, vel per aliqua illicita. Et postquam in vtramque partem disputauit, Sprengerus ille, tandem subiungit: Duæ sunt (inquit) solemnes opinioniones sibi inuicem (vt videtur) contrariantes. Sunt enim quidam Theologi, & Canonistæ inuicem concordantes, quod licitum est maleficia tollere etiam per opera superstitiosa & vana. Et huius opinionions sunt Scotus, Hostiensis & communiter omnes canonistæ: aliorum theologorum opinio & præcipue antiquorum, & quorundam modernorum, vt Thomæ, Bonauenturæ & aliorum multorum est, quod nullo modo sint facienda mala vt eueniant bona: Et quod potius homo mori debet, quam in talia consentire, vt scilicet per opera superstitiosa & vana liberetur. Deinde Scotus inquit in suo 4. dist. 34. de impedimento maleficiati siue de fugidis & maleficiatis, reputat fatuitatē asserere quod etiam per vana & superstitiosa, non debeant maleficia tolli. Dicit enim, Nec in hoc est infidelitas aliqua, quia destruens non assentit operibus diaboli; Sed & cætera vt antea recitata fuere, & loquitur de signis maleficij. Hæc ille. Video ex his Bodinum retulisse quod imposuit Scoto: sed & Sprengerum istum, virum cæteroque religiosum & doctum ac orthodoxum, è suo tamen addidisse & affuixisse hæc pauca (*Etiam per vana & superstitiosa*) licet maleficiatollit. Quæ mentem & sententiam Scoti, omnino peruertunt, labefactant, infirmant, & in deteriorem partem quamuis reluctantem detrahunt. Nam ne in somniis quidem cogitauit Scotus, quod per vana & superstitiosa liceat maleficia tolli; tamen maleficij signa inuicta rescindere, in igne proicere, & destruere liceat: sed *innocenter* (vt Constantinus loquitur lege à nobis producta paulò superius) non autem superstitiosè, vt fingunt isti Scotum voluisse asserere. Concederet quidem Scotus cū Diuis Thomæ & Bonauenturæ (Sprengero referente eorum opinionem) quod per aliud maleficiū adhibere maleficio remedium, dato quod fieri posset, esset tamen illicitum, quia nullo modo licet per maleficium inuocare demonis auxilium. Quid dicat Hostiensis nihil mea refert. De Scoti doctoris subtilis opinionione nostra est concertatio & præsens inquisitio, vt autem cum doctoribus Theologis ostendam eum sensisse decentibus non licere per maleficium tollere maleficium, id faci

id facile eruemus & deprehendemus, ex eadem distinct. 34. Quæstio est. Vtrum impotentia ad actum carnalem impediatur matrimonium simpliciter; & ibi pro suo & omnium Scholasticorum Theologorum more & vsu disputat in utramque partem, ut dici solet pro & contra. Quod impotentia talis non impediatur matrimonium, proponit, ut suadeat & probet tria argumenta ibi que ipse ad finem distinctionis soluit. Deinde contra, inquit, 33. q. 1. si per sortitias, ergo talis impotentia impedit, maxime si sit perpetua. Postea in corpore quæstionis distinguit: Quia vel talis impotentia est naturalis, ut frigiditas, vel casualis, ut quæ per maleficium contingit, & fit per malignos spiritus. Inquire ulterius, Quod est remedium contra istud impedimentum per dæmonem? Responder, vel per orationes sanctorum, vel destruendo maleficium, & exponit (optimus sui ipsius interpres) aperitque mentem suam, per verba quæ ab initio retulimus. Vnde palam fit ipsum sentire non esse per maleficia amolienda & depellenda maleficia. Canon enim, si per Sortitias à Scoto pro confirmatione suæ sententiæ, initio distinctionis allatus hoc facile euincit: Sic namq; habet: Si per sortitias atque maleficas artes, occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante, concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus ista eueniunt, ut corde contrito & spiritu humiliato, Deo & sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciatur, & profusis lacrymis & largioribus elemosynis, & orationibus, atque ieiuniis, domino satisfaciant: & per exorcismos ac cætera ecclesiastica medicinarum munia, ministri ecclesiæ, tales quantum dominus annuerit, qui Abimelech domum eius, Abrahæ orationibus sanauit (Gen. 10.) sanare procurent. Hæc ibi Canon. Vbi aperte dicitur, quod per media licita, ut verbi gratia, per licitos exorcismos, vel per veram penitentiam remoueri debeant maleficia, non autem per vana & superstitiosa media, quæ sunt illicita: Modò confringere vel destruere signum maleficij proficiendo illud in ignem, absque vlla tacita, vel expressa demonis inuocatione, imò ex odio artis magicæ, & diabolicæ nequitie fraudisque detestatione, ex charitate item fraternæ, ut curetur ægrotus, in Dei inuocatione & nomine: talia inquam, perpetrare, quidni meritorium foret? (ut censuit Scotus.) Angelus de Clauasio in summa angelica, vocabulo superstitio. §. 13. vtrum sciens maleficium possit illud

Canon.

Gen. 20.

Summa
angelica.

sine peccato soluere? Resp. Petrus Aureolus in 4. sent. inquit, quod per aliud maleficium non potest sine peccato infidelitatis, deinde potest etiam tolli per destructionem maleficij, si scitur. Vnde dicit Scotus (ubi supra) quod necdum est peccatum, imò meritorium destruere opera diaboli, nec in hoc est infidelitas aliqua (ut supra commemorauimus.) Potest etiam, inquit, destruere quis maleficia per sacramenta, adiurationes, diuinas orationes & huiusmodi meritoria. Hæc ille. Doctor item Nauarrus Martinus ab Azpilcueta in manuali confessoriorum c. 11. de primo præcepto decalogi §. 29. Fas est, inquit, maleficium licitis modis dissoluere, puta exorcismis approbatis, aqua benedicta, sanctorum precibus, vera penitentia, deuota Eucharistia perceptione, secundum omnium doctorum sententiã, præcipue Ioannis maioris in 4. dist. 34. q. 2. Et etiam sine inuocatione, soluendo vinculum capillorum, vel aliarum rerum quibus incantatio continetur. Hæc ille ad Scotum valde conformiter. Sed D. Hierony. præstat audire, rem stud. D. Hier. pedam 10. 1. epist. in vita Hilarionis eremite sic describit: 10. 1. epist. rem. Virginem Dei vicinus iuuenis deperibat: Qui cum in vita nihil profecisset, ut amica potiretur, perrexit Memphim, ut Hilarionis magicis artibus rediret armatus ad virginem. Venit igitur post annum doctus ab Æsculapij vatibus, præsumptum animo stuprum gestiens: & subter limen domus puellæ portentosas figuras sculptas in æris Cyprij lamina defodit. Illic in sanire virgo, & inelamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. Perducta ergo à parentibus ad monasterium Seni traditur (B. scilicet Hilarioni) (vulante statim & confitente dæmone) vim sustinuit. Quam bene Mēphis somniis homines deludebam. O cruces, o tormenta quæ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Tunc senex: Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio & lamina strictus teneris. Deinde aliquot interiectis interrogationibus adiungitur: Noluit autē sanctus antequam purgaret virginem, signa iubere perquiri: ne aut solitis incantationibus recessisse dæmon videretur, aut ipse sermoni eius accommodasse fidem, afferens fallaces esse dæmones, & ad simulandum esse callidos, & magis reddita sanitate increpuit virginem, cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset. Hæc ibi. Scholia Erasmi ad verba illa, signa iubere perquiri, veluti, inquit, deprehensus an vera dixisset dæmō. Hæc præsupposita historia

V inquiror

inquiri: Si quis in hac specie vel (vt loquimur in scholis) in simili casu & hypothesi laminā illā defossā abstulisset, & cōfregisset ligaturas & liciā seu filā illā & nodos dissoluisset, ac dirupisset, absq; vilo cū dē mone pacto, sed eo concilio, vt maleficio vexata liberaretur, sublato tali maleficio, in Dei nomine illud peragens, an non bene imō meritorie faceret? Quod si obicias Hilarionem virum sanctum, non istud curasse: Responso apud eundem Diuini Hieronymum in aperto est, ne scilicet, solitis incantationibus, imperitis & rudibus huius miraculi spectatoribus recessisse dæmon videretur, aut sanctus fidem dæmonibus adhibuisse. Adde quod potestate eiiciendi dæmones diuinitus erat præditus Hilarion: & præterea prohibuisse non legitur, liberata virgine à parētibus maleficii signa perquiri & confringi: quinimo historiae contextus, id potius insinuare videtur & tacite cogitandū relinqueret legentibus. Non possum satis mirari istorum iudicium, qui talem Scoto affingunt opinionem. Quomodo eum putauerint tam stupidum, & bardum, ne dicam futilem (tantum abest, vt subtilis doctor habendus, & ab eis hoc nomine foret vocandus, si quod illi imponunt, cogitasset vel scripisset.) Quomodo enim meritorium esset (quod ipse disertis verbis dicit) destruere opera diaboli, tollēdo huiusmodi maleficia & signa, nisi id fieret ex charitate proximi, & in Dei nomine, & inuocatione, ex pia intentione in Deum actualiter aut virtualiter relata? & non quod ei imponitur à Boudino ex superstitione, vel per vana & superstitiosa (quod à Sprengero in maleo maleficarum affingitur) & medijs illicitis ac vetitis (quod ab utroque communiter, aduersus eum dicitur?) Sed huic examini finem impono, rogas & obsecrans lectorem, vt quæ prolixius ea de re dicta sunt, æqui bonique consulat, eius philosophici dicti nequam inmemor, *Amicus Plato, amicus Socrates, magis autem amica veritas, qua præ honoranda omnibus præferendâque merito est.* Neque tam in gratiâ Scoti, quam in veritatis & innocentia favorem, hæc à me allata, & in hunc ordinem digesta existimet velim. Quæ & si potius ad Scholas quam ad suggestum & homilias seu populares conciones & sermones pertineant: attamen vt bona ingenia ad veri investigationem, & inuentionem subtilēque perquisitionem excitarem, hæc fuisse à me conscripta, candidè & sine furo vel mendacio, coram Deo profiteor.

Miserere

Miserere mei domine fili David Primi Regum decimosex- 2. Reg. to, David circhara expulisse dæmonem à Saule, arietem 16. quoque cap. decimoseptimo eruisse de ore leonis & vrsi, 1. Reg. 17. Goliath item gigante prostrauisse, & in certamine singulari suis armis eum cōfodisse & interemisse memoratur, & mansuetudinis titulo in psalmis decoratur. Quæ omnia iubens hæc mulier apud se & tacita cogitat animoque versat, bonam sibi de Christo spem propmittens, vt vocis suæ sono potentissimòque concentu & harmonia, (*Dedit enim vocis vocem virtutis*, ait psalmographus,) Dæmonem à filia expellat de ore leonis mystici, hoc est diaboli (*Nam aduersarius vesper tanquam leo rugiens circuit, 1. Pet. 5.*) filiam 1. Pet. 5. infelicem eruat, Goliath porrò & giganteum illum *uociferum*, id est hominum osorem & iuratum, hostē satanam scilicet velociter conterat, mansuetudinem denique, qualem Davidis decet filium, erga eam ostendat, benignè exaudiendo, & voti compotem eam dimittendo, Ideò clamauit, *miserere mei fili David.* Miserere dicit nō autem ora, vel postula, quemadmodum Martha Iudæa, Ioan. 11. *Scio quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.* Differentia hæc est inuocationis Dei & sanctorum, vt dominum inuocantes dicamus, *sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.* Sanctos autem deprecantes, *Omnes sancti, & sancta Dei, orate pro nobis.* Honorius Augustodunensis Dominica 3. Quadragesimæ, & Petrus de natalibus in catalogo sanctorum lib. 9. cap. 38. de sancta Thaide meretrice, illa à Paphnutio conuersa ad meliorem frugem, & in quadam cellula apud reliquias tribus annis inclusa ab eo fuit edocta qualiter orare eam oporteret. Prohibuit nec Deum nominaret, sed tantum incumbens contra orientem respiceret ac diceret, *Qui placuisti me, miserere mei.* Quod cum toto triennio fecisset, reuelatum fuit, dimissa illi fuisse à Deo peccata sua, & in illo virginum monasterio obdormiuit in domino. Hæc ibi. Abbas Vrspergensis in Chronico, de Iustiniano imperatore: Temporibus eius, inquit passa est Antiochia terramotus magnos & tempestates, & faciebant letanias omnes diuini scilicet, clamantes *κύριε ἐλεήσον.* Hæc ille. Narrat Nicephorus hist. ecclesi. lib. 14. cap. 46. Tempore Theodosij Imperatoris, inquit, & Patriarchæ Procli terramotus magnus & admirandus existit Bizantijs: Ideò letanijs & supplicationibus omnes dediti erant, ex profundo intimòque animo misericordiam diuinam implorantes. Tum miraculum

V 2 quod

quod sensum & mentem omnem excedat, subsequutum est. Subito namque diuina quadam vi inspectantibus omnibus, puer in aërem sublimis, ita ut iam non appareret, sublatuſ est: Diuinam vocem qua angelis Deum laudibus ferre mos est, audiuit: eaque voce percepta, rursus priore per aërem via reuersus, descendit, & episcopo Proclo & ipsi Imperatori & multitudini omni supplicationibus operanti, Deumque hymnis celebranti, ab angelis canentibus se verba hæc audisse renūciavit, *ἰπὸς αἰγίου*, hoc est ter sancti angeloruſ hymnus statim recitatur, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miserere nobis*. Quæ ubi Proclus intellexit, statim ad eum modum populum psallere iussit, & terræ motus statim etiam constitit omninoque conuulsit. Imperator porro Theodosius & inter sceminas admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo percussa, constitutione imperiali confestim ut per orbem omnem diuinus hymnus iste concaneretur, decreuerunt. Et ex eo tempore Ecclesia Christiana cum acceptum quolibet die vsurpat. Puer verborum eorum ministerium exequutus, statim vita defunctus est. Hæc Nicephor. Græcè, & latine in Romana ecclesia matre nostra decantatur in die sancta parasceues, *αἰγιος ὁ θεός, αἰγιος ἰσχυρός, αἰγιος ἀθάνατος, ἰαήσων ἡμῶν*: Latine sic: *sancte Deus, sancte fortis, sancte immortalis, miserere nobis*. Psalter diuinus sic poenitentialem psalmum exorsus est, *Miserere mei Deus*. Ista consimiliter orat, *Fili David miserere mei*. Bona hæc mater pro filia salutem petiit. Sic mater diui Augustini conuersionem ipsius ad Christianismum toto desiderabat affectu, multisque lachrymis & gemitibus à Deo continuè efflagitabat. Cui à quodam episcopo dictum fuisse refert idem D.

D. Aug.

D. Aug. 20. i. lib. 3. confess. cap. 12. Psal. 61.

D. Chry. ho. 17. ex

Augustinus tomo 1. libro 3. Confessionum cap. 12. idest ultimo in fine capituli: Vade inquit, fieri non potest ut filius istarum lachrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse inter colloquia sua, mecum sæpe recordabatur, ac si de celo sonuisset. Hæc D. Augustin. Ista orabat *ἐλεησόν μου κύριε ὁ θεός* Psalm. 61. *Duo hæc audiui, quia potestas est tibi, ut scilicet iuuare possis, & misericordia, ut etiam velis*. Dominum agnoscit, cui subest cum volueris posse. Filium David constitit, ut eum experiat & sentiat erga se beneuolum, leuem ac mansuetum.

Matth. locis; fletus pessimus stimulus naturæ viscera mea *Matth. locis*. ditumpit. Quid faciam misera? vide prudentiam: non dixit, miserere filia mea; sed *miserere mei*. Illa enim insensibili passione teneatur, nescit quid habet, nō sentit dolorem, velatum cor habet, nēquissimo spiritu obducente. *Miserere mei*. Vbi vadam? quo pergam? In eremum ire non audeo, nec illam solam relinquere. In domo sedere non possum, quia intrinsecus est inimicus, & quo nomine eam vocabo inuenire non possum. Mortuam eam dicam, sed mouetur: viuam appellem, sed nescit quid faciat. Si mortua esset filia mea, non talia pateretur. Tradidisseti vtiq̄ue corpus in sinum terre, & tempore euolutō, obliuionem haberem maiorum, & dolor conquiesceret. Nunc autem mortuum habeo pertinax corpus sine sensu viuum, spectaculum lamentabile: Cerno enim oculos eius transfuersos; aspectum sanguineum, manus intortas, crinem dissolutum, contortum collum, ora spumantia, inimicum incedentem & non apparentem, tortorem clausum, & flagella resonantia. *Miserere igitur mei*. Pessima tempestas passio naturæ, timor dæmonis. Hæc ibi os verè aureum. Nostis passionem quanticumque fuitis patres, quæcumque matres vocatæ estis, quid possit pietas & amor in filios certa didicistis experientia. Cōpatimini igitur afflictæ matri. Cic. epist. ad Atticum. l. 7. epist. 2. Filiola tua, te delectari lætōr, & probari tibi *ἡσπυλὴ ἠσπυλὴ*, esse *τὸν πῶς τὰ τέκνα*. Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adiunctio: qua subblata, vitæ societas tollitur. Hæc Cicero: vocat autē *ἠσπυλὴ ἠσπυλὴ*, aduersus sobolem genuinā naturalēque beneuolentiā. Ioā. Pierius Hieroglyphicōn l. 20. de Pellicano, Subit ad hæc sententiam, inquit, Arfinoës recordatio, quæ à Ptolemæo fratre infidiis & fraude decepta, cum percussores in duos filios impuberes immisos à fratre conspiciat esset, complexa eos ad se fugiētes, ea parte qua vulnera filiis intēdebat, diu corpus suum cadendum opposuit, multaque ita vulneribus laucia, eorū tamen salutem consulere non potuit. Illi enim in maris gremio inter oscula ipsa truculentissime trucidati sunt. O materna viscera. Arfinoë ira pro filiis trucidari se pariebatur, cum præsertim ipsa nō ad mortem, non ad vincula, sed ad nuptias & regni successorem à Ptolemæo deposceretur. Vnde ingenti laude omnium consensu merita, ob incomparabilem, quam omnes admirantur, charitatem minimè Arfinoë fraudanda iudicatur. Hæc

Pierius lib. 20.

Test. Iust. Pterius Iustinus historicus lib. 2. 4. circa initium libri: Ptolemaeus, inquit, sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulachra, & pulvinaria deorum, inauditis victimisq; execrationibus adiurat, se sincera fide matrimonium sororis petere, nuncupaturumque se eam reginam, neque in contumeliam eius se aliam uxorem aliove quam filios eius se liberos habiturum. Arfinoë & spei impleta est & metu soluta, reclamante Ptolemao filio fraudem subesse, in matrimonium fratris consensit. Nuptia magno apparatu latitiamque omnium celebrantur, ad concionem quoque vocato exercitu, capiti sororis diadema imponit, reginamque eam appellat. Quo nomine in latitiam effusa Arfinoë, vitro virum in urbem suam Cassandriam inuitat, cuius vrbis cupiditate fraus struebatur. Prægressa igitur virum, diem festum vrbis in aduentum eius indicit, filios quoque suos Lysimachum sexdecim annos natum, Philippum triennio minorem, vtrumque forma, coronatos occurrere iubet. Quos Ptolemæus ad celandam fraudem cupidè & vltra modum vera affectionis amplexus, osculis diu fatigat. Vbi ad portam ventum est, occupari arcem iubet, pueros interfici: qui cum ad matrem cõfugissent, in gremio eius, inter ipsa oscula trucidantur. Proclamante Arfinoë, quod tantam nefas aut nubendo, aut post nuptias contraxisset, pro filiis se sæpe percussoribus obtulit, frequenter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit, vulneraque excipere, quæ liberis intendebantur (aliàs intentabantur) voluit. Ad postremum spoliata etiam funeribus filiorum, scissa veste, & crinibus sparsis, cum duabus seruulis ex vrbe protracta, Samothraciam in exilium abiit, eo miserior, quod mori cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolemao multa scelera fuerunt. Quippe diis immortalibus tot peritura & tam cruenta parricidia vindicantibus breui post à Gallis spoliatus regno, captusque, vitam ferro vt meruerat amisit. Hæc ibi Iustinus de rege Macedoniæ Ptolemao. Eadè

Sabell. penè repetit Sabellicus Enneadis 4. libr. 8. Arfinoë, inquit, Ennead. filios coronatos auunculo eidemque & virico iuber ire 4. lib. 8. obuiam. Sed in eius gremio & complexu obruncati sunt: Arfinoë interim suum corpus percussoribus obiciente, vt filios protegeret. His igitur crudeliter interfectis, ipsa cõfissa veste, duabus dumtaxat ancillis comitata, in Samothraciã concessit. Hęc ille. De matre Gerg quid simile narratur. Ioanes Xiphilinus ex Dione Nicæo in Antonio Caraca

racalo, qui fratrem suum Geram ex insidiis interfici iussit. Gera, inquit, visis percussoribus ad matrem perfugit, ac iam tum ex collo eius pendebar, adhærebátque ipsius pectori atque vberibus: occidunt autem eum lamentantem clamantemque in hæc verba, Mater, mater, genitrix, genitrix, ser opè, occidor. Itaque mater decepta (sub specie siquidè reconciliationis, ambos fratres in thalamum vocauerat, persuadente matri, Antonino proditore & fratricida, qui percussores ibi in insidiis collocauerat) filium occisum nefariè in sinu cõspexit, eiusq; cædem intra sua viscera quodammodo, ex quibus ipsum pepererat, recepit. Nã ita sanguine perfusa est, vt vulnus quod ipsa accepit in manu, nihil faceret. Hæc Xiphilinus. Ioannes Pterius libro 20. de Vulpense. Ales hæc, inquit, ex anserum genere tanto filios amore prosequitur, vt si vnquam accidat vt cum filiis in venatores incidat, simulatq; conspecti sunt illi, pater & mater sponte accurrunt, seque ipsos venatoribus dedunt, vira eos à filiis aliorum auertant. Cuius pietatis ergo visum est Aegyptiis animal huiusmodi magna prosequi veneratione. Hæc ille. Alianus lib. 11. de animalibus c. 38. vulpense ait, pullos suos vehementer amat, aucupi spem sui capiendi ostendit. Hi verò interea cum venator illudatur, elabuntur: quibus fuga elapsis, is se se alijs eleuãs discedit, ac sepe vt pulli facilius elabantur, capiendum se venatoribus præbet. Ex hoc loco patet consimilem naturalem affectionem maternã clarissimè in hac Chananæa relucere.

Non respondit ei verbum. Nihil simile in toto euangelio reperitur. Quis siue Iudæus, siue Gentilis, salutem à domino petiit, quam non protinus impetrauit. Centurioni pro seruo aduentum suum pollicetur, decem leprosi, quorum vnus erat Samaritanus, statim audierunt, *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Imò Iudæis seipsum offerebat vltro, vt Paralytico in piscina, & Cæco nato, quos nihil simile cogitantes, alterum quidem ambulare fecit, alterum verò illuminauit: isti autem licet clamanti nihil penitus respondit. Verbum patris non loqueris? sapientia Dei nõ respondes: fons misericordiæ solita benignitatis & *graculæ potius*, hoc est erga homines amoris fluentia fistis? Medicus malorum omnium curare negligis? qui grauatos omnes inuitas Math. 11. venientem miseram silentio repellis? Et quomodo verum est illud Ioan. 6. *Eum qui venit ad me eum quam foras?* Vnde hoc? Samaritanæ prior loqueris, *Mulier da Matt. 11. Ioan. 10. mibi*

mibi bibere, licet in te acerbiori & inciuilius agenti, imò ad ipsos Samaritanos rogatus iuisti, & duobus diebus mansisti, Ioan. 4. isti autem ne verbulum quidem respondere dignaris? Au non querere, petere, & pulsare iubes certa spe Rom. 10. impetrandi? Quomodo dicit scriptura Rom 10. *Omnis qui credit in illum, non confundetur? non enim est distinctio Iudæi & Græci: Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, saluus erit.* Et psal. 49. *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* Iterum Psal. 144. *Prope est dominus inuocantibus enim inuocantibus eum in veritate: voluntatem timèntium se faciet & deprecationem eorum exaudiet.* Quomodo illud verificatur Luc. 19. *Venit filius hominis querere, & saluum facere quod perierat?* Quomodo tu agnus mansuetus, agere videris Leo. Plin. li. 8. nē feueri? Imò feuerius agis erga supplices? Plin. li. 8. ca. 16. Leoni tantum ex feris clementiam in supplices, prostratis parcat. Et vbi scuit, in viros prius, quam in foeminas fremit, in infantes nō nisi magna fame. Credit Libya intellectum peruenire ad eos precum. Captiuā certè Getulia reducem audiui, multorum in syluis impetum à se mitigatū alloquio ausam dicere se foeminam, profugā, infirmā, supplicē animalis omnium generosissimi, ceterisq; imperantis, indignam eius gloria prædā. Hæc Plinius. Ista similiter domino diceret: *O Leo generosissime victorq; & triumphator, de tribu Iudaradix David, me miseram foeminam tibi supplicem coram te postratā ne dedigneris. Non respondit ei verbum, sed respondit ei factū, inquit de Palacio in Matth. 15. Ego verò malo mihi factō, quam verbo responderi. Sed aduerte: dominus tenebat Chananæam, ligabat eam. Nam discipuli dicunt: *dimite eam, quia clamat.* Quomodo eum dimitteret quam traxerat, & idè traxerat vt rogarer, & rogarer exactè. Gaudet enim Christus nostra exactiōe. Nā Paulus ter dominum rogat, & vidua coram iudice improba est seu importuna: Et amicus ab amico panes extorquet: & propterea iubemur orare, & nunquam deficere Luc. 11. & 18. mirum certè, quia Christus clamat Ioan. 7. *Si quis sitit, veniat.* At nūc ad clamores silet. Hæc Palacius in Matt. verum tenet Christus idè suspensam & veluti in ambiguo, vt ostendat fructum fidei absconditum. *O mulier, inquit, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Et vt eam magis magisque accendat. Siquidem desideria sancta dilatione crescunt. Item vt ait D. Chrysostomus, homil. 17. ex variis in*

in Mach. locis. *Dominus non respondit ei verbum*, ne Iudæi videlicet redarguerent eum, tanquam præuaricatorem le- D. Chrygis. Christus infidantibus sibi Iudæis dicebat Ioan. 8. *Quis sitit, ho. et vobis arguit me de peccato?* Ne ergo occasione accepta 17. vadicentur: Non credimus tibi, quia iniquè fecisti soluens vis in legē. Perrexisti enim ad fines Chananæorū, quod ne fieret Matth. legē veritū est, Deut. 7. Inter 7. gentes quas dominus iube locis. lege veritū est, Deut. 7. Inter 7. gentes quas dominus iube locis. bar vsque ad internecionem percutere numerantur Chananæi: non inibis, inquit, dominus, cum eis fœdus, nec miserebere Deut. 7. ris earum. Ideò nihil interim loquitur mulieri, sed legem custodiens retardat salutem & Iudæos refrenat, & hanc quoque exacuit. *Qui non respondit ei verbum.* Nolo mihi occasionem querimoniarū inuenias o Iudæ: Ecce nō loquor, ecce non respondeo, adest occasio benefaciendi: & pietatem meam interim differo, vt omnis vobis auferatur occasio detrahendi, ne forte dicatis quia vobis præposui Chananæos, & transgressus sum legem, & idè mihi non credatis. Hæc D. Chrysostomus.

Dimitte eam quia clamat. Theophilactus. Obsecrabant vt ablegaret illam abs se. Hoc autem faciebant non tanquā immisericordes, sed magis volētes persuadere domino vt miseretur eius. Hæc Theophilactus. *Dimitte eam quia Theoph. clamat post nos.* Agnosce charitatis ingenium. Rogant enim non rogati. Hic commodissimus locus se offert de orationibus sanctorum: sed vsque ad concionem de Socru D. Petri remitemus ac referuabimus. Sufficiat nunc sanctorum doctorū citare huius loci germanā interpretationem. D. D. Hilari Hilarius canone 13. in Mat. Miserātes, inquit, discipuli precan. 15. inces iungunt. Theophilactus item hoc loci incerectionem Matth. Apostolorum astruit: *Quod si sancti dum adhuc hinc viuūt Theophi. orant, quando pro se sunt solliciti: quanto magis (vt argu- in Mat. 1. mentatur cōtra Vigilantium S. Hieronymus) post adeptos triumphos & acceptas coronas? præsertim verò cum 1. Corinth. 13. Charitas nunquam excidat, & 2. Machab. 15. de 1. Cor. 13 Hieremia & Oniā iam defunctis, Iudæ Machabæo apparatus scribatur, Quod orauerint pro sancta ciuitate & populo Israel: & denique Baruch 3. Nedom viuentium preces, sed 2. Mac. & mortuorum commemorentur, Audi numè, inquit, orationem mortuorum Israel. Sed de his (Deo aspirante) aliās. Baruch. Clamat, inquit, D. Bernardinus ser. 14. de Euangelio 3. æterno agens de Chananæa, Tria, inquit, clamorem indu- D. Bern. cunt: Necessitas, charitas, & pœnalitas. Clamat ista pro- ferm. 14. pter*

pter necessitatem, *Miserere mei*. Propter charitatem filii David, filius enim dicitur à vocabulo Græco φίλος, & φιλία dicitur amor, necessitudo. Inde ἀπὸ τῆς φιλίας, hoc est, ab amore, quòd omnium constantissimus amor sit parentum in filios, Latinum factum vocabulum. Item propter graue & acerbum filia dolorem, quia filia mea male à demonio vexatur: *Filia*, ecce subiectum morbi: *malè*, ecce quantitas morbi: *à demonio*, ecce genus morbi: *vexatur*, ecce qualitas morbi: Hæc ille.

Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israel. Si nõ est missus nisi ad Israëlitas, quomodo ergo ipse etiã Chananæorum fines intrat? Qui discipulis præcepit, *in viam gentium ne abieritis*: Respondet Euth. in Matt. 15. Non discesserat neq; eò profectus fuerat, illic prædicaturus, sed vt paululum requiesceret. Ideò ingressus domum prout Marcus ait c. 7. *Neminem scire voluit, nec potuit latere*. Quomodo autem intelligendum sit saluatoris dictũ, *Non sum missus*, breuiter est dicendum. Oblerua itaq; , quòd propter 4. venit Christus præcipue. Primò ad redimendum genus humanũ. 1. Ioã. 2. 1. Ioan. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed pro peccatis totius mundi*. Romanorũ s. pro impiis mortuus est. *Saluator omnium maximè fidelium*. Prioris ad Timoth. 4. cap. *Secundò venit ad ferendum leges*, Matth. vii. *Docete omnes gentes* Marc. vii. *prædicare Euangelium omni creaturæ*. Ideò legisfer noster vocatur Christus, *Quæ duo pro omnibus fecit Christus, suntque Iudæis, atque gentibus communia absque exceptione*. Tertio venit ad docendum in propria persona, & vt Matth. non sine emphasi dixit c. 5. *Aperiens os suum, vt doceret*. Ioan. 18. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*. Quarto ad miracula facienda. Mat. 11. *Caci vident, claudi ambulant*. Hæc duo postrema apud Iudæos maximè speratus est. Ro. 15. *Dico Christum ministrũ circumcisionis, id est, doctorẽ & miraculorũ opificẽ in propria persona*. Vnde gentes rarissimè docuit, & tam pauca apud eas miracula didit, vt eorũ cõparatione quæ apud Iudæos fecit, nulla reputetur: iuxta illud vulgò dici solitũ ex philosopho, *quod parũ est, pro nihilo reputatur*. Imò & Apostolis suis ne ad eas accederent, vetuit: Mat. 10. dicens, *in viam gentium ne abieritis*, vt s. attigimus. Quod intelligendum est ad tẽpũ duraxat, vsque post Christi ascensionem, tunc enim (vt ait Marcus nouissimo capite) *illi profecti prædicauerunt vbique*

domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Notanda hic est (ait Hesselius in Matth. 10.) inscrutabilis concilij Dei altitudo, qui gratiam suam gentibus propalari noluit, sed tantum Iudæis, cum tamen nunc Iudæis relictis, se ad nos gentiles conuerterit. Cuius causam ipse dominus prior assignans, *Auferetur à vobis*, dicebat, *regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*, Matth. 21. ob vestrã scilicet ingratiudinẽ & hæredis immane parricidiũ. Deinde Apostoli Iudæis. Act. 13. dicebant: *Vobis oportebat primũ loqui*, vt supra dictũ est. Hæc ille. D. Hieronymus in Matth. 15. *Non sum missus*. Non quòd, inquit, & ad gentes non missus sit, sed quòd primũ missus sit ad Israël: vt illis non recipientibus Euangelium, iusta fieret ad gentes transmissio. Hæc ille. Primũ itaque ad oves domus Israël missus fuit, sicuti testatur Apostolus, Rom. 1. *Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primũ & Græco*. Sic & idem de se dicebat. *Non me misit Christus baptizare, sed euangelizare*. 1. Cor. 1. tamen ibidem scribit, *Neminem vestrum baptizauit nisi Christum & Caium: baptizauit autem & Stephanus domum*, Caterũ nescio si quem alium baptizauerim. Intellegit enim Paulus se non peculiariter & præcipue baptizãdi, sed euangelizandi munus à Deo accepisse. Sic & illud à domino in Euangelio prolatur: *Misericordiam volo, & nõ sacrificium*. Matt. 9. & 12. & c. ex Osea. 6. *Misericordiam volui, & nõ sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta*. Vbi hæc loquẽdi formula apparet, vt velit scilicet dominus misericordiam potiusquam vel plusquam holocausta, hoc est munera externa, vt oves, boues, & c. quæ offeruntur. Aduertendum hic est, inquit, in Matt. 9. Hesselius, quòd Hebræi vnũ alteri præferre volentes per negationem loquuntur, vt pro eo quod nos dicimus: *Misericordiam malo quàm sacrificiũ dicunt, misericordiam volo & nõ sacrificium*. vnde patet hic Hebraicam esse phrasim. Hæc ille. Sic & in his verbis, *Non sum missus*, existimare conuenit: quasi diceret: Primũ Iudæis sum missus quàm gentibus, ad oves Israël potius, quàm ad extraneos & alienigenas. Ideò Mar. 7. Sine, inquit dominus, isti mulieri, prius saturari filios. *Non est enim bonum sumere panem filiorum, & dare canibus*. Quibus in verbis non defuit cõsolatio, & spei materia huic præbita fuit. Imò nedũ soli huic mulieri, sed omnibus gentibus quadam spes affulgebat, quòd scilicet eibus vitæ ipsis etiã, sed saturatis Iudæis, dãdus esset, hoc est quod regni Euangelium

gelium audirent, postquã Iudæis fuisset prædicatum. Cùm enim (vt eò redeamus vnde digressi sumus) dicitur, *Miseri- cordiam volo, non sacrificium*, nõ tamen per hæc verba pro- hiberi sacrificiũ clarum est ex Matth. 23. Dicente domino, & contra Phariæos declamante & intonante. *Va vobis hy- pocrita, quia decimatis mentam & anethum, & reliquias que grauiora sunt legis iudiciũ & misericordiam & fidem. Hac oportuit facere, & illa non omittere.* Et ne videamur hæc ex nobis fingere & comminisci, profero D. Ambrosium, qui lib. 1. de penitentia cap. 2. verba Olee c. 6. sic adduxit, *Miseri- cordiam malo quàm sacrificiũ*, hoc modo istud exponendũ. Non sum missus. Nam illi populo Iudaico peculiariter promissus erat, vt dominus Samaritanæ dicit, *salus ex Iudæis est*. Ioan. 4. Ergo vt istud semel expediã, non sum missus nisi, &c. Hæc voces, non, nisi, nõ absolutam negationẽ, sed adiunctam etiam tacitam saltem & inuolutam habent comparationem, ita vt à se non omnino respui gentes sed Iudæos illis præferri dica. Nam & gentibus annuit ille quidẽ, sicut Centurioni dixit. *Vade, sicut credidisti fiat tibi*. Matth. 8. Imò sequẽtibz se dixit: *Non inueni tantam fidem in Israël: & sub finem præ- sentis Euangelij, Chananeæ dominus annuit: fiat tibi*, in- quit, *sicut vis*. Quod verò ex comparatione, non autem ab- solute negatio vlturpata sit, subiectis autoritatibus decla- ratur. Genes. 49. *Ipsè (Messias scilicet) erit expectatio gentiũ*. Isa. 49. *Isa. 49. dedit te in lucem gentium*. Luc. 2. *Lumen ad reuelationẽ gentium, & gloriam plebis tuæ Israël*. Ioan. 10. *Alias oues habeo, que nõ sunt ex hoc ouili, illas me oportet adducere, & fiet unum ouile, & vnus pastor*. Ioan. 11. *Moriturus erat pro gente, non pro gente tantum, scilicet Iudaica, de qua in illo cõcilio Iudæo- rum dictum fuerat, & nõ tota gens pereat. Item, tollent locum nostrum & gentem. Sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum*, Rom. 3. *An Deus Iudæorum tantum? nonne & gentium? imò & gentium*. An non lapis angularis Christus in Psal. & prophetis dicitur? Psal. 117. *Hic factus est in caput anguli*. & Isa. 28. *Ecce mittam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem. Quæ prophetica testimonia in Euangelio aliquoties repetuntur, & in Christo impleta fuisse decla- rantur. Dicitur autem lapis angularis, quia vtrumque parietẽ, vtrumque scilicet populũ in se coniungit. Nonne ipse o scampi nullis hortorum claustris circumseptus, sed om- nibus expositus & conspicuus? Nonne Christus est ros ille cœlestis à Gedeone postulatus, qui non tantum vellus, sed*

circum

circumstantem aream irrorauit, id est, non modò angustum Iudææ angulum, sed totam gẽrilitatis aream cœlestis gra- tiæ rore fecundauit. Quæ cum ita sint, non solum Iudæis, sed & gentibus saluator communis est, vt Euãgelicus pro- pheta c. 49. scribit. *Parum est vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & facies Israël conuertendas: Dedit te in lucem gentium*. Et Apostolorum princeps ad Cornelium sic concionatur, Act. 10. *In veritate comperi, quia non est personarum Deus ac- ceptor, sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Sed hæc pauca sufficiant.*

Oues quæ perierunt. Ingens consolatio pro peccatoribus. Psal. 118. *Erraui sicut ovis quæ perijt, dicere potest peccator. 1. Pet. 2. Erratis sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pas- torẽ, & episcopum animarũ vestrarum*. Origenes, quẽ docto- rem ecclesiarum quondam adolescentulus nominauit D. Hierony. & cùm esset senex, hanc quoque sententiam non formidauit, vt restatur tom. 2. epist. epist. ad Pammachiũ & Oceanũ de erroribus Origenis. Ille inquam Origenes ho. 27. super Numeros exponens allegoricẽ sacrificia quæ in lege offerebantur: Si abijciam, inquit, superbiam, per ma- pus Aaron taurum Deo sacrificauit: si petulantiã lasciuiã- que peremerõ, hircum domino iugulasse me Aaron mani- bus credã. Si libidinẽ yicero, vitulum: si stultitiã, ouem im- molasse videbor, Hæc ille. Ex quo liquet (vt Pierius lib. 10. Hieroglyphicor. de oue annotauit) per ouem stultitiã si- gnificari. Ideo congruẽ hĩc dicitur, *Oues quæ perierunt domus Israël*. De stoliditate huius animalis, illud in ore omnium versatur, *ωροβάτων ἵθως*. Instar ouis, Latini dicũt, quod mo- re ouium Græci: Sed Q. Fabius Maximus, quod ab ineunte ætate aliquantò hebetior videretur, neque ad capefcendas disciplinas promptitudine aut docilitate vllã præditus esse iudicaretur, magnãque de se corporis & inhĩpitiã suspi- tionẽ apud domesticos concitasset, Ouicula cognomento appellatus est. Hinc *χορσίμων* appellauit Diogenes virum quendam indoctũ, sed splendidẽ vestiturũ. Etenim prouer- biũ illud vti superius, *Ouiles mores*, de iis qui minimum ingenio valent, dictũ inuenias. Hæc ibi Pierius. Plutarchus to. 1. vitarũ in Fabio Maximo scribit: *Ouicula puer etiam- num dictus est, ex mansuetis & grauibz moribus. Sic ille torquet, & trahit in bonam partem, & Fabij commẽdationem, quod tamen in dedecus fuerat impositũ cognomen, & statim adiicit. Quippe sedatũ ingeniũ ei⁹ & taciturnitas, magnãque*

Act. 10.

Origenes

Plutarc.

magnaque in fruendis puerilibus oblectamentis cautio, tarditas ac labor in percipiendis literis, facilitas & oblectamentum aduersus sodales, stultitiae opinione ei apud ignotos & ignauiae praebuit. Stabilem vero altamque eius indolem & animi magnitudinem atque celsitudinem pauci fuisse qui perspicere. At breui inde cum aetate Rep. gerenda excitatus, quam securitate alij rebantur, immotum ostendit cui libet animum esse, cautionem, prudentiam, tarditatem & constantiam, constantiam & firmitudinem animi. Haec Plutarchus sub vitae eiusdem exordiū. Erasmus chiliadis 3. centuria 1. adagio 95. *Ouium mores*. In stupidos, inquit, ac stultos iaci solitum. Aristophanes in Pluto *ἀλλὰ τὸ πρόβατον λέγει*. Mihi imò vitam praedicat ouicula. Idem taxans vecordiam populi Atheniensis, oues illos vocat in Vespis: *ἐκκλησία σου πρὸς τὰ σαρκοθήματα*. id est, in concione pecus ouillū cōsudet. Nec hoc praetereundū, inquit, quod Diogenes quēdam opulētum, ceterum indoctum, *τὸ πρόβατον χρυσίμαλλον*, id est ouem aureo vellere dixit. Et Plautus in Bacchidibus, *Quis has huc oues adegit?* In senes stultos. Idē respondit ibi Nicobulus senex. *Oues nos vocant. Pessima ut videntur, inquit, deridare nos!* Idem Erasmus lib. 3. apophthegmatōn de Diogene, diuitem quendam indoctum sed splendide vestitum, *χρυσίμαλλον* appellabat, hoc est ouem aureo vellere. Nam tales fuisse proditū est à Poētis *μῆλον*, ouis pecus dicitur: *μῆλος* autem vellus, lana, nominatur in Lexico Graeco, si dicas *χρυσίμαλλον*, vt in Diogene Laërtio de vita Philosophorum lib. 6. de Diogene Cynico habetur in margine, diuitem indoctū Cynicus ille inquit, Ouem aureo vellere dicebat Graecè *χρυσίμαλλον*. Si autē *χρυσίμαλλον* (vt apophthegmata Erasmi habent) vtrumque eodē fere recidit. Non praetermittam quod de ouibus narrat Aristoteles de historia animalium lib. 9. cap. 3. Genus ouile, inquit, amens & moribus, vt dici solet, stultissimis est: quippe quod omnium quadrupedū ineptissimum sit. Repit in deserta sine causa, hyeme obstante, ipsum saepe egreditur stabulo: occupatum à niue, nisi pastor compulerit, abire non vult, sed perit desistens ac relictum, nisi mares à pastore ducantur: Iter enim reliquus grex cōsequitur. Haec Aristoteles. Quae omnia nos admonent per oues, praesertim autem errantes, & quae perierūt, symbolicas adumbrari peccatores stultos, & amentes seu insipientes, qui ouium mores stolidē imitantur. Tamē (vt animaduertit Henricus Stephanus in Chiliadibus

Erasmus

liadibus Erasmi loco recitato supra) *πρόβατον ἦθος*, id est, cuius mores, non minus in bonam, quam in malam partem interpretari nos posse existimo, de simplicibus videlicet ac placidis. Haec ibi. Nos in concione de iudicio, Ouium proprietates in bonam partem exposuisse comperiet lector.

Domine adiuua me. Palacius in haec verba non dicit: Tu De Passana, fac, praesta: sed tu vides laborem, optatum finem assecutus in qui non posse, nisi tuo auxilio: igitur adiuua. Quid dicit Matth. Lutherus ad haec? *Pecit igitur labor & afflictio nostra, vt eam dominus perducatur ad finem.* Quasi dicas, exigit Deus à nobis materiam, cui praestet ipse formam. Haec ille. Hesselius? *Sellius* verò ad illa verba (cernens acutum) obseruauit, quod sicut ista pro se rogabat, cum tamen filiae salutem peteret, ira moris esse in baptismo paruulorum vt susceptor pueri catechizetur, & quasi pro se loquatur, cum tamen infantis negotium peragat. Susceptor enim tunc gerit baptizandi personam, cum respondens ait, *Abrenuncio, Credo, Baptizabor*. Haec ibi. Quae de re D. Dionysius Areopagita lib. 1. de Ecclesiastica Hierarchia cap. vltimo circa finem libri, loquens de baptismo paruulorum & de sponsore pueri (nos parinum vulgò appellare consueuimus) sic scribit Ioaehimo Perionio interprete. Ab hoc qui puerum in sancta vita instituturum se esse pollicetur, exigit Pontifex, vt ita dicam Abrenunciationum professionem sanctasque professiones: Non quod vt à religione nostra abhorrentes dicant, alium pro alio diuinis sacris initiet. Non enim hoc ait, Ego pro puero abrenuncio aut promitto, sed puer abrenunciat & profertur: Id est profiteor me huic puero futurum, cum intelligere sacra per aetatem poterit, diuinis meis institutionibus, vt & nuncium remittat aduersariis, atque ab eis deficiat & profertur exoluaturque diuina promissa. Non ergo (vt opinor) absurdum est, si puer diuinae vitae instituat, cum ducem sponsoresque habeat, qui eum & diuinarum rerum scientia imbuat, & ab aduersariis tutum custodiat. Haec vir ille apostolicus. Quoniam enim infantes loqui non possunt, ij qui eos offerunt, pro eis abrenunciant & fidei sacramenta profertur, dicuntque *Abrenuncio, Credo*. Sic & nunc Chanaan, Domine adiuua me, licet pro filia rogaret, quo sensu carere videbatur, miserè à daemone vexata & cruciata.

Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Hesselius in Quasi dicat, inquit ibidem Hesselius, Iudaei sunt filij

Dei:

Dei: beneficia mea sunt panes ipsorum: Gentes autem omnes qualis tu es, sunt canes propter idololatriam. Indecens est ergo quod tu gentilis mulier beneficiorum meorum, cum tam multi Iudæi sunt egentes, particeps fias. Et sic Christus pro precibus multis, quasi cōiuitia refudit. Dicuntur autem idololatræ canes, quia comparatione Dei tam viles sunt, quam canes comparatione hominum: vnde & Turcæ Christianorum respectu rectè canes dicuntur. Item propter immunditiam & impudentiam ac propter inuidiam rabiem. Hæc ille. Diuus Hieronymus in Matth. 15. Canes autem Ethnici propter idololatriam dicuntur. Nota, inquit, quod ista Chananitis perseveranter, primum filium David, deinde dominum vocet, & ad extremum adoret vt Deum. Mira sub persona mulieris Chananitidis, ecclesie fides, patientia, & humilitas prædicatur. Fides, qua creditur sanari posse filiam suam: patientia, qua totiens cōtemptra, in precibus perseverat: humilitas, qua se non canibus sed catulis cōparat. Hæc Diuus Hieronymus. *Nolite*, ait Christus, Matthæi 7. *Sanctum dare canibus*. Sed nunc commutatio facta est, nam Iudæi canes dicuntur. Vnde Apostolus: *videte canes, vel caute. videte concisionem*. *capna: uis* allusione ad circumcisionis nomen facta, de qua illi gloriabatur, quum nihil aliud quam ecclesiam conciderent ac laceraret. Philipp. 3. Vbi Theophylactus. Videte canes, inquit, hoc est, obseruate, attendite. Canes autem appellabantur antea Ethnici, nunc verò Iudæi tanquam impudentes, & ad lumen veritatis impudenter sese gerentes, quippe qui omnibus allatrent. Videte concisionem, hoc est, inquit, circumcisiōe habentes. hæc Theoph. Et Psal. 21. *Circumdederm me canes multi: concilium malignantium obsedit me*. Contemplare mecū obsecro. Primum dominus non respondet, secundò negat, tertio canem appellat. Quam vehemēs est hæc tentatio pij viri in afflictionibus & ærumnis suis, ita tractari à domino vt canis vocetur, & inter oves pascuæ eius videatur non connumerandus: Sicut audiuius factum huic mulieri. & sicut in Ioseph præcesserat figura, Gen. 41. Cum fratres pro frumentis venissent, ab eis incognitus, eos interim cognoscens, quasi ad alienos durius loquebatur: volens eos veteris delicti & meminisse & pœnitere: deinde pro amoris impetu, non potuit se continere, & super colla singulorum ruens dixit, Gen. 45. *Ego sum Ioseph, quem vendidistis. Pro salute vestra misit me dominus ante vos*. Sic & Christus

Christus erga hanc mulierem se gessit: Initio quidem asper, & rigidus, in fine verò benignissimus, & ad largiendum facilis conspicitur. Tria durissima quidem Christus ostendit mulieri, primò tacet: secundò negavit, quod petierat: tertio contumelia affecisse videtur orantem. Nihilominus ista perseveravit, & amplius seipsam deiecit & humiliavit. *Non est bonum dare canibus*. Raphael Volaterranus *Volaret. lib. 3. Geographiæ*, de Gallia Narbonensi scribens: Amedeus *ranus*, quidam, inquit, dux Sabaudia, cuius erat avus ille Amedeus, qui in consilio Basiliensi Pontifex factus est, & Papa creatus, rogatus quondam à quibusdam oratoribus si quos haberet canes, ostenderet: annuit vt postera die redirent. Cum verò adessent, Amedeus in pergula, (deambulacrum vel porticum dicimus, Gallicè *Vne Gallerie*) ingentem ab latere ædium mendicorum multitudinem eis ostendit vnà discumbentium. Atque hi sunt, inquit, canes mei quos alo quotidie, quibusve celestem gloriam me spero venaturum. Luitprandus Ticinensis rerum per orbem gestarum lib. *Luitprandus. 4. cap. 15. de Othone rege seu Imperatore*: Comes quidem (inquit) tunc prædiues cum eò erat, cum suis militibus: hic videns quod plurimos ex regis acie desertores & transfugas fieri, apud se cogitabat: Quidquid à rege in hac tribulatione constituto petiero, sine dubio impetrabo: cum acre bellum nobis immincat, & ne se deseram timeat. Supplicat vt abbatiā quandam dirissimam sibi concedat, vt ex eius redditibus ac proventu, milites aleret, eisque stipendia suppeditaret. Rex coram circumstantibus animosè respondit & viriliter: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Et quis ignorat te comminando hæc dixisse; Scriptum est, *Nolite sanctum dare canibus*. Quod quamvis à doctoribus spiritaliter intelligendum esse prædicetur: ego tamen satis me dare sanctum canibus censeo, si monasteriorum prædia, quæ religiosis viris Deo militantibus sunt tradita, tulerò, & sæculo militantibus dederò. Tibi verò tam iniusta petenti coram omnibus, nec hoc nec aliud vnquam te à me accepturum esse testificor. Si tibi cordi est cum cæteris infidelibus anolare, quanto citius, tanto melius. Tunc erubescens Comes, & à regis pedes corruens, se grauitè deliquisse cōfessus est, fratrem suum qui ei auferret regnum, ad bellum instigauerat diabolus, & fortissimos principes contra illum consurgere fecerat, & istum Comitem ad petendam sanctorum hæreditatem incitauerat: vt Deum

citius offenderet & seruatorum Dei stipendia iniuste militibus traderet. Sed rex sanctus constanter in suo proposito perseueravit, & Deus ita eius victoriam prosperauit, ut etiam frater nudis pedibus supplex misericordiam eius imploraret. Hæc Luitprandus. Ex quibus pater non esse fumendum panem filiorum, idest pauperum, vel Ecclesiasticorum etiam bona, decimas & prædia dari secularibus non debere. Narrat Guaguinus libro tertio historie Francorum, de Carolo Martello: Ipse, inquit, per tot bella censu pecuniæque extenuatus, cum compertum haberet proceres egregiam operam Reipublicæ nauauisse, fortunisque suis destitutos esse, decimas quæ clerici erant non deficientibus episcopis, proceribus dum bellum aduersus Christianæ religionis hostes gerebant, percipiendas attribuit: per sancte iurans si vitam diu uiueret, se omnia & multo maiora sacerdotibus repensurum. Eius sacrilegij poenas luere apud inferos Martellum, Euterius Arelatenfis Pontifex, se per quietem uidisse diuulgauit. Hæc ibi. Ad hæc sunt quidam diuites tam seculares quam ecclesiastici, qui alendorum canum maiorem curam habent quam pauperum: similes diuiti epuloni, cuius canes de mensa reliquiis lautè uiuebant, pauperi autem Lazaro ne micæ quidem quæ cadebant de mensa eius, dare curauit. Ideo sepultus est in inferno, ut ait Christus Luca decimo sexto. Post & ad sacrosancta corporis & sanguinis Christi mysteria & sacramenta uerbum istud non incontinè applicari, sicut in sequentiâ seu prosa de eodem sacramento canit ecclesia, *Eccè panis angelorum, Verè panis filiorum, non mittendus canibus.* Optatus Mileuitanus libro secundo ad Parmenianum de schismate Donatistarum: Episcopi vestri, inquit, iusserunt Eucharistiâ canibus fundi, non sine signo diuini iudicij: Nam canes accensi rabie dominos tanquam ignotos lanauerunt. Hæc ibi, *Dare canibus.* Canes uocantur homines caninis moribus, nempe immundi, iracundi, voraces, ad vomitum redeuntes, rabie & furore perciti, bonis allatrant, & similibus conditionibus, quæ canibus insunt insignes. Diuus Chrysostomus tom. primo in Genesim, capit. secundo, homilia duodecima. Idem in capitulo sexto, homilia vigesima tertia, eadem ferè repetit. Ibi inquam obseruauit, quòd diuina scriptura propter affectiones & passiones ab irrationalibus agnominaciones hominibus imponit. Interdum canes ob impudètiâ appellans.

In Isaiâ,

In Isaiâ, *Canes muti non valentes latrare*: Ob libidinem equos, in Hieremia, *Equi in faeminam insanientes, & in palamis, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Interdum asinos ob stoliditatem: Palmographus, *Psal. 48. Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Interdum leones & pardos, ob rapacitatem. Psalm. decimo sexto, *Susciperunt me sicut leo paratus ad prædam.* Psalm. vigesimo primo, *aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens & rugiens.* Aliquando aspidem, ad fraudulentiam, Psalm. sexto, *venenum aspidum* Psalm. 6. *sub labiis eorum*, qui aures ad doctrinam obturant. Vocantur ibidem *Aspides surda.* Nonnunquam serpentes & viperas ob lechiferum venenum & malitiam. *Genimina viperarum*, dicebat Ioannes Baptista. Et Christus vulpem vocauit Herodem, *Ita, dicit vulpi illi, ob fraudulentos & vafros mores.* Apes propter aculeos & stimulos pungentes. in Psalmis, *Circundederunt me sicut apes.* Lupos denique nominat scriptura quosdam propter rapacitatem, *Intrinsus sunt lupi in apes*, dixit de hypocritis Christus Matthæi 7. Hæc ex Matt. 7. Boëthius? *diuus Chrysostomo excerpta sunt.* Boëthius de consolatione philosophiæ libro quarto, prosa 3. Euenit ut quem transformatum vitiis videas, hominem æstimare non possis. Auaritia seruet alienarum opum violentus ereptor: similem lupo dixeris. Ferox atque inquietus linguam litigiis exerceat, cani comparabilis. Insidiator occultus surripuisse fraudibus gaudet; Vulpeculis exæqueretur. Iræ intemperans fremit: Leonis animum gestare credatur. Pavidus ac fugax non metuenda formidat: Cerui similis habeatur. Sægis aut stupidus torpet: Asinum viuunt. Leuis ac inconstans flucta permutat: nil ab auibus differt. Fædis immundisque libidinibus immergitur. Sordida suis voluptate detinetur. Ita fit, ut qui prohibere deserta homo esse desierit, cum in diuinam conditionem transire non possit, vertatur in beluam. Hæc diuine ut omnia dixit Boëthius. Erasmus? *Erasmus? Chilias 2. cent. 4. ad 34.* Canina facundia, proverbium in eos qui tantum ad maledicendum eloquentiæ studium exercebant, à rixâ canum & oblatratu sumpto epitheto. Siquidem R littera quæ in rixando prima est, canina vocatur. Nonius Marcellus, distione Rabula, citat *Nonius Marcell. Salustium d. Canina* (ut ait Appius) facundia exercebatur. *Marcell. Hæc ibi. Et, Quintilianus libro decimo secundo, institutio- Quintilianus. tionum oratoriarum capite nono, Conuitiis, inquit,*

X. 2 implent

implent vacua caufarum. Ea est proflus canina (vt ait Ap-
pius eloquentia. Hæc ille. Quæ addita volui, ad intelli-
gentiam eius quod Boëthius in comparando, de cane su-
prà dixerat. De canum ingenio & fidelitate aliàs, in con-
cione scilicet de diuite & mendico Lazaro, Deo iuuante
nos dicturos abundè speramus. Canis impudentia etiam
abiit in prouerbium: Hinc Iosephus, Cor asini, & canis im-
pudentiam obiicit Appioni: hac eadem sententia in vno
stoliditatem & impudentiam, in altero maledicentiam in-
cessit.

Iosephus.

Cæli^o Ro-
diginus.

Iosephus libro secundo contra Appionem Alexan-
dram, Hæc, inquit, debuit respicere Appionem, nisi cor asini
ipse potius habuisset, & impudentiam canis. Cælius Rhe-
diginus lectionum antiquarum libro decimo septimo, ca-
pite vigesimo septimo. Illud fuerit auctarij vice, quod ex
thesauris Pollucis adnotabimus. Canis, inquit, oculos
habere dicitur is, qui nimio plus impudens est. Id verbè ex
Homericò profuit fonte, apud quem Iliados Rhapsodia
prima sic legimus, *υπο οφθαλμοις οφθαλμοις*, id est
canis habens oculos, cor autem cerui. Et alibi idem Ho-
merus *υπο οφθαλμοις*, id est impudens canis: sicuti cynomia
pro impudentissima dicitur, compacta dictione à cane qui
impudens est, ac mya, musca, qua ferè nihil audacius, Ho-
mero quoque astipulante. Hæc Cælius loco prædicto. Legi
in Pollucis dictionario, Commodo Cæsari scripto lib. 3. ca.
11. Homerus. Canis oculos habens, inquit, sic enim impu-
dentem vocat. Et alibi, canis impudens. Hæc mulier, in-
quit Euthymius in Matth. 15. impudens est honesta impu-
dentia: quia scilicet noluit desistere cæptis, sed se catellam
confessa est, quod est humilitatis. Nam vt dixit Virgilius
Georgicò lib. 1. *Labor omnia vincit improbus*. Hæc Poëta.

Virgilius.

*Etiam domine, nam & catelli edunt de micis que cadunt de
mensa dominorum*, A Christi sermonibus patrocinium sibi
aptauit prudens hæc mulier, quasi diceret: Scio equidem
Iudæos dominos esse, & te ad illos missum, ad quos tua
beneficia pertinent. Sed ego micam à te postulo. Theo-
philactus in Matth. 15. Quamuis canis sim, & indigna que
panem accipiam, hoc est virtutem & signum magnum:
sed hoc quod paruum quidem quantum ad virtutem tuam
attinet, mihi autem magnum fuerit, da; sicut & qui pa-
nes comedunt non magnificiunt, si micas dent. Canes
autem benè ex his pascuntur. Hæc ille. Si canis sum, er-
go nutri me vt canem. Non possum relinquere mensam
domini

Theophi.
in Mat-
th. 5.

domini mei. Mica panis salutis filiae est; quæ deneganda
non est mihi caniculæ. Non abs te peto miracula illa
grandia olim in ingressu Aegypti facta; in mari rubro, in
perra percussa; in manna descendente de caelo; in statio-
ne solis. Talia portenta filiorum panes sunt. Quomodo
in proph. dicitur Osee 12. *Iacob inualuit ad angelum & con-*
fortatus est, fletit & rogauit eum, dixitque ei. Non dimittam
te nisi benedixeris mihi, Genes. 32. Sic hæc mulier à magni
consilij angelo; nempe à Messia; importunè; opportunè;
magnis precibus ardentibusque votis contendit vt filia
liberetur; & obtinet.

O mulier magna est fides tua. Scilicet qua me absentem
filiam tuam posse sanare credidisti, quaque in precibus
quantumuis repulsam passa, perseuerasti: qua denique pa-
tienter tibi nomen caninum obiici pertulisti. Rursum qua
te iam plurimum humiliatam coram me exhibuisti, di-
cens: *etiam domine, nam & catelli &c.* Præcipuè fidei huius
mulieris magnitudo, in eius humilitate eluxit: *Magna est*
fides, quia rara. Plato in Euthydemo: *Quod rarum, id ho-*
norandum. O mulierem fortem, cuius pretium de ultimis lini-
buis Prouerb. 31. Et rursus cap. 20. *Virum fidelem quis inue-*
nies? Putas inueniet dominus veniens ad iudicandum, circa sa-
culi consummationem, fidem in terra? Luc. 18. Hierem. 7. *Pe-*
nitentes, & ablata est de ore eorum, cap. 5. *Circuite vias Hierusalem, si inueniatis virum quærentem fidem, & propitius ero*
ei. 2. Thess. 3. *Non enim omnium est fides. Magna fides* quia
constans, Cantic. 3. *Tenui eum, nec dimittam*, ait sponsa. Ma-
gna, quia per eam magna de me credis & confidis, me sci-
licet posse & velle tibi auxiliari.

Et sanata est filia eius. Sanctus Isidorus Hispalensis e. 8. *Isido-*
piscopus allegoriarum noui testamenti tractatu circa e-
xordia: Puer Centurionis, inquit, & filia Chananæ mu-
lieris, quos Christus non veniens ad eos, saluat, eandem
gentes ostendunt, quas dominus non corporali præsen-
tia visitauit, sed per fidem verbi saluauit. Ipsa quoque
mulier Chananæ, Ecclesiæ ex gentibus gerit figuram,
quæ tanquam canis quærebat micas de mensa domi-
norum: id est satiari doctrinis apostolorum & prophetarum.
hæc Sanctus ille doctor valde appositè. In hac historia
(ait Hesselius) norandum est imprimis, parentes pro sa-
lute spiritali filiorum debere ita esse sollicitos, sicut hæc
pro salute corporali filiae suæ: deinde, Deum in gratiam
parentum

parentum siue propter fidem eorum multa bona prestare filiis aliis non prestiturum. Hæc ille. D. Cyrillus archiepiscopus Hierosolymit. catechesi 5. de fide sic scribit. Tantam habet virtutem fides, vt non solum ille qui credit saluetur, verum etiam aliis credentibus alij seruentur. Non erat fidelis paralyticus ille in Capernaum: sed qui ferebat illum, & per rectum funibus demittebant, illi credebant. Comparatur enim corpori egroti & animæ. Et ne putes me illum accusare, Euangelium ipsum dixit: *Videns autem Iesus fidem, non illius, sed fidem illorum, dixit Paralytico. Surge.* Illi qui ferebant, credebant: & paralyticus potius est sanitate. Notat interim Hesselius in Mat. 9. c. de hoc paralytico, quod licet nulla hic fiat mentio fidei paralytici, habuit tamen verisimiliter magnam fidem: alioquin non voluisset nec permisisset se tractari, si de potentia diuina & bona Christi erga se voluntate dubitasset. Tamen Christus magnam fidem eorum intuens, quatuor videlicet baiulorum, quod de potentia sanandi paralyticum non dubitarent, nec de bonitate eius desperaret, denique quod nullo labore deterrentur, sed mirum suam petitionem insinuandi modum excogitassent, paralyticum sanauit. Hinc discimus quantum valeat fides aliena: nam eius intuitu remittit Christus peccata. Hæc ille. Prosequitur subinde S. Cyrillus suum propositum: Et vis certius videre, quod aliis credentibus, alij seruentur? Mortuus est Lazarus: præterit vna, altera & tertia dies: dissoluti sunt nerui illius, & putredo corpus illius occupauit. Quomodo potuit credere mortuus quatruiduanus, & pro seipso orare Redemptorem? Sed quod defuit mortuo, hoc per germanas sorores completum. Veniente enim domino, procidit soror, & dicenti. *Vbi posuisti eum?* Respondit illa. *Domine, iam factus, quatruiduanus enim est.* Dicit dominus: *Si credideris, videbis gloriam Dei.* Quasi diceret: Quod tu debes huic mortuo reliquum fidei replete. Et tantum potuit illa sororis fides, vt mortuus à porta inferni reuocaretur. Hæc D. Cyrillus. Hoc loco vides quod fides matris profuit filie à dæmone vexata. Sic Ecclesia baptizat paruulos in fide parentum, & susceptorum, sponsorum seu patrinorum. In piscina sanabatur, nedum qui per se descendebat, sed & qui ab alio trahebatur, & in piscinam demittebatur. Quod ad perseuerantiam excitamur, mulieris istius, nobis propositum fuit exemplum, 1. The. 5. *Sine intermissione orate.* Non sic Naaman 4. Reg. 5. qui

qui indignabundus recedebat. Hæc autem licet repulsam ter passus, tamen constanter perseuerauit. Hierem. 45. dice-
1. The. 5. bat Baruch: Vae misero mihi, quoniam addidit dominus dolorem 4. Reg. 5. doli meo. Laboravi in gemitu meo, & requiem non inueni. Do-
Hier. ca. 45. lor istius primus fuit, quia dominus non respondit ei ver-
bum: dolor auctus est, quando se ad oues non pertinere Is-
raelis audiuit: & amplius adhuc, quando inter canes se cõ-
numeratam accepit. Vicit ergo & obtinuit. Simile quid Iu-
dicum 10. legimus. Cum dominus Israëlitis, qui ab eo ad idola Iud. 10.
defecerant opem contra hostes petentibus respondisset: Non addã
ultra vt eruam vos. Ita ad Deos quos coluistis, si vos liberent
in tempore angustia. Illi ne hac quidem responsione deieci,
miserordiam Dei implorare non destiterunt, dicentes.
Peccauimus, redde tu nobis, quicquid tibi placet, tantum nunc li-
bera nos: & idola proiecerunt, & seruiuerunt domino soli, qui do-
luit super miseris eorum. Et Iephthæ belli duce misso, ab in-
stanti clade eos liberauit. Acerba domini responsio, nõ eos
ab orandi studio deiecit, sed scelera, causam intelligentes
quare aduersus eos iratus esset Deus, idola, inquam, exter-
minauerunt, & sic Deum placauerunt. Niniuitæ quoque
licet interminaretur illis acerbissimè propheta ex Dei no-
mine & mandato, non tamen spem consequendæ veniæ, &
indulgentiæ impetrandæ deposuerunt vel abiecerunt, &
dominus misertus est eorum. Sic neque despondeamus a-
nimum, proponentes nobis, quia nõ obliuiscetur misere-
ri Deus, neque continebit in ira sua misericordias suas.
Ipse longanimis & patiens, nunquid irascetur per singu-
los dies? Deus ergo misereatur nostri, & benedicat
nobis: adiunet nos, & concedat nobis salutem
animæ & corporis. Per Christum serua-
tozem, cui laus & gloria in sa-
culorum sacula.

Amen.

*

X 4

FERIA

FERIA SECUNDA POST SECUNDAM DOMINICAM

QUADRAGESIMAE.

De Iudæis desertis ac derelictis.

Ego vado & quæretis me. Ioan. 8.



Psal. 80.

Qvod dicitur, Deum suam creaturam non deferere, nisi se prius deserto, hoc Euangelio apparet manifestum. Siquidē obstinatos Iudæos, *Ego vado*, inquit, & *quæretis me*. *Psal. 80.* *Audiuit populus meus vocem meam. Et Israel non interdixit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Ibiunt in adiunctionibus suis.* Hinc Zacharias propheta filius

2. *Paral.* Ioiadæ dicebat, 2. *Paral. 24.* *Quare dereliquistis dominum, ut*

24. *Et 15 derelinqueret vos? & c. 15. eiusdem libri. Azarias factus in se*

spiritu Dei ad Asa ait: dominus vobiscum, quia fuistis cum eo: si

quæseritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet

vos. Mat. 23. Quoties volui congregare te, & nolui: stirece relin-

quetur domus vestra deserta. Idē Egeppus li. 5. ca. 44. au-

ditæ sunt, inquit, voces in Pterocoste. Migremus hinc. Trā-

eamus hinc. Et verē quidē dici solet quod ad apostasiam,

sequuntur alia enormia & grauiā scelera. Vnde apostolus

in epistola ad Romanos c. 1. Multa enumerat quæ peccata

sunt & pœna peccati. Inter primum enim peccatum apo-

stasie, & pœnam vltimam ignis aterni media quæ sunt &

peccata sunt & pœna peccati, ut dicit D. Augustinus to. 8.

in Psal. 57. ad versum, Sicut carā liquefacta auferentur. Audi,

inquit, apostolum Rom. 1. Tradidit illos Deus in concupiscen-

tias cordis illorum. Ecce ignis, à cuius facie tanquam carā li-

quesunt. Soluuntur enim à quādam constantia castitatis,

propterea & ipsi euntes in libidines suas, soluti & fluxi di-

cuntur. Vnde fluxi? vnde soluti? ab igne concupiscentiarū.

Et enumerat ibi Apostolus multa quæ peccata sunt, & pœ-

na peccatorum dicit esse. Deinde ait, ut adulter sit iā pœ-

na est: ut mendax, ut auarus, ut fraudulentus, ut homicida,

iam pœnæ sunt. Cuius peccati pœnæ? Prioris apostasie il-

lius superbie. Initium peccati hominis apostatare à Deo.

Eccli. 10. & initium omnis peccati est superbia, ibi, propterea

ipsam peccatum prius dixit. Qui cum cognouissent Deum, nō

ut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed enauerunt

in cogitationibus suis, & obscūratum est insipiens cor eorum. Iā

ista

ista pœna est obscuratio cordis. Hæc D. Augustinus, plane declarans, eum, qui Deum deserit, & per apostasiam ab eo deficit, in obstinationem ruere, de qua in euangelio præsentis dominus: *In peccato vestro moriemini. Vado*, scilicet à vobis obstinatis discedo, quod sanctum virum Martyrium Antiochenum episcopum imitatum fuisse docet ecclesiastica historia, præsertim Nicephorus li. 15. c. 28. Martyrius, inquit, ubi post frequentem cohortationem, persuadere Antiochenis non potuit, ut sententiam Petri, Gnaphei, hoc est fullonis hæresiarchæ mutarent, populi publicitatis concione conuocata episcopatum deposuit verbis hæc in præsentia omnium vsus: *Clero rebeli, & populo inobedienti, & ecclesia contaminata nuncium remitto*, sacerdotalem mihi reseruans dignitatē. Hoc ubi ille dixit, & secessit, Gnapheus in Antiochenum thronum insiluit, Calcedonensem synodum plurimum profcidit, atque omnes accessionem illam Ther sancti hymni, *Qui crucifixus est pro nobis*, vsurpare cōegit. Quæ res postquam est ad piissimum Leonem Imperatorem scilicet delata, continuo Gnapheum ad exilium cōdemnauit: sed fuga salutis suæ consuluit. Hæc ibi. Cedrenus scripor compendij historiarū (f. 282.) sic illud refert. Cum Cedren. Martyrius Antiochiæ episcopus se ita abdicaret, seruata in comp. mihi sacerdotis dignitate clerum inobedientem, populū contumacem, & ecclesiam sordibus infectam res suas habere iubeo: Petrus Gnapheus episcopatum arripuit, mox se exilio damnatum audiens profugit. Hæc ille. Iurisc. Caius l. 2. ff. de diuortis & repudiis, In repudiis, inquit, id est renunciatione, comprobata sunt hæc verba. Tuas res tibi habeto. Item hæc, Tuas res tibi agito. In sponsalibus quoque discutiendis hæc verba probata sunt: Conditione tua non vtor. Hæc ibi. Ergo Christus synagogam spōsam ingratiſsimam & inobedientem (vt Assuerus quōdam in huius mytherij figuram, & symbolum Vasthi reginam superbam & contumacem) repudiauit his verbis, *Ego vado*, siue Abec: reiecta Iudæa, humilem Esther reginam, gentilitatem nimirum obedientem, mihi desponsaturus in fide & veritate. Hæc mihi videtur germana loci interpretatio. Discedo, ait Christus, te tibi ipsi relinquo, indignā meo contubernio, & quo te honestaueram coniugio. Dices, matrimonium est indissolubile vinculum. *Quos Deus coniunxit, homo non separet.* Respondeo & dico, matrimonium hæciter ex vtraque parte seruandum, alioqui enim propter

pter fornicationem fit separatio tori etiam ex euangelio, quia fornicationis causa ibi excipitur: *Qui dimiserit uxorem suam (excepta fornicationis causa)* Matth. 5. & 19. *Qui dimiserit uxorem nisi ob fornicationem*, ait Christus, non tamen soluitur vinculum, quia ex apostolo 1. Cor. 7. *Præcipio non ego, sed dominus, uxorem à viro nò discedere, quod si discesserit, manere inuictam, aut viro suo reconciliari.* Modò fornicatio spiritualis, id est infidelitas, est multo maior & grauior quàm fornicatio carnalis. Et ideo potest optimè colligi, dicto argumento à minori ad maius affirmatiuè, ex locis topicis, *Quod si carnalis dissoluit, & spiritualis quoque dirimet matrimonij cohabitationè & societate.* Magister sententiariū in quarto, distinet. 39. littera C. Infidelis inquit, est fornicatio, si non corporis, tamè mentis: causam enim fornicationis dominus excipit, fornicationè verò generatam & vniuersalè intelligere cogimur, nò modò scilicet corporalè, sed etià spirituale, de qua Aug. ait, Idololatria & quilibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autè permittit ex causa fornicationis vxorè dimitti, sed nò iussit: & sic dedit apostolo locū monèdi, vt qui voluerit, nò dimittat. *Hæc D. Aug. vt habentur 28. q. 1. c. Idololatria.* Deinde magister cōsequenter, dicit, potest tamè licitè dimittere. Si enim fornicatio carnis detestanda est in cōiuge, quanto magis fornicatio mentis, id est infidelitas? Hęc Magister. Poterit tamè viro suo reconciliari per penitentiam, & dignos pœnitentię fructus, sicut Christus ad se reuocat fornicatores & adulteros spirituales. *Hier. 3. Tu autem fornicata es cū amatoribus multis, tamè reuertere ad me, dicit dominus. Ibidem dixit. Cū fornicata esset auersatrix Israël (nēpe per idololatriā) ad me reuertere, & nò est reuersa. Et vidit prauaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod mæchata esset auersatrix Israël, dimississim eā & dedisset ei libellū repudiij. Et nò timuit prauaricatrix Iuda soror eius, sed abiit & fornicata est etià ipsa & mæchata est cū lapide & ligno, & in omnibus his nò est reuersa ad me prauaricatrix soror eius Iuda, in toto corde suo, sed in mendacio, ait dominus. Vade & clama dicens, reuertere auersatrix Israël, ait dominus, & nò auertā faciē meā à vobis, & nò inuictar imperpetuum. Cōuertimini, ait dominus, quia ego vir vester. Hæc sanctificat Hieremias propheta clarissimè. Vides id verissimū esse Osee 13. *Perditio tua ex te Israël.* Vult Christus peccatrici animę spōsē suę quę fornicata est reconciliari, & illa nò vult. An nò igitur meritissimè cōminatur Christus: Ego vado,*

vado, ego te deseram, te abiiciam. Deus animam propter culpam deserit, subtrahendo auxiliū speciale gratiæ suæ: sed vt disertè dixit S. Hieremias, prius fuit auersatrix Israël, & prauaricatrix Iuda, hoc est vt explicat Abbas Ioachim in Hieremiam c. 3. Decē tribus quæ nomine Israël defignatur, auersatrix dictæ sunt: Reliquæ duæ prauaricatrix: quia aliud est auerti à fide, aliud prauaricari in opere. Hęc ille. Ergo iuste abiiciuntur Iudæi, reuertes ad Deū cōuertiti. *Prover. 1. Vocauit & renuisti: extendi manū meam, & non prouertit qui aspiceret. Despexistis omne consiliū meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subiambo, cum vobis id quod timebatis aduenerit.* quę illic ad longū describuntur quæ valdè cōformia sunt his quæ nūc dominus dicit. *Quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Vir noster Christus nunquā deserit nos excepta fornicationis causā, nisi anima se prostituat, nisi se vt meretrix prosternat. Nā qui auarus est, fornicatur cū idolis, hoc est nūmis: est enim auaritia (ex Paulo) idolorū seruitus. *Qui gulofus & libidinofus cū ventre &c. Attamen Deus te inuitat, vt licet repudiaueris eum, conuertaris, & ipse te recipiet.* Hęc de Palatio in Matt. 19. Ne putes te desertum, & à Deo repudiatum, si crimen mortale non admisisti. *Esa. 50. Hæc dicit dominus. Quis est hic liber repudiij matris vestre, quo dimisi eum? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestrā. Quia veni, & non erat vir: vocaui, & nò erat qui audiret.* Ergo vbi scelus non est, repudium nò est. Non dimittit nos dominus, nisi in eū priores peccemus. Sicut in lege noua Deus iūgitur animę per baptismū, vt nunquā sit eam dimissurus quoad vinculū (character enim baptismalis indelebilis, vinculū est) licet peccantē animā dimittat quoad thorum (Nec enim in vno lecto quiescit dominus cum anima peccatè mortaliter) ita vir fornicariā dimittere potest quoad thorum, non verò quoad vinculū. Hęc de Palatio vbi suprā. Hęc de re elegantissimè D. Aug. sermocinatur tom. 10. serm. de tēpore 97. circa mediū, loquens de Iudæis in deserto qui vitulum conflatilem coluerunt. Plebe, tempore inquit, quæ dotales tabulas lege mariti, perceperat, de corruptela disponit, & de adulterio cogitat. *Quid te infideiis vis iungere cōsortio digno? Mater tua displicuit repudiata per libellum repudiij pronunciante Esaia. ca. 50. vt suprā, nec summo charifmate es digna, cū execrabilibus factis videaris*

videaris ingrata. *Non seruius*, inquit, *Deo alieno*, aurum igni apponitur, & ingrati in faustum scelus expetunt, adorant imaginem, quã succensus eiecerat ignis. Vbi est quod madaatum est, Deut. 6. *Audi Israël: dominus Deus tuus vnus est?* vniculus tuus vbi erat, cum tibi Christus in mari itinera præparabat? Mare apertuit, sitiētibus potum præbuit, fessos ieiunio reparauit? Luxuriola gentilitas post saturitatē lusum quarit. *Sedit, inquit populus manducare & bibere. & surrexerunt ludere.* Hæc ibi, docens præter idololatriæ scelus & impietatē, iuste repudiata synagogã. Ob eandē causam dicit nunc quoque Christus, *Ego vado.* Licet enim non colerent externè idola corporalia, tamen internè scatebant auaritia (qua idolorum seruitus est) infidelitate etiam & inobedientia, de qua 1. Reg. 5. *Quasi peccatū ariolandi* (ait Samuel) *est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Illa vocatur idololatria spiritualis. Iſychius presbyter Hierosolymitanus in Leuiticū lib. 3. ca. 7. bene seruire idolis fornicationē appellauit: apertè nos docēs, quia animas nostras Deus sibi ad salutē despōdit, & ideo fornicatio dicitur, ab illo discessio. Hæc ibi. Idē lib. 6. c. 19. non longē ab initio. Nec conueniens. *Et li. 6. c. flariles Deos faciamus nobis, non solum in animalū formis, sed nec in peculiarū thesauris, nec in auri aut argenti massis.* Hæc enim Deos suos faciunt, hi qui ea congregant, intantum sub eorum dominio constituti, vt timeant ex eis vel quantulumcumque contingere. Item lib. 6. cap. 21. ante medium. Apertè, inquit, contra Iudæorum synagogam intendens dominus in Esaiã dicit cap. 1. *Quomodo facta est metrix ciuitas fidelis Syon plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autē homicida.* Sed & in Osee ca. 2. *Et auferam fornicationem eius in medio eius, & adulterium eius de medio vberum eius.* Sic autem habet editio vulgata ibi. *Iudicate matrem vestram, iudicate, quoniam non ipsa uxor mea, & ego non uir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio uberiorum suorum.* Deinde dicit Iſychius de synagoga Iudæorum: Ipsa est repudiata à Deo tanquã à viro suo, qui ei per electionē vir factus fuerat: sed quia postea eam culpabilē reperit, propterea repudiavit, quia omnino ciecta est. Vocē audi, quã Osee protulit suprã recitata, *Iudicate matrem vestrã*, & quam Esaias propheta tradidit cap. 50. *Quis est hic libellus repudij? Vbi autē est repudiū & missio, manifestum est quia uxor erat, de qua hæc dicebat.* Hæc ille Iſychius beati Gregorij Nazianzeni episcopi quondam auditor

auditor & discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, qui claruit, anno 400. Trithemio de ecclesiasticis scriptoribus auctore. Elytiū appellat eum ibidē Trithemius. *Ec. scriptoribus.* Vado, scilicet per mortem. Cicero lib. 1. Tusculanarum questionum, ex priscorum sententia dicit, Mortē esse quãdam quasi migrationem commutationemque vitæ. Idē de senectute sub finem, ex ista vita discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuersiorum nobis, non habitandi locum dedit. Hæc ibi. Sic nobis quoque sentiendum, vt tanquam peregrini, & aduenæ in hoc seculo, instar patriarcharū patriam inquiramus calescentem. Hebr. 11. *confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram: qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.* D. Augustinus Perpulchrē D. August. tom. 9. tract. 38. in Ioan. ad hæc verba, *Ego vado.* Modo, inquit, de ipsa passione sua quæ posita erat in eius potestate, locutus est Iudæis dicens, *Ego vado.* Christo enim domino mors profectio fuit illō vnde venerat, & vnde non discesserat. Hæc diuus Augustinus. *Queritis me.* Idem D. Augustinus nō desiderio, sed odio: Nam illum posteaquam abiecit ab oculis hominū, inquisierunt, & qui oderant & qui amabant; illi persequendo, illi habere cupiendo. Bonum quidem est querere Christum: sed quomodo quaesierunt discipuli. Et malum est querere: sed quomodo Iudæi quaesierunt. Illi enim vt haberent, isti vt perderent. Denique isti quia se quaerebant, more malo, corde peruerso: quod secutus adiunxit, *queritis me.* Et ne putetis quia bene me quaeritis, *in peccato vestro moriemini.* Hoc est Christum malè querere, in peccato suo mori. Hæc D. Augustinus. Nota quia Iudæi Christum cum eis versantem negligebant, insuper oderant etiam & persequēbatur. At verò post mortem, eiusque in cælos ascensionem, illum desiderabant, vt à Romanorum eos obsidentium furore & impetu liberaret & tueretur. Sic Saul mortuum Samuelem quaerebat, quem viuentem non curauerat, & inobediens ei fuerat. Horatius libro 3. carminum, Ode. 24. *Virtutem incolentem odimus: Sublatam ex oculis quaerimus inuidi.* Iosephus li. 11. antiquitatum cap. 11. Herodes Marianam suam coniugem quam ardebat verso in odium amore, calumniis oppressam: interfici iussit ea perempta, impotentius etiam flagrare cœpit rex, iam antè miserè affectus: sæpè inuocabat eius nomen, adeo quæ dolori succubuit, vt sæpè

Horat. li.

3. carm.

Ode 24.

Ioseph. li.

11. antiq.

ca. 11.

sepe ministros iuberet vocare Mariannem quasi illa ad huc viveret. Arrianus de vita Alexandri Magni lib. 4. Prae ira, inquit, Clytum interemit, hasta transfigens amicum hominem. Postquam resipiscens ad se rediit, multo cum ciuitatu, Clytum nomine crebro compellauit, & Lanirem Clyti sororem nutricem suam, quia fratrem eius sibi charissimum sua manu interemisset, interfectorem se amicorum clamitans. Sic Athenienses Socratem capitis a se damnatum, tamen post fata extincti, memoriam colendam putauerunt, vt testis est Laërtius lib. 2. in Socrate. Atheniensibus, inquit, eius facti tantum penitentiae incessit, vt alios quidem exilio, Melitum vero morte damnarent (Is fuerat eius accusator) Socratem aerea imagine publicè honorare, quam a Lysippo perfectam in vrbe celeberrimo loco statuerunt. Abimelech (vt sacras non videamur neglexisse historias) Isaac quem a se non sine iniuria reiecerat, chariorem eum absentem quam cum praesens esset habebat, Genes. 26. *Quid uenistis ad me, hominem quem odistis, & expulistis à uobis?* Ita demum post Christum mortuum reuertebantur Iudaei in ciuitatem percutientes pectora sua: vt dominicae passionis adstruit historia. *Cum exaltauerit filium hominis*, ait Christus, *tunc agnoscetis quia ego sum.*

In peccato uostro moriemini. Mori in peccato reproborum est. Mors peccatorum pessima. *Qui scit si a reo suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei uita, peccanti non ad mortem.* Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. 1.

Ioan. 5. finalis impoenitentia est peccatum ad mortem, & obstinatio siue obduratio. Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Rom. 2. *Secundum duritiam tuam & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicii Dei.* Heb. 9. *Uideate, ne sit in aliquo cor malum incredulitatis.* Luc. 8. *Semè quod cecidit super petram natum aruit, quia non habebat humorem.* Huiusmodi sunt obstinati saxo duriores, de quibus Hier. 5. *In-*

durauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Moses Num. 20. clamabat, *Audite rebelles & increduli.* Peculiariter etià Iudaica natio, gens duræ cervicis, in scripturis appellatur. Ideo Act. 7. Prothomartyr Stephanus eos sic alloquitur, *Dura ceruice, & incircuncisis cordibus & auribus, uos semper spiritu sancto resististis, sicut patres uestri & uos:* Tale est peccatum in spiritu sancto, quod neque in hoc neque in alio seculo remittendum asseruit Christus dominus. Vulgo etià & uerè dicitur, *Soli obstinati sunt damnati.* Si quis enim ex hoc

Aet. 7.

saeculo decedens penitentiam in sine egerit ex animo, propitium utique sentiet dominum, nec damnabitur, licet purgatione opus habeat. Qui uero ad finem usque inclusiue fuerit obfirmatus, cum certa manet damnatio. sic Iudas, Pharaon, Abimelech, Symon magus (ex Egeippo li. 3. c. 2. supra allato) Arrius & Iulianus apostata (ex historia ecclesiastica) sic & illi qui in flagranti delicto & in ipso opere ac maleficio ex hac uita transiunt, absque ulla tam interna quam externa penitentia, talis inquam, haud dubie mori dicuntur in peccatis. Haec longè differunt, Mori peccato, & mori in peccato. Debemus quidem mori peccatis, dicente Apostolo, Ro. 6. *Existimate uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu.* Non ergo regnet peccatum in uostro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius. *Peccatum uobis non dominabitur, sed quantum possumus uitare debemus cum Dei adiutorio, ne moriamur in peccatis.* Interrogatus aliquando Aristippus, quomodo Socrates obiisset, diem, Utinam, inquit, sic ego, ut scribit Laërtius lib. 2. de uita philosophorum in Aristippo. Et Num. Balaam optasse scribitur ad hunc modum: *Moriatur anima mea morte iustorum, & sicut nouissima mea horum similia.* Sic & nobis optandum & modis omnibus adnitendum est, ut morte iustorum hinc discedamus, à morte autem impietum ac reproborum quam maxime nobis caueamus. Est bene quidem dictum est: *Moriemini in peccatis uestris.* Quod licet insinuare uideatur, quod nedum uiuentes, sed etià per mortem hinc demigrates in peccatis semper permanuri sint: artamen & iste non absurdus huius loci sensus esse poterit, ut quamdiu quis in peccatis uixerit, non tamen tam uixisse quam mortuum fuisse existimandus sit. Ideo D. Apostolus 1. Timoth. 5. *Vidua, inquit, quae in deliciis est, uiuens mortua est.* Quoniam, ait ibidem Theophilactus, *deliciis dedita atque petulantia, etiam si uideatur uiuere sensibilem hanc uitam, mortua est secundum spiritum.* Et Sedulius Hybernienis in illius locum paraphrasticas quidem, & in Paul. *Laconice uiuens mortua est, secundum animam, inquit. Ergo si quae in deliciis, est mortua, quantomagis quae in peccatis uersatur?* Haec ille, uir sanè carmine excellens & profusus, claruit anno 430. auctore Trithemio de scriptoribus ecclesiasticis. Unde ad hoc nostrum institutum non accommodabimus, quam refert Ioannes Damascenus de S. Barlaam & Iosaphat, Iacobo Billio inter-

Trith. de script. eccl. Da- masecens de S. Barlaam & Iosaphat, Iacobo Billio inter-

rogat Barlaam senem, quam

quam ipse ætate esset, ait autem senex: Annos, ni fallor, quinque & quadraginta natus sum. Quid ais, inquit, Iosaphat? mihi enim septuaginta annos excedere videris. Dixit Barlaam: Si meos annos ab ipso vitæ ortu nosse quaris, rectè sanè eos plusquam septuaginta esse coniecisti. At mihi quidem nullo omnino modo inter vitæ annos censentur, qui in huius mundi vanitate consumpti sunt. Nam cum peccatis in seruitutem addictus, carni viuerem, quantum ad interiorum hominem attinet, mortuus eram. Quamobrem mortis annos, vitæ annos nunquam appellari: ex quo autem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, atque exuto veteri homine, qui secundum erroris desideria corrumpitur, non iam carni viuo, sed viuui in me Christus. Hos vitæ annos, & salutis dies, optimo iure vocauerim. Quin tu quoque ea semper mente ac sententia sis velim, nimirum vt eos, qui quantum ad omne probū opus mortui sunt, peccatis autem viuunt, atque eorum qui humi prouoluti sunt, principi obsequuntur, & in voluptatibus ac pestiferis cupiditatibus vitam absumunt, nullo modo viuere existimes, verum extinctos eos esse tibi persuadeas, vitæque functioni mortuos. Nam peccatum immortalis animæ mortem esse, sapiens quidam non immeritò pronunciauit, atque etiam his verbis apostolus vitur: *Cum serui essetis peccati, liberi eratis iustitia. Quem ergo fructū habuistis in his, in quibus nunc erubescitis? finis enim illorū mors est, Roman. 6. Nunc autem liberati à peccato, habetis fructum*

Rom. 6. vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam: stipēdia enim, peccati, mors est: gratia autē Dei, vita æterna, in Christo Iesu domino nostro. Hæc ibi Ioānes Damascenus. Ex Diono Nicæo Ioānes Xiphilinus in Adriano Imperatore: Fuere, inquit, illis temporibus optimi viri, quorū celeberrimi erant Turbo, & Similis. Similis nemini moribus, & virtute secundus erat, ætate & honore eos anteibat. Quum Centurio esset, is deinde præfecturam prætorianorum inuitus obiit, qua postea se ipse abdicauit, ac vix tandem dimissus, ruri reliquos septem vitæ annos conuenit, suoque sepulchro moriens, inscribi iussit hæc verba: *Hic iacet Similis, cuius ætas multorum annorum fuit, ipse septem dumtaxat annos vixit.* Hæc Xiphilinus.

Quæ postrema verba sic accipienda sunt, non quòd in effectu, & re ipsa non diutius vixisset, verum, quia vitam nò existimabat aliā ab ea quā in quiete & otio transigisse

extra

extra mundanas turbas & iniquitudoines. Annos enim quos in Aula Imperatoris consumpsisset, non tam annos, quàm temporis iacturam arbitrabatur. Est enim honestum otium è tumultuosis negotiis tranquillitas, non autem ignauia, aliud verò est inhonestum, & fugiendum est. Hinc ecloga decima Baptista Mantuanus.

Otia damnantur, quæ nulla negotia tractant.

Plinius secundus li. i. epistolarum, Minutio Fundano, in ordine epistola 9. Mecum tantum & cum libellis loquor. O dulces otium, honestumque, ac penè omni negotio pulchrius: tu quoque strepitum istum & multum ineptos labores, vt primum fuerit occasio, relinque, tæque studiis vel otio trade. *Satius est enim* (vt Attilius noster crudelitissimè simul & facitissimè dixit) *otiosum esse quàm nihil agere.* Hæc Plinius. Quod extremum dictum Erasmus libro octauo octogesima octo, de Artilio sic interpretatur. Otiosus est qui vacat ab externis actionibus. Nihil agit, qui negotiis intrugiferis, nihil ad beatè viuendum cōferentibus, occupatur: Quemadmodum qui moluntur, nec satis succedit, quod agant, satagere dicuntur. Ita nihil agunt, qui frustra actionibus tumultuantur. Plinius enim putat eos, qui militariis negotiis distrahuntur, nihil agere: contra, qui se philosophiæ dedunt otiosos esse. Seneca epistolarum libro septimo, epistola quinquagesima sexta. Vacua, inquit, Prætorius diues, nulla alia re quàm otio natus in sua villa consentiit, & ob hoc vnum foelix habebatur. Nam quidam ex illis amabant homines. O Vacua, solus scis viuere, at ille latere sciebat, non viuere. Multū autem interest vtrum vita tua otiosa sit, an ignaua. Nunquam aliter hanc villam Vacua viuo præteribā, quàm vt dicerem, Vacua hic sirus est. Idem libro epistolarū vndecimo, epistola octogesima tertia, *Ocium*, inquit, *sine literis mors est, & hominis viui sepultura.* Hæc Seneca. Quanto æquius dixeris, in peccatis vitam actam, mortem potius esse quàm vitam? Et hoc est mori in peccatis, viuere in illis, nec veterem pellē velle exuere, sed in ea velle mori, & ad mortem vsque perseverare. Tales melius inter mortuos quàm inter viuos connumeraueris.

Quòd ego vado, vos non potestis venire. Emphasis habet illud vos. Ioan. 7. Vbi ego sum, inquit, vos non potestis venire. Ioan. 7. Apollolis autem, Ioā. 13. *Quæretis me*, ait, *& sicut dixi Iudæis, & 13. quòd ego vado, vos non potestis venire. Et vobis dico modò: Vbi Theoph.*

Theophilaetus: Christus non eadem affectione qua Iudæis, extra

Baptista Mantuan.

eclog. 10.

Plin. 2 li.

1. epist. 9.

Minutio.

Erasmus

in apoth.

Senec. e-

piet. lib. 7.

epist. 56.

& lib. 11.

epist. 83.

Y

hæc

hac eis locutus est, sed ex charitate. Quæsiuerunt quidem eum Iudæi, quādo ciuitas eorum capta est, & ira diuinitus immissa, vndique in eos venit. Sicut & Iosephus restatur, propter mortem Iesu eis hæc euenisse. Discipuli autem quando fugerunt, & aliās afflicti sunt propterea & alio loco, Tolleretur, inquit, sponsus, & ieiunabunt amici thalami, itaque futura prædicit his, & illis: illis quidem propter incredulitatem, his autem propter amorem, ne in mala inexpectata inciderent. Hæc Theophylactus. Bellissimè D. Augustinus tom. 9. tract. 38. in Ioan. istud explicauit. Hoc, inquit, & dominus discipulis suis dixit: Non autem abstulit spem, sed prædixit dilationem. quando enim hoc discipulis dominus loquebatur, tunc non poterant venire, quò ille ibat, sed postea venturi erant. Isti autem nunquam, quibus præsci^o dixit, *in peccato vestro moriemini*. Hæc Diuus Augustinus in sensu compositionis (vt logici loquuntur) intelligenda est propositio: neque enim dixit non poteritis in futurū venire, sed in præsentī, *non potestis*, quales scilicet nunc estis, peccatis conspurcati & maculati. Est enim hoc vnum principium theologiæ, *Nilil coinquinatum intrabit in regnum cælorum*. Hinc psalmista: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Resp. qui ingreditur sine macula, innocens manibus & mundo corde*. Et Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbūt*. Item Heb. 12. *Sanctimoniam sequimini, sine qua nemo videbit Deū. Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit, quò ego vado, vos non potestis venire?* Stulta verba (inquit Aug. ubi supra) & omnino insipientiæ plena. Quid enim? non poterant illò venire, quò ille perrexisset, si interficeret semetipsum; nunquid ipsi nõ erant morituri; Si de morte hominis diceret, quis homo non moritur? Ergo quò ego vado dixit, non cum itur ad mortem, sed quò ibat ipse post mortem. Hæc D. Augustinus quasi dicerent, impiè de Christo cogitantes Iudæi: *Nunquid interficiet seipsum? vt scilicet se liberet è manibus nostris, veluti Cleopatra, vt se à manibus Augusti eriperet, ne scilicet in triumpho ab illo deduceretur, vel traduceretur, mortem sibi cõsciuisse dicitur*. Xiphilius ex Dione Nicæo, de Monarchia Augusti Cæsaris scribens, Cleopatra, inquit, intelligens se ad triumphum referari, mortua est: aspide ad se in vrnula portata. Et Antonius qui fugerat in Ægyptum, mortem sibi cõsciuit, & in sinu Cleopatrarum obiit: Hæc ille. Præterea Saul ne in manus Philistiim veniret, seipsum peremit. 1. Reg. vlt. sic maligna de Christo cogitauerunt,

D. Aug.
to. 9. tra-
38. in Io.

Matth. 5.
Hebr. 12.

August.

Xiphili-
nus.

1. Reg.
vlt.

cogitauerunt, & ex abundantia cordis os eorum stultitiam locutum est. Verum enimvero, cum Achitophel, cum Iudas, cum Saul, cum denique quiuus alius, ex desperatione, furore, aut insania & mania cõsciscit sibi necè, an non stultissimus existimadus est? Sed in Christum nihil huiusmodi cadere potest, non stultitia quia ipse est sapientia diuina, non desperatio, quia in eum omnes speramus, & (vt ait theologorum Phœnix atque inter cæteros euāgelistas, sublimis volans aquila) *Sciebat quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit* Ioan. 13. & c. 8. Scio vnde veni, & quò vado. Non furor aut infamia, absit tam nefanda, vel in minimo de sancta innocetia domini suspicari vel cogitare. Quomodo ergo crimè atrocissimū illi obiiciunt? Erubescat Iudæus infœlix, qui aduersus Christum sic debacchatur & insanit. O scelus! o portentum in vltimas terras exporrandū! non Christus sed Iudæi seiplos interfecturi erant calamitatibus oppressi, excidij Hierosolymitani, & obsidionis tēpore, cum à Vespasiano & Tito Romanis Imperatoribus vallati, & vndique cincti essent, quod eis euenturum Christus prædixerat. Narrat enim Iudaica histor. à Iosepho (qui & ipse Iudæus erat peritissimus) conscripta, quomodo propter peccatū ipsorum & cædem Christi perperatam, cædem dicam, an deicidium? Facinus est hominem occidere, scelus est prophetā interficere, parricidium immane, Messiam in lege promissum cõtumellis & iniuriis afficere. Quid dicam, verum & vnicum Dei filium, dominum omnium in crucem tollere? verbo satis digno tam nefacia res nullo modo appellari potest. Ergo (vt Apostolicè dicam, Rom. 7.) *propter supra modum peccans peccatū*, propter scelestum scelus, propter impietatem omnium maximam, iustè iugulati sunt à Romanis. Et potest iste etiam esse germanus & genuin^o verborum domini sensus, in peccato vestro moriemini. Sic enim exponit Euthymius, Ioan. 8. Peccatum intellige etiā, id quod aduersus ipsum erat, quia interfecturi ipsum erant, in quo mortui sunt, nempe propter illud iugulati à Romanis Vespasiano & Tito. Tunc autem mutua cede se interimebant, vt Romanorū manus possent effugere, quod Iosephus l. 3. de bello Iudaico cap. 14. subtilissimè explicat, narrans de seipso, quòd qui in puteo amplo & profundo specu cum eo latitabant, quadraginta insignes locustini, dexteram & gladium se illi commodaturos offerebāt. At viri fortis est, diceris, semet occidere. Imò verò ignauissimi,

Ioan. 13.

Iosephus.

Rom. 7.

Euthy. in

8. Ioan.

Ioseph lib.

3. de bel-

lo Iudaico

cap. 14.

simi, quātum opinor. Nā & gubernatorē timidissimū puto, qui tēpestatē metuens, ante vim turbinis, nauē sponte submergit: quin etiā propria manu perire, à cōmuni omniū animalū natura discrepat, eoque modo in creatorē nostrū Deum summū scelus admittitur. Nullū est animal q̄ ex industria vel per se moriatur. Quorū manus in seip̄os infuerūt, eorū animas tenebrosior orcus suscepit. Denique si qui se occiderint, apud nos quidē vsque ad solis occasū in sepultos abiici decretū est: apud alios autē, & dextrā iubetur abscindi eiusmodi mortuorū, quæ in ipsos armatæ sunt. Hæc & multa alia Iosephus adducebat vt locios à nefandis conatib⁹ dimoueret. At illi obstructis auribus desperationē, qua se iādudū morti deuouerāt, cōcinantur, & vt fors cuiq̄ obrigit, interierūt mutuis cēdibus. Solus Ioseph⁹ cum altero saluus euasit. Hæc ex Iosepho collecta sunt, Cicero lib. 1. de officiis. Generi animāium omni est à natura tributum, vt se vitam, corpūque tueatur, declinet ea quæ noctura videantur. Hæc ille, apertē declarans esse cōtra inclinationem naturālē, seipsum interficere. Idem in Catone maiore, siue de Senectute Verat P. thagoras iniussu Imperatoris, id est Dei, de p̄sidio & statione vitæ decedere. Apud Egeſippum p̄clarissimum authorem de excidio Hierosolymitano no lib. 3. ca. 17. ponitur responsio Iosephi, ad eos qui suadebant vt mallet eligerētque potius sic interfici, quam ab hoste Romano triumphari. Si acquiescis mori (inquiunt) quasi amici ministerium præbemus: si recusas, quasi proditi vltionem exigimus. Quibus contrā Iosephus, quis ærumnis circumuallatus (respondit) animam suam nolit ex ipso corpore mortis si liceat absolui? Sed nō licet soluere nisi ei qui ligauerit: Naturæ vinculo anima coniuncta est corpori. Quis author naturæ, nisi omnipotens Deus? Quis hoc animæ & corporis nostri, Deo placitum contubernium interrumpere ac dissociare audeat? Dei possessio sumus, Deo seruitium debemus, quasi serui expectemus imperia, quasi fideles bonum depositum custodiamus. Nōne in vtroque crimē est, vel reicere depositum non reposcenti qui dedit, vel reposcenti negare? Si hominis depositum violare pœna infamiæ est, quantomagis violare depositū Dei? Depositum Dei anima est in hoc corpore, anima quæ mortis istius capax non. Cur igitur ante repetitum depositū mortem irrogamus, & animam quasi inutilem nobis remittimus, atque è domo nostra excludimus; Cur exeundi hinc præceptum

Cic. lib. 1.
de off.

Egeſipp.
li. 3. c. 17.

præceptum non expectamus? Miles reseram expectat, serus imperium: Siquis horum sine præcepto exierit, alter deserat, alter fugitiuus est. Insepulti proici iubentur, qui in se ferrum deiecerunt. Dignum est enim vt qui patris imperiū nō expectauerunt, priuētur quasi quodā matris gremio terræ sepulchro. Nullus sanctorum necem sibi ipsi usurpat, nullus præripit. Si lucrum est mori, furtum est usurpare ante expectatum. Si bonum est viuere, sacrilegium est repudiare antequam reposcatur. Mallo Romanorum latrocinio perire, quam meo. Latrocinium meum est, si mihi ipse intulero manum: si hostes beneficium. Nolo meo, nolo vestro scelere perire. Quod plus est quam meo, nolo mutuo. Hoc est enim vnumquemque nostrum sibi manus inferre. Condemnatur autem qui se ipsum percusserit. Quid enim tam contra legem naturæ? Quid tam contra naturam omnium animantium? Naturæ lex valida est, vel le viuere, ne sibi mortem asciscere. Hæc ibi. Cum autem dicat Apostolus 1. Corinth. 6. *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno*, hoc est (vt exponit ibidem Theophilactus) sub domino, inquit, cētis nihilque proprii habetis ne ipsum quidem corpus, *Empti enim estis pretio*, nempe per sanguinem Christi, proinde artus vestri alicui domino sunt subiecti, & quò vult ille, duci oportet eos. Hæc autem dicens, non tollit propriam hominis potestatem seu liberū arbitrium. Cæterum par & iustum esse monstrat nos Deo seruire, per quem & empti sumus. Hæc ille. Adde quod sanctus Iob dixit: *Manus tua domine fecerunt me, & plaſtauerunt me totum in circuitu. Et opera manuum domini, dicitur in Psal. Cōsequens est, vt qui seipsum interficit, sceleratis manib⁹, Dei opera corrūpat. Quod de parricidis scripsit Lactātius l. 6. c. 20. At verò sui ipsi occisio, grauior parricidio censenda est. Canones Apostolorū 21. & 22. Qui seipsum mutilauit, sui ipsius homicidā esse decernūt, quāto magis detestarentur eum, qui mortē sibi cōscisceret. ἀποτομήσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός ἀναφορῶν τῆς γὰρ ἐστὶν ἑαυτῷ ἢ τῆς τοῦ θεοῦ ἀναμοιρίας ἐχθρὸς. sic habet Græcè Canon 21. & 22. Latine sic. Qui seipsum mutilauit, vel (vt vis energiæque verbū Græci reddatur) qui sibi extremitatēs truncauerit, nā ἀποτομήσας, idē est quòd τὰ ἔμπερα τέμνειν, id est extrema amputare, incidere, vel scīdere, ne sit cleric⁹. Est enī sui homicidā & Dei opificij hostis: itē Canō 22. Εἰ τις κληρικός ἢν ἑαυτῷ*

1. Cor. 8.

Theophi.

Lact. l. 6.

in ca. 20.

Canones

Aposto-

lorū 21.

& 22.

αὐτοῦ τριπλάσια κατὰ τριπλάσια, φερούσ τὸ ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν ὄντων. Latine sic:
 Si quis cum sit clericus, sibi amputavit extrema (alia ver-
 sio habet, amputavit sibi virilia) vt refertur distinctione
 55. cap. Si quis absciderit semetipsum, apud Gratianum, depo-
 natur vel omnino damnetur, Nam *κατὰ τριπλάσια* idem est quod
 damno) est enim sui homicida. Hęc sancti apostoli statue-
 runt. Recitat item Gratianus ex concilio Bracharensi 23. q.
 5. c. Placuit. Placuit, inquit, consilium, vt iis qui sibiipsis, aut
 ferrum, aut per venenum, aut per precipitium, aut per suspen-
 dium, vel quolibet modo inferunt mortem, nulla proflus
 pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psal-
 mis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Hęc ibi,
 Hebr. 11. Si obicias de Sampson qui seipsum interfecit, hunc tamē
 in catalogo iustorum retulisse videtur D. Paulus Hebr. 11.
*Deficit me tempus, inquit, enarrantem de Gedeon, Baruch, Sa-
 pson, eis qui per fidem devicerunt regna, operati sunt iustitiam.*

D. Aug. D. Aug. 10. 5. lib. 1. de ciuit. Dei c. 21. pro me respondeat.
 to. 5. l. p. Nec Sampson, inquit, aliter excusatur, quod seipsum cum
 de ciuit. hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latentem
 Dei c. 21 hoc iusserat, qui per illū miracula faciebat. Hęc ibi. Quid
 1. 1. c. 19. autem dicemus de Lucretia, matrona nobili veterēq; Ro-
 23. mana, quę se ob illarum sibi stuprum peremit, vt Romana
 refert historia? Idem Aug. lib. 1. de ciuit. Dei cap. 19. respon-
 det sic: Romana mulier, inquit, laudis auda nimium verita-
 est, ne putaretur quod violēter est passa cum viueret, libe-
 ter passa si viueret, vnde ad oculos hominum mentis suę te-
 stem illam poenam adhibendam putauit, quibus conscien-
 tiam demonstrare non potuit. Sociam quippe facti se cre-
 di erubuit. Si quod alius in ea fecerat turpiter, ferret ipsa
 patienter. Hęc ille. Non tamen iuste fecisse existimanda
 est (vt ibidem disputat Diuus Augustinus) præsertim cum
 etiam apud Virgilium Æneidos 6. proxima tenere loca a-
 pud inferos memorentur,

Virg. Æ-
 neidos. 6.

— Qui sibi lethum.

Insontes peperere manu, lucemque perosi

Proicere animas.

Idem Augustinus lib. 1. c. 23. Atenim multi se intereme-
 runt, ne in manus hostium peruenirent. Non modò quæri-
 mus, inquit, vtrum sit factum, sed vtrum fuerit faciendum.
 Sana quippe ratio exemplis antepōnda est, cui quidem &
 exempla concordant: Sed illa quę tãto digniora sunt imi-
 tatione, quanto excellentiora pietate. Non fecerunt pa-
 triar.

triarchę, non prophetę, non apostoli, Quelibet exempla
 opponat gentes, quę ignorant Deum, manifestum est, hoc
 non licere colentibus vnum verum Deum. Hęc ibi. Si Ca-
 tonem item illum, qui se Vitię occidit proferas, idem lib.
 19. cap. 4. respondet. Cato non hoc fecisset, inquit, nisi vi-
 ctoriam Cęsarıs impatienter tulisset. Vbi est fortitudo?
 nempe cessit nepe succubuit. Hęc ibi. Et vt semel ad om-
 nia obiecta seu facta citata dictum sit, grauissimē respon-
 dit Iurisconsultus Proculus, lege 12. ff. de officio præfidis.
 Non tam spectandum esse, quid Romę factum est, quàm
 quid fieri debeat. Hęc ille. Sed quædam, inquiunt, sanctę
 Lex. femine tempore persecutionis vt in sectatores suę pudic-
 itię deuitarent, in rapturum atque necaturum se flumen
 proiecerunt, eoque modo defunctę sunt, earumque mar-
 tyria in catholica Ecclesia veneratione celeberrima fre-
 quentantur. Obicit sibiipsi D. Aug. lib. 1. de ciuitate Dei
 D. Aug. cap. 26. Responderet ibidem, de his nihil temerē audeo iudi-
 care, inquit: quid si hoc fecerunt, non humanitūs deceptę, c. 26. &
 sed diuinitus iussę: nec errantes, sed obedientes, sicut de
 27. Sampson aliud nobis fas non est credere? Cum autem
 Deus iubet, seq; iubere sine vllis ambagibus intimat, quis
 obedientiã in crimen vocet? Quis obsequium pietatis ac-
 cuset? Qui ergo audit, non licere se occidere, faciat si ius-
 sit, cuius non licet iussa contemnere. Tantummodo videat
 vtrum diuina iussio nullo nutet incerto. Deinde resoluit in
 fine capitis, difficultates similes. Hoc asserimus, inquit, ne-
 minem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fu-
 giendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Hęc
 ille. Et cap. 27. eiusdem libri: Nefas est profectò se occide-
 re, ait, Extra omnem ergo controuersiam esse debet hoc
 proloquium: Interficere seipsum non licet, quia nobis cõ-
 missum huius vitę depositum est custodiendum fideliter,
 reddendumque domino, quum fuerit ab illo requisitum, à
 nobisipsis autem nequaquam corrupendum violendum-
 que fuerit, sed bona fide nos depositarij illud conserua-
 re debemus. Quod si virginis Pelagię exemplum produ-
 xeris, quod Diuus Ambrosius libro 3. de virginibus circa
 bro. lib. 3. libri principia magni facit: Respondendum erit, instin-
 du spiritus sancti id eam fecisse. Sancta Pelagia (inquit,
 D. Ambrosius) virgo Antiochena annorum ferē quindecim,
 tempore persecutionis excitatę in Christianos, cum
 matre & sororibus, illę inquam consertis manibus, tan-
 quam

potius quam subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi. Sed cum per festinationem non certo ictu plaga dedisset, & turba intra ostia domus eius irrumperent, recurrēs audacter ad murū, præcipitavit semetipsum viriūter in turbā, & cū adhuc spiraret, accensus animo surrexit, & stās supra quādam petram præruptam complexus intestina sua utriusq; manibus proiecit super turbas, innocēs dominatorē vitæ ac spiritus, ut hæc illi iterū redderet: atq; ita vitæ defunctus est. D. Aug. to. 2. epist. 61. Dulcitio scripta de Razia dicit, Non rectè ab eo factum quod in seipsum cōmisit: quid mirum si tanquam homini elatio superba subrepit, ut mallet manu propria perimi, quàm post illā in suorum aspectibus celsitudinem iustine. re indignā in hostiū manibus seruitutem? Solent in literis gentilium ista laudari. In his autē Machabæorū libris quāuis homo fuerit ipse laudatus, factū tamen eius narratū est nō laudatum, & iudicandū potius quàm imitandū iudicandū in quā iudicio doctrinæ sobriæ. Nō ergo fuit iste vir eligendæ mortis sapiens, sed ferendæ humilitatis impatiens. Nobiliter voluit mori: nūquid ideō sapienter? Magna hæc sunt quod de muro se præcipitem dedit, quod intestina sua proiecit, nec tamen bona sunt. Non enim bonum est omne quod magnum est, quoniam sunt magna etiā mala. Si innocens & iustus fuit, quare interfector innocētis & iusti id est, ipse Razij putatur etiam laudandus? Si innocens non fuit, cur proponitur imitandus? Hæc ille. In illum tamen locum, Lyranus, Scriptura, inquit, huius libri quæ recepta est ab ecclesia ad legendum pro informatione morū, non videtur hic Raziam arguere, sed magis commendare de suis ipsius interfectione: & ad eius excusationem potest dici quod fecit hoc per specialem instinctum spiritus sancti. Omnes enim homines sunt Deo mortis debitores, quod debitum Deus potest repetere quandocumque vult & quomodocumque, ut pote per manum propriam, siue per alienam. Hęc Lyranus. Obseruandum est etiam in illius factō, quomodo morti vicinus dominum orauit, scq; illi cōmendauit. Hoc ante eum fecerat Sampson, instante mortis articulo, Iud. 16. Ille inuocatō domino, ait, Domine Deus, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinā, Deus meus, ut ulciscar me de hostib. meis, & pro amissione duorum luminum, vnam ultionē accipiam. Vbi supra nominatus doctor literalis, ulciscar me, inquit, de hostibus meis, hoc non liuore vindictæ, sed zelo iustitiæ, & honore diuini nomi

nominis dixit Sampson: quia Philistæi Deum blasphemabant idola laudando. Ideo non peccauit Philistæos occidendo, nec etiam occidendo se cum ipsis, prout subditur: *Moriatur anima mea cum Philistiū.* Et accipitur hic anima pro toto composito, quod est corruptibile, licet anima sit immortalis. Non enim Sampson intēdebat se occidere per se, sed tantum per accidens: quia nō poterat blasphematores diuini nominis occidere, nisi seipsum cū eis occidēdo. Præterea voluntas domini erat quod hoc fieret. Patet ex hoc quod fortitudinem miraculosē sibi reddidit ad hoc faciendum. Ergo ex instinctu diuino id fecisse existimandus est. Credendum etiam quod de peccatis prius perpetratis penituit, & his rationibus benè perpenlis computatur in catalogo sanctorum Heb. 11. Hęc Lyranus. Nequam autē in morte memores sunt domini, nec illum impij verentur, qui præ impatientia vel desperatione, aut alia quauis indebita & nefaria occasione in seipsos sæuiunt. Quod autem grauissimum sit in se violentas vertere manus, pulchrè D. Thomas 2. 2. q. 64. artic. 5. dilucidat his rationibus. Primò, quia talis sibi ipsi nocet, cui maximam dilectionem debet: Tum quia etiam, est periculosissimum, eo quod non restat tempus ut per penitentiā expietur. Quoniam etiam quod aliquis seipsum occidat, est contra incinationem naturalem: qua nemo sibi secundus aut nequam existit. Et denique quia vita est quoddam donum diuinitus hominis attributum, & eius potestati subiectum, qui occidit & viuere facit. Et ideò, qui seipsum vita priuat, in Deum peccat, sicut qui alienum seruum interficit, peccat in dominum cuius est seruus. Et sicut peccat ille qui viurpat sibi iudicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deum pertinet iudicium mortis & vitæ, secundum illud Deut. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam. Hęc sanctus doctor, quæ hæctenus hac de re dicta sunt ad illustrandam atque exornandam præfaram sententiam sufficiant: *Nunquid interficiet semetipsum.*

*Vos de deorsum estis. Ideo, inquit D. Aug. ibi, terrā sapitis, quia sicut serpentes terrā māducatis. Hoc est, terrenis palcimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis. Surfum corda nō habetis. Hęc ille. Cōtra tales humi, tantum serpentiū instar repentes, inuehitur satyroglyphus Persius satyr. 2. *Perfusus in terris anima, & cœlestium inanes!* Homines enim ut cœlestia saperent, non autem terrenis addicti*

Lyranus

Deut. 32

D. Aug. ibidem.

Persius satyr. 2.

addicti essent, & (instar suis immundæ) in terram tantum defixos haberent oculos, vultus in cælum erectos habere, Philosophorum etiam monumentis consignatum est, &

Cicer. li. de legibus. Natura, inquit, cum cæteras animantes abiecerit ad pastum, solum hominem erexit, ad cælique quasi cognationis, domesticæque pristini cõspectum excitavit. Ante illum diuinus

Plato in Cratylō vel de recta nominum ratione *ἄνθρωπος*, hominis nomē, inquit illud significat, quod cætera quidem animalia quæ vident, non considerant, neque animaduertunt, neque contemplantur: homo autem & videt simul, & contempletur, animaduertitque quod videt. Hinc merito solus ex omnibus animantibus homo *ἄνθρωπος* est nuncupatus, quasi *ἀνθρώπων* contemplanus & quæ *ἄνθρωπος*, id est, vidit

Hæc Plato palam commonstrans, hominem contemplando cælo, quod facile videre, & sepe contingit, esse natum & conditum. Ideoque alij quasi *ἀνθρώπων*, id est, sursum vergens dici putant ex Ethymologico Græco. Ethymologicon magnum dicit *ἀνθρώπος*, sic Græcè habet *ἄνθρωπος*, ἵππος βλάπτειν. *ἄνθρωπος* γὰρ τῶν ἀλλῶν εἶδον ὁ ἀνθρώπος ἀνθρώπων, ἵππος γὰρ τὸ ἀνθρώπων. hoc est ad verbum, dicitur ab eo quod est sursum cõtemplari, siue videre. Solus enim ex omnibus animantibus homo sursum aspicit, vel cælestia contempletur. Aut dicitur ab eo quod est sursum vergere, vel propendere. Hæc ibi Lactantius lib. 2. c. 1. Cum cætera animantes pronis corporibus in humum spectent, nobis autem status rectus, sublimis vultus ab artifice Deo sit datus, optime ingeniosus Poëta signauit dicens:

Pronaque cum spectent animalia cætera terram.
Ut infra integrè recitabitur. Hinc vtiq; *ἄνθρωπος* Græci appellarunt, quod sursum spectet. Ipsi ergo sibi renunciant, seque hominum nomine abdicant, qui non sursum aspiciunt, sed deorsum: nisi forte id ipsum quod recti sumus, siue causa homini attributum putant: spectare nos cælum Deus voluit, vtiq; non frustra. Nam & aues & ex mutis penè omnia cælum vident: sed nobis propriè datum est cælum rigidis ac stantibus intueri, vt religionem ibi quæramus, vt Deus, cuius sedes illud est, quæ oculis non possumus, animo contemlemur. Hæc Lactantius. Per quæ Galeno (vt infra à nobis proponetur) non erit difficile respondere. Idem Plato, dialogo 9. de Republica vel de iustis: Homines, inquit, prudentia; virtutisque expertes, & epulis rebûsq; similibus

Lactanti?
lib. 2. c. 1.

dediti,

Ethymologicon magnum

dediti, deorsum feruntur, super hæc verò emergunt nunquam, & quod verè summum est, nequaquam suspiciunt, neque ad supera euehuntur, neque stabilem puramque gustant voluptatem, sed veluti pecora humum proni spectant, venterique obediētes, pascendo cocundoque aratam conerunt, proque his rebus vberius potiundis calcibus inter se & cornibus ferreis, vnguibusque decertant, sese inuicem ob inexplabilem libidinem trucidantes, vt prope neque veram & firmam sui partem neque pabulis veris implēt. Omnino respondit Glauco, o Socrates, vulgi vitam quasi quodam pandis oraculo. Hæc ibi. De impiis quidē diuinus vates cecinit in psalmis: *Oculos suos statuerunt declinare in terram*, iusto autem Abraham à domino dictum legimus Gen. 15. Educto foras, ait illi dominus, *Suspice cælum*. Ethnicus philosophus Anaxagoras, referēte Laërtio de eo lib. 2. Rogatus cuius rei causam natus esset, inspiciēdi, inquit, cæli & solis & lunæ. Non insulse illud quidem, sed minus perfectè. Non enim tam vt cælum intueretur homo conditus est, quam vt Deum intelligenet, & cælum ipsum possideret, quod doctissimè & diuinissimè dixit S. Aug. tom. 9. lib. vno de diligendo Deo (qui & meditationū incipitur, & incipit Vigili cura) cap. 2. circa finem. Fecit Deus (inquit) rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligenet, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur. Ad quid autem creata sit rationalis creatura? Ad laudandum Deum, ad seruendum ei, ad fruendum eo. Vtile nempe est ei seruire Deo, & frui eo. Hæc ille. Matthæus Beroaldus in suo Chonico lib. 1. c. 2. Anaxagoræ non probat responsum, sic enim ille Anaxagoras mundi se incolam existimabat, vt cælum intueretur & suspiceret. Is enim vt Græci narrat *ἄνθρωπος εἰς τὴν γαλινην, εἰς θωρακὸν ἔφην, ἵδτω ἢ ἔρανό;* id est, Interrogatus cur natus esset, vel ad quid: Respondit Solis & cæli videndi causa. A quo longè, inquit, Stoicorum discrepat sententia, qui omnia hominum causa creata esse, ex ipso vsu verè collegerunt, qui de hominis præstantia, longè melius sensisse videntur, quàm de se & suo genere senserit Anaxagoras. Non enim homines propter cælum geniti sunt, sed eorum causa non modò cælum, sed & quæ cælo continentur omnia esse effecta vsus ipse arguit: & vt præstantissima quæ censentur, seruire illi intelligamus, libet sciscitari ex Philosophis, cuienam sol coquat fruges, cuienam lucem quotidie proferat & accendat; postremò cuienam

Gen. 15.

Laërtius lib. 2. in Anaxagora.

Aug. 10. 9. li. med. c. 2.

Beroaldi chronicò.

mundo per quem factus est mundus? Omnes de mūdo post mundum, quia prius mundus, & sic homo de mundo, prius autem Christus, deinde mundus, *Quia in principio erat verbum, omnia per ipsum facta sunt.* Et Apostolus scribit Hebræ. *Heb. ult.* vltimo. *Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.* Ego (ait Christus) *de supernis sum.* De quibus supernis (de aëre; ablit, De caelo quod videmus? & hoc ablit. De angelis? neque hoc intelligatis, per illum & Angeli facti sunt, per quem omnia facta sunt. De quib⁹ ergo supernis Christus? Ab ipso patre. Nihil illo Deo superius, qui verbū genuit æquale sibi, coeternum sibi, vni genitum sine tempore, per quem conderet tempora. Sic ergo accipe Christum de supernis, vt excedas cogitatione tua omne quod factum est, vniuersam omnino creaturam, omne corpus, omnem conditum spiritum, omnem rem quoquomodo mutabilem. Totum excede sicut excessit Ioannes vt cōtingeret, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Ego, ergo inquit, *de supernis sum, vos de hoc mundo estis.* sic sanctus Ecclesie doctor altissime philosophatus est, & (vt ita dicam) *θεολογικώτατος*, hoc est deiloquentissime seu valde theologice. *In mundo quidem erat, Ioan. 1. Sed regnum meum nō est de hoc mundo, ait idē ipse, Ioan. 18.* Sic etiam de suis dicebat cap. 17. *In mundo sunt, sed de mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.* Quemadmodum enim, Loth corporaliter quidem erat in Sodomis, vbi & habitauit, Gen. 13, sed tamē non vixit secundum mores Sodomitarum, qui erant pessimi & peccatores coram domino nimis. Ibidem, sic & locū istum intelligere conuenit. q. d. Christus, Ego nō sicut vos sapio, vt me ipsum interficiam. Nemo quippe diuina sapientia præditus, quibusuis circūueniatur malis, sibi manus violentas infert. Graue est verbum, *Vos de mundo estis, Ergo & cum mundo peribitis. Mundus enim totus in maligno positus est.* Ioan. 5. *Nam quicquid est in mundo aut concupiscentia carnis est, vel concupiscentia oculorum, aut superbia vite,* Ioan. 2. *Et mundus eum non cognouit, Ioan. 1.* Sic capitur mūdus, non pro rerum essentiis, sed pro mundanis & deprauatis hominum moribus, cuius pompis, nos abrenunciare profitemur in baptismo. *Mundus, caro, demonia, diuersa mouent prælia, canit mater nostra Ecclesia.* Mundus accommodatē dicitur stabulum sordium, cauda dæmonum, domus ampla malorum, sentina vitiorum, receptaculumque, vbi malitia plurimum, sapientie modicum, vbi omnia viscosa, & fallacia,

vanitas,

vanitas, & afflictio spiritus, Cuius *amicitia* (vt ait S. Iacobus *Iac. 4. ca. 4.*) *inimica est Dei: & quicumque voluerit amicus esse saculi huius, inimicus Dei constituitur.* D. August. 10. 10. ho. 50. homilia D. Aug. 17. Prima renūciatio est huic seculo, inquit, & deinde conuersio ad Deū: funde quod habes, vt capias quod nō habes. *10. 10. ho. 37.* Qui renūciat, fundit: qui cōuertitur, impletur: sed si non fiat corpore solo sed & corde. Hæc ille. Cōparat corda nostra cum vasis. Vis vt intret, inquit, mel vnde acetum nondum fudisti? Præterea mundus est immundus, & foetidus: est enim corruptionibus plenus, 2. Petri 1. fugiētes eius quæ in mundo est concupiscentie corruptionē. O munde immunde sicine homines dementas, & fascinare non desinis tuis illecebris & falsis gaudiis ac honoribus? Tua certē pocula plus fellis quàm mellis, plus aloes & amaroris quàm vini delectari & dulcoris habēt. Dicam⁹ vltimò cum apostolo *Gal. 6.* *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, Gal. 6. Christus dedit semetipsum, vt eriperet nos de presenti seculo nequam, ibidem ca. 1.* Mundi significationem Christus ipse sequētib⁹ verbis explicare dignatur. *Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris.* Ergo esse de mundo, est esse peccatorē, infidelem, est item terrena sapere, quales Iudæi illi erant: apostoli autem non quibus ait dominus Ioan. 15. *Ego vos de hoc mundo elegi.* Si cogites quomodo nati sint, & vnde venerint, quia omnes ex Adam venerant, de hoc mundo erant, sed Christi singulari beneficio facti sunt nō de mūdo, & pertinere cœperunt ad Deum, per quē mundus factus est, ait hoc in loco D. Aug. Addit insuper, si delectat te mūdus, semper vis esse immundus: si autē iam non te delectat hic mundus, iam tu es mundus: infelicißima cōditio, misera fors istorū, qui de ore veridico audierunt, *In peccatis vestris moriemini. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Ergo à contrario sensu: Si credideritis quia ego sum, non moriemini in peccatis. Reddita est spes desperantibus (ait doctor celeberrim⁹ S. August.) *Nisi credideritis, inquit, quia ego sum, Ego sum, quid? nihil addidit: & quia nihil addidit, multum est quod commēdauit.* Expectabatur vt diceret fortē, quia ego sum Christus, vel Dei filius, vel *quia ego sum* verbū patris, *quia ego sum conditor mundi,* hominis formator & reformator, creator, & recreator, sed dixit simpliciter, *quia ego sum, Exo. 3. Ego sum qui sum.* Quis dignē eloquatur quid sit, *Exod. 3. sum? Dices filius Israël, qui est misit me ad vos, dicit Dominus Moysi, non ait & ibi, Ego sum Deus, aut Ego sum mūdi fabricator,*

Z

cator,

cator, aut ego sum omnium rerum creator, aut ipsius populi liberandi propagator, sed hoc tantum dixit, *Qui est missus me ad vos.* Et psalmista, *Tu autem idem ipse es.* Audebo, inquit, pius ac Deo deuotus pater Augustinus, ipsum dominum interrogare. O domine Deus noster, quid est, quod aisti, *Nisi crederitis quia ego sum.* nunquid cœlum non est? nunquid terra non est? nunquid homo cui loqueris, non est? Nunquid Angelus quem mittis, non est? si omnia sunt quæ per te facta sunt, quid est quod tibi proprium quiddam tenuisti ipsum esse, quod aliis non dedisti, ut tu solus esses? Homo interior audiat, mens capiat. Verè esse: est enim semper eodem modo esse. Res qualibet si mutabilis est, non verè est. non enim est ibi verum esse, ubi est non esse. Quidquid enim mutari potest, mutatum non est quod erat. Si non est quod erat, preceptum est aliquid ibi, quod erat, & non est. De mortuo cum dicitur, ubi est homo ille. Respondetur, fuit. O veritas quæ verè es! Nā in omnibus actionibus creaturæ duo tempora inuenio, præteritum & futurum: præsens quæro, nihil stat. Quod dixi iam non est, quod dicturus sum, nondum est. In veritate quæ manet, præteritum & futurum non inuenio, sed solū præsens: & hoc incorruptibiliter, quod in creatura non est. Nihil aliud mihi videtur Christi⁹ his verbis dixisse, proliis nihil aliud quam hoc: *Nisi credideritis quia Deus ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Bene deo gratias, quia dixit, nisi crederitis. Non dixit, nisi comprehenderitis. Quis enim hoc capiat? Si ergo non capis, fides te liberat. Hæc ibi fufus. *Nisi me Deum esse confessi fueritis, moriemini in peccatis vestris: quia*

Mar. ult. qui non credit, condemnabitur. Marci vltimò: Imò id iudicatum est, quia sine fide impossibile est Deo placere. Ioan. 3. Hebr. 11.

Principium qui & loquor vobis. D. Aug. sic explicat. Principium me credite, ut scirent quid illum credere deberent. Respondit: Principium non tanquam diceret principium sum, sed tanquam diceret principium me credite: quod in sermone græco, euidenter apparet, ubi feminini generis est principium & accusatiui casus τὸν ἀρχὴν, veluti si vellet dicere se esse veritatem: & dicentibus tu quis es, respōdeat, veritatē. Cum videretur respondere debuisse veritas. Et ad-

August. didit, qui & loquor vobis q. d. ut credatis, non solum, sum, *braff. 38.* sed & loquor vobis, quia cum in forma Dei esset, formam in Ioann. serui accepit, ut homo loqueretur hominibus. Hæc S. Aug. *Ioan. 1.* tract. 38. Nota Christum esse principium. Nam per eum omnia facta sunt. Ioan. 1. Psal. 32. *Verbo domini cœli firmati sunt.*

Est

Est autem filius, vnum cum patre indifferens principium, nec enim pater & filius duo sunt principia, veluti nec duo dii, sed vnus Deus. Et dicitur filius principium de principio, quia filius à patre est. Hæc in Scholastica theologia amplissimè tractatur. *Principium qui & loquor vobis.* Subobscurè dictum. Longius immorari in loci huius illustratione (quantum dominus suggererit) visum est mihi è re nostra esse. At qui veteres explicant principium, quasi aduerbia sceleret, à significaret idē quod ab initio, à principio, imprimis. Nonnus poeta Græcus in paraphrasi Euangelij secundum Ioannē c. 8. sic delucidè videtur hunc nodum soluisse.

τίς εἶ ἐγώ, καὶ Χριστὸς ἀρχὴν, ὅτι ἀπὸ ἀρχῆς
ἔστ' ἡ ζωὴ καὶ τὸ φῶς. Latine sic Erhardus interpres reddidit: *Quis tu es? & Christus respondit, Quod vobis ab initio di-*
xi, καὶ τὸ φῶς. clamo, resono, & p̄sco, loquor. hæc ex lexico Græ-
cō trāsumpta sunt. Quasi diceret Christus, Id quod à prin-
cipio dico vobis, dixi & nunc dico etiam, ego sum lux, Ioa. 8. *paraphr.*
vita, ibidem. *Qui sequitur me, habebit lumen vitæ, & veritas.* *Ioannis*
Ibi: verum est testimonium meum: & si iudico ego, iudicium
meum verum est. *Ego, inquam sum lux, vita & veritas.* Diffi-
cultas emergit adhuc maior ex Græca phrasi, ὅτι καὶ ἀρχὴ
ἔσ' ἡ ζωὴ. Dicit Faber Stapulensis, quod *velori*, est vna dictio & si-
gnificat quia quoniam, propterea quod quare ergo ponit
qui loquor vobis; Responso sumi potest ex diuo Augu-
stino, principium (sub) me credite, me, inquam, qui & loquor
vobis. Hæc pro latina syntaxi, Vel ait Faber, ὅτι, sunt duæ
dictiones, perinde valentes, atque, id quod, & cōsuetudine
græcica τὸν ἀρχὴν capitur pro *κατὰ τὸν ἀρχὴν*, id est, secun-
dam principium siue à principio. Tunc sensus est: quæren-
tibus Phariseis, Tu quis es? Respondit Iesus, Sum id quod
à principio etiam loquor vobis, scilicet lux mundi, quam
qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen
vitæ. Et vsurpat D. Ioannes frequentissimè (Hebræorū mo-
re) præsens pro præterito, & tempus pro tempore. Est enim
enallage etiam temporis, & id loquor vobis, petinde est ac
locutus sum. q. d. Sum id quod à principio locutus sum vo-
bis. Hæc ille, non indoctè quidē, attamen (ut mea fert opi-
nio) contortè, & nimis coactè: sic enim singulas dictiones,
nedum totam sententiam, vim quandam pati, in comper-
to est. Quare potius diui Aug. simplicè, est enim veritatis sim-
plex oratio (ut ait Euripides) sequor interpretationē. Euri-
pides in Phœnissis citante Stobæo sermone 11. (qui est de

Nonnus in

paraphr.

Euange.

Errhar-

duus inter

pres Non

nij.

paraphr.

Stapul.

Faber

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

Stapul.

veritate) ἀπαῖς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἐστίν, inquit, id est simplex & inaffectata est oratio veritatis. Per me liceat cuius amplecti etiā Nōnij in literis græcis oppido quam periti expositionē, quam gratissimā quoque habeo. Tēpore autē presentiloquor vobis potius dictū fuit quā präterito, vt ad immediatē præcedentē eos remitteret sententiā, quā prouulerat, Nisi credideritis quia ego sum. Quasi diceret, Queritis quis sim? Ego hoc ipsum quod nunc dicebam, iterum dico, quia ego sum. Non aliter respōdit quis esset, sed tātum cōfirmavit quod dixerat? *Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Hæc autem duo pulchrè connexa sunt. Quia ego sum, quod Moyſi iādudum à multis seculis dictum fuerat: & Ego qui, vel quia loquor vobis, quod impresentiarū dicebat Christ⁹ Pharisæis, vt ipsi nouerint, hæc iungenda esse, & sciānt ipsum esse scopū in quē dirigebantur hæc verba, ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos: Imò & scopum ad finē legis & prophetarum Christū habere testimonium ab eis, quod sacrorum librorū breui enumeratione ac cōpendiola eluceſcet. Primum omnium sunt libri legales, ex quibus Genesis ostendit Christū vt verbum paternū, per quod omnia facta sunt. Exodus, vt alterū Moſem proiectū in aquas nostræ mortalitatis, vt fieret redemptor fidelium. Leuitic⁹, vt sacrificium propitiatorium, quo Deus recōciliaretur nobis, & expiatorium, quo nostra tollerentur peccata. Numeri vt primogenitū in multis fratribus, atque principē & caput nostræ hierarchie ecclesiasticæ. Postremò Deuteron. delineat & exprimit Christū, vt renouatore legis obliteratæ, & pœnæ deletæ de cordibus hominum. sequūtur in secundo ordine libri historiales. In Iosue adumbratur Christus velut Imperator & dux exercitus distribuens tribus terram promissionis. In iudicibus, vt ille qui re vera est à Deo constitutus iudex viuorū & mortuorum. In Ruth, vt maritus gētilitatis. In Regū libris & Paralipomenon, vt qui in femore suo habet scriptū rex regum & domin⁹ dominantū, Christus dominus rex Israël. In Esdra & Nehemia proponitur vt principalis architect⁹ ecclesiæ suæ sanctæ. In tertio ordine sunt libri exēplares. In Iob describitur, vt exēplar patiētiae, in Thobia modestiæ, in Iudith pudicitiae: in Hester clementiæ, in Machabæis fortitudinis & cōstantiæ. In quarto ordine extant libri doctrinales. In prouerbiis designatur, vt magister philosophiæ moralis, qui sentētiās quidē breues veluti doctrinā à patre filiis traditani

traditam proponit. In Ecclesiastico vt vniuersalis doctor, in Eccl. autem vt disputator ac declamator cōtra mūdi vanitates, in Canticis Salomonis vt prædicator diuini amoris, in Sapientiæ voluminē, vt *μὲγαλοῦχος* hoc est princeps sacrorū, & qui Theologiæ sanctæ recōdita, altaque mysteria & arcana docer. In quinto ordine habentur libri prophetici. David in psalmis, de Christo crebrò vaticinatur, quæ admodum eiusdem testimonio in euāgelio Christus non semel quā Pharisæos vsus est, atque (vt D. Hier. epistola ad Paulinum vtar verbis) Christū lyra personat, & in decachordō in psalterio ab inferis excitat resurgentē. Isaias non prophetiam mihi videtur texere sed euāgelium. Potissimū autem loquitur de Christi incarnatione atque ex sacerrima virgine perpetua natiuitate & ortu. Hieremias de eiusdē passione prædixit, dum Christum crucifigendū, sub horū inuolucro verborū, *Mittamus lignum in panem eius.* Hoc est cruci corpus eius affigamus. (Terulliano expositore) intelligi voluit. Ezechiel summum pastorem Christum apertissime describit, eiusque sacrum principatū insinuat. Daniël de iudicādi authoritate suprema, quam Christus in fine seculorū (vt cōcione de iudicio affatim scripsimus) omnibus notam faciet, specialiter prophetauit, atque lapidē præcolum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem (vt inquit D. Hieron.) clarò sermone pronūnciat, Christum haud dubiè significans. Quid duodecim prophetæ in vnus voluminis angustias coarctati, quid inquam aliud sunt, nisi duodecim testes, quasi duodecim Apōstoli, qui licet habeāt ora duodecim, & duodecim linguas, vno tamen spiritu quo erant afflati, Christum prædicauerunt, & ad futurum cecinerunt? Hucusque vetus testamētum quinquepartito distributum. Tangam & nouum breuiter testamētum, quod in veteri tanquam rota, in medio rotæ, Ezech. i. cōtineri inuoluique nemo dubitauerit, qui Christū meminerit discipulis interpretatū, quæ de eo scripta erāt, in lege Moyſi psalmis ac prophetiis. In eo, aut de duab⁹ agitatur naturis, aut de gemina Christi potestate ac authoritate, vel certè de capite vel de Christi mystico corpore. Duæ naturæ sunt diuina & humana, duæ potestates sacerdotalis & regiæ caput ipse Christ⁹, corp⁹ autē eius est ecclesia. Sāctus Mart. hominē describit, Ioānes ὁ θεολόγος (sic enim eū vocauit antiquitas venerāda) Cyrillus Hierosolymitan⁹ catechezi 12. illuminatorū, Ioāni theologo, inquit, credamus, qui dixit,

in principio erat verbū. Ille, inquam, diuinitatis attingit ineffabile sacramentū. Marcus & Lucas in medio cōstituti, alter quidem de regno, alius verò de Christi tractat sacerdotio. Epistola canonica in genere de ecclesia agunt. Paulus autem de negotiis singularum, ad quas scribit ecclesiarum, primum quidem tractat, in vltima verò ad Hebræos missa epistola ad ipsum caput recurrit, Christi excellentiam præstantiamque sublimi ac ornato dicendi genere, insigniter describens. Apostolorū acta de membrorum Christi præcipuorū ac charorum persecutionibus & passionibus, luculenta oratione pertractant. Et denique Apocalypsis Ioannis de felicitate quam pij expectant in seculi consummatione. Quæ quia tot habet sacramenta quot verba (vt S. ait Hieronym.) de ea melius tacere puto quam pauca scribere. Sed nimium fortassis digressi sumus: Parū tamen dixisse me pro merito tantorum mysteriorum libenter agnosco, & ingenuè profiteor. Hæc autem idè in medium adduxi, vt horum verborum, *Principium, quia & loquor vobis*, dilucidior haberetur intelligentia. Nepe quod dominus coniungit cum antiquis prophetiis suā doctrinā in his supra citatis verbis, vnde mecum obseruabis, fidem esse antiquissimam.

Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit vexit est. Quomodo hoc eodē capite paulo antè dixerat, *ego non iudico quenquū*, & modò dicit, *Multa habeo iudicare*: Respondet D. Aug. to. 9. tract. in Ioā. 39. Aliud est non iudico, aliud habeo iudicare: non iudico dixit ad præsens, venerat enim vt saluaret mundū, non vt iudicaret mundum. Quod autē dixit multa habeo iudicare, iudiciū futurū dicit. Idè enim ascendit, vt veniat iudicare viuos & mortuos. Nemo iustus iudicabit, quàm qui iniuste iudicatus est. Hæc ille. Sic (vt alicubi idem dicit) distingue tempora, & concordabis scripturas. Vult enim dicere: Multa quidē habeo iudicare, sed nunc iudicij tēpus nō est. Queret aliquis an Iudeorū punitionē ad futurum vsq; iudicium distulerit ac remisit Christus? Respondet, patienter expectauit quidē propter electos qui in eum post eius passionem credituri erāt, de quibus statim addidit. *Cum exultaueritis, tunc cognoscetis quia ego sum*: Nec eos statim per Romanorū exercitū perdidit, verūm quòd in 42. pueris illudēribus Heliſco, à duobus vris deuoratis, figuratū fuit 4. Reg. 2. & quadraginta anni ad pœnitentiam illis concessi sunt, quibus completis, magna

D. Hier. ad Paulum.

D. Aug. to. 9. tract. in Ioā. 39.

4. Reg. 2.

magna sed iustissima Dei aduersus eos ira exarsit, & non remansit lapis super lapidem, vt veridicus propheta ipsum, imò omnium prophetarum caput & princeps Christus illis prædixerat. Et qui tunc euaserunt, non tamen impuniti manserunt. Quinimo in errore, & perfidia Iudaica hucusque qui perseverauerant, nec ad Christum conuerti voluerant, in excidio illo Hierosolymitano, tunc quidem temporaliter pereuntes, ad aeternas pœnas, & interminabiles, nunquamque finiendas transierunt: sentientque ac experientur in fine sæculorum, seu ærum, iustum tamen iudicem: quem impij iniquissimè damnauerant ad mortē: tunc videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, Apoc. 1. Vide quomodo, non effugiunt impij quorum ad tempus sapè differtur punitio, quod dixit Satyroglyphus Iuuenalis laryra 13.

Vt sit magna, tamen certè lenta ira deorum est.
Et maximus poëtarum Homerus *Iliados* 2. Hoc est Iliados libro 4.

*Εἰπω γὰρ Ἴηγεὶ αὐτῶν ἐλέημιος ἐκ ἐπίσσειν
καὶ ἡγεῖσθαι τὰ ἐλάσσηται μὲγαλον ἀπειτίσαν,
ὄν σφῆσι κερὰ δῆσι, γυναιξὶ τὲ καὶ τῆκεσσιν.* Deinde statim subiungitur.

Ἰσείλαι ἡμᾶρ ὄταν ποτ' ἀλώηη Ἰλιος ἰσθ', Latine κατὰ ποταμὸν sic,

*Siquidem enim & statim cœlestis non perfecit,
Et tardè perficiet: & magno luent (huc) persoluent cū magno fœnore.*

*Cum propriis capitibus, vxoribusque & filiis,
Eris dies cū aliquando peribit Ilium sacrum.*

Hæc verbo ad verbum. Et sunt Agamemnonis, ad Menelaum vulneratum verba, quæ carmine sic reddidit Helius Eoban⁹. Eobanus Hestus Iliad. 4.

*Nam licet haud fontes præsentis putiat ira,
Sera tamen sumit Deus, at grauiora, malorum
Simplicia, & lentum semper compensat acerbo.
Ipsorum capita hac ergo peritura plectent,
Ne dubita: quia tempus erit, scio namque futurum,
In flammam & cineres quo concidat Ilium ingens.* Hæc tibi.

Protà expressit Laurentius Valla in Iliade Latio donata, Laurentii lib. 4. his verbis: nam etū non protinus de fontibus simplicium sumat cœlestis, tamen posterius sumit, & quidem multo acerbius. Dabunt itaque pœnas fœdis fragi

Iuuenalis.

Homor.

Eoban⁹.

Laurentii Vallæ.

Troiani, suis vxorumque ac liberorum capitibus. Nam mihi pro comperto est, quòd adierit dies, quando insignis Troia excidetur. Hæc Laurentius.

Quam Homeri poetarum omnium sæculorum longè principis (sacros semper excipio vates & prophetas) sententiam eleganter complexus est Valerius l. i. c. i. Lento gradu ad vindictam sui &c. quã suprà retulisse memini. Plur. to. 2. opulculorum de iis qui tardè à numine corripuntur, Euripidem citat sic scribentem & dicentem:

Valeri.
i. c. i.

Il. to. 2
opus.

Μελλεν, τὸ βῆεν ἄ' ἐγὶ τοῖων' ὅν φῶσα. Hoc est;

Cunctatur: Talis etenim numinis est natura. *Μελλεν*, differre, cunctari, pertrahere, morari, procrastinare, & protelare, Latinè significat. Sed præstat profanorum testimoniiis prætermisiss ad sacras nos literas conuertere, quanquam Ethnicorum etiam hac in re testimonia non paruipendenda sint, vt veritas ab his qui foris sunt testimoniu habear, de que inimicis ac hostibus triumphet. Neque etiam abiecit Moyses consilium Ietro soceri sui sacerdotis Madian idololatræ. 2. Machabæorum 6. Multo tempore non finire peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere magni beneficij est iudicium. Non enim sicut in aliis nationibus dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: Ira & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem denoluris, ita demum in nos vindicet, propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripens verò in aduersis populum suum non derelinquit. Hæc ibi.

Euripides.

2. Mach.
3.

Qui me misit, verax est. D. Augustinus vbi suprà tanquam diceret: Ideò verù dico, quia filius veracis, veritas sum. Pater verax, filius veritas. *Omnis homo mendax*, in psalmis dicitur, quia nullus homo de suo est verax. Pater autè verax, de suo est verax, quia genuit veritatè. Ecce quomodo verax est Deus, nò participando, sed generando veritatem. Hæc ille. Percipis (beneuole lector) altissimã D. Ioan. theologiã, propterea iure optimo aquilè cõparatur. Nulla quippe auis volare altius perhibetur. *Cùm exaltaueritis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Nihil aliud videtur dixisse, nisi eos post passionè suã cognituros quis esset (inquit D. Aug. tract. 40. in Ioann.) proculdubio videbat ibi aliquos quos ipse nouerat, quos ipse cù ceteris sanctis suis ante mundi constitutionem præciendo elegerat, post passionem suam esse credituros: de quibus acta narrat apostolica, vt pote illa

Aug. tra.
ctat. 40.
in Ioan.

illa tria millia, & illa quinque millia Iudæorum, qui prædicante Petro crediderunt, quos ibi videbat, quãdo dicebat: Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc agnoscetis quia ego sum: vt nemo desperaret in quocũque scelere male sibi cõicius, quando videbat eis donari homicidiũ, qui occiderant Christũ. Hæc D. Aug. Mortem, vocat exaltationè suã: Propter quod & *Deus exaltauit illum.* Philip. 2. Christus aliàs mortem suam, clarificationem vocat, à sine scilicet qui cõsecutus est: Exaltauerunt quĩ deiecitse putauerunt. Figura in Ioseph præcesserat, què à fratribus venditum dominus magnificè exaltauit, ex Genesi. Sic granum mortuum multũ fructum adfert (ait in Euangelio Christus) & rursus. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* q. d. dominus ex portentis & mirabilibus, quẽ in morte mea apparebunt, nosse poteritis quia ego sum; innocens, Christus in lege promissus, verus Dei filius. *Sol obscuratus est, petra scissa sunt, velũ templi ruptũ, terra mota, & monumenta aperta.* hinc tandem cognoscetis quum videritis hæc facta esse, me infontè, factiq; vos pœnitebit. Vnde Luc. 23. *Plerique tundentes pedora sua reuerbebatur ab illo spectaculo in ciuitatè. Cetero autè, qui aderat, vidès talia exclamauit: verè filius Dei erat iste.*

Philip. 2.

Luc. 23.

À meipso facio nihil. Hoc est, ait D. August. à meipso non sum, filius enim de patre est Deus, filius est Deus de Deo, filius est lumen de lumine, Pater autem lumen, sed non de lumine, Pater Deus, sed non de Deo.

August.

Sicut docuit me pater, hac loquor. Incorporaliter (ait D. Augustin. tract. 40. in Ioan.) pater locutus est filio, quia incorporaliter pater genuit filium. Nec enim sic docuit, quasi indoctum genuerit, sed hoc est eum docuisse, quod est scientem genuisse, & hoc est, docuit me pater; quod est, scientem me genuit pater. Si enim quod pauci intelligunt, simpliciter est natura veritatis, hoc est filio esse; quod nosse, ab illo ergo habet vt nouerit, à quo habet vt sit, nò vt priù ab illo esset, & ab illo postea nosset: sed quẽadmodum illi gignendo dedit vt esset, sic gignendo dedit vt nosset: quia simplici (vt dictum est) naturæ veritatis, esse & nosse, non est aliud atque aliud, sed hoc ipsum.

D. Aug.

Qui me misit mecum est. Missio, ait idem, incarnatio est, filij tantum & non patris. Misit itaque pater filium, sed non recessit à filio.

Ego qua placita sunt ei facio semper. Ipsa est æqualitas semper non ex quo dam initio & deinceps, sed sine initio sine

fine. Dei enim generatio, nō habet initium temporis, quia per genitum facta sunt tempora. Hęc D. Aug. Quid quæso diuinius dici ab homine potuit? Bene de filio dixerat in transfiguratione patet, *In quo mihi complacui*, quia filius uicerit quæ patri placita sunt, facit semper. Et nos cum ipsius auxilio speciali (quantum in nobis erit faciamus, quæ diuine cognouerimus placita uoluntati, & ad nobis ueniamus æternam. Quam uobis concedat, & ad uitæ perdurum ac lapideum auferat, detq; cor nouum, molle, tenerum, docile, ac carneum, ut in mādatis eius incedamus iugiter, ille qui sine fine uiuit & regnat, fiat, fiat. Amen.

FERIA TERTIA POST SECUNDAM DOMINICAM

QUADRAGESIMAE.

De Cathedra Moysi. Matth. 23.

Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei. Omnia ergo quaecunque dixerint uobis, seruate & facite, secundum uero opera eorum, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt.
Matth. 23.



Vid sit cathedra primò explicandum uideatur, deinde quomodo propter cathedrā seu ordinem, honos sit habendus ei qui sedet, nō respiciendo ad uilitatem personæ. Postremò de eorum qui sederunt in cathedra legitima successione. Cathedra igitur, est auctoritas docendi, iudicandi & iubendi. Labia sacerdotis, ait Malach. c. 2. *Custodient scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus domini exercituum est.* D. Cyrillus Archiepisc. Hierosolymorum catechesi 12. Illuminatorū, sic scribit: Non hic lignea cathedrā, sed doctrinæ significat potestatem. Hęc ille uix admodum uenerandus. Psal. 106. *Exaltem eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorū laudent eum.* Olim Moysi dicebatur cathedra, qua phraisi dicit modò Christus: *Super cathedram Moysi.* Dicit autē aliquis, cur potius Moysi quā Aarō dicitur cathedra? præsertim quū Aaron in lege summus fuerit sacerdos? Philo Iudæus libro 3. de uita Moysi hunc dissoluit nodum, sic scribens: Ostendimus Mosem fuisse optimum regem, legislatorem, pontificem:

Malach. 2.

D. Cyrillus.

Psal. 106

Philo Iudæus l. 3. de uita Moysi.

tificem: nunc sum declaraturus eum fuisse & prophetam probatissimum. Et rursus postrema illius libri uerba sunt hęc: huiusmodi fuit uita, obitusque Moysi Regis, legislatoris, uaris, & pontificis, sicut sacris literis proditur. hęc Philo Iudæus. *Moses & Aarō in sacerdotibus eius*, ait diuinus uer. Psal. 98. in quem locum doctus Genebrardus acutè obseruauit Mosem nēdum fuisse sacerdotem, uerum etiā primum legis sacerdotem, ut qui sacerdotali munere functus sit, ante Aaronem septem consecrationum siue ordinationum diebus, *Leuit. 8.* Moses uixit Aaron- (inquit sacra historia) & consecrauit, filios quoque eius, & quæ illic prolixè digeruntur: sub. finem uerò capitis, de ostio (ait illis Moyses) tabernaculi non exhibitis septem diebus, usque ad diem quo complebitur tempus consecrationis. uestræ. Septem enim diebus finitur consecratio. Sicut impræsentiarū factum est, ut ritus sacrificij compleretur. Hęc ibi. Nec fuit Moyses exclusus à magni sacerdotij. functione quadraginta illis annis, quibus in deserto rexit populum, è scriptis R. Iouathan, R. Iosef, R. Iosua, R. Berechia. hęc Genebrardus. Producit auctores antiquos, qui id affirmant: D. Augustinum tom. 8. in huius Psalmi explicationem, Philonem Iudæum libris tribus de uita Moysi, Dionysium, Nazianzenum, & Leonem Magnum. Quorum testimonia iam propositurus sum in gratiam lectoris. Magnus ille Dionysius Areopagita, ecclesiasticæ hierarchiæ cap. 5. Peritio interpretet, agens de sacerdotum perfectionibus, & consecrationibus, quæ sacros ordines attingunt. Moyses, inquit, sacrorum legis mysteriorū interpret ac præfectus, ne Aaronem quidem qui frater erat, ante ad pontificiam dignitatem extulit, quem alioqui Deo charum esse, ac dignum sacerdotio existimaret, quā ad id agitatus, Deo consecrationis principis, consecrationis ritum & munus, ut pontifex exequutus est. hęc ille. Vides quomodo dicit, Mosem, Aaronē consecrasse, ut pontifex consecrat. Sacrificia etiā pro peccatis Aaronis Moyses obtulit, Exod. 4. Tu eris ei, scilicet Aarōni, in his quæ ad Deum pertinent. Item D. Gregor. Nazianenus ad Gregorium episcopum Nyssinum oratione, de Mose & Aarone sic scribit: Ambo, inquit, similiter erant sacerdotes, *Moses enim*, ait ille, & Aaron. inter sacerdotes eius. Ille principum princeps & sacerdotum sacerdos, Aarone pro lingua uerēs, ipsique uicissim in iis rebus operā nauans, quæ ad Deum pertinebāt, hic illi statim secundus, ait

Psal. 98.

Gene. in
Psal.
Leuit. 8.

D. Aug.
Philo de
uita Mo
jis.

B. Dion.

D. Greg.
Nazian.
oratione
de Moje.

alios autem dignitate & propinquitate ad Deū longē antecedens. Ambo Aegyptū vexātes, &c. **Qui** clarius dici potuit: Leo itē magnus, epist. 88. In diuinis literis, inquit, precipiente domino solus Moyses, in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse vnxit, qui vtrique summus sacerdos Dei erat, sicut scriptū est de eo: *Moyses & Aaron in sacerdotib' eius*. Ideo quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorū typū Moyses & Aaron tenuerunt, omnino decretum est vt coepiscopi vel presbyteri, qui filiorū Aaron gestant figurā, arripere non presumāt. Hæc S. Leo. Ex quibus hæc longē optima colligitur ratio, Cum à primo & prestantiori debeat fieri denominatio (iuxta receptū philosophorū decretū) melius dicitur cathedra Moysi, qui primus & principalis ac summus fuit sacerdos; imò rex etiā, legislator & propheta (vt iam dictū est) ipsūq; Aaronē consecrauit, quā cathedra Aaron, qui fuit sacris initiatus & consecratus ab ipso Mose: Quā ratione modò apostolica cathedra, ab antiquis & sanctis doctoribus cathedra S. Petri appellata est. Sicut enim fuit Moses à principio legis, sic & Petrus à primis ecclesiæ incunabilis: imò tanto dignior & excellentior Petrus, quanto nouum testamentū præstat veteri, & euangeliū legi. D. Cypr. scribens ad Corin. contra hereticos epist. 55. ex dispositione Pamelij, vocat Petri cathedram, atque ecclesiā principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, &c. Idem epist. 52. ad Antonianū. Cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret, factus est Cornelius episcopus. Hæc ille. Audis quomodo locum Fabiani, locum Petri & cathedram eius nūcupat? Iudicio igitur Cypriani tanti martyris atque tam celeberrimi doctoris sanctitate & antiquitate cumulātē decorati; doctrināque præstantis viri, Romanus Pontifex, Petri in cathedra sacerdotali, atque ad eam in potestate Ecclesiastica successor est: itē ecclesiā Romanā principalem est. Idē lib. de vnitate ecclesiæ: **Qui** cathedrā Petri, ait, super quam fundata est ecclesiā deserit, in ecclesiā se esse confidit? Citatur in decretis distinct. 93. ca. **Qui** cathedrā ex Cypriano: **Qui** cathedrā Petri: (supra quam fundata est ecclesiā) deserit, in ecclesiā se esse nō confidat. Sic legit Gratianus. Quid apertius quæso dici potuit quā ipsam ecclesiā supra Petri cathedram fundatam esse: D. Cyprianus iterū epist. 40. ad plebē de quinque presbyteris schismaticis: Deus, inquit, vnus est, & Christus vnus, & vna ecclesiā, & cathedra vna, super

D. Cypr.
epist. 55.
& 52.
L. de vni.
eccles.
epist. 93.
& 40.

Decret.

super petram domini voce fundata. Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri, præter vnum altare, & vnum sacerdotium non potest. **Qui** quis alibi collegerit, spargit. Hæc ille. Ex quibus liquidō constat ecclesiā Romanā esse principalem, quia Petri cathedra est. Nicolaus Sand. sacrae theologiæ professor patria ac natione Anglus, vir certē theologici eruditissimus, vt libri octo de visibili ecclesiæ monarchiā omnibus testantur, li. 7. f. 282. ex citatis D. Cypriani locis, colligit: quod Petri cathedra fecit ecclesiā Romanā principalem. Principalis autē ecclesiā est vnitatis sacerdotalis origo & caput. Cum ergo ecclesiā Romana (vt patet ex dictis) sit ecclesiā principalis, & sacerdotalis vnitatis origo, certē in hodiernum diem eadē ecclesiā manet, atque in æternum manebit, & (quæ res omnium istorū causa est) cathedra Petri. Nam vt sacerdotium legale in genere Leuitico semel inchoatum, & in templo Salomonis Dei voluntate constitutum, perpetuò in eodem & genere & loco manfit, vsque ad primum Christi aduentum: sic in nouo etiam testamento, cum sacerdotalis ministerij vnitas in Petro semel instituta, & per Petrum in ecclesiā Romana semel sit ex voluntate Dei collocata, in eadem Romana ecclesiā vsque ad secundum Christi aduentum perseverabit: nisi forte sacerdotalis ordo per aliam rationem nunc vniretur, quā ab initio vnitus fuit. Atqui cum Christus vniuersalis ecclesiæ pastor, primam vnitatis rationē instituerit: quis nunc illam audeat commutare, nisi eo ipso Antichristi membrum ipse esse fateri velit? Nam quod Protestantes opponunt gratiā noui testamenti certo generi aut loco alligatam non esse, quis hoc illis negabit? Non enim dicimus solos Romanæ vrbs incolas, aut Christianos, aut episcopos esse, aut in vrbe Roma tantum noui sacramenti ritu sacrificari posse: nec sacerdotij successionem ad carnalem familiam Petri contrahimus: vt olim sub lege comparatū fuit. Sed cum tota fides, & totius fidei ministerium per omnes gentes propagetur, dicimus nihil officere, sed potius plurimum honoris & vtilitatis id afferre libertati christianæ, vt certam sedem habeat, quā in rebus dubiis consulat: & vnde vnitatis suæ originem ducēs, schismata omnia excludat. Nam si D. Lucas, origine ab ipso Deo petita Christi ortum per Adam & posteros eius ad Iosephum vsque deduxit, vel potius à Iosepho Mariæ viro, per eandē patrū seriem, ad Deū vsque reduxit: profectò, vt successio

Saderus
l. 7. de vi
visibili mo-
narc. ca.
282.

patriar

patriarcharum Christo non dedecori, & honori fuit: sic neque principis apostolorum non carnalis sed spiritualis successio ecclesiarum Christianarum dedecori, sed magno potius & commodo, & ornamento erit. Hæc quam oprime pius ille vir. Ex quo fit manifestum, quod Romanus episcopus cathedrâ Petri tenet, Petrus verò fuit ille primus episcopus, quem Christus velut omnium aliorum fontè & caput instituit (vt supra alia cõcione produximus D. August. testimonium.) Obiicies, fortassis, nec sine ratione, Quare non denominatur à principe pastorum Christo (sic enim vocat

2. Petr. 5. eum D. Petrus, *1. Pet. 5.* cathedra Christi, potius quàm cathedra Petri: Cùm à potiori fieri debeat denominatio, vt

Sãderus. supra ostensum est. Respõdet præfatus Sanderus vbi supra f. 286. episcopalis cathedra Petri, semper habet Petri aliquem in ipsa tali ecclesiâ præsidetem. Neque verò episcopus illius, qui Christo proprius est, partè in solidum singuli episcopi tenent. Episcopum animarum nostrarum D.

1. Petr. 2. Petrus vocat Christum *1. Pet. 2.* Christum quippe Deus partè participibus suis vnxit, *Psal. 44.* Nec ille aut successorem aut parem in æterno, & vnice singulari episcopatu suo, habet. Vnus ergo ille episcopus, cuius partem in solidum

singuli episcopi tenent, non est Christi episcopus, sed alius aliquis à Christo in gradu inferiore institutus. Item Sanderus lib. 8 ca. 24. Multum interest, inquit, vtrum dicamus aliquem esse caput ecclesiæ tantum militantis (quod Papæ tribuimus) an verò etiam vniuersalis ecclesiæ, quæ ab initio mundi vsque ad finem perseuerat, quod Papæ non damus, sed solius Christi propriũ esse credimus. Hæc Sanderus. Ergo cùm de successione hic agatur, nullus autem fit successor Christi, qui sempiternum habet sacerdotium,

Psal. 109 *Psal. 109.* Tu es sacerdos in æternum, &c. ab illo non denominabitur cathedra Christi, in qua reliquerit aliquem successorem, licet benè vicarium, qui eius nomine ecclesiam administret: Sicut & apostolus scribit, legatione fungimur pro Christo. Sed rectius denominabitur Petri cathedra, ab

Euseb in Chron. eo qui (vt ait Eusebius in chronico, D. Hieronymo interprete, anno domini 44.) fuit Christianorum pontifex primus, & cùm primùm Antiochenam ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur, & quæ ibi continentur. Cùm igitur fuerit primus pontifex, à primo illo conueniens est denominationem fieri. Si dicas Christus est prior, Quis dubitat: Imò quis negat omnem Petri authoritatem à Christo manasse

manasse & illi collatam esse? Quis adeo imperitus nescit, quæ locutus est dominus Petro Matth. 16. & Ioan. 21. Tibi Mat. 16. dabo clauis: super hæc petram edificabo ecclesiam meam: &c. Ioan. 21.

ipse oves meas, apertè indicare authoritatem à Christo fluxisse, & ab ipso pèdere: Sed Christum Dei filium æternum, extra numerum omnes ponimus, omnem excedere numerum, ac transcendere dicimus. Non ergo inter homines qui pascunt ecclesiam sub eius authoritate, non inquam: dominum ipsum qui primariam & independentem habet potestatem, cum seruis suis, cum vicariis, qui delegatam habent ac depèdentem, connumerabimus, sed ipsum semper moderari ac regere per suos vicarios ecclesiam suam proficibimur, neminem dicemus in eius cathedra sedere,

cum intolerabilis superbia & impudentia hæc fuerit principis Tyri apud Ezechielem cap. 28. dicentis, Deus ego sum, *Ezech. c. 28.* & in cathedra Dei sedi, cùm sis homo & non Deus, & dedi

sti cor tuum quasi cor Dei, exprobrat illi dominus, quod est dictu, existimasti diuinum esse cor tuum, ei que diuinam tribuisti sapietiam, (inquit Pintus eius loci paraphrasis.) Ergo cum non possit maior superbia excogitari, *Ezech. 28.* (qualem ostentabit Antichristus 2. Thessal. 2. Homo peccati, 2. Thes. 2

inquit, filius perditionis qui extollitur supra omne quod dicitur Deus, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus.) Pontifex autem Petri successor, in eius cathedra sedens, se humilem Christi seruum, imò seruum seruorum Dei, ac eius in terris vicarium (licet indignum) confiteatur & appellet: extra omnem controuersiam est, neminem dicendum in Christi sedere cathedra, ne se Deo æqualem facere videatur: sed bene in Petri cathedra, cuius successorem (quamuis immeritum, humiliter se agnoscit, in Deum omnem referens gloriam, nihil autem sibi arrogans.) Scio hæreticos modernos Hugonaldos, suis laodoniis amarulentisque conuitiis omni honoris & reuerentiæ seposita specie (vt est maledicendi eorũ insanabile cacõthes) sanctã sedè Apost. & Petri cathedrã arque summum Dei sacerdotem in ea sedetem, profcindere, & calumniari. Dicunt enim: scripturæ ostendunt, quòd illi, qui sedent in templo Dei, hoc est, episcopi Rom. sunt Antichristi. Testera enim Antichristi ita ab apostolo descripta est, vt in templo Dei sedeat. Illi igitur qui in cathedra Petri in ecclesia sede re sic gloriantur, annon characterè portat bestiar: Quibus nos catholici modestè respõdem⁹, Bona verba, quæsumus, scriptum

scriptum est Act. 23. cum Paulus Ananiae principi sacerdotum legali, iusto Dei succensus zelo dixisset, Percutiet te Deus, paries dealbare, non quidem imprecando, sed potius praedicando & vaticinando haec locutus: cumque ab astantibus illi obiectum esset, Summum sacerdotem Dei maledicis: Ille se purgans, & omnem a se maledicentiae suspicionem amolicens & refellens respondit, *Nesciebam fratres, quia princeps est sacerdotum.* scriptum est enim, *Exod. 22. Principi populi tui non maledices.* Si legali etiam, & (vt ita dicam) vmbatili sacerdoti, honos delatus est: quomodo Christi vicarium, & euangelicum atque apostolicum pontificem, tanta infania & rabie, illi insultates, violatis, temeratis, laceratis: Quis furor iste (o pseudo euangelici) nec (sanè) haec dicentes, regerimus conuitia, sed vt euangelicæ modestiae vos admoneamus, haec dicta existimetis, rogamus & obsecramus. Ad rem modò, dicimus, sessurum quidem Antichristum in templo Dei: sed non omnes qui sedent in Dei templo, sunt etiam Antichristi. Vt quondam Aaron & posterius eius sederunt super cathedram Moysis: sic qui super cathedram D. Petri sedent, inter fideles, qui sunt templum Dei, dicente apostolo 1. Cor. 6. *An nescitis quoniam membra vestra, templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est?* Rectè dicuntur sedere in templo Dei, quia Christianis praesident, intendentes eis summa quadam vigilantia, non oscitanter aut incuriosè, (id enim *πρωτοπρεψ* significat.) Nam vt eruditissimus obseruauit Lindanus Panop. euang. l. 4. c. 80. *ἡ γὰρ* Græcis in compositione epitalaeos siue intentionis vim possidet, vt in *ἡρωδῶν* derideo, *ἡ τὸ ἄλλο* supererogo, *ἡ πρὸ τῶ* prepolleo. Ab hoc igitur vigilantissimo inspiciendi visitandique studio, ab accurata diligentia atque obseruatione, episcopus est appellatus: Haec ille. Superintendentes, inquam, & diligentius attendentes vniuerso gregi, in quo illos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, Act. 20. Annon iustissimè tales dicuntur sedere in templo Dei? Quis nisi insanus eos Antichristos vocauerit? Antichristus se Christum esse mentietur. Qui super cathedram Petri, in Dei ecclesia sedet, vicariū se Christi proficitur, atque is adeò nō dicit se Christum esse, vt nisi alius praeter ipsum Christus existeret, is vices eius gerere non posset. Ille legatione quidem pro Christo fungitur (vt supra diximus) cæterum, ab Antichristi infami nomine est quàm remotissimus. Praclare enim D. Hilarius canone 25.

1. Cor. 6.

Lind. Panoplia euang. l. 4. c. 80.

D. Hilarius can. 25.

in Matthæo, ait, Antichristus abominatio ex eo dictus in Matt. est, quòd aduersus Deum veniens, honorem sibi Dei vendiderit. Haec ille. Ista est propria Antichristi blasphemia. Ergo cum ille qui super Petri cathedram sedet, nec se Messyam altera, nec se efferat supra Deum verum, non est Antichristus. Cum se ipsum vocet vicarium Christi, & agnoscat se ab ipso Christo mitti, & per Petrum apostolorum principem, Christi verè discipulum, quicquid habet authoritatis, accepisse: quomodo cogitari potest, quòd talis vicarius efferret se supra ipsum Christum, à quo se missum proficitur? Veritas enim ipsa dicit nō esse apostolum seu legatum maiorem eo, qui misit illum, Ioan. 13. Cum ergo Antichristus secundum scripturas efferatur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, & per consequens supra Iesum Christum, qui Deus vtique dicitur tam in scripturis sacris, quàm in corde & ore nostro, ac omnium fidelium: Papa verò non extollatur supra Christum (quem credit & confitetur Deo Patri consubstantialem esse, ab eoque suam potestatem se habere agnoscat) quæ tam certa sunt, vt ne aduersarij quidem ea ignorēt: Certè Papa haec sentiens & asserens non potest Antichristus esse. Quod verò pertinacissimè obicitur, quia Antichristus dicitur ab apostolo, in templo Dei sessurus, istud autem in Papam dici impudētissimè nugantur, dicentes Papam esse Antichristum, quia Papa in ecclesia Dei sedet. Nos constantius & paulò longius ad haec respondentes, dicimus hoc nihil aliud esse quàm apostolos & omnes eorum successores appellare Antichristos, quia illi quoque suo modo sederunt in ecclesia Dei. Nam sederunt super cathedras suas, certè non extra ecclesiam Dei, sed in ea. De his enim qui intus, id est in ecclesia Dei sunt, iudicantur. 1. Cor. 5. *Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nonne de iis qui intus sunt vos iudicatis? nā eos qui foris sunt, Deus iudicabit.* haec apostolus. Denique Ioan. in Apoc. c. 20. Vidi, inquit, sedes & sederunt super eas, & iudicium datum est illis. Quæ verba D. Aug. 10. lib. 20. de ciuitate Dei c. 9. interpretatur in hunc modum. Non hoc putandum est de vltimo iudicio dici, sed sedes praepositorum & ipsi praepositi intelligēdi sunt, per quos ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum, nullum melius accipiendum videri, quàm id quod dictum est: *Qua ligaueritis in terra, ligata erunt & in caelo: & qua solueritis in terra, soluta erunt & in caelo.* Matth. 18. Vnde apostolus. *Quid mihi, inquit, de iis qui foris sunt,*

Ioan. 13.

1. Cor. 5.

Apoc. c. 20.

D. Aug. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 9.

Matt. 18.

sunt, vt supra. De prima resurrectione quæ nunc est prædictum Apocalyp. cap. loquitur vt pater legenti. Hæc D. August. Si ergo præpositi per quos ecclesia nunc gubernatur, sedent super sedes suas in ecclesia Dei: non est continuò Antichristus quicumque in ecclesia Dei sedet. Antichristus enim non tantum sedebit in ecclesia, sed etiam sedebit ibi, vt Deus. Ita enim Paulus scribit secundum Græcos codices ἵσθι ἀντὶ τοῦ εἶς τῆς ναοῦ τῶ Θεοῦ ὡς Θεὸς καθίσθαι, ἀπὸ κωνσταντινου ἵσθι ἵσθι Θεός. id est, Aded vt in templo Dei tāquam Deus se deat, ostentans se quod sit Deus. Hæc ad verbum nos autem negamus Papam ostentare se Deum, aut sedere tanquam Deum in ecclesia. Sedit enim in ecclesia quidē, sed vt minister Dei, non vt Deus. Papa seipsum nō modò ministrū Dei agnoscit, verum etiā facit se illo sublimi & excelso ministerio indignū esse. Desinant ergo maledicere aduersarij, & sancti Petri cathedram humiliter agnoscant, reuerentur, & illi sese submittant fidelitēque obediunt: Legant nec negligāt, quæ Iustinianus Imperator scribit in authentica, vt etiam ecclesia Romana centum annorum gaudeat prescriptione, nouella constitutione nona, coll. 2. in præfatione, Vt legum originem, inquit, anterior Roma sortita est, ita & summi pontificatus apicem, apud eam esse, nemo est qui dubitet, unde & nos necessarium duximus patriam legum, fontem sacerdotij, speciali nostri numinis lege illustrare. Deinde versus finē: quod igitur, inquit, nostra æternitas ad omnipotentis Dei honorē, venerandæ sedi summi Apostoli Petri (Nota hæc ὀ haretice) dedicauit, hoc habeāt omnes terræ: & quæ sequuntur. Audis nisi absurdescere velis, auresque obturare, vides, nisi planē cæcutias, aut clausos teneas oculos, Imperatorem christianum de veneranda sede summi apostoli Petri magnificē sentire. Quod intelligendum est, ait Ioannes Ficklerus in theologia Iuridica folio 50. de Romana ecclesia, seu capite omnium cæterarum ecclesiarum. Potestas autē clauium, à Petro ad successores emanauit. Ea autem potestas à sancto Petro ad hunc vsque Christum quintum Pōtēficem maximum (quē dominus optimus maximus in multos annos conferuet) non solum longissima, sed multorū sæculorum prescriptione, cōtinua serie deriuata, effectū possessionis iure optimo sortita est: tam possessionem quoque integram conseruabit, quā diu Spiritus sanctus ecclesie à Christo promissus est, hoc est, vsque ad cōsummationē sæculi etiā inuitis portis inferorū: neq. minus

Iustinianus Imperat.

Ficklerus in theologia Iuridica.

min.º habebit iuris postremº Petri successor atque primus: nā præscriptio, quæ tuetur auctorē, eius quoque successorē defendit. Hæc Iuriscōsultus orthodoxus Ioānes Ficklerus.

Nunc secundo ordine, de honore cathedræ deferendo dicemus, non attendendo personæ sedentis exiguitatem, vel iustitiam sortem ac conditionem. Neminem offendere debet sanctissimi titulus siue appellatio, quæ domino nostro Papæ sedenti in cathedra D. Petri ab omnibus catholiceis deferretur & meritissimè tribuitur: ratione videlicet officij, & reuerēdissimæ sedis. Sic enim legitur in nouella Diui Maioriani Augu. de episcopali iudicio, & ne quis inuitis clericus ordinetur, titulo 2. post codicem Theodosianum, Ad apostolicæ, inquit, sedis deuocetur antistitem. In illa reuerendissimā sede notam, illicite præsumptionis incurrat, nempe qui coactum consecrarit. Si Iuriscōsultus Paulus lib. 14. responforum, sanctissimum Imperatorem appellat, vt habeatur lege Titia, §. Lucius Tirus. D. de legatis & fultus li. fideicommissis, 2. Quæro, inquit, cum sanctissimus Imperator & quæ ibi ponuntur: & paulo supra nominatus Imperator Alexander Augustus, qui licet multum faueret Christianis, tamē non scribitur quòd fuerit Christianus & baptizatus: vocatur autem sanctissimus, nimirum ratione imperatoriæ maiestatis. Quod si id verum est (vt certè verum est) cur non æquiore iure dicitur ille qui in sede apostolica & D. Petri cathedra collocatus est, sanctissimus Pater vel Papa beatissimus? ratione scilicet primatus sanctæ sedis: Præsertim cum Iustinianus Imperator nouella 3. vt determinatus sit numerus clericorū in præfatione, sic scribat: Nouimus huius regie ciuitatis, sanctissimam maiorem ecclesiam, nostri imperij matrem &c. Si agnoscit imperij matrem illam Constantinopolitanam ecclesiam, quanto magis suspiceret & veneraretur fontem sacerdotij, & primam sedem Romanam: vt disertè idem Iustinianº expressit, quemadmodum hic à nobis citatur? Adde quòd D. N. sacratissimi principis Iustiniani, PP. A. Pandectarum lib. 50. inscribuntur. Itēque Codicis, D. N. Iustiniani sacratissimi principis, PP. August. repetitæ prælectionis lib. 12. in authenticis Nouellis, idem titulus, eadem perpetuò appellatio sacratiss. principis. Quod clarè patet ex nouella 68. in titulo haberet, vt cōstitutio, τὸ ἄριστον τῶ βασιλέως. id est sacratissimi Imperatoris. Et nouella 122. in titulo eadem Græca vox Latine autem pietissimi vertitur. Et sequenti 123. titulus

Paulus Iuriscōlar. 14. respō-

Iustinianus Imperator nouella 3.

est huiusmodi, De sanctissimis episcopis & reuerendissimis. Item Græcè nouella 137. in præfatione habetur *in ista ratione rationis*. Latine sanctissimi episcopi verum reperies. Præterea collatione 9. cõstitutione 141. in edicto de his qui luxuriantur contra naturam: Morbum (inquit) beatissimo patriarchæ denunciati. Agit ibi de agenda penitentia, & cõfessione peccati. Græcè extat sic, τὸ μὴ ἀναγνώσθαι τὸν πατριάρχην. Quantomagis Papæ hic titulus debetur? Nimius certe essem, si omnia percurrere vellem. Concludo ergo, quod qui sedet in illa cathedra ratione summæ autoritatis, in ecclesia Dei, & quia vices Dei gerit in terris, quàm optime sanctissimus nuncupabitur: non respiciendo ad personam, sed ad sanctam illud imò sanctissimum vicarij Iesu Christi filij Dei officium. Non possum ingrato silentio præterire luculentum trilinguis doctoris & politiciorũ literaturæ, eruditionisq̃ singularis testimonium (Diuum Hieronymum intelligo.) Is tomo 2. epistola. scribens Damasum (era ille Papa) mihi, inquit, cathedram Petri, & fidem apostolico ore laudatam censui consulendam: inde nunc meæ animæ postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Deinde, ibidem: Beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communionem confocior: super illam petram ædificatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum, agnum comederit, profanus est. Iterum sequente epistola ad eundem sic scribit: Ego clamito, Si quis cathedræ Petri iungitur, meus est. Tomo item 3. epist. in 4. Euangelia ad Damasum præfatione verba postrema sunt hæc. Opto vt in Christo valeas, & memineris mei Papa beatissime. Denique to. 4. in symboli explanatione ad Damasum habetur hæc verba, finem versus. Hæc fides est Papa beatissime, quam in ecclesia catholica didicimus, quàmque semper tenuimus & tenemus: In qua si minus perire, aut parum cautè aliquid fortè positum est, emendari cupimus à te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Si autem hæc nostra confessio, apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me maculare voluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiã non catholicum, non me hæreticum comprobabit. Hæc ibi. Quæ in eum finem & τὸ ἀπόστολον, hoc est non abs te transcripti ac collegi, vt sciant & discant omnes, sanctæ Apostolicæ sedis honorem deferre congruunt, D. Hieronymi exemplo, qui beatissimum Papam, nedum personalis sanctitatis ratione, verum etiam sanctissimæ Petri cathedræ respectu vocauit, cui (vt videre est)

D. Hier.
Damaso.
to. 2. epist.
stol. epist.
57.

est, vtque adeo detulit meritò. Narrat Herodotus li. 2. quãdam Amasis Egyptorum Rex, ab initio contemptibilis, vt tus lib. 2. qui plebeius fuisset, nec insigni familia orrus, solertia eos ad se non asperitate perduxit. Erat ei peluis aurea, in qua ipse & conuiuæ semper pedes abluebant: hac contracta ex ca Dei statuat fecit, inque vrbs commodo loco posuit. Egyptij magnopere venerati sunt. Quod reficiens, conuocans illis aperit ex illa pelui factum esse simulachrum quod tunc tantopere venerarentur. Se aiebat perinde atque peluim esse factum: qui si antehac fuisset plebeius, impræsentiarum tamen esset rex. Ideo vt sibi honor atque reuerentia haberetur, iussit. Hunc in modum ad se traduxit Egyptios, ita vt æquum censerent ei seruire. Hæc circa finem libri Herodotus, quem Cicero de legibus lib. 1. circa libri Cicerò. exordium, patrem historiæ nominauit: quanquam apud hunc, inquit, & apud Theopompum sunt innumerabiles fabulæ. Adorabant Egyptij itatutam illam quam excitaueat Amasis, & erigi fecerat, quia dæmonis quem ipsi pro Deo colerent, idolum & simulachrum erat. Nos autem non quales antea fuerint plebij an nobiles, qui super Petri cathedram, legitime intrantes, sedent, inspiciamus: Quin potius animaduertamus quem dignitatis gradum nunc obtineant. Atrendamus ad iussa domini, Quæcũque dixerint vobis, seruate & facite. Et iterum apud apostolum Hebræo. 13. Hebr. 13. Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Si regem venerari decet, & par est, quantomagis Christi vicarij, ac D. Petri successorem & ecclesiæ pastorem reuereri rationi consentaneum est: Scribit Plutarchus to. 1. Vitarum in Themistocle, Nobis Persis (inquebat Arrabanus Themistoclem alloquens) inter multas & præclaras leges hæc est præclarissima, venerari regem & imaginem adorare omnia conseruantis Dei. Regique non est vllum audire qui eum non adoret, solemne. Hæc ille. Nonne apostolus politicum magistratam suspiciendum & venerandum etiam prædicat, illic reuerentiam & obedientiam vult esse præstandam? Romanorum decimo tertio: Omnis anima, inquit, potestati- bus sublimioribus subiecta sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Deinde subiungit. Dei minister est. Non sine causa gladium portat: Cui timorem, timorem:

Plutarc.
to. 1. vi-
tarum in
Themist.

Rom. 13.

cui honorē, honorem. Quid expressius, quid clarius. Nec tantum bonis, sed etiam discipulis parēdum esse admonet apostolus. *1. Petr. 2.* *Stolorum princeps.* *1. Petri 2.* sic à simili tamen vitiosis personis, ratione nihilominus cathedra, debemus reuerentiā & obedientiā, nec propter personam sceleratā debet sedes sancta, & Petri cathedra malē audire: vt perpulchrē Paulus princeps de la Scala, aliās Paulus Scaliger explanatione imaginum abbatis Ioachim & Anselmi super statu summorum pontificum Romanę ecclesię contra falsam nominē Theophrasti Paracelsi, pseudomagicā expositionem vaticinio primo, deducit his verbis, an propterea Israel dēnādus est, quōd Saul rex etiam à Deo delectus, & prophetiæ spiritu decoratus, tandē inobediens Deo factus, & maligno spiritu agitur Davidem seruum Dei, regem propheticum, tanta atrocitate & crudelitate infectatus sit? An propterea fugiēda est religio Mosaica, aut regij vatis scripta damanda, quōd David quid dictus est vir secundum eor Dei, adulterium homicidio copulauerit? An ideo fugiēda est cathedra Moysis, & damanda scripta Salomonis, quōd videamus Salomonem, cui in principio regni Deus dederat sapientiam, vltra mortales omnes eō dementiā perductum esse, vt peregrinis simulachris immolaret: Hodie potior pars Europę & vniuersa Asia, & Africa, partim hæresi infecta, partim infidelitate circumsepta, diuisa est à sede Petri: Idēō sedes Petri mala erit: certe nō plusquam domus David, quam decem tribus dereliquerunt. Sed neque reges Iuda peccatis caruerunt, & ibi enumeratis regum Iuda sceleribus & peccatis concludit: Hac series regum Iuda est linea Christi, in qua nemo peccatis pauci, idololatria caruerunt: an propterea regnū Iuda abiciendum, aut linea Christi quasi inde Messyas non promanaret, negligenda erat? Ita fac, pontifices omnes mali sunt, an ideo pōtificatus malus: Quare sicut propter malos reges, regnum non erat malum: ita propter quosdam pontifices malos, pōtificatus minimē censendus est malus. Postea longo pontificū, qui Christi mortem ac passiōē præcesserunt, catalogo ordinato, subinfert Scaliger, hanc pontificum seriem ideo recitauit, vt Neopisti (fidei nouatores vult intelligere) videant etiam ex pontificibus ferē plures fuisse malos quam bonos: Non tamen propterea pontificatum aut cathedram Moysis fuisse reiciēdam & funditus evertendam. Quod scribit & pharisæi tam deprauatis & deperdi

perditis moribus, fictaq; pietate Christi hostes accerrimi ad mortem vsq; fuerint, Christus ipse testatur, docens eos in cathedra Moysis sedentes audiendos esse, nec nisi eorum opera fugienda, hic Christus illegitimis pontificibus pecunia & malis artibus qui pontificatum consequuti fuerāt, obtemperandum esse præcipit: & nos pōtificibus in cathedra Petri legitime sedentibus minus obtemperabimus? An propterea apostolatus detestandus est, quia Iudas apostolus existens Christum Iudæis tradidit: aut quia Petrus apostolorum princeps, qui fortem vsq; ad mortis societatem animū professus est, ter dominū suum abiurauit? Aut quōd Paulus Christianos accerrimē infectatus sit? Imō verō, ordo Dei, verbum ipsius & ecclesię spiritus, spectandus est, non personæ. Prophetauit Deus per Caipham, *Quia anni illius pontifex erat:* Cui autem dubium, quin Caiphas homo perditissimus fuerit: non idcirco Caiphas erit audiendus, quia Caiphas esset, sed quia pōtifex, per quem Deus loquebatur. Videamus omnes reges à Deo institutos, continuamq; Christi regalem lineam, & pontificum omnium veteris legis, paucissimos profectō deprehendemus bonos, longē plures, aut parum abfuerit malos & idololatrias: & tamen ex illis nasci Christus voluit & dignatus est, atque eos qui se morti adiudicauerunt, Annam & Caipham, scribas & pharisæos audiendos esse docuit in cathedra Moysis sedentes: quanto magis ergo pontifices in cathedra Petri sedentes audiendi erunt? Si illi audiēdi erant, quorum successio destructa fuit, quorū sacerdotium finitū, quorum regnū defecerat: quanto magis ij audiendi sunt, quorum successio floret, & quorū sacerdotiū est sempiternū. Hactenus Scaliger. Regius vates Psal. 109. testatur, *Tu es sacerdos in æternū.* Et reperitur à diuo Paulo Hebr. 5. in quem locū in scholiis grecis Oecumenius sic cōmentatur: *in æternū*, dixit, respiciens ad presentes sacrificios, per quos medios, Christus sacrificat, & sacrificatur: qui etiā in mystica cœna modū illis tradidit huiusmodi sacrificij. Hęc Latine, Græca autē Oecumenij profert Lindanus Panopl. euangel. li. 4. c. 46. ἀφορὴν ἐστὶν τοῦ ἱερογυδῆ, ἃ ἴδον μέσων, ἡριστὸς ἱερογυδῆς ἢ ἱερογυδαί, ἢ ἢ παρὰ τοὺς αὐτοὺς ἐν τῷ μυστικῷ ἀιανθῷ τῶν τῶν ἢ τοῦ αὐτοῦ ἱερογυδῆ. Hęc ibi. Ἀφορὴν respicio, παραδιδωμι, trado, præbeo, committo. Hęc ad explicationem vel inuestigationē thematis ex lexico græco. Subdubitabit aliquis, quare etiam nunc, non vocatur cathedra Moysi, sicut tunc Christi

Psal 109.
Hebre. 5.

Oecumenius.
Lindan.

tempore, sed cathedra Petri? hanc leuem licet dubitariunculā, neque dissimulare volui. Sic autē, soluetur ex Paulo Scaligero, vbi 7. Euangelium à Christo initiū habet, lex à Moyse. Sacrificij legalis ordo Leuiticus fuit: Neq; ex alia tribu quā ex Leui sacerdotes veteris legis siebāt: qua finita merito & ordo finitus fuit; Cumq; nouę legis sacerdotiū institueretur, quis non videret non ex ordine Leuitico, sed ex ordine Melchisedech sumendos fuisse sacerdotes? Petrus ergo & Andreas, nō propter Caiphā vel Annam (neq; enim ex illorū linea dominus apostolos prefatos excitauit) sed propter finē legis, & Leuitici ordinis adimplerionē, secundum ordinē Melchisedech, à Christo sacerdote & summo pontifice sacerdotes & apostoli instituti sunt. Hęc ibi versus finē vaticinij primi: Ergo à diuo Petro apostolorū principe, non à Moisaica autoritate, sancta fides apostolica nominabitur conuenientissimē. Non autem etiam nunc cathedra Moysis. Stat enim sententia diu Pauli aposto. Hebręo. 7. *Translatio sacerdotio necesse est: legis translatio fiat.* Tertio demum ordine de legitima successione eorum qui super cathedram sederunt, nobis dicendum prout polliciti initio sumus. Ioseph. li. 13. c. 6. antiquit. Iudaicar. Sigismundo Gellenio interprete. (Et ne fallatur lector, huius versionem seu translationem perpetuo sequor, & hic citō) pulcherrimum proponit successionis argumentum, quod est huiusmodi: Apud Alexandriam inter Iudæos & Samaritas, qui sub Alexandro magno Garizitani templi religionem induxerunt, seditio est exorta de sacris ipsorum, ita vt res ad regis Ptolemæi Philometoris cognitionem perueniret: dum Iudæi contendunt iuxta Moysi præscripta Hierosolymitanum templum esse legitimum, Samaritæ verò Garizitanum, prouocatūque est ad regem & amicorum eius confessum, vt ab his causa audiretur, & vtrius patris causidici succumberent, morte mitterentur, iurauerunt causarum patroni per Deum & regē, quod ex lege probationes allaturi essent: & rogauerūt regem, vt necaret eum, qui iusurandum non seruasse deprehenderetur. Rex concendit causam auditorus: Iudæi verò qui Alexandriam habitabant, ægrē ferebant autoritatē antiquissimi & nobilissimi in orbe templi, vocari in discrimen. Prior dixit pro Iudæis Andronicus orsus ex lege approbare eius sanctitatem & religionem: ostendensq; per continuas pontificum successiones (Nota hęc tu qui con-

Hebr. 7.

Ioseph. li.
bro 13.
antiq. Iu
daic. c. 6.
c. 20.
antiq. c.
20. ac 9.

tradi

traditis sacerdotij vsque in sua tempora propagationem, & ab omnibus Asiæ regibus maiestatem eius loci honoratam donariis: Garizitani verò ac si omnino nulla esset vntam ab his habita ratio, his & talibus rationibus persuasit regi, vt decerneret Hierosolymitanum esse ex sententia Moysis conditum: aduersariæ autem partis causidicos addiceret supplicio. Hęc Iosephus. Idem li. 20. Antiqui. ca. 8. teret & compingit catalogum pontificum veteris legis incipiendo à primo omnium pōtifice Aarone: Fuerunt vniuersi, inquit, vsque Phanasum, quem belli tēpore seditiosi declarauerunt pontificem, octoginta tres numero. Item eiusdem libri cap. 9. Pontificum successiones recensuimus, cōtinuatas per annorum duo millia. Hęc Iosephus. An non de Petri Cathedra idem conuenit iudicare? Franciscus Balduinus Iurisconsultus in historia Carthaginensis collationis siue disputationis de ecclesia, anno 1566. Parisiis per C. Fremy typis mandata, sic de ea re scribit. Non potuit, inquit, hęc controuersia de vera ecclesia apud quos sit, melius diiudicari, quā ex successione: ergo catholici responderunt legitimam, iam inde ab Apostolis successionem sibi suffragari: Donatistis verò nullam est. Dico successionē non modo personarum, sed etiam rerum: neque tantum doctrinæ, sed & ordinationis: neq; solum ordinationis, sed etiā religionis. Certē vbi talis successio est, defectio nō est: imò verò est continuatio, vt neque ij, quibus ita succeditur, decessisse omnino videantur. Vñ antea erant hac defensione Irenæus & Origenes aduersus sui temporis hæreticos, & ipse quoque Tertullianus Afert de præscriptionibus hæreticorum. Optatus eundem opponit Donatistis li. 2. & eius exemplo Aug. qui & Manichæis eundē vcluti arietem obiicit, quinquies aut sexies in libris contra Faustum, & in lib. contra epistolam Manichæi, & in lib. de vtilitate credendi, & in lib. 1. contra aduersarium legis ca. 20. Obseruandum autem est, exempli loco proponi imprimis successionem Episcoporum ecclesiæ Romanæ, vt minimè interruptam. Nam & hanc (vt vocabant) principalē ecclesiam, aliæ ecclesiæ tanquam metropolim coloniæ potissimū obseruabant, vt cum ea consentirent. Hęc Balduinus folio 98. & 99 Ratio à nobis exigit, vt antiquiorum profertur restimonia, & sentētiæ, de successione legitima. D. Irenæi. lib. 3. c. 3. Quoniam valde longum est omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ, &

Baldui.

I. C. in

colla.

Cartha.

Irenæi.

3. c. 3.

omnibus cognita à gloriosissimis duobus apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & constituta ecclesiam, eam quam habet ab apostolis traditionem per successiones episcoporum, peruenientem vsque ad nos, iudicantes confundimus omnes eos qui præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorum principalem, necesse est omnem conuenire ecclesiam. Ibidem enumerat à D. Petro vsque ad Eleutherium Romanos pontifices. Nunc, inquit, duodecimo loco episcopatum ab apostolis habet Eleutherius. Hæc ibi. Tertul. lib. de præscrip. aduersus hæreticos: Edant, inquit, ille, origines ecclesiarum suarum: uoluant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille episcopus aliquis ex apostolis vel apostolicis uiris, qui tamen cum apostolis perseverauerit, habuerit autorem & antecessorem. Hæc ille. In quem locum *la Barre* recentior Scholiastes, ex doctissimorum hominum scriptis animaduertit, signum uerius & characterem certiorum ecclesiam catholicam, successionem esse episcoporum, qui nobis ueluti per traducem fidem tradidere, quam à Christo acceperant. Nec ulla alia testera, ab hæreticis nos catholici melius inter nosci possumus. Successiones autem, episcoporumque catalogos plurimarum ecclesiarum congregat laboriosissime pie memorie doctor Sorbonic⁹ Demochares tomo 2. de diuino misterio sacrificio, hinc hauriat sitimque suam expleat quicumque uolet. Accedo ad Oprati illustre testimonium. Ille de schismate Donatistarum aduersus Parmenianum li. 2. Negare non potes, inquit, scire te in urbe Roma Petro primò cathedram episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus. Deinde conscribit longum catalogum pontificum Romanorum, qui sibi successerunt, & peruenit vsque ad Siricium, qui tunc temporis sedebat. Exinde hæreticis insultans, Vestra cathedra, ait, vos originem reddite, qui uobis uultis sanctam ecclesiam uendicare. Sed habere uos in Roma partem aliquam dicitis, si Macrobio (is erat falsus episcopus) dicatur, ubi illic sedeat, nunquid potest dicere in cathedra Petri? quam nescio si uel oculis nouit, & ad cuius memoriam non accedit quasi schismaticus, contra Apostolum faciens, qui ait: Memoriam sanctorum communicantes. Ecce presentes sunt ibi duorum memoriam apostolorum, dicite, si ad has ingredi potuerit: ita ut obrulerit illic, ubi sanctorum memoriam esse

Tert. lib. de præscrip. hæret.

De la Barre in Tertul.

Demochares. 20. de misterio. Opratus contra Parmenianum. lib. 2.

esse constat. Ergo restat ut fateatur, socius ueriter Macrobius, & quæ illic consequuntur. Nec cathedram aliquam nisi penitentia ostenderet. Sed beatus uir qui in cathedra penitentia non sedit, quæ seductos mittit ad mortem & ad inferos. Hæc ille. D. August. huic ferè æqualis, conformiter quoque scribit tomo 2. epist. 165. de schismate Donatistarum. Si ordo, inquit, episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius & uerè salubriter ab ipso Petro numeramus: Petro successit Linus, & enumeratis intermediis, Damaso successit: Siricius, Siricio Anastasius, qui nunc per eandem cathedram sedet. In hoc ordine successionis nullus Donatista episcopus inuenitur. Idem tom. 6. lib. 1. no de utilitate credendi cap. 17. Dubitabimus nos eius ecclesie condere gremio, quæ vsque ad confessionem generis humani ad apostolica sede per successiones episcoporum frustrà hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, columnen auctoritatis obtinuit? Iterum eodem tom. lib. contra epistolam Manichæi quam uocant Fundamenti cap. 4. Multa sunt, inquit, quæ in ecclesie gremio me iustissime teneant. Tenet consensio populorum atque gentium. Tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, ueritate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri, cui pascendas oues suas post resurrectionem dominus commendauit, vsque ad presentem episcopatum successio sacerdotum. Tenet postremò ipsam catholicam nomen, quod non sine causa inter tam multas hereses ista ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes hæretici se catholicos dici uelint; quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorum uel basilicam suam uel domum audeat ostendere. Hæc ibi. Apud uos, inquit alloquens Manichæos ubi nihil horum est quod me inuiter ac teneat, sola personat ueritatis pollicitatio, sed tantum modò promittitur & non exhibetur. Hæc ille. Audis successionem episcoporum, itemque captiosam omnium hæreticorum stropham, uersutiam & imposturam. Solent enim polliceri ueritatem, ut supra conuisione de ueritate diximus. Item eodem tomo contra aduersarium legis & prophetarum lib. 1. cap. 20. de scriptis, quibusdam apocryphis agens, quæ sub nominibus apostolorum Andree, Ioannisque conscripta sunt: Si, inquit, illorum essent, recepta essent ab ecclesia, quæ ab illorum temporibus per episcopo

D. Aug. 10. 2. epist. 165. & 10. 6. lib. de util. cred. c. 17. & contra epist. Fudam. cap. 4. & alibi.

episcoporum successiones certissimas usque ad nostra & deinceps tempora perseverat & immolat Deo in corpore Christi sacrificium laudis. Hæc ibi. Idem August. tom. 7. Psalmo, contra partem Donati: Numerate, ait, sacerdotes, vel ab ipsa Petri sede, & in ordine illo patrum, quis cui successit, videre: ipsa est petra, quam non vincunt superba inferorum portæ. Hactenus S. ecclesiæ doctor Augustinus, quem eò lubentius (prolixius licet) in testem produxi, si forte deponant (cui mordicus adhærent) opinionem erroneam ac hæresim suam Calvinista. Dicent fortassis, apud Turcos est successio, & multorum series non interrupta annorum, ex quibus temporibus in presentem usque diem perseverant in sua prætensa religione. Non est ergo hæc sufficiens ecclesiæ nota, cathedræ scilicet successio. Facilis est responsio. Nimirum quòd successio Turcorum in impietate, & errore blasphemiciæque in Christum consistit. Non autem probare possunt se apostolorum legitimos successores. Verùm perditissimi Mahumetis hominis dicā an Antichristi? (de quo multa supra conscripsimus) ad se veram ecclesiā pertinere nunquam probauerint Mahumetani, qui errore decepti tenentur, Alcorani mendaciis ac fabulis prodigiosisq; monstrisq; illaqueati. Hos dignetur dominus illuminare, ceterosque infideles. De tribus à nobis in ipso sermonis exordio propositis satis multa diximus. Tu benevole lector prolixitatem excusa.

Omnia quaecunque dixerint, servate & facite. Docet manifestè obedientiam prælatis & superioribus præstandā esse

Deuter. Deutero 17. Qui superbiert nolens obedire sacerdotis imperio,

17. qui eo tempore ministrat domino, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël, cum tūcque populus audierit

D. Cypri. timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. D. Cyprianus

epist. 55. (iuxta nominis etymon) florentissimus martyr sicut de martyre scriptum est Psal. 91. *Iustus ut palma florebit.* Nam *κωνπιασω* floreo nobis significat: ille, inquam, celeberrimus doctor, perpulchrè dixit, epistola 55. ad Cornelium contra hæreticos, ex recognitione Pamelij: Neque aliud hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo post diuinum iudiciū, post populi suffragiū, post

post eos episcoporum consensum, iudicem se iam non episcopi, sed Dei faceret: nemo discidio vnitatis, Christi ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris hæresim nouam conderet. Hæc D. Cyprianus. O verè aureum, & martyris dignam sententiā! Vtinam hæretici nostri temporis ad tantam lucem semel oculos aperiant, videant & seriò intelligant, atque Romanū episcopum summum pontificem, (de quo hic potissimum loquitur, vt acutissime ibi Pamelius obseruauit) vt pote iudicem, qui vice Christi fungitur, vnum sacerdotē in ecclesia, nempe summum agnoscant & illi obediant. Obiiciet aliquis, Apostoli non obediuerunt principi sacerdotum, vt patet in Actis, c. 17. s.

5. Præcipiēdo præcipimus vobis ne doceretis in nomine illo, & ecce repleta Hierusalem doctrina vestra. Respondeat apostolorū princeps, & obiectionem diluat. *Obedire, inquit, oportet Deo magis, quam hominibus.* Ergo eatenus sedētibus in cathedra obediendum est, quatenus videlicet iuri & rationi consentanea, cathedræque in qua sedent non indigna, sed legi diuinæ consonantia præcipiunt. Aliàs iubet dominus *cauendum à sermōto Phariseorum*, Matt. 16. volens intelligi, non à sermōto panum, sed à doctrina Phariseorum illis cauendum esse. Ibidem. Id quod D. Martyr (secundum nomen suum fructuosissimus, *πολύκαρπος* apud Eusebium lib. 4. ca. 15. ecclesiasticæ historiæ Ruffino interprete, apertis verbis docuit, dicens proconsuli suadenti vt Christum negaret: *Docemur, inquit, principibus & potestatibus iis quæ à Deo sunt, honorem deferre, eum scilicet qui religioni non sit contrarius: Populo autem furenti satisfacere non est meum.* Hæc S. Polycarpus:

Secundum opera eorum nolite facere, Ne vitia imitentur scribarum & Phariseorum præmonet. D. August. tom. 10. *Aug. 10. homeliarum Homel. 50. circa finem: Tam sunt absurdi, & 10. 50. bo- præpositi & miseri, qui præpositorum suorum malos mores imitari eligunt, quàm per eos prædicta domini præcepta seruare, quàm si quisquam viator remeandum sibi esse existimet in itinere, cum viderit miliaria lapidea literis plena viā docere, & non ambulare. Cur enim non potius si peruenire desiderat, tales comites intueatur & consequatur, qui & viam bene demonstrant, & in ea perseverant, atque alacriter non ambulant?* Hæc D. Aug. Docet igitur ne propter corruptos prælatorū mores, vel doctorum bonam contemnāt, aspernentur ve doctrinā. Ne propter personarū abusus

Matt. 16.

Eusebius

5. Polyc.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

li. 4. c. 15.

abusus rei bonitatem auerferentur, quod facere solent heretici, ut supra me scripsisse recorder. Tu quod bonum est accipe, & in tuos usus conuerte: Sicut qui colligunt rosas, spinas negligunt ac derelinquunt. Apes similiter floribus colligendis instant, huic incubunt operi, ceterum folia non curant. Et qui aurum in terræ visceribus & venis quaerunt, terræ non attendunt vilitatē: fac & tu similiter. Recordare Hieronymianæ comparationis seu similitudinis valde elegantis, prout habetur in decreto Gratiani distinctio. 83. nihil illo pastore. Sicut, ait Hieronymus, lixiuū per cinerē humidum fluens lauat, & non lauatur: ita bona doctrina per malum doctorem animas credentium lauat à sordibus peccatorum. hæc ibi. Alteram quoque similitudinem quæ extat 15. q. 8. c. Sciscirantibus vobis, apud te perpēde & animaduerte: Mali inquit Nicolaus ad consulta Bulgarorum, bona administrando, se tantummodo lædunt: & cerea fax accensa, sibi quidem derrimētum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat: & vade aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepidi, Christi myteria, quia omnia in fide Christi purgantur. Hæc ille.

Decretū

Laërt. li. 6. in Diogen.

Dicunt & non faciunt. Diogenes, referente Laërtio lib. 6. de illis qui recta dicerent nec facerent, eos cytharæ similes aiebat, hanc enim nihil audire, neque sentire. Ibidem, inruens quendam parium cordatum aptare, psalterium. Non erubescis, inquit, qui sonos ligno aptes, animum ad vitam non componas? Hæc Diogenes, apud Laërtium. *Dicunt & non faciunt.* Cicero lib. de Senectute, itē Plutarchus tom. 1. opusculorum in Apophthegmat. Laconis, quidam dixisse memoratur, Athenienses scire quidem quæ recta essent, sed facere nolle. Tales erant Pharisei (Christo authore & teste.) Tales quoque multi sunt (pro pudor nostri æui prælati, & episcopi: imò, (quod longè deterius est) inuenias plurimos, qui ne dicant quidem, aut prædicare docerēque alios valeant, aut si valeant, dedignantur, vel, hoc studium nimis delicatis displiceat, ideòque abstineāt omnino: Sicque impletur in eis illud, *Speculatores cæci omnes, canes muti non valentes latrare.* Isaia 56. Audiant dominum dicentem: *Ezech. 3 Clama ne cesses, quasi ruba exalta vocem tuam, & annuncia* *& 33. populo meo scelera eorum. cap. 58. & iterum, Ezech. 3. & 33. fili* *70. inter-* *hominis speculatores dedit te.* Græcè 70. transtulerunt vtrumque, *speculatores dedit te, & speculatores, ibidē, speculator, intelligitur*

Isa. 56. 58. Ezech. 3 & 33. fili 70. inter-

profecto Episcopus. Inde formatum nomen eius, ut vigiliantia par quoque studium respondeat & officium executioni demandetur. *Si non annuntiaueris*, dicit dominus (ubi supra) *ut auertatur impius à via sua mala, ipse quidem in iniquitate sua morietur, sanguinē autem eius de manu tua requiram.* *Si autem annuntiaueris, & ille non fuerit conuersus, ipse in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.* Et cap. 33. *Si speculator, inquit, viderit gladium venientem, & non annuntiauerit bucinā: & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, sanguinem eius de manu speculatoris requiram.* Considerent Reuerendi in Christo patres, & domini mei episcopi qualiter diuus apostolus, Timotheum discipulum & à se ordinatum episcopum, 2. Tim. 1. *Admoneo te, inquit, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, qualiter, inquam, illum instruat sedulo aduertant, eiusdem epist. cap. 4. Predica* *verbum, inſta opportund, importund argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* Hæc ibi, quæ vereor ne vanis surdisque (ut est in proverbio) auribus cecinerim, atq; (quod dixit Horatius lib. 2. epistolarum, prima epist.) *narrauerim* *afello fabellam surdo.* hoc est frustra cecinerim. Accommodari poterit istud Matthæi 11. *Cecimus vobis, & non saltastis:* Hinc Ouidius venuste dixit lib. 3. amorum elegia 6. *Quid iuuat ad surdas si cantet PheMIUS aures?*

2. Tim. 1.

& 4.

Horatius lib. 2. epist. 1.

Ouidius li. 3. amorum elegia 6.

Homerus.

Quid miserum Thamyram picta tabella iuuat? Hæc ille. In gratiâ studiosorū artis poëticæ, duo hic obscuriora ex veterū lectione illustrare tētabo. Primum PheMIUS legēdū est, nō Phineus, quod ex Homeri Odissæa li. 1. tēdendo versus sinē, facillimū fuerit deprehēdere. Ibi enim describitur quidā, *ἄοιδος τριπικυρὸς ἤξει δῖος*, hoc est cātor insignis ac diuinus, quē cōpellās Penelope *φῆμι*, ὦ PheMI, inquit, multa hæc alia mortaliū oblectamēta nouisti, ab hac verò quiesce cātilena molesta, & quæ illic fusæ continentur. PheMIUS igitur iucūdū cātoris fuit nomē, conueniunt rēbus nomina sæpè suis (ait vulgatiſſim⁹ versus) *φῆμι*, verbū, dico latinē significat: PheMI⁹ inde deductū nomē eū qui pulchrē dicit, bellē & appositē loquitur, significat, Itali vulgò appellare cōſueuerūt, *Un huomo bellissimo e garbato dicitore.* Alterū super est dilucidādū, quæ fuerit Thamyras. Suid. dist. Thamyris vel Thamis, fuit ille, inquit, verſificator ante Homeri ætatē, qui ob cōrumeliā Musis factā excecāt⁹ est. Extat eius theolog. versib⁹ cōprehēſa. Hęc ad vers⁹ Ouid. suffecerint.

Suidas.

Dicunt

Dicunt & non faciunt. Talibus rectè accommodari potest
 Gen. 37. illud Genes. 27. *Vox quidem vox iacob est, manus autem manus sunt Esau.* At, turpe est doctor cum culpa redarguit ipsum,
 Rom. 2. ait pueris etiam nō ignotus verficulus. Romanorum 2. *Qui alium doces, te ipsum nō doces. Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per prauaricationem legis Deū in hono-*
 1. Cor. 13. *noras. Facti sunt ut cymbalum tintinnans, & velut as sonās.* 1. Cor. 13. Similes ficulneæ, cui maledixit Christus, quippe quæ folia tantum, nullum autem fructum haberet. *Matth. 21.* Salici natura sterili non legitur maledixisse dominus, sed ficuli, nempe ex natura sua & origine fertili, quæ degenerauerat, vt intelligamus dominum non pasci foliis (caprarum instar) hoc est inanibus verbis, sed operum fructus à nobis exigere ac requirere, *Matth. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum, facere & docere, Actuum 1.*
 Att. 2. *In opere & sermone, Luc. 24.* Quintilianus initio oratoriarum institutionum, oratorem, inquit, instituimus illum perfectum, qui esse nisi vir bonus non potest: ideòque non dicendi modò eximiam in eo facultatem, sed omnes animi virtutes exigimus. Et lib. 12. ca. 1. in principio. Sit ergo, inquit, nobis orator, is qui à M. Catone finitur, vir bonus dicendi peritus. Verùm id quod ille posuit prius, & ipsa natura potius ac maius est, vtique vir bonus (paucis interiectis) addidit: Neque tantum id dico, cum qui sit orator, virum bonum esse oportere, sed ne futurum quidem oratorem nisi virum bonum. Hæc ille. Frequenter autè accidit vt vitiosis concionantibus, etiam vera dicentibus, fides desit: quia cuius vita dispicitur, nihil aliud restat nisi vt eius prædicationi contemnatur. Quod magnus ille Greg. ecclesie vigilatissimus pastor & doctor dicit. D. Hier. to. 2. epist. ad Oceanum de vnus vxoris viro longè post medium. Desiniunt Rhetores oratorem qui sit vir bonus, dicendi peritus. Antè vitæ, sic lingua irreprehensibilis queritur: vt doctus meritò suscipiatur. Perdit enim auctoritatem docendi, cuius sermone opere destruitur. Hæc D. Hieronymus. Diogenes Cynicus referente Laërtio in Diogene, lib. 6. oratores carpebat, quod studerent iusta dicere, non autem & facere: Anaxagoras quoque quod pecuniam vituperarent, ac summè diligenter. Reprehendebat eos, qui iustos quidem quod pecunias contemnerent, laudabant: pecuniosos verò imitari satagebant. Hæc ibi. Iulius Capitolinus in vita Pertinacis Imperatoris, circa finè, Pertinacem, inquit, Chrestologum appel-

appellabant, qui bene loqueretur, & malè faceret. Pro sancte Deus, hoc nostro æuò, quando tot disertis, tot facundi abundant, vt nihil supra: quam optimo iure in eos *χρηστολογία* appellatio conueniat, hoc est blandiloquorum, qui quidem *χρηστολογία*, id est, blandiloquentiam ostentant ac scitant, cæterum ab eis longè abest *χρηστολογία*, hoc est honestas morumque probitas.

Dicunt enim & non faciunt, ait Christus. Inter opera D. D. Cypri. Cypri. extat libellus de duodecim abusionibus sæculi inscri-

ptus: Primus abusionis gradus numeratur, si sine bonis operibus sapiens & prædicator fuerit, qui quod sermone doceret, actibus explere negligit. Auditores enim doctrina dicta facere contemnuat: cum prædicatoris opera à prædicationis verbis discrepare cōspiciunt. hæc ibi. Vulgò dicitur, *magis mouent exempla quam verba* Doctissimus Lindanus in præfatione Apologetici ad Germanos tomo 2. Religio Christiana, inquit, non solum sita est in doctrina vera, sed in vita etiam pia, quæ legibus respondeat euangelicis. Quæ duo ita inter se apta cōnexaque cohærent, vt & hic locum

verissimè habeat, quod de nauigio respondit Iuriscōsultus: si diuidas, perdas. Quid enim aliud futurum, si via doctoris suæ doctrinæ distantia contemnitur, (quod magnus ille Gregorius prædixit verissimè) quam vt & doctrina quoque despiciatur: Istud si vsquam locum meretur, maximè apud Germanos est verissimum: apud quos plus boni mores valent (teste Cornelio Tacito) quam alibi bonæ leges.

Hæc ille. Ecquis dubitet nos Gallos plus sepe offendere vitam, quam piam mouere doctrinam? Hinc occasionem (proh dolor) nacti hæretici. Hugonaldi, ob aliquorū ecclesiasticorum nimirum abusus & deprauatos mores, hanc plusquam Turcicam excitarunt tragædiã quam oculis nostris vidimus, in qua ita grassari sunt hæretici, vt desperata propemodū atque conclamata omnia videantur, nisi Deus bene propitius tot cladibus & malis imponat finem. Tanto furore tantæque rabie scæuitum est, neque rebus sacris parsum fuit vllō modo, adeo vt pio cuique creberimè exclamandum fuerit cum beato Polycarpo dicente, *ὡ ναὶ δὲ θεὸς ὁ θεὸς ἡμεῖς χριστοὺς τερήριας, ἵνα τοῦτων ἀνεσχωμαί.* refert hæc Græca Dominus Lindanus ad finem tabulæ 4. Analiticæ videntium hæreseon, Latine interpretatum habes in Euseb. lib. 5. ecclesiast. historię ca. 20. ex versione antiqua Ruffini, Euseb. lib. 5. histor.

appel

B b

cætera

cætera ex Irenæo ad Florentinum hereticum scribente hæc interferuntur: Deum testor, inquit, & in conspectu ipsius tibi affirmo, quia siquid tale (plenum blasphemie scilicet & impietatis) audisset beatus & apostolicus vir Polycarpus, exclamasset statim, & aures suas obrurasset, ac sicut morigerat ei, Dixisset: *O bone Deus, in qua me tempora reseruasti, ut ista patiar.* Hæc ex Irenæo, Eusebius ibi. Quid enim hodie dicturum imò exclamaturum credas ubi omnis apostolorum doctrina profanatur, euertitur, proculcatur? ubi omnia sacra temerata, violata, pollutaque & pessundata fuerit per hereticos prædictos: Quis cum hæc fierent, non libens mori prælegisset, cū zelote Mathathia, quam adhuc viuere? 1. Mac. 2. Verum lacrymarum nullus viderit finis, Dignetur dominus has abstergere à piorum oculis lacrymas.

Act. 15. *Alligant onera graua.* Act. 15. *Quid tentatis,* dicebat D. Petrus, *imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* Similes regi Roboam,

3. Re. 12. de quo 3. Reg. 12. Supplicanti populo, vt de iugo grauisimo quod pater suus eis imposuerat, paululum ille imminueret, respondit: *Pater meus posuit super vos iugum graue: ego autem addā super iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellus: ego autem cadam vos scorpionibus.* Nō sic Darius Xerxis pater, de quo Plutarchus to. 1. opusculorum in Apophtheg. Reg. & Imperato. Ille cum tributa imponeret subditis, proceres prouinciarum euocatos interrogabat, an ea esset graua. Quamque responderent esse mediocria, dimidium eius quod proposuerat, singulos pandere iubebat. Hæc Plut. Isti vero inelenter onerabant simplicem & rudem plebem bifariam: semel, præcepta omnia legis seuerissimè interpretando, & exactissimè eorum obseruationem exigendo: Nulla iuris benigna interpretatione *ἰωνίων* Græci vocant, & *ἰωνίσιον*, ex æquo & bono statuere, vel censere. Ex quo illud, (ait Cicero li. 1. de officiis) *Summū ius, summa iniuria*, factū est iam tritum sermone prouerbiū. Hæc ille. Et iuriconsultus lego 18. D. de legibus senatusque consultis, & longa consuetudine: Benignius, inquit, leges interpretandæ sunt, quo voluntas earum conseruetur. Lege item 25. D. eodē. Nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro utilitate hominum introducantur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem. Hæc iuricons. Celsus & Modestinus. Pharisei autem tanto rigore tantaque seueritate sabbati obseruationem exigebant & in

Act. 15.**3. Re. 12.****Cice. li. de offic.**

& inculcabant, vt etiā Christo vitio verterint, quod sabbato curasset, quodque languidus in piscina ab ipso sanitati restitutus grabatū deferret: *Sabbatū est* inqueiebāt, *nō licet tibi tollere grabatū.* Aduersus quos (vt in euāgelistis legimus) grauisima vltus est apologia Christus. Altero modo onerabāt plebē Pharisei & Scribæ, quia præter legis præcepta infliciebāt multas graues ceremonias & constitutiones portatu difficiles, vt statim (Deo bene fauere) de lauidis manibus & aliis similibus seniorum traditionibus dicemus. Nō sic Christus qui clamat Mat. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis* **Mat. 11.** *& onerati estis, & ego reficiā vos, & inuenietis requiē animabus vestris.* Inuitat nos ad se, ibidē dicēs: *Iugum meum suauē est, & onus meum leuē.* 1. Ioan. 5. *Mandata eius grauiā non sunt.* 1. Ioan. 5. *Contra de Moysē scriptum est, Exod. 17. super cuius cathedram sederunt isti: Manus Moysi (inquit textus) erant graues.* **Exod. 17.**

Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Hæc erat phariseorum ambitio, laudisque cupiditas, & auiditas aures popularis, quā vt captarent nihil non faciebant. *Leiuantes enim exterminabāt facies, vt viderentur hominibus ieiunare.* *Orantes in angulis platearum stabant, vt viderentur ab hominibus.* *Elemosynam facientes tuba canebāt ante se in synagogis & vicis: vt omnibus palam innotesceret, sicque ab hominibus honorificarentur, & cōmendarentur.* **Mat. 6.** Hic autem adhuc ampli⁹ Christus illis exprobrat. *Quod dilatarent Phylacteria sua, magnificarent sabbatas:* Et cætera quæ ponuntur in textu. Phylacteria, quia Græcum est vocabulū, in numero multitudinis, paulo accuratius explicandum est. **Eras. in nouo testam. Ca** *ἐπιπέταστα*, asseruo, custodio. Idē Calepinus in dictione phylacteria, *ἀπὸ τῆς φυλάττω*, inquit, hoc est, à custodiendo: hoc nomine dicebantur Phariseorum tabulæ siue mēbrana Decalogi. Ante hos Euthymius Græcus in **Mat. 23.** *Quidā libelluli phylacteria dicebantur, eo quod obliuione seruariēt ac protegerent, ἀπὸ τῆς φυλάττω.* Hæc ibi. **D. Hier.** **Mat. 23.** *Dominus cum dedisset madata legis per Moysē, in Mat. ad extremū intulit, Deut. 6. Ligabis ea in manu tua, eruntque* **th. 23.** *ante oculos tuos.* Ea scilicet intentione vt opere compleantur (Manus siquidē symbolum est operis) & ante oculos, vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisei malè interpretantes, scribebant in mēbris Decalogum, id est decem verba legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam

Eras. in nouo testam. Calepinus.**Euthy. in Mat. 23.****D. Hier. Mat. 23.****th. 23.**

capiti facientes: vt semper ante oculos moneantur, & sic quasi religiosi in populis iudicarentur. Insuper quoque aliud *Num. 15.* Moyses, *Num. 15. Vt facerent filij Israël sibi fimbrias per angulos palliorum, quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum domini.* vt etiam vestis eorum haberet aliquam differentiam. Superstitiosi magistri, caprantes auram popularem, faciebant grades fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, vt videlicet ambulantes & sedentes interdum pungerentur: & quasi hac admonitione retraherentur ad officia domini & ministeria seruitutis eius. Quia ergo dixerat dominus, omnia opera faciunt vt videatur, quod generaliter accularer, nunc per partes diuidit. Pictatiola illa decalogi, Philacteria vocabant; quod quicumque habuisset ea, quasi ob custodiam & monumentum sui haberet; non intelligentibus pharisais quod hæc in corde portanda sint, non in corpore: alioquin & armaria, & arca habent libros & notitiam Dei non habent. Hæc Diuus Hieronymus. Verum quæret aliquis, quid hoc verbi est, Pictatiola? In lexico Græco reperit *Πικτιον* τὸ pugillares & tabula è fusili pice ad exaradum. Pittatium Lampridius pro albo pratoris vsurpat, matriculam vulgò vocant. Hinc colligo & interpretor pictacia, chartulas quasdam & pugillares, veluti membranas: diminutiuum inde Pictatiola, quasi dicas tabellas & membrannulas, Gallicè diceremus, *petits rolles ou rouleaux*. Calepinus dictione, album, substantiuum, est tabula, inquit, gypsata, in qua scribere solebant. Hoc & Pictatium dicitur, vt in Alexandro Cæsare Lampridius, vulgò matrix appellata. Hæc ibi Bredembachius in *Math. 23.* recitans verba D. Hieronymi, de Pictatiolis, minusculis literis nostris explanationem adiunctam habet sic, Pictatiū apud Lampridium idem est quod album, id est tabella, in qua nomina scribi consueuerunt: dicitur & matrix, & pro breuibus commentariolis accipitur. Sic ille. Pictatium legitur apud Cassiodorum lib. 12. variarum epist. 20. circa principium, Tot libras auri factio pictatio solemniter accepisse. Hic apertissime pro cautione syngraphaque sumitur. In Codice Theodosiano lib. 7. tit. 4. de erogatione militaris annonæ leg. 11. Pictatium authenticum ab actuariis. Item pictatio, rursus, pictacia authentica, ibidem, item leg. 13. c. eodem, & lege 16. ibi. pictatia authentica: Nihil denique apud Iurifconsultos frequentius. Nam in eodem C. Theodosiano lib. 10. tit. 10. l. 29. Vno pictatio postulari, vsus est huius vocabuli

Bredembachius.

buli in iure canonico 30. q. 3. cap. pictatium quod nobis tua veneranda fraternitas obtulit, suscepimus, ait PP. in glosa. Pictatium est charta vel scriptura continens petitionem aliquius. Gallicè *billets de parchemin* possumus dicere. Verum & his vereor ne nimium dictum sit, ad reliqua procedamus.

Vocari ab hominibus Rabbi רַבִּי, à scientiarum & cognitionis multitudine magister Hebraicè appellatur.

Vos autem nolite vocari Rabbi. Opportunè ac tempestiue hic quærit D. Hieronymus, quare aduersum hoc præceptum, doctorè gentium apostolus se esse dixerit. *1. Tim. 2. (Veritas. 1. T. m. 2. tem dico non mentior) doctor gentium in fide & veritate,* aut, quomodo in monasteriis vulgato sermone leuiticè patres vocent; *Quod sic soluitur,* Nos, inquit, si hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non auctorem nostræ ostendimus vitæ: quem agnoscimus esse Deum, ex quo sunt omnia. Magister quoque dicitur ex consortio veri magistri. hæc D. Hier. Ostendens participatione quadam licere patres appellare, ac magistros, nec præiudicare aliis, quod Deus per naturam & magister & pater est. Nam homines longè inferiore gradu, & (vt dicit hic D. Hieronymus) abusive appellatur patres & magistri comparatione videlicet Dei. Alio modo, (vt ne quis intra angustias coniciatur, & sicut in huius loci explicatione) vno verbo sic soluitur: ne vocemini magistri ac patres, scilicet instar Pharisæorum, per ambitionem, quomodo isti volunt patres appellari, tanquam præcipui, & magistri, quasi eximij, sibi nimium arrogantes, & gloriam humanam appetentes: id nolite facere. Recognoscite vos patrem vestrum habere in cælis, qui animam de nihilo creauit, vestrum similiter magistrum ac doctorè præcipuum, *qui scientiarum est dominus, 1. Reg. 2. qui dat sapientiam omnibus affluentibus, & non impropere.* *Iacob. 1. à quo omnis sapientia, Ecclesiastici. 1. qui loquitur ad cor, Psalm. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, qui discipulis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas: Luc. 24. Qui necdum exterius sicut homines, sed interius docet, & scientiam, cui placet, infundit, vt Dauidi pastori, quæ excellentissimum reddidit prophetarum: Psalm. 118. Super senes intellexit.* Sic Salomonem fecit sapientissimum, & rerum omnium naturas ac proprietates docuit. Sic de Amos iudicare conuenit, ac multis aliis (vt aliàs, si dominus voluerit, dicemus.) Nolite ergo de nomine ac solo titulo, quemadmodum superbi & arrogantes Pharisæi, inaniter gloriari: abiicite & fugite vanitatem

*1. Reg. 2.
Iacob. 1.
Ecclesi. 1.
Psalm. 84.
Luc. 24.*

Psalm. 118.

illam & supercilium Pharisaeum. Nam qui se exaltauerit, humiliabitur, addit in sequentibus Christus. Hunc esse germanum ac genuinum verborum Christi sensum ex collatione ac coherencia superiorum cum sequentibus, facile est diiudicare. Non prohibet tamen (ait Soarez in Matth. 23.) magisterij gradus, qui viris doctissimis in academiis tribuuntur, velut neque vetat progenitores nostros patres appellare, sub eodem nomine eos venerari, qui praecepit honorandos patres, & matres, Exod. 20. & Matth. 15. idem grauissimè confirmauit, & comprobauit. Neque Paulus peccauit, Corinthios filios suos charissimos appellans, 1. Corint. 4. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Quibus verbis, sibi vendicat nomen patris, apud Corinthios. An non dedit dominus ecclesiae sua pastores & doctores, Eph. 4. in edificatione corporis Christi Act. 13. Erant Antiochia doctores. Ambitionem ergo solam damnauit, non doctrinam. Dicit enim nolite vocari Rabbi. Non dicit, ne sitis magistri, sed nec vocemini magistri. His cōsentaneè D. Iacobus c. 3. scripsit: Nolite plures magistrum fieri. Vbi Catharinus Senensis acutè & subtiliter commentatur: Primum, inquit, prohibet exundantiam magistrorum, & ambitionem illam qua vellemus omnes esse magistri. Dominus noster etiam vetuit, nolite vocari Rabbi, Matth. 23. Existimo tamen fratrem domini quiddam aliud hoc in loco nobis insinuare voluisse: Prohibere nempe voluit pluralitatem magistrorum, in hunc scilicet sensum, ne in diuersas sectas ac doctrinas seindantur. Nam minimè tū videntur plures magistri, quando sub vno & eodem summo ac primario magistro (qui est Christus) in ecclesia sua sese continent, vnum & idem docēt. Haec tenet ille. Quod D. August. diuinissimè paucis complexus est verbis tomo 1. prologo in libros Retract. versus finem. Magistros plures tūc fieri existimo, cum diuersa, atque inter se aduersa sentiunt: Cum verò id ipsum dicunt omnes, & verum dicunt, ab vnus veri magistri magisterio non recedunt. Offendunt autem, non cum illius multa dicunt, sed cum addunt sua. Sic quippe incidunt ex multiloquio in falsiloquium. haec ille. Doctus Gangneus in illi locū D. Iacobi, his verbis: Multorum effrenem inhiere audaciam, qui statim ut baptizati erant, temerè docendi alios munus usurpabant, ita vt quidam Antiochiam profecti docerent, non esse sine circumspectione salutem, Act. 13. & 1. Timoth. 1. Qui-

D. Iac. c. 3.

Mat. 23.

Aug. in prologo libr. Retractat.

417

dam aber rantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legi doctores, non intelligentes, neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant. Ambitionem igitur inanis tituli & doctrinarum varietatem inhiere Iacobus. Nolite ergo ambire, inquit, docendi munus, haec ibi. Plures ergo, id est promiscuè & citra delectum, ac vocationem, nolite docedi munus obire. Potius vocationem expectare, Heb. 5. Ne quis sibi assumat Hebr. 5. honorem, Et quomodo predicabunt, nisi mittantur? Roman. 10. Rom. 10. Dicamus ergo apostolum non doctrinam, sed doctrinarum multitudinem & docendi ambitionem prohibere. Huc pertinent quae dixit Christus: nolite vocari Rabbi. Haec Guilielmus in epistolam Diui Iacobi c. 3.

Qui maior est, erit minister. Eccli. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Sicut enim arbor bonis onusta fructibus, ramos in terram depresso ostendit, & spicae quo pluribus granis abundat, eò vergetur pondere & deprimuntur amplius: sic qui virtutibus & Dei donis magis est praeditus, quo diuitior & affluetior, eò humilior. Exempla praclarissima sunt in patre fidei nostrae Abrahamo, qui cinerem se vocauit: in Iob, qui stipulam siccam: in Dauide, qui pra maxima sui deiectione, Sauli loquens, vocauit se canem mortuum & pulicem vnum, 1. Reg. 24. q. d. interprete Lirano, nullius momenti sum in respectu tui. In Ioanne Baptista & domini percursore, qui non se arbitrabatur dignum corrigiam calceamentorum eius soluere In virgine sacerrima Deipara, quae se ancillam domini humillimè recognouit, ideòque respexit dominus humilitatem ancillae suae. In Petro, qui se hominem peccatorem nuncupauit, Luc. 5. In Paulo, qui se minimum apostolorem vocauit, 1. Cor. 15. Et praeter ceteris omnibus in Seruatore nostro Christo, qui totius humilitatis exemplar & speculum est praestantissimum, Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde & Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, perfecta nimirum humilitatis, pedes ablucendo discipulorum: & nos sequamur vestigia eius. D. August. tomo 10. de verbis domini in Matt. sermone 10. Magnus esse vis, à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, & quantà quilibet vult & disponit superimponere molem aedificij, quanto erit maius aedificium, tanto altius fodit fundamentum: & fabrica quidem cum constructur, in superna constructur. Qui autem fodit fundamenta, ad ima deprimuntur. Ergo &

D. Aug.

to. 10. de

verbis

domini in

Matth.

ser. 10.

86 4 fabrica

fabrica ante celsitudinem humiliatur, & fastigiū post humiliorationem erigitur, hæc D. August. Idem tomo 2. epist. 56. Dioscuro de curiolis quaestionibus. Itaque sicut Rhetor ille nobilissimus (Demosthenem proculdubio intelligit) eum interrogatus esset, quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obseruari oportere, pronuntiationem dicitur respondisse: cum quaereretur quid secundo, eandem pronuntiationem: quid tertio, nihil aliud quam pronuntiationem dixisse. Si interrogares & quoriam interrogares de præceptis christiana religionis, nihil me aliud respondere, nisi humilitatem liberet, & si fortè alia dicere necessitas cogeret, hæc ibi. Ad cuius exempli dilucidationem haud præter rem fuerit hoc quoque adiciere de Demosthene. Valerius libro 8. cap. 10. de pronuntiatione & apto motu corporis: Cum Demosthenes interrogaretur, quid nam esset in dicendo efficacissimum. Respondit, *si uis in oris.* Iterum deinde & tertio interpellatus, idem dixit, penè totum se illi debere confutendo, hæc ille. Stephanus Pighius, annotationibus in Valerium tractans hunc locum, sic explicandum iudicat. Respondit Demosthenes *si uis in oris*, hoc est, si nihil dixeris nõ optimè scitum actio ipsa hæc ibi. Præterea hypocrisis, in comediis aut tragediis actio ipsa vocatur, eoque actores alias simulant personas. A Rhetoribus itè hypocrisis appellatur, quam Latini pronuntiationem seu actionem vocant, in gestu motuque præcipuè consistentem: cui Demosthenes primas, secundas, & tertias tribuit, hæc Calepinus. Quintilianus lib. 11. instit. orat. ca. 3. circa principia: Demosthenes quid esset in toto genere dicenti summum, interrogatus, pronuntiationi palmam dedit, eidemque secundum ac tertium locum, donec ab eo quaeri desierit: ut eam, videri possit non præcipuam, sed solam iudicasse. Ideoque ipse tam diligenter apud Andronicum hypocritam studuit, ut admirantibus eius orationem Rhodiis, nõ immeritò Æschines dixisse videatur: Quid si ipsum audissetis? hæc Quintilianus. Et Cicero, in Bruto: Demosthenem ferunt, ei qui quaesisset quid primum esset in dicendo, actionem, quid secundum, idem: & idem tertium respondisse. Iterum lib. 3. de Oratore, Actio in dicendo vna dominatur, huic primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo esset primum: huic secundas, huic tertias, hæc Cicero. Sic & humilitas primas, secundas, ac tertias, obtinet.

Val. lib.
8. c. 10.

Pighius
in notis.

Calepin.

Quicumque se humiliauerit, exaltabitur, & uicerit, &c. Testatur hæc sententia: Luc. 14. *Recumbe in nouissimo loco* &c. c. 18. Iterum, de publicano, & Pharisæo. Tertio hoc loco, ut indicetur nobis triplex humilitas, cordis, oris, & operis. Nota quia tota beatorum curia, humilium curia est, Seniores in Apocalypsi procidunt in facies suas, &c. In inferno autem non sunt nisi superbi. Hinc per psalmistam dicitur, *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.* Superbia eiecit Luciferum de cælo, Adamum de paradiso, Nabuchodonosorem de regno, & in beluam ipsum etiam conuertit. Pharaonem & Ægyptios in mare demersit, Vasthi in super reginam regia dignitate indignam reddidit: regnoque, motu, deque pristino statu honorifico illam deiecit: Contra humilitas Hester sublimauit, Ioseph principem Ægypti constituit, Mossem exaltauit, latronem denique in Paradiso cælesti collocauit: *Quem nobis quoque (quoniam Marth. 19. de paruulis dixit Christus, Talium est regnum cælorum, & ca. 18. Quicumque humiliauerit se sicut paruulus, hic maior est in regno cælorum.)* Concedere & largiri dignetur, Christus dominus humilium caput & dux, Amen.

Mat. 19.
& 18.

FERIA QUARTA POST SECUNDAM DOMINICAM

QUADRAGESIMAE.

De filiis Zebedæi, Marth. 20.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolyman.



Er legimus secundum euāgelistam vtrumque Mat. & Marc. qui illius sequitur vestigia dominū discipulis suā prædixisse passionē. Primò videlicet, *Mat. 16. & Marc. 8. Cæpit Iesus ostendere discipulis, quia oportet eum ire Hierosolyman, & multa pati à senioribus & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumēs eum Petrus cæpit increpare illum dicens, Absit à te domine, nõ erit tibi hoc, qui conuersus dixit Petro: Vade post me sathana &c.* Secundò, *Mat. 17. & Marc. 9. Cõuersantibus eis in Galilea, dixit illis Iesus: filius hominis tradendus est in manus hominũ: & occident eum, & tertia die resurget: Et contristati sunt uehementer.* Marcus addit, *illi ignorabāt uerbum, & timebāt interrogare eum.* Tertio *Mat. 20. & Marc. 10. & Luc. 18. quæ est præcens euāgelica lectio. Est*

Mat. 16.
& Marc.
8.

Mat. 17.
& Marc.

Mat. 20.
& Marc. 10.

Luc. 18.

Bb s autem

autem cognitu dignissimū, cur tam crebrō dominus suam
 pronuntiauerit mortē. Responso vna est, vt discipulos per-
 suasos relinqueret voluntaria illā fuisse & spontanea, non
 coactā. Toties idē illis repetit futuram, vt sciant oblatum
 fuisse secundum Elaiē variciniū, quia ipse voluit, ca. 13. Prout
 ipse dixit Ioan. 10. Ego pono animam meā, vt iterū sumam eā,
 nemo tollit eā à me: sed ego pono eā à me ipso. Potestati habeo re-
 nendi eā, & potestati habeo iterū sumendi eā. Plut. to. 2. opus-
 culorū lib. de garrulitate circa finē. Amantes, inquit, in his
 versantur multū sermonibus, qui recordationem reficiēt
 rerum amatarum. Quoniā igitur sponte & vltro erat mor-
 tem subiturus, quam desiderio desiderabat & exoptabat
 frequenter idcirco de illa colloquitur. Altera responso.
 Ideo illum toties hac de re loquutum sciamus, quoniā illā
 semper præ oculis haberet. Quia autem erat hoc imprimis
 scitu necessarium ac vtile: nunc quoque, sed secretō illis
 aperire & repetere voluit. Repetere, dixi, vt verba que cre-
 brō diceret, in cordibus audientium arctius impressa re-
 manerent, atq; animis eorum hæret. Iuxta id quod Pau-
 lus scribit, Philip. 3. Eadem vobis scribere mihi quidē non pig-
 rit. Vobis autem necessarium. q. d. Eadē illa scilicet que læpē
 ex me audistis, haud piger scribere, & repetere, quoniam id
 vobis tutum iudicō. Idem 2. Cor. 1. Non alia scribimus vobis,
 quam qua legistis. In epistola nimirum à me prius missa, ait
 doctor Liranas. An non Christus ter repetit illud, *Mor-
 mini in peccatis vestris*, Iudæos alloquens? Ioan. 8. Nonne illi
 orauit vteridē eundem sermonem dicens, vt sacra narrat histo-
 ria? nonne de diuo Ioanne dilecto apostolo D. refert Hier-
 onymus lib. 3. in epistolam ad Galatas ca. 6. Ad verba illa,
 Quod beatus Euāgelista cum Ephesi moraretur, vsque ad
 vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad
 ecclesiam deferretur: nec posset in plura vocem verba cō-
 texere: nihil aliud per singulas solebat proferre collectas,
 nisi hoc, *Filii, diligite alterutrum*. Tandem discipuli & fra-
 tres qui aderant, tædio affecti, quōd eadem semper audi-
 rent, dixerunt, Magister quare semper hoc loqueris? Qui
 respondit dignam Ioanne sententiā: quia præceptum domini
 est: *Et solum fiat, sufficit*. Diuinus Plato in Gorgia vel de
 lebo, ac Rhetorica, post libri medium, scribit in hunc modum. Bis
 atq; ter pulchrā esse ferūt ea que pulchra sunt dicere, atq;
 considerare. Idem in Philebo vel de summo bono circa
 finem:

Isa. 53.
 Ioan. 10.
 Plut. 2. opusc.
 li. de gar-
 rulitate.
 Philip. 3.
 2. Cor. 1.
 Liranus
 in Pau-
 lum.
 Ioan. 8.
 D. Hier.
 in c. 6. e
 pistol. ad
 Galatas.
 Plato in
 Gorgia
 Et in Phi-
 lebo, ac
 dia. 6. de
 legibus.

finem. Preclarum nempe prouerbiū illud, inquit, quo di-
 citur, que pulchra sunt, & bis, & ter repetenda esse. Iterum
 dialogo sexto de legibus circa principia, Repeto inquit,
 quod modō dixi, non enim nocet bis dicere, quod bene di-
 citur. hactenus ille. Non rarō sit tamen vt molestia tædio-
 que afficiant, que iteratur, adeo nouarum rerum est cu-
 pidus animus noster, & Atheniensium quidam similes: qui
 ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid
 noui, Act. 17. quod plusquam semel dictum fuerit, grauius
 ferunt. Vnde Plato in Eurhydemo, vel Iuigiolo, non longē
 in principiis, introducit quendam sic dicentem. Ridiculum
 porro quod antē positum est, ponere rursus, bisque eadem
 recitare. Vnde Iuuenal. saryra 7. de quodam sic cecinit:

— Eadem cantabis versibus isdem,
 Occidit miseris crambe repetita magistros.

Eratismus chiliadis 1. Centuria 5. adag. 38. Crambe bis posita,
 mors. Crambe, apud Plinium lib. 20. c. 9. nat. hist. Brassicæ
 species quadam: quoties verō rem, iterū atque iterum re-
 petitam, non sine molestia significabant. Græci dicebant:
 bis repetita crambæ, id est bis crambe, mors: hoc est, repetita di-
 gitis, crambæ recitata. Ad hoc adagij Politrianus arbitratur
 alluisse Iuuenalem, vbi suprà, Crambem repetitam appel-
 lans declamationem maximo cum tædio iterum atque ite-
 rum audiendam. Pindarus Nemeorum hymno 7. scribit
 ter repetitum & iterum dicitur tædio tædio, id est, Terque
 quaterque iterare (aliquid) dubium facit liberis. τὰ δὲ, sum,
 sio, ait Lexicon Græcum. Michaëlis Neandri scolia breuia,
 sibi sic habetur, Hymni epilogus est, quo se reuocat Pinda-
 rus ab eiusdem rei crebra repetitione, quam exosam habet
 mortales. Nam repetitio odiosa est hominibus, & rem in
 dubium vocat. Contrarium est illi, *Alis usque tædio tædio*, id est,
 bis & ter quod est pulchrum. Quod enim per se preclarum,
 id vel decies repetitum, vt inquit Horatius, placere solet:
 ille de arte poetica, picturæ comparans poetam sic scribit.

Hæc placuit semel: hæc decies repetita placebit.
 Isidem paulō suprà, de citharædo agens: explicat quæ
 graue ac molestum auditoribus fuerit eandem canitibam
 eis obrudi: Obrudi, inquam, quasi inuitis & grauiorē au-
 dientibus.

— Et citharædus.
 Ridetur, chorda qui semper obruit eandem.
 Obruitur autem eadem chorda dicuntur citharædi, (in-
 corpore)

Act. 17.
 Plato in
 Eurhy-
 demo.
 Iuuenal.
 saryra 7.
 Eratimus
 Plin. 20.
 c. 9.
 Horat.

Calepin^o terprete Calepino dictione óberro,) qui eodem, inuariatóque cantu fastidium mouét auditoribus, quod nos Gallicè procerbiallyter sic enunciamus, *Il n'aura qu'un denier, il ne dict qu'une chanson*. Eandem cantilenā canit, vno duntaxat donabitur nummo, vel asse. Non tamen id quod pluries reperitur, erit statim repudiandum aut fastidiendum, hac vna de causa (vt vulgò dici solet.) *Noua placent*. Quinimò vides hic Christum ter passionem suam discipulis repetiisse, & prædixisse, Ter in *τρισάκιον* hymno. *Sanctus, sanctus, sanctus*, acclamatur, sumptusque à duobus illis *Seraphim Isa. 6.* manifestè deprehenditur.

Secretò dixi, dominum duodecim apostolis suam prænucciassè passionem, imò non ego dico, sed euangelistū hoc palam indicat. Cur autem id factum sit, nūc vt à nobis explicetur, ordo postulat. Arcana & secreta nostra intimorū amicorum rimosa bene deponuntur in aure (vt cum **Horatio** dicam) *Quid dicitis* (inquit **Cicero** lib. de amicitia) quàm habere quò cum omnia audeas sic loqui, vt tecum. Inter amicos siquidem oportet omnium rerum, concilio- rum, voluntatum, sine vlla exceptione vt sit communitas.

Ioan. 15. hæc ille. Idcirco Christus suis dicebat apostolis, *Ioan. 15. Iam nō dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecunque audiui à patre meo, nota feci vobis.* Præmonuit verò sapiens prouerb. 25.

Causam tuam trāta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles: ne fortè insultet tibi cūm audierit. & exprobrare nō tesse. Arcana autem nobis concredita, nō sunt temerè diuulganda. Nam si deposita sunt custodiēda: etiam arcana quæ nostræ fidei commissa sunt, vt **Eccli. 27.** scribitur ad hunc modum: *qui denudat arcana amici, fidem perdit & non inueniet amicūm ad animum suum.* Non enim est bonorum vi-

Plut. 10. rorum secreta effutire. Narrat **Plutarchus** tom. 1. opusculorū in apophthegmat. Regum & Imperatorum de **Alexandro Magno**, quòd epistolam quādam à matre allatam, quæ arcana & quæsdam aduersus **Antipatrum** criminationes continebat, legens vnā pro more inspiciente **Hephestione** non vexit: sed epistola perlecta annulo manū suæ detractò, **Hephestionis** ori sigillū imposuit. hæc ibi. Quo factò satis significauit arcanum esse celandum. **Octauius Augustus** scriptore **Suetonio** in eius vita §. 50. in diplomaribus libellisque & epistolis signandis, initio **Sphinge** vsus est: mox imagine **Magni Alexandri**: nouissimè sua. Cur autem

Sucto. in August. §. 50.

Sphinge vsus fuerit, explicat **Pierius** lib. 6. hieroglyphicā in **Pierius** in cinocephalo. **Sphinges** monstro similes inter simiarum **lib. 6. hic** genera, ab **Alberto** agnita, inquit, in **Aegyptiorum** templis **rogly.**

hieroglyphicè admonēt, mystica dogmata per ænigmatum nodos à profana procul multitudine inuiolata custodiri debere, & in arcanis tantum tractari. Cuius ergò taciturnitatis, effigie huius tabellas & literas signare diu delectatus est **Octauianus Augustus**, quam postea repudiavit, vsus inde **felicitis** omnis causa, **Alexandri** imagine. Hæc doctus atque elegans **Pierius**. Arcanorum magna debet esse taciturnitas. Ideò ter apud **Plutarchum** præclara quædam hi-

Plutare. storia memoratur, quam hic inferere curauim. Is to. 3. vitarū **to. 3. vit.** in **Demetrio**, & to. 1. opusc. in apophthegmat. regū & **Im-** **in Deme-** perat. Tomo itē 2. opusculorū de curiositate, recitat **quor-** **to. 1. opu-** modo scitit **Philippides** comædiarū scriptor (erat is ami- **scul. de** cus familiarisque **Lysimachi** (cūm rex **Lysimachus** ipsi di- **scul. de** xisset, quid è meis rebus tibi impertiā? **Quiduis**, inquit, **o** **curiosit.** rex, modò ne quid arcanorū. Etenim quæ regū sunt iucū-

distima pulcherrimæque, foris propòsita sunt, conuiuia, diuitiæ, solennes conuētus, munificentia. Verum si quid arcanū est, ne adeas, neue moueas. hæc ibi. Vnde **Thob. 12.** **Thob. 12.** **Angelus Raphaël** dixit ei, *Sacramentum regis abscondere bonum est: opera autē Dei reuelare & consiteri honorificū est.* Ideò **Per-** **Q. Curt.** **scari** mos ac cōsuetudo describitur apud **Q. Curtiū** li. 4. de **libr. 4. in** **vita Alex. Magni.** Illi, inquit, arcana regū mira celabant si- **vit. Ale-** des, non merus, non spes elicit vocē, qua prodātur occulta: **2. an.** **vetus** disciplina regū silentiū vitæ periculo sanxerat: **Lin-** **gua** grauius castigatur quàm vllum probrū: nec magnam **rem** sustineri posse credūt ab eo, cui tacere graue sit, quod **homini** facillimum voluerit esse natura. Ob hanc causam.

Alexander omniū quæ apud hostē **Dariū** scilicet gererētur ignarus erat: quā regionē ille petiisset omni cura vestigās.

tamen explorare nō poterat. Hæc **Q. Curtius**. Intimicis **Christus** aperrè loquitur, *Ecce ascendimus Hierosolymam.*

Iudæis autem ab eius amicitia alienis rectè & inuolutè lo-

quitur, & tanquam in ænigmate. *Soluite templū hoc,* **Ioan. 2.** **Ioan. 2.** **Item,** *signum non dabitur eis nisi signum Iona propheta,* **Matt. 12.**

12. & Ioan. 8. *Ego vado & quaerētis me. Cūm autem exaltauerit filium hominis, tunc cognoscetis.* Ad tempus celanda erant hæc dominicæ passionis sacramenta, nec præproperè euul-

ganda, sicut nec à principio eis omnia per minutias specia-

tim explicauit, vt potè quod à **Iuda** tradendus esset, sed re-

seruauit

seruauit vsque ad coenam. *Iudicum 14.* Sampsonis problema nimia vxoris suae importunitate eidē reuelatū. Hostib⁹ Sampsonis & aduersariis, Philistarū videlicet, mulier hęc per hęc a euulgauit & detexit. *Si nō arasseris* (inquit) *in uincula mea, non inuenietis propositiōē meā.* *Ex Iud. 16.* Idē Dalila, amasq̄ suę, declarauit parefecitq̄; tandē serib⁹, improbis eius victus lachrymis, in quo sua cōsisteret fortitudo. *Si rasum fuerit* (inquit) *caput meū, ero sicut ceteri.* Illa autem pecunia corrupta hostibus indicauit, sicq̄; in suorū hostiū potestate venit. Plutarchus cōcinnē admodū & lepidē to. 2. opul. de garrulitate, memorię prodidit sequētes historias finitimas quidē præcedentibus de perfidis mulieribus, quæ Sampsoni exitio fuerūt ob suā garrulitatē ac loquacitatē. Fuluius, inquit, Cæsarū Augusti amicus quū eū iam senē deplorantem audisset domus suae orbitatē, quōdāq; duobus nepotib⁹ suis perditis, posthumus autē qui reliquus erat, ob calumniā in exilio uiueret, cogeretū vxoris filiū imperij facere successorē, quāquā miserans, cōsiliūmq; captans reuocādi ab exilio. Hęc audita Fuluius enunciauit suae vxori, illa Liuiæ, Liuiæ uerō acerbē cū Cæsare expostulauit: si iādudū hęc decreuisset, cur nō accerseret nepotē, sed in inimicitias & bellū ipsam cōiiceret successoris Imperij. Venientē igitur manē (vt solebat) Fuluiū dicētēmq;, *Aue Cæsar, ille refalutauit v. y. h. m.* Fului, hoc est, *Sanus esto*, quo ille intellecto, statim domū rediit, & accersita vxore, Resciuit, inquit, Cæsar, quōd secretū non tacuerim, & propterea meiplū sum occisurus. Vxor autē, & iure, inquit, qui mihi tātū tēporis cohabitās, nō cognoueris, neq; caueris lingūe incōtinentiā. Sed sine vt me priorē occidā: & arrepto enſe, semetipsam ante virū interfecit. Proinde rectē Philippiides comēdiarū scriptor, quū Lyſimachus rex eū amicabiliter coleret, eiq; diceret, *Quidnā tibi meartū rerū impertiam?* *Quidlibet, inquit, rex, modō ne quid secreti: hactenus Plutarchus.* Supra, ter eandē Philippiides & Lyſimachi historiā ex eodē annotauimus, vt vel eo ipso factō deprehēdas facile, uerū esse quod dicimus: nihil incōmodi esse, bis, ter, quater, aliquoties idē repetere. Hōcque à primę notæ & classicis scriptoribus facilitatum, & authoribus celebrioribus in more fuisse, nequis aliquādo in nobis hoc vituperet paulō licētius. Solemne fuit Christo, solemne historię scriptoribus, & (vt semel dicā) cui non probato auctori plūquā semel aliquid dixisse cōtigit, vt plurimum? Plutarchus

iterum

iterum loco citato refert iucūdā & perfacetam historiam. Senatus, inquit, Romanus, arcanū quoddā agitabat consiliū multis diebus. Quū uerō negotiū illud magnā haberet obscuritatē suspiciōēmq; pareret, mulier quēdā (cetera quidē modesta, mulier tamē) adha rebat suo marito, uehemētē obsecrās, vt sibi arcanū diceret. Fiebant autē & iuramenta & execrationes ab ea super silentij fide: lachrymas quoque adhibebat, queritabatūque sibi parū credi. Romanus autem illius stoliditatē redarguere uolens, Vincis, inquit, o coniunx: sed audi rē terribilē & prodigiosā. Nunciarum nobis est ē sacerdotibus, Galeritam conspectā esse uolantē, galeam auream habentem & hastam. Consideramus igitur hoc prodigiū, bonū ne an malū sit, cūmq; auguribus in magna sumus ambiguitate: sed tace. His dictis abiit ad forū, illa uerō primā statim ex ancillis ingressa, ad se trahit: tum percutiens suum pectus, capillōque euellens, heu mi vir, inquit, heu patria, quidnam passuri sumus? Sic uolēs docētēque ancillā dicere, *Quidnam factum est?* ut igitur percontanti narrauit, addiditque communem omnis garrulitatis clausulam, hęc nemini dixeris, sed sile: Vix ancillata digressa erat ab illa, & statim conseruæ uni, quam maximē uidebat otiosam, sermonem cōmunicat: Illa uerō suo amatori, qui fortē ad ipsam uenerat, dixit. Ita narratio ab aliis ad alios deuoluta, quū peruenisset in forū, anteuertissetque illum qui cōfinxerat, notorum quidē illi factus obuius: modōne, inquit, ē domo in forū descendis? modō inquit, ille. Nihilne igitur audisti? Nunquid noui, inquit ille aliquid factum? Galerita conspecta est uolans galēā habere aureā, & hastā: & super hac re primores senatū sunt coacturi. Et ille ridens: Euge, inquit, vxor, laudo te celeritatis, quod me sermo etiā anteuertit & prauenerit in forū. Cōueniēs igitur Magistratus, liberauit eos à tumultu. Vxorem autē castigans, vt domum reuersus est: *Perdidisti me, inquit, vxor.* Arcanū enim ex meis quibus elatum, uenit in publicum, vt mihi fugiendū sit ē patria, propter tuam incōtinentiā: Illa uerō primū inſiciatē, dicētēque, an non hęc cum trecentis audisti? Quibus, inquit, recētis? Te cogente fabulā cōfluxi, facere periculū uolēs, an possēs silere. Hic quidem prorsus tutō cūmq; cautione, ueluti in uas cariorium, non uinū, nec oleum, sed aquam infundens, tentauit vxorem. Hactenus Plutarchus. Hęc idē protuli, quia mulier, dum tractaret Christus cum

Apostolis

Plutarc.

Apostolis suæ passionis futuræ arcanum, accessit ad eum, & filius quidē subornata, vt præsens patefacit historia. Eodem opusculo de garrulitate elegantes aliquot historias describit Plutarchus, quæ scitu dignissimæ sunt, vna est de Philosopho Anacharsis, qui cum cōuiuio acceptus fuisset, sed apud Solonem, dormiens conspectus est, sinistram quidem manum pudendis, dextram autē ori applicuisse. Fortiori enim fratre putabat indigere linguam: Rectè sanè id putans. Ibidem altera ponitur de quodam garrulo, Romana, inquit, ciuitas quo minus libertatem consequeretur, liberareturque à Nerone, vnius hominis garrulitas impediuit. Vna enim nox erat, postquam oportebat tyrannum perire, omnibus iam præparatis. Qui autem eum occisurus erat proficiscens in theatrum, vidensque victorum quendam duci ad Neronem, suamque fortunam deplorare, propè ad eum accessit & susurrans in aurem: precare, inquit, homo, vt tantū hæc dies transeat, cras mihi gratias ages: ille rapiens quod obscure dictum erat, & cogitans (opinor) fatuum esse, qui paratis relictis imparata sectaretur: firmiorem amplexus est salutem, pro iustiore, indicauitque; Neroni hominis sermonem: & ille confestim abreptus est: & tormenta, ignis, & flagra adhibita sunt illi, neganti in necessitate quæ sine necessitate significauerat. Zenon autem philosophus, vt ne inuito eo arcanorum quippiam corpus necessitate coactū emitteret, demorsam linguam in tyrannum expuit. Tertia citatur ab eo historia ibidē, de Leæna insigni scorto. Leæna continentiq; inquit, habet præmium: Meretrix erat, & familiaris Harmodio Aristogitonique & coniurationis aduersus tyrannos spe particeps erat, vt mulier. Vt illi igitur conatu irrito sunt interfecti, vocata illa ad quæstiones, iustaque dicere quinam adhuc laterent, non dixit, sed constanter tormenta sustinuit: ostendens viros illos nihil sua ipsorum nobilitate indignum fecisse, quod eam amassent. Athenienses autem cream Leænam elinguem: illi in portis arcis statuerunt: animantis quidem ferocitate illius inuidum animum: quod autem esset elinguis, taciturnitatem arcanique fidem significantes. Plutarchus loco præfato bellissimam adfert comparisonem aut (si mauius) similitudinem. Sermo, inquit, in primo remanens, verè arcanus est: si verò in alterum egrediatur, instar famæ est. Verba etenim peninata dixit poeta, neque enim volucrum e manibus dimissam, facile est rursum apprehendere: neque sermonē ex ore proditum,

proditum, continere, vel rapere possibile, sed fertur leues rotans alas; per alios ad alios dispersus. Hactenus Plutarchus, in quorum illustrationem dilucidationemque operæ pretiū facturus sum ex insigni Homero (quem intellectum voluit Plutarchus) aliquid excerptere. Ille in iad. a, hoc est Iliad. lib. 1. *ἔτι τῆς ἑπείρωτος ἰσοπέδου*, id est verba alata alloquutus est, scilicet Achilles. Itē Iliados 6 seu li. 2. de Agamemnone idem *ἔτι τῆς ἑπείρωτος ἰσοπέδου*, verba cita dixit. Item d. hoc est Iliad. 4, hoc est lib. 12. longè post medium; *ἔτι τῆς ἑπείρωτος ἰσοπέδου*, verba velocia alloquutus est. Erasmus Chiliadis *Eras. in 3. ceteria*. Adag. 18. Leuissima res oratio. Apud Homerum *Chiliad.* inquit, passim obuium est illud, *ἔτι τῆς ἑπείρωτος ἰσοπέδου*; id Horat. li. est, verba volucra dixit. Verba alata cognominat, quod 1. *epist. 2.* facile euolent, ac reuolare nesciant. Proinde Horatius lib. 1. *epistolarum ad Lollium epist. 2.* eleganter scribit,

Nec retinent patula commissa fideliter aures:

Et semel emissum volat irrevocabile verbum.

Hæc citat Erasmus ex Horatio. Idem in arte poetica, breuissimè (hemistichio nimirum) id complexus est.

Nescit vox missa reuerti.

Virgilius *Æneid. 4.* longè ante media de fama hos cecinit versus.

It fama per vrbes.

Fama malum, quo non aliud velocius ullum:

Mobilitate viget, virēsq; acquirit eundo,

Parua metu primo, mox sese attollit in auras:

Ingrrediturque solo, & caput inter nubila condit.

Et quæ ibi fusius ponuntur. Id verò annotasse pretium operæ sit. Nec parum addere gratiæ præcedentibus manifestum est. Suetonius in Octauio Augusto. §. 66. Octavius Augustus, inquit, desiderauit nonnūquam & Marci Agrippæ, patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem. Hæc ille. Suidas dictione *τάνταλος*, Tantalus, inquit, Louis filius fuit, qui conuiuio deorum adhibitus, arcana eorum publicauit: & propterea apud inferos pœnas luit, lapidem habens capiti imminentem, infra aquam multam, & frugiferas arbores: quod si quādo poturus erat, saxo in eum irruente, siti conficerebar: Cernebat enim vnde edendū & bibendum esset, sed edere & bibere non poterat: cum mento aquam tangeret, mentum a se cebat. Hæc Suidas. De continendo secreto Macrobius mirabilem narrat historiam A. Gellius noct. Att. li. 1. c. 23. lib. 1. §. 2. & post eum Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 6. historia *tur. ca. 7.*

de Papyrio Prætextato, inquit, Gellius, scripta est à Cæsonè, in oratione qua vsus est ad milites contra Galbam, cum multa quidem venustate, luce, atque munditia verborum. Res ferè ad huc modum est: in os antea senatoribus Romæ fuit, in curiam cum prætextatis filiis introire: tamen quum in senatu res maior: quæpiam consultata, eaque in diem posterum prolata est, placuit, vt eam rem super qua tractauissent, ne quis enunciatet priusquam decreta esset. Mater Papyrij pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percunctata est filium, quidnam in senatu patres egissent. Puer respondit, tacendum esse, neque id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior, secretum rei & silentium pueri, animam eius ad inquirendum euerberat. Quærit igitur compressius violentiusque. Tum puer matre virgente, lepidi atque festiui mendacij consiliu[m] capit: Actum in senatu dixit, vtrum videretur vtilius, exque re publica esse, vnusne vt duas vxores haberet, an vt vna apud duos nupta esset. Hoc illa vt audiuit, animus compauescit: Domo trepidè egreditur: Ad ceteras matronas peruenit. Ad senatum postmodum copiosa matrum familiâs, cateruæ lacrymantes, atque obsecrantes; orant, vna potius vt duobus nupta fieret, quam vt vni duæ. Senatores ingredienti curiam, quæ illa mulierum intemperies, & quid sibi postulatio illa veller, mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ progressus, quid mater audire instituisset, quid ipse matri dixisset, rem secreti fuerat, denariat. Senatus fidem atque ingenium pueri exosculatur. Consultum facit, vt posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, nisi ille vnus Papyrius. Atque puero postea cognomentum honoris gratia decreto inditum Prætextatus, ob tacendi loquendique in arate prætextata prudentiam. Hæc Gellius: Eadem, verbis propemodum iisdem conscripsit Macrobius. Plinius lib. 34. c. 8. nar. histor. ubi sup. Leæna, inquit, scortum cantu familiare Harmodio & Aristogitoni, consilia eorum de tyrânicidio, vsque ad mortem excruciatâ, tyrannus non prodidit. Quamobrem Athenienses & honorem ei habere volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere: Atque vt intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Hæc Plinius conformiter ad ea quæ ex Plutarcho re in vit. 10. scripsimus. Plutarchus to. 3. opuscul. in vit. 10. Rhetorum. De Hyperide vita 9. sic scripsit: Quum torqueretur, inquit, vit. 9. sibi linguam corripit, vt nihil eorum proferre posset, quæ

Macrob. ubi sup. Plin. lib. 34. ca. 8. Pluta. 10. 3. opusc. in vit. 10. Rhetor. vit. 9.

occulta

occulta esse, reipublicæ interesset, atque ita mortuus dicitur. Plinius li. 7. c. 23. nar. hist. Patientia in fœminis clariffimæ. lib. 7. cae. 23. mum exemplū fuit Leæna meretricis, (de qua supra satis) in viris Anaxarchi, qui simili de causa cum torqueretur, prætolam dentibus linguam, vnâque spem iudicij in tyranni os exipuit. Hæc ille. En secreti tenacitas & silentium. Nōne 4. Reg. 6. sacris cōsignatum est literis, quomodo rex Syriæ concilium in cōclau inuit cum seruis suis de ponendis insidiis aduersus regem Israël: verum spiritu prophetiæ illustratus Helisæus, omnia regi Israël patefaciebat. Acerbè autem excadescens rex Syriæ, omnes suos conatus irritos & frutranos conspiciens, Quare, inquit, non iudicatis mibi, quia proditor mei sit apud regem Israël: Cui vnus respondit. Helisæus indicat omnia quæcunque loquutus fueris in conclau. Ex quo cōfirmatur quod ne arcano, principum celando supra commemorauimus. Memorabilis (sanè) historia describitur grauissimè ab Eliano de animalibus lib. 5. cap. 29. ab Ammiano Marcellino lib. 18. & à Plutarcho to. 2. opuscul. lib. 5. de anibello de garrulitate, de silentio anserum. Ne anseribus, inquit, Plutarchus, videamur etiâ imprudētiores, quos aiunt, quum transmittunt ex Cilicia mōrem Taurum aquilis ferretum, in os accipere grandem lapidem, tanquam claustrum aut frænum sibi iniicientes, ne vocè emittant, atque ita noctu transmittunt in silentio. Hæc ibi. Sic animalia ratione carentia salutē suam interdum alto silentio tuerunt, tanquam silentij frænos sibi iniicientes. Quid non faciet ergo homo ratione præditus? Valerius Maximus lib. 2. c. 2. De magistratu[m] & ordinum officiis. Arcana, inquit, consilia patrum conscriptorum multis seculis nemo Senator enunciauit. Nūquam enim taciturnitatem optimum ac tutissimum administrandarum reum vinculum labefactari volebant. Fidum erat & altum reipub. pectus Curia, silentique salubritate munitum & vallatum vndique. Q. Fabius Maximus tantummodo, & is ipse per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo, quod secretò in curia erat actum, P. Crasso, rus petens, domū reuertenti in itinere narrauit, memor etiam triennio ante quæstorem factum, ignarusque nondum à censoribus in ordinem senatorium allectū quo vno modo his, qui iam primos honores gesserant, aditus in curiam dabatur, sed quamuis honestus error Fabij esset, vehementer tamen à consulibus obiurgatus est. Numquam enim taciturnitatem (vt supra scripsimus ex

C c 2 codem)

Idem l. 3. cap. 3. eodem) labefactari volebant. Iterum lib. 3. c. 3. de patientia Pompei⁹ dum, inquit, legationis officio fungeretur, à Gen-
tio rege interceptus, cum senatus consilia prodere iubetur,
ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præ-
buit, eaque patientia, regi desperationem, tormentis quic-
quam ex se cognoscendi excussit. Hanc historiam satis me-
mini me rursus conscripsisse in alio quodam sermone, sed
ad aliud pròpositum cõfirmandum. Quoniam autem huic
nostrò deteruit quàm maximè negotio, & instituto nostro
quàm optimè quadrat, hic quoque inferere placuit. Si cui
arriserit, ea vtatur: sin minus, illam prætermittat. Memora-
tum dignissimum est, quod Vegetius lib. 3. c. 6. ad Valentinia-
num Augustinum de re militari scripsit. Tutissimum, inquit,
in expeditionibus creditur, facièda nesciri. Ob hoc veteres
Minotauri signum in legionibus habuerunt, vt quemadmo-
dum ille in intimo & secretissimo labyrintho abditus per-
hibetur: ita ducis consilium semper esset occultum. Securus
iter agitur, quod agendum hostes minimè suspiciantur. Hæc
Vegetius. Plane iudicibus, grauissimisque viris silicium ita
commendari solet, vt apud Græcos abierit in prouerbium,

*Vegetius
l. 3. ca. 6.
de re mi-
litari.*

*Era chil.
4. cõt. 10.
adag. 6.*

Taciturni Areopagita. De quo Erasmi⁹ Chiliadis 4. cent.
10. adag. 6. Ἀρεοπαγίτων σιφανώτερος, id est Areopagita taci-
turnior, dicebatur, qui commissum arcanum optimè con-
tineret: σιφανός enim dicitur, nõ qui tacet ipse, sed qui con-
tinet arcanum, nec effutit vsquam: Translarum est à vasis
solidis, nec vlla ex parte perstillantibus. Athenis in Areo-
pago causæ capitales audiebantur, idque noctu, magna at-
tentione. Et fortassis nefas erat illis quæ ibi fuissent acta, apud
vulgus effutire. Hastenus Erasmus. Brassicanus iure-

*Brassica-
nus Pro-
verb. 4.*

consultus in suis prouerbiis, ad finem adagiorum Erasmi:
Prouerb. 4. Areopagita subcentior. Hoc est Alciphronis
epistolis Budæus animaduertit, inquit ille, ἀρρεπαιστὴς σι-
φανώτερος, de homine qui arcanum optimè nouit continere, &
linguæ suæ imperitare. Cui contrarium est hoc hominum
genus, quod apud Comicos rimarum plenum est, & crebrius
perlucet quàm cribrum. Non committam vt Hippocratis
medicorum omnium facile principis iusuradum hic omit-
tatur, Iano Cornario medico interprete, quod initio ope-
rum ipsius ponitur: vbi arcana per medicum non effutièda
exprimitur his verbis. Quæcumque verò inter curandum
videro aut audiero, imò etiam ad medicandum non adhi-
bit⁹, in communi hominum vita cognouero, ea, si quidem
effere

*Hippocr.
iusur.*

effere non contulerit, tacebo, & tanquam arcana apud me
continebo. Huc vsque latina citata sunt. Si græcà mauius, ea
sic habent: ἂν ἐν θεραπεύειν ἢ ἰδῶ ἢ ἀκούσω ἢ ἴδῶν θεραπεύειν
κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἂν μὴ χρὴ ποτε ἐκκαλεῖσθαι ἐξω, σιγή σιωπῆ,
ἢ ἄλλα ἡγέμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. Sic de verbo ad verbū ver-
tere visum est. Quæ verò in cura (vel inter curandum) aut
videro aut audiero, vel etiam extra curā in vita hominum,
(sub)cognouero, quæ non oportet aliquando effutire (aut
effere) foras, tacebo, non dicenda reputans existimans ve
esse hæc. Themata obscuriora hæc sunt, ἐκκαλεῖν, effutio,
effero, euulgo. ἡγέμαι, ἡγέμαι, puto, duco. Quæ obiter in
gratiā rudiorum dicta velim, vt addatur, ad maiora stimu-
lus. Apud theologos consideratur duplex sigillum, secreti
videlicet & confessionis. De quibus Angelus de Clauasio
nostræ professionis, qui summā angelicā edidit, de casibus
cõscientiæ, doctissimè & breuissimè scripsit hæc. Vocabulo
Summa
angelica.
confessio ultimo §. 22. Querit vtum eadem sit ratio de si-
gillo confessionis & sigillo secreti; respondet sic, licet sigil-
lum secreti, & sigillum confessionis se habeant secundū in-
ferius & superius: quia omne sigillū confessionis est sigillū
secreti: & non è contrario, tamen non est eadem ratio de
vno sicut de alio. Verum est tamen quod peccat mortaliter
frangens quodlibet istorum sigillorum. Vnde tenet Scotus in
doctòr subtilis meritò cognominatus, in 4. sententiarum 4. d. 21.
dist. 21. q. 2. in 5. conclusione: Ad omne secretum, inquit, q. 2.
seruandum tenetur quis de lege naturæ, non solum quādo
exprimit committens se velle committere illud secretum,
sed quādo cunquē ex modo cõmittendi apparet quod vel-
lit committere vt secretum. Rationes sunt istæ, quæ ab eo-
dem pro prima conclusione comprobanda adductæ sunt.
Nempe ex ratione charitatis ac fidelitatis, quia lex naturæ
de charitate fraterna exprimitur Math. 7. Omnia quæcūque
vultis vt faciant vobis homines, eadem facite illis. Quæ propo-
sicio legis naturæ sic intelligi debet: Quæ vultis vobis, id
est quæ deberis secundum rectā rationem velle: Quilibet
autem de lege naturæ tenetur seruare fidelitatem proximo
suo, quā vellet & deberet sibi velle seruari. Atqui cõmittēs
secretum maximū alteri, velle sibi seruari, & deberet velle
sibi seruari tanquam secretum. Ergo alter cui committit,
tenetur illud sibi seruare. Hæc ratio tangitur, Prouerb. 11.
Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: Qui autem fidelis
est, celat amici commissum. Conficitur itaque quod si temerè
C c 3 reuelat,

reuelat, crimen proditiōnis incurrit. Item quilibet ex lege naturæ tenetur seruare promissum licitum, sed recipiens secretum, maximè autem in confessione detectum, & si nō explicite, tamen implicite promittit se seruaturum: quia sine tali promisso saluè subintellecto nō cōmitteretur sibi tale secretū. Hæc subtiliter & veraciter Scotus. Nullo igitur modo licet reuelare sigillū secreti, nisi, inquit de Cianaſio, duobus in casibus. Primus, quando necessitas id exigat ac postulat, puta quia vergit in periculum aliorum, vt in simili specie, Esther 2. ca. duo Eunuchi regis qui ianitores erant, & in primo palatii limine præsidebant, coniuerauerūt in regem Assuerum, volueruntque eum occidere: Quod Mardocheum non latuit, statimque nunciavit reginæ Esther, & illa regi ex nomine Mardochei, qui ad se se detulerat. Quasi tum est & inuentum: & appensus est vterque eorū in patibulo. Si cui tanquā arcanū cōmitteretur, similis quedā coniuratio: non tamen tenacè eum secreti oporteret esse, quin potiùs cōprimū reuelare deberet ei, qui præmonitus sibi cauere posset. Cū illius arcani celatio in perniciè vergeret vel principis, vel reipublice, præsertim autè teneretur ex obedientia reuelare prælato, præcipiēti, vt reuelet, quando prælatus vult scire quod potest cedere in detrimentū religionis, aut alterius. Et hic est alius casus, in quo liceret reuelare aliquid, quāuis sub sigillo secreti sit ei dictum. Sigillum verò cōfessionis, nullo modo licet reuelare, tā ratione charitatis, fidelitatis, veracitatisq; aut veritatis promissæ tacite, quā vtilitatis & magni commodi spiritualis: quo sigillo multi confitentur, qui non facerent. Sigillum etiam seu secretum confessionis, est de iure naturali, diuino & ecclesiæ. Reuelans autem confessionem, occasione data retrahi aliquos à confessione, quantum est ex se dans occasionem alteri, cauendi eodem modo à singulis confessoribus. De iure positivo ecclesiæ textus est apertissimus extra de penitentis & remissionibus c. omnis vtriusq; sexus, ex Innocentio 3. in concilio generali. Cauet sacerdos omnino, non verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodare peccatorem: Quoniam qui peccatū in penitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum à sacerdotali officio deponendū decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam penitentiā in arctū monasterium detrudendum. Et hæc de secretis continendis, nec euantilandis dicta sufficiant. Parce, lecto 3. si

Esther. 2.

Decret.

pio

prolixior fuerim in huius loci communis explicatione. Magnam frugem & compendium non modicum, quæ propolita sunt spero tibi allatura.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit, quid vis? Dic viſe deant, hi duo filij mei, &c. Quid vis, inquit; Christus: Erudies principes ne indereminatis supplicationibus citò annuāt, sed examinandas esse supplicationes, & postulationes edocuit. Non sit Herodes Marci 6. Item apud Nicephorum lib. Marc. 6. 14. ca. 23. hist. ecclesiast. Theodosius iunior, inquit; natura simplex, sæpe literis quibus minimè oportuit, sententia ca. Niceph. simplex, sæpe suspecta subscripsit. Sapiens Pulcheria Augusta li. 14. ca. soror eius sic eum correxit. Singraphā inter eum seipſam 23. venditæ coniugis eius raptim compositam ei proposuit, eam scripturæ vim nesciens confestim manus suæ annotatione confirmauit. Postridie eius diei imperator coniugem ad se vocauit, quā Pulcheria se ei redditurā plurimū negauit. Emprionis libellum, vt testem qui accusari aut reſici non posset prætendens. Sic in prouidā litterarum subscriptionē in eo emēdauit. Hactenus Niceph. Petiuit istud (ait Hesselius in Matth. 20.) occasione eius quod dixerat Hesselius. saluator, se die tertia resurrecturū, subornata à filiis suis, qui putabant saluatorem statim post resurrectionē regnaturum: videnturque intellexisse regnum Christi à terrenis regnis non fore diuersum, cū tamen longè latèque remotum esset. ipſo testante, Ioann. 18. Regnum meum non Ioann. 18. est de hoc mundo. Nonnulli eam accessisse ad Christum cognitionis fiducia dicunt. Ceterum nullus probatorū hoc dicit (scribit Hesselius ibidem) atque ideo non videntur fuisse cognati: alioquin, si ita esset, daretur hic declarandi occasio. Hactenus Hesselius. Duorum discipulorum simplicitas, siue (quod citra piaculum dicere ausim) ambitio ista fuit, vt aliis scilicet perferrētur, de qua mox dicturi sumus. Ceterum triplex regnū constituitur. Temporale de quo dominus Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum &c. Luc. 22. Item regnū ecclesiasticū, quod in parabolis vocatur regnū caelorum, in super regnū cœleste, quod futurum est. Cupiebant isti duo in secundo regno principes esse summi. Sciebāt Petro Matt. 16. promissum fuisse primatum, cōtendunt eū deicere, vt possint esse primi. Nā hic de summo pontificatu est quæstio. In regno suo igitur, sic interpretaberis, non cœlesti sed terrena. Paulus trifariam totam

Cc 4 hanc

hanc mūdi vniuersitatem partitur. *Cælestium*, inquit, *terre-
firium & infernorum*, non de infernis, verum de terrestribus
quæstio est. Regnat Deus in cælo per gloriam, in terra per
gratiam & per misericordiã (*Misericordia domini plena est
terra*, ait psaltes regius) in inferno autem per iustitiam suã
regnat Deus: Tunc quidẽ non cupiebant in cælo sedere,
quia nihil minus de eo tunc cogitabant, sed in hoc terreno
ac temporali regno primas tenere desiderabant. O miserã
ambitionem! Tu Saranam, tu primos parentes, tu Abialo-
nẽ perdidisti. Tu Amã nimis ambitioso exitio fuisti (vt ex
sacra Hæster historia colligitur) Tu per Abimelech 70. fra-
tres occidisti super lapidẽm vnum, vt solus ipse regna-
ret *Iud. 9.* Per Athaliam omne semen regium interfecisti. O
quam grande malum ambitio, quã sic sancta duorum apo-
stolorum & præcipuorum quidẽ pectora tetigit, & cete-
rorum cordã in indignationem, & in quandam (vt sic di-
cam) malevolentiam, & charitatis læsionem impulit: dicẽ-
centibus euangelistis. *Et audientes decẽ indignati sunt de duo-
bus fratribus.* Hęc Faber Stapul. in Marcũ 10. O pessima ambi-
tio! Tu per Pharaonem & Herodem infantes etiam su-
stulisti: nec innoxio pepercisti sanguini. Tu fratres aduer-
sus seipso concitasti, vt fratrem frater interimeret effeci-
sti, quod in Romę cõditoribus liquet: Romanãque in pri-
mis commemorat historia, vnde etiam poëta Lucanus lib.

Iud. 9.

Faber.
Stap.Lucan⁹
lib. 1. de
bello ci.

*Nulla fides regni sociis, omniſque potestas.
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite, nec longẽ fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

Macrob.
lib. 2. sat.
cap. 4.

Tu Herodem nedum in alienam prolem, sed in propriam
armasti sobolẽ & in filios squire fecisti, õ truculentiſſima bel-
lua. Vnde Macrob. Saturnal. li. 2. c. 4. Augustus, inquit, cum
audisset inter pueros quos in Syria Herodes rex intra bi-
matũ iussit interficĩ, filiũ quoq; eius esse occisum, ait: *Meli⁹
est Herodis porcũ esse quã filiũ.* Tu deniq; omnia iura diui-
na & humana suũ deorsum inuertere cõsueuisti. Recẽ-
suimus domin. 1. 40. ad tertiã diaboli tentationẽ, hæc om-
nia tibi dabo, aliqua exẽpla vt Cæsaris ex Euripide dictum,
Si volandũ est ins, regnãdi causa violandum est Idẽ vt testatur
Plutar. to. 1. opusc. in apoph. Regum & Imperatorum Ro-
manorũ: C. Cæsar, inquit, oppidulum in Alpibus transiẽs
nullius nominis, amicis quærentibus an ibi quoq; tumultus

Plu. to. 1.
opusc. in
apo. reg.
& imp.

tus & cõtentiones essent de principatu, meditatus aliquã-
tulum. Mallem, inquit, hic primus esse quã Romã secũ-
dus. Hęc ille. Ambitio ita hominem excæcat, vt dumodò
quod intendit consequatur, quouis modo negligat cætera
quæcunque illi accidere possunt. Xiphilinus ex Dione Ni-
cæo refert de Nerone: quũ ille natus esset, astrologus qui-
dam duo prædixit, eum regnaturum esse, & matrem neca-
turum. Cũ autem Agrippina Neronis mater intellexit
se, demens subito exclamauit, Me occidar, dum regnet.
Græcẽ sic circa vitæ Neronis exordiũ, scripsit Xiphilinus, *Xiphil.
Απικτανάτω με, μὴν ὄν βασιλεύσάτω.* Cuius rei futurum erat, ex *Dione
de Nero*
vt eam maximẽ pœniteret (subiicit idem.) Sed pleriq; ho-
minum adeò stulti sunt, vt si bona se sperent adepturos, ne-
quæ cũ malis coniuncta sint, statim incensũ cupiditate
mellioris, quod peius est negligant: quum autem id quod
malum erat aduenerit, adeò grauius & molestẽ ferunt, vt
se maximẽ cupiant ab obtimis quibusque rebus abstinuĩſ-
ſe. Hęc Xiphilinus. Ardens est matris erga filiorum pro-
motionem affectus. Sic Bersabee filio Salomoni regũ pro-
curauit, & pro eo obtinuit. *Gen. 27.* Admirabili arte vltima est
Rebecca, vt Iacob minori natu benedictionem impertra-
ret paternã, & per consequens ius primogenituræ: quod il-
lis temporibus erat amplissimum ac præstantissimũ. Dupli-
cia siquidem primogeniti possidebant, & sacerdotio fun-
gebantur, *Deute. 21.* Dabit de his quæ habuerit cuncta du-
plicia: iste est enim principium liberorum eius, & huic de-
bentur primogenita. Et Liranus *Gen. 49.* ad verba ista, *Ru-
ben primogenitus meus, prior in donis, maior in imperio.* Subin-
telligit (ait) tu deberes esse, ratione primo genituræ, ratio-
ne cuius debebatur tibi duplex portio in hæreditate ac
bonis paternis, respectu fratru tuorum: Maior in imperio,
quia debebatur tibi regnum, mihi promissum, *Gene. 35. Re-
ges de lumbis tuis egredietur* (ait dominus illi) *terrãque quã
dedit Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te.* Item sa-
cerdotium, quod ante legem datã, erit primogenituræ an-
nexum, & vsque ad legem datam tempore Moyſi (ait Lira-
nus in *Gen. 27.*) primogeniti erant sacerdotēs, & ideò ha-
bebant vestes speciales pretiosas & odoriferas: quibus in-
duti in magnis solẽnitatibus offerebãt oblationẽ domino.
Colligit præfatus author, ex eo quòd Rebecca vestib. & fau-
valde bonis, quas apud se habebat domi, induit Iacob, præ-
dilectũ filiũ. Hęc interim erat diuina ordinatio & dispen-

fatio: non tã matris naturalis amoris excessus, quã filiorũ inconsiderata atq; imprudẽs ambitio hęc taxatur. Ideo que respõdit dominus nõ matri, sed filiis (unde Marcus i. p. Jo. met. accessisse dicit) *Nescitis quid petatis.* Ambitio (vt malignitatẽ eius in lucem producã) mater est hærescõn. D. Aug. 6. l. de heres. ad quod vult Deum lib. vno hæres. 33. hære. ad Aëtium cum esse presbyter, doluisse fertur quod episcopus nõ potuit ordinari, & in Arrianorũ heresim lapsus, propria quoque dogmata addidisse nõnulla. Dicebat inter cætera presbyterum ab episcopo nulla differẽtia debere discerni, & par episcopis videretur & haberetur, nullo autẽ modo illis inferior, aut gradu & dignitate autoritateve minor. Ante hunc narratur in ecclẽs. hist. Eusebij l. 4. c. 22. ex versione antiquiore Ruffini: at l. 4. ca. 21. ex recẽsione Christoforsoni, quidam hereticus Theobules nomine, (vt ait Ruffinus) vel Thebulis, vt inquit Christoforsonus, ille inquam quia repulsam meruit episcopatus, cœpit initio perturbare omnia, & corrumpere, quia erat ex septem hæresibus in populo constitutus, ex quibus erat & Simõ, à quo Simoniani. Hactenus usq; Egesippo Euseb. Habetur to. 6. c. 6. Actorũ conc. Ephes. ex Cyrilli homilia Ephesi in Nestoriũ habita paulo ante medium. De Arrio sermo est ambitioso. Is episcopalis excellẽtię desiderio laborabat. Peltanus qui acta omnia collegit & latinitate donauit: ad marginẽ sic annotauit. Arrius ambitio episcopatus honore frustratus efficitur hereticus. Hęc ille. Non minor fuerat ambitio Nouati schismatici, ante Arriũ, tẽpore Cornelij Pape, de quo narratur in Euseb. hist. ecclẽsiast. li. 6. c. 33. ex Ruffino, ca. 35. ex Christophorsono ex epistola Cornelij: de illo sic dicitur. Episcopatus cupiditate quam intra se latenter gerebatia schisma & heresim decidit. In episcop. petendo ambitione incensum esse, & eã effrenatã cupiditatem occultasse intra se scribit ibi Cornelius, cum tamen inusitato ac terribili iureiurãdo adiecto, fidem suis fecisset, se non aliquãdo episcopatũ appetiuisse: & tanquã ex fallaci quadam prestigiã impostura in mediam proiectus: derepente episcopus apparuit. Etenim noue secte iuuentor, quando episcopatum à Deo eadẽ minime ei donatum, sibi vi arripere, & ex hominum manibus quodammodo extorquere nitentur, deceptis episcopis tribus ex Italia, hominibus aggressibus, rudibus ac simplicibus, Romãque perductis,

CUBI

cum circiter horam decimam, ebrios & crapula oppressos cernebat, vi coegit imaginaria quadam & vana manuum impositione episcopatum ipsi tribuere, quẽ dignitatis gradum parum sibi accommodatum, ad hunc modũ per fraudem & astutiam acquisiuit. Istum igitur lepidũ euangelij patronum (si diis placet) omninõ præterit, scilicet vnum solum episcopũ oportere esse in hac catholica ecclesia (Romanã dubio procul intelligit) in qua tamen non ignorabatur (quomodo enim poterat?) presbyteros esse 46. diaconos 7. subdiaconos 2. viduas & alios morbo atque egestate afflictos 1500. quos omnes domini gratia & benignitas abundẽ sustentat, sed tamen nemo ex tanta multitudine istum quem dico Nouatum à contumacia auertere & ad ecclẽsiã denuõ reuocare potuit. Hęc ibi ex vtroque interprete cõmemorantur. Ex quibus nota Romanã ecclesiã catholicã appellari: contra modernos hereticos, vt aliã fuitus Deo iuante dicemus. Ambitio (vt aliquando finiam Hieroboam excitauit, vt faceret vitulos aureos: fuitq; ille radix & veluti seminarium quoddam idololatrie, in decem tribus Israël: quemadmodum latẽ sancta edocet historia. Hęc autem contra ambitionis pestem, & lethale venenum dicta sint. Isti duo discipuli primatum petebant, qualẽ habuit Ioseph in Egypto, Genes. 41. Daniel in Chaldaea, cap. 2. & 5. Mardocheus apud Assuerum, Esther cap. 6. & 8. Vt se deũ, inquit, in regno tuo. Scriptura vno modo dicitur regnũ, & 5. Mat. 21. Auferetur à vobis regnum Dei. Ecclesia dicitur quoque regnum, itẽmque paradus. Luc. 22. Vt edatis & bibatis super men, am meam in regno meo. Gratia etiã dicitur regnũ, Mat. 21. Luc. 17. Regnum Dei intra vos est. Christus ipse similiter dicitur regnum, sicut appellatur Rex Regũ. Luc. 11. & Matt. 12. peruenit in vos: regnum Dei. Mundus Christo datus est in regnum, Daniel. 7. Dedit ei potestatem & regnũ, omnes populi seruent ei. Item Psalm. 2. Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuã, & possessionem tuã terminos, &c. Reges eos in virgine ferrea, &c. Modo facillẽ fuerit intelligere quod vel quale regnũ Apostoli peterent, vt in eo primas sedes haberent. Nimirum vt tunc carnales erant, mundanum somniabant. Mirum certẽ, cum paucis antẽ diebus rotia & piscationem reliquissent, iam principatus in tẽporali regno ambiebant, licet schola Christi esset schola humilitatis. Nec tantũ duo, sed cæteri etiam eodẽ laborabant morbo. Verũm elegan

Gen. 41.

Dan. 2.

Est. 6. &

8.

Mat. 21.

Luc. 22.

Luc. 11.

Matt. 12.

Dan. 7.

Psalm. 3.

1. Cor. 13

elegantissime dixit Apostolus, 1. Cor. 13. *Charitas non est ambitiosa. Heb. 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo* Leg. 30. sicut Aaron. Lege 30. §. Tantum ab ambitu C. De episcopis tantum ab & clericis. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quærat cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat. Profertur enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Recusauit Gedeon dominari Iudic. 8. Et que non raro ut dignissimi officii & administrationibus, vix abducatur ut illa suscipiant. Oliua, vitis & ficus, Iudic. 9. principatū inter arbores recusarunt. Sed Rhamnus vilis frutex, regnare voluit, applicatio est, facilis ut solet dicere Pepinus magni nominis prædicator. Christus etiā quū quæreretur, ut Rex

Ioann. 6. constitueretur, fugit in montem, Ioan. 6. docēs nos fugere ambitionē. Eruditi cōmentarij in Mattheum incerto auctore

Chrysof. inter opera D. Chrysofomi homil. 35. ex cap. 20. Dic vt se deant. Hæc mater est Salome (cuius apud vnum euangelistam ponitur nomen) verè pacifica secundū interpretationem: quæ non fecit sicut alteræ mattes, quæ corpus natorū suorum amant animam autem contemnunt. Nam non terrena (inquit ille scriptor) sed cœlestia filiis suis optabat, in regno tuo ait. Desiderat matres filios valere in saculo isto, & non curant quid passuri sint alio. Alij militias filiis suis prouidēt, alij honores, & nemo filiis suis prouidet Deum, perditionem illorum cum magno pretio comparant, & salutem illorum nec dono accipere volunt. Si viderint illos pauperes, tristantur & suspirant: si autē viderint illos peccantes, nemo tristatur, ut ostendant quia corporū sunt parentes, non animarum. Hęc ille. *Avvuyes*, seu non nominatim expressus scriptor reuera elegans. Cuius verba, quod scilicet cœlestia filiis suis optabat sic accipe, non quod filij eius discipuli Christi cœlestia à Christo peterent, cuius regnum euenturum seculare tunc opinabantur: & ideò ait

Chryso. in Matth. c. 20. homil. 66. D. Chrysofomus in Matth. cap. 20. homil. 66. volebant, ut ego coniciis, quoniā super sedes duodecim sessuros discipulos audierant, primatum huius confessus impetrasset, ut significaret nihil eos petere spirituale, Nescitis, ait quid petatis. Deinde idem D. Chrysofomus subiicit. Non de sublimi illa sede quæ ad dexteram patris est, aliquid sciebāt, qui vel multo inferiora quæ quotidie auribus eorum conculcabantur, non percipiebant. Vnū solum quærebant præfectura potiri, & omnium primos apud eum constitui, & cum 12. sedes audissent, ignorātes quid dicebatur, primatū confessus

confessus postularūt. Hæc D. Chrysof. ibidem. Sed valde probabile est marrem istam quæ Christum secuta est iam aetate defecta, bonam habuisse in petendo regno pro filiis intentionem licet cum excessu. Magna laus mulieris huius ex hoc loco colligitur quia non solum filij reliquerant patrem, sed & ipsa reliquerat virum suū, & secuta fuerat Christum. Nisi forte quis dicat quod intra tempus vocationis Apostolorū & passionis Christi mortuus est Zebedæus, & ista Christi vestigia sequebatur. Hæc ille Anonymus interpres in Matthæum inter opera D. Chryf. Magis ergo spiritalis erat mater, quā filij, qui ambitione permou primas petebant sedes. *Nescitis quid petatis.* Ibidem concupiscentia carnalis omnem in vobis spirituale considerationem excludit: Nō audistis me referentē, Cū venerit filius hominis in maiestate sua, ponet ones ad dexterā, hædos ad sinistrā: dicit que his qui ad sinistrā sunt, *Discedite à me maledicti in ignē aternū.* Mat. 25. Quomodo vultis ut vnus sedeat ad dexterā & alius ad sinistrā? Ego vos locaui ad partē dexterā de sinistra, & vos vestro cōsilio curritis ad sinistrā. Ergo, *nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem?* Dominus cognouerat propositū istud petentiū fratrum, quia nō primatū sibi petebāt secundū mundiales honores, quæ si ex duobus vel tribus acceperit vnus, necesse est eos fieri eo inferiores: sed perfectionē pietatis petebāt in regno cœlesti, quā & multi cōsequi possunt. *Respondent, Possumus.* Nesciētibus enim desiderabile esse regnū cœlorū, sicut & inexpertis leuis videtur esse tentatio passionis & mortis. Deinde de decē indignatibus aduersus duos fratres sic scribit, Necesse erat ut carnalia cogitaret, qui nec dū facti fuerant spirituales. & deinceps iterum de duobus ibi subiungit. Iacobus & Ioannes rem spirituale & dignā Deo se petere estimabāt: tamē reprobata est petitio eorū, & inutilis iudicata. Nō enim est quod apud homines iustū videtur, iam etiā apud Deū similiter iustū est. Quem admodū autē duo fratres carnaliter petierunt, sic & decem carnaliter contristati sunt. Nam sicut isti si spiritualiter sapuissent, nō fuerāt perituri, ut essent super omnes: sic & illi si spiritualiter intellexissent, nō fuissent cōtristati, esse aliquos ante se. Iterū adiicit, Primatus fugientē se desiderat, desiderantem se odit. Hactenus incertus ille auctor operis imperf. in Mat. ad præsens euang. Vbi videretur esse maximè ambiguus & varius. Quādoq; dicēs spiritualia petiisse discipulos (ipsorū saltē arbitrio & opinione) quādoq; autem dicens

dicens carnaliter affectos postulasse primatū. Ego verò vt omnē perimā ambigēdi occasione, dico, spiritalē quadātenus & aliqua ex parte fuisse ipsorū petitionē. Quia nō omnino ad mūdiales honores neq; secūdū morē & vltm principat⁹ & imperij secularis, quod indicat istud, *In regno tuo*, attamen carnalis erat altera ex parte eorū postulatio, quia ex ambitione honoris & primatus profecta fuerat: & ideo

D. Bernardinus repulsam passi sunt à Christo dicēte, *Nescitis quid petatis*. *D. Bernardinus* Ber. sic istū locū pertractat, ser. 21. nō petebant sub ordine debito, neq; ex puro affectu, & intēctione. Nō enim peri debet à nobis quies gloriae ante passionis laborē, nec praemiū ante meritū, nec corona & triumphus nisi post victoriam, nec etiā quāri debet eminētior gradus, quia iudiciū superbiz est, maximē si fiat ex quadā priuata ambitione honoris, & dignitatis, sicut, isti petere videbātur. Haec tenus sanctus Bernardinus diuini verbi declamator egregius. Verē dicitur his qui ambiunt magistratus, quibus de subditis reddenda erit exactissima ratio, & iudiciū durissimū in his

qui praesunt fiet. *Sap. 6.* dicitur in quā illis, *Nescitis quid petatis*. *Val. li. 7. c. 2.* de sapienter dictis aut factis, Rex ille, inquit, subtilis iudicij fuit, quē ferunt traditū sibi diadema, priusquā capiti imponeret, reuertitū diu considerasse, ac dixisse, *ō nobilē magis quā fœlicem pannū!* quē si quis penitus cognoscat, quā multis sollicitudinibus & periculis, & miseris sit referus, nec humi quidē iacentē tollere vellet.

Plut. to. 3. opusc. num senī gerēda sit Resp. circa medium libri, Seleucum, inquit, sapissime dicere solitum ferunt, si nouissent multi quā sit operosum & molestū, tot dūtaz literas scribere, legerēque, diadema etiā abiectum ante pedes ne subleuarent quidem. Philippus autem quum in regione venisset admodum castra ponere pararet, nunciare-turque illi iumentis non esse istic scœnum: *O dij* (inquit) qualis est hęc nostra vita, quā etiam ad Asiā comōditatē instituire cogimur. *Stobaeus* sermone 47. Regē vnum nominatim exprimens; Antigonus inquit, ad vetulā quandam quæ fœlicitatē eius extollebat. Si nosset, dixit, *ō mater* quantis malis hic panniculus esset plenus (ostenso diadema) ne in sterquilinio quidem iacentem tolleres. *Valerius* lib. 6. c. 4. de grauitate dictis aut factis, Commēdatur Manlij grauitas, cum consulatus omnium consensu ei deferretur, eūmq; sub excusatione aduersae valetudinis oculorum recufaret; instantibus cunctis, Aliū, inquit, *Quiritis*

quarite,

quarite, ad quem hunc honorem transferatis: Nam si me gerere eū coegeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perperi poteritis. Si priuati tam pōderosa vox, quā grandes fœces cōsulis extitissent? Hęc Valerius. *D. Chry.* *ho. 3. c. 1.* O si scirent mortales esse vellet. Etenim si nouisses (ait *D. Chry.*) quod episcopus debet omnium onera gestare, haudquaquam festinasset ad primatum, haudquaquam accurrisses. De his loquor qui vigilāt pro animabus vestris, qui subditorum salutem anteponunt suā. Deinde aliquibus interpositis addit. Nō arbitror inter sacerdotes multos esse qui salui sūt, sed multo plures qui pereant. In causa est, quoniam res excellentium requirit animum. Nō vides quā multas res oportet adesse episcopo, vt sit appositus ad docendum, vt tolerans malorum, vt tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis? Quante hoc difficultatis: Et quod alij peccant, illi imputatur vnius animę perditio, tantam habet iacturam, vt nulla ratio possit aestimare. Etenim si vnus animæ salus tanti est, vt ob hanc filius Dei fieret homo, tantāque pateretur, perditio cogita quantam conciliabit poenam. Quod si quis ob hominem, in hac vita perditum, morte dignus est, quanto magis ille? Proinde si quis ad summum sacerdotium accesserit, velut ad sollicitudinem ac curam, nullus illud facillē susceperit. Nunc autem non aliter quā profanos magistratus, & hanc affectamus dignitatem, nimirum vt glorificemur & honoremur apud hominēs, perdimur apud Deū: Quid lucri fert hic honos? multi sunt qui episcopū scomatis incessant, multi qui offendantur, multi qui priorum memoriam refricent & praesentem deiiciant, idque faciūt, non vt illos laudent, sed vt hūc mordeant, dulce aiunt bellum inexpertis, hoc & nunc conuenit dicere. Imō potius hoc dicimus priusquam veniamus in certamen. Carterum posteaquam eo descendimus, sic nos gerimus, vt popularis conditionis hominibus etiam ignoti simus. Quis nostrum praestat tantam sollicitudinem pro ouibus Christi, quantam praestitit Iacob erga greges Laban? *Genes. 31.* Quis potest recensere toleratum noctis gelu? Ne verò mihi dixeris peruigilatas noctes, tantāque curam exhibitam. Totum itaque cōtarium est. Cogita quid acciderit Simoni *Act. 8.* Quid enim refert, si non das pecuniam, sed pecuniæ loco adulatis, subornas, multāque machinatis! *Pecunia tua sit tecum*

tecum in perditionem, ad illum dictum est, & his dicitur: Ambitio tua sit tecum in perditionem, quoniam putasti ambitu humano parari domum Dei. Verum nullus fortassis est talis, vtrinam non sit. Cupio siquidem nihil horum ad vos pertinere quæ loquor: sed interim ipse sermonis tenor in harum rerum mentionem me deduxit. Multa similia sanctissimus ille archiepiscopus Constantinopolitanus in illo loco scribit, quæ refricare volui & proponere obseruandis episcopis. Qui episcopatum desiderat (ait apostol⁹) bonum opus desiderat. Opus dixit, non opes, prodesse debent, non cupere præesse. Episcopatus (vt alias diximus) nomen est operis, qui præest (ait D. Paulus) in sollicitudine & 1. Pet. 5. Neque vt dominantes in clericis, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloria coronam. Non possum nec debeo pertrāsire exemplū, quod inter D. Hieron. opera extat to. 4. in reg. monachar. c. 15. Iuuenis quidem electus ad episcopatū patruū suum virum sanctum consuluit hac de re: ille non verbis sed signis respondit: ne dissuadendo contradiceret apostolo dicenti, bonum opus desiderat. Ne item iuuenē periculo exponeret suadēdo, probē intelligens præminentiae periculum. Iuuenis ille planius deinde edoctus atque instructus, electioni renunciauit. Mortuus autē iucundus patruo suo apparuit, gratias illi agens ex dissuasiōe episcopatus: nā scito, inquit, quia nunc essem de numero damnatorum, si fuisset de numero episcoporū. Hæc ibi scripta sunt, quæ non sic crude intelligenda sunt & insulse, quasi episcopi ob hoc damnentur, quod pontificalem gerant magistratum, quin potius si benè pascant concreditum sibi gregem, magnum illis accrescit meritū, & à domino illis reddetur præmiū, dicente, *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiū domini tui.* Sed vt ambitus plurimorū cohibeatur, & vt vigilātia excitetur, officiūmq; episcopi rectè ac fideliter ab eis executioni demanderur. *Ipsi enim peruigilant,* hoc est peruigilare debēt, *quasi rationem pro animabus reddituri* subditorum.

Heb. 13.

Aug. 10. 5

lib. 19. de

simi. c. 19.

quæ riuulos cōlectari. D. ergo Aug. t. 5. li. 19. de ciui. dei c. 19

In actio

In actione, inquit, non amandus est, honor, in hac vita sine potentia, quoniam omnia vana sub sole, sed opus ipsum quod per eundem honorem vel potētiam fit, si rectè atque vtiliter fit, id est, vt valeat ad eam salutem subditorum, quæ secundum Deum est, idē dicit apostolus, *qui episcopatum desiderat, bonū opus desiderat.* 1. Tim. 3. Exponere voluit 1. Tim. 3. quæ sit episcopatus, quia nomē est operis nō honoris. Græcum est enim atque inde ductum vocabulum, quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur superintendit; curā eorum scilicet gerens: *ἐπι* quippe super, *σκοπος* verò intentio est, ergo *ἐπισκοπος* si velim⁹ Latine superintēdere possumus dicere: vt intelligat nō se esse episcopum qui præesse dilexerit, nō prodesse: deinde, locus superior, sine quo regi populus non potest: & si ita teneatur atque administretur vt deceat, tamen indecenter appetitur: & postea si sarcina hæc imponitur, suscipiēda est propter charitatis necessitatem. Hætenus D. Aug. Ludouic⁹ Vines in scholiis ad illum locum, indecenter appetitur, sic obseruauit. Nunc ita curatum est diligentia & ingenii quorundā, vt citrà fraudem huius legis possit episcopatus non appeti modò licitè, sed emi quoque & vendi. Hæc ille de simoniaca labe maculatis intelligit, de quibus aliàs cōcione de vendentibus & emētibus in répto diximus. Item 8. q. 1. cano. in scripturis vestris, D. Gregorius in Regeſto, Sicut locus regiminis, inquit desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus est. Quæ contra ambientes episcopatus & alias ecclesiasticas dignitates dicta sunt. Ambitio (vt scribit D. Bernardus epist. 42. ad Henricum Senonēsem archiepiscopum) est insatiabilis sic ille exclamat. O infinita semper ambitio! cum primos honorum gradus meruerint in ecclesia, meruerint autem vel vitæ merito, vel pecuniæ, siue etiā carnis & sanguinis, quæ regnum Dei non possidebunt, prærogatiua, nō idē corda quiescunt, duplici semper æstuantia desiderio: quo vtique magis ac magis & dilatentur in plura, & ad celsiora subleuentur: verbi gratia, cum factus quis fuerit in quacunque ecclesia decan⁹, præposit⁹, archidiacon⁹, aut aliquid huiusmodi: non contentus vno in vna, plures sibi, imò quotquot valet, conquirere honores satagit, tam in vna quàm in pluribus. Quibus tamen omnibus si locus euenerit, libenter vnus præferet episcopi dignitatem. Sed nunquid sic satia-bitur? factus episcopus, archiepiscopus esse desiderat. Quo fortè adepto, rursus nescio quid altius somniās laboriosus

D d itineribus

icineribus & sumptuosis familiaritatib⁹ Romanum statuit frequentare palatiū, quæstiuolas sibi quasdam exinde comparas amicitias. Si lucri spiritualis gratia hæc faciunt, laudandus est zelus, sed præsumptio corrigenda. Et aliquibus interpositis, Nudè (ait) nuda loquor, nec retego verenda, sed inuerecunda confuto. Non vos ergo, pater, scelicè quia

D. Bern. de considerat. ad Eugeniū PP. præestis: sed si nõ prodestis infelicem putate. Idem *D. Bernardus de consideratione ad Eugeniū Papam lib. 3. circa exordia.* O Ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places: Nihil acerbius cruciat, nil molesti⁹ inquietat, nihil tamè apud miseros mortales celebrius negotiis eius. An non limina apostolorum plus iam ambitio quàm deuotio terit? An non vocibus eius vestrum tota die refultat palatium? An non quæstibus eius tota legum canonūque disciplina infundat? Et quæ illic fufius habentur.

Idem serm. 4. mon. 4. Idem sermone 4. de ascensione circa medium. Quid vobis & montibus istis, in quorum ascensu tanta difficultas est, & tam grande periculum? Potestatis ambitio Angelum felicitate priuauit angelica scientiæ appetitus, hominem immortalitatis gloria spoliavit. Conetur quis ascendere in montem potestatis: quantos putas contradictores habebit? Quid si tandem eum adipisci contigerit, quod optabat? Pa-

Sap. 6. tentes, ait scriptura *Sapient. 6. potenter tormenta patientur.* Vt præsentis sollicitudines, & anxietates, quas potestas ipsa parit, omittā. Iam, ne multis immorer, vidistis (vt arbitror) quàm fugiendus nobis sit mons superbiæ & ambitionis si præcipitiū angeli, si casum hominis expauescimus. Iterum

D. Bern. idem sanctus in psalmum, *Qui habitat,* sermone 6. in medio: Ambitio, inquit subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parès, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorè, Contempnit vanam gloriam, (ait tentator, Christum in deserto tentas) quoniam vana est: fortè solidius aliquid affectaret, fortè honores, fortè diuitias. Tertia idè tentatio Christi per dæmonem, de ambitione fuit, quando omnia regna promissit, si cadens adoraret eum. Vidésne quod ambitionis via adoratio diaboli est; qua videlicet ad honores & glo-

D. Bern. libr. 1. de consid. ad Eug. PP. riam mundi perueniendum suis ille adoratoribus pollicetur? Insuper lib. 1. circa finem de consideratione ad Eugeniū, Plena est, inquit, ambitiosis ecclesia: nõ est iam quod exhorreat in studiis & molitionibus ambitionis, non pluf-

quam

quam spelunca latronum in spoliis viatorum. Si Christi discipul⁹ es, ignescat zelus tuus, exurgat auctoritas aduersus impudentiam hanc & generalem pestem. Et tu flagellum tenes. Timeant nummularij, nec fidant in nummis, sed diffidant &c. Hactenus mellifluus & deuotissimus doctor *S. Bernardus*, quæ valde conueniunt responso Christi, Nescitis quid petatis. Sepe petimus quæ impetrasse non expediret, vt est apud *Valerium lib. 7. ca. 2. de sapienter dictis.* *Socrates*, inquit humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum, nihil vltra petendum à diis immortalibus arbitratur, quàm vt bona tribuerent. Quia ij demum scirèt, quid vnicuique esset vtile: Nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quàm late patentis errores, cæcas preces tuas spargis? Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiscis, quæ complures pessunderunt: regna recum ipsa voluis, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur. Splendidis coniugiis iniicis manus, at hæc vt aliquando illustrent, ita nonnunquam funditus domos euertunt. Desine igitur stultata, futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus inhiare, tæque totum cælestiū arbitrio permitte. Quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissima possunt. hæc ibi. Consonat quod scribit apostolus *Rom. 8.* Quid oremus sicut oportet nescimus. Sicut si filius à patre panem postulet, nunquid lapidem dabit illi? *Luc. 11.* Si autem petat gladium, carbonem ardentem, puer serpentem, vel scorpionè, nunquid porriget illi? An nõ repulsam feret filiolus à patre? Nescitis quid petatis, dicunt similiter medici agrotantibus, si vinum febrili correpti petierint, si aliqua esculenta vel poculenta quæ accenderent febrium, à medicis postularint, quia noxia salutariter denegantur. *1. Reg. 8.* petebant filij Israël regem tempore *Samuëlis*, qui prædixit eis quib⁹ eos rex grauaret oneribus, & quàm graue iugum & sarcinam eis imponderet. Quare si saperent, à petitione regis super eos desisterent. Quid enim pererent, verè nesciebant, sed mordicus persistit in petitione sua populus, noluitque audire vxorem *Samuëlis*, sed dixerunt, nequam, rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & (secundum quod dixit propheta) dedit eis Deus regem in furore suo. Item *3. Reg. 2.* *Bersabee* perenti *Abisag* *Sunamiti* dè vxorem pro *Adonia*, à filio *Salomone*,

D d 2 puta

Vale. lib. 7. cap. 2.

Roma. 8.

Luc. 11.

1. Reg. 8.

3. Reg. 2.

puta virtualiter simile retulisse responsum, nescis quid petis o mater chara. Postula ei & regnum, inquit, nō perentibus improbis, sed potius nihil perentibus, modo dignis, danda sunt egregia munera. Et merito laudatur Archelaus Macedoniarum rex, qui importunis efflagitatoribus nihil dabat: præclaris viris nihil perentibus, largiretur; de quo sic scribit Plutarchus tom. i. opusculi in apophtheg. regnum & Imp. In nomine Archelaus ille in conuiuio quodam poculum aureum petente familiari quidem sed improbo, Euripidi iussit puerum dare. Admirante autem homine, tu quidem dignus es, inquit, qui flagites: Euripides autē etiam tacens & nō petens id accipere meretur. Hactenus Plutarch. Quod Erasmus Apoph. lib. 5. in Archelao sic fufius reddit & expressit. Ab Archelao in conuiuio quodam, familiaris quidam, sed parum humanus petiit sibi dari poculum, Archelaus autem illico mādauit puero vt hoc poculum daret Euripidi. Id factum admiranti postulatori: tu quidem, inquit, dignus eras qui peteres, nec acciperes, & hic dignus erat qui acciperet vel non petens: significans alteri hoc tribuisse regiam familiaritatem, vt auideret quid petere: at Euripidis boni viri pudorem hoc mereri, vt vltro donaretur aliquid. Hęc Erasmus. Meminerint reuerendi episcopi suis dignitates ambientibus eodem modo respondere, nescitis quid petatis: nec carni tātum & sanguini deferant, quantum virtuti, merito, & sanctitati, vel dignitati postulantis. Quanquam qui ad id capax & idoneus fuerit, non se ingeret, sed quantum in se fuerit refugiet principatum 8. q. 1. cap. Moyses ex diuo Hieronymo ad Titum 1. ca. Moyses amicus Dei, potuit vtique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur, Iosue nimirum, vt sciremus principatū in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ. Hactenus D. Hieronymus. Iosue erat de tribu Ephraim, Moyses autem de tribu Leui. Animaduerte etiam, quia non constituit dominus hunc Ioannem, aut fratrem eius Iacobum vniuersales vicarios suos, & totius dominici gregis illimitata potestate pastores: sicut reliquit D. Petrus, & instituit eum omnium apostolorum principem ac caput, sicut aliās diximus. Nesciunt quid petant, qui honorem immeritum postulant. D. August. tom. 5. libro 5. de ciuitate Dei cap. 12. Hęc sunt illæ bonæ artes, per virtutem scilicet non per fallacem ambitionem, ad honorem & gloriam

Plut. lib.
3. opusc.

Erasmus
apophth.
lib. 5.

D. Hier.

Aug. 20.
5. lib. 5. de
ciuitate Dei
cap. 12.

riam & imperium peruenire, quæ tamen bonus & ignauus æquē sibi exoptant. Sed ille, id est bonus, vera via niritur. Via virtus est, qua niritur tanquam ad possessionis finem, id est ad gloriam, honorem, imperium. Hoc institum habuisse Romanos, etiam deorum apud illos ædes indicant, quas coniunctissimas constituerunt virtutis & honoris, pro diis habentes quæ dantur à Deo. Vnde intelligi potest, quæ finem volebant esse virtutis, & quod eam referebant, qui boni erant, ad honorem scilicet: nam mali nec habebant eam, quamuis honorem habere cuperent, quem malis artibus conabantur adipisci, id est dolis atque fallaciis. Melius laudatus est Carus. De illo quippe ait Salustius, quo minus petebat gloriam, eo magis illum sequebatur. Hęc D. Augustinus. Ludouic⁹ Viues Scholiastes ad illum locum quas coniunctissimas constituerunt. Imò eadem erat, inquit, ædes virtutis & honoris, quam fecit Marius Cimbris deuitis: Sed quia canalis erat medius, dux esse videbantur. Hęc viues Plutarchus tom. i. opusculorum lib. 1. de fortuna Alexandri G. Budæo interprete circa principia. Virtutis apud Romanos, inquit, Numantinus Scipio templum serò fort. A multisque post annis sacrauit: post quod Marius virtutis & honoris. Hęc Plutarchus, qui rursus de templo honoris & virtutis in M. Marcello sic scribit. Quum ædis, inquit, quæ honori & virtuti vouerat, impediretur à pontificibus dedicatio, quod negarent vnam cellam duobus diis rectè dedicari, ita cœpit addere alteram, in quo animo impeditam dedicationem ferens: Ante quem scripsit Valerius lib. 1. ca. 1. de religione: Marcellus Romæ quintum consularum generens templum honori & virtuti nuncupatis votis debitum, consecrare cum veller, à collegio pontificum impeditum est, negate vnam cellam duobus diis rectè dicari: Futurum enim si quid prodigij in ea accessisset, ne dignosceretur vtri rem diuinam fieri oporteret: nec duobus nisi certis diis vna sacrificari solere. Ea pontificum admonitione effectum est, vt Marcellus separatim ædibus honoris ac virtutis simulachra statueret. Eandem historiam antea quoque scriptis mandauerat T. Liuius, Romanæ scriptor historiæ lib. 7. vbi etiam adiicit. Ita fuit addita virtutis ædes appropinquato opere: neque tamen ab ipso ædes eæ dedicata sunt. Hęc Liuius. & aliquantō spatio ante medium li. 2. de naturâ deorum Cicero. Vides, inquit, virtutis templum, vides honoris à M. Marcello renouatum, quod multis antè annis

erat bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum. Hæc ibi Cicero. Cōiunctim verò honoris & virtutis ædes à Mario facta fuit, vt significaretur quod dixit Cato maior, referente Plut. to. Plut. to. 1. opulcul. in Romanorum apophthegmatibus, qui 1 opulc. 2 virtuti honorem detraherent, eos aiebat, virtutem adolescentiæ adimere. Hæc ille. Italicè scripsit quidam Lucius Roman. Fauus antiquitates vrbis Romæ, libris quinque Etrusco idiomate, & rerum copia ac grauitate lib. 3. c. 13. Ibidem in hunc modum de duobus istis templis, vulgariter sic scripsit, quæ postea latine vertā. *Sù la strada Appia presso la porta Capena dalla parte di dietro fu vn tempio dedicato da M. Marcello à l'honore & a la virtù, è ristaurato poi (come pluno accenna) da Vespasiano Dicono che fu presso la porta edificato, per che ricordasse a coloro, che uinciano a le imprese, che solo per lo merito della virtù sacquista honore, e gloria onde scrino S. Agostino che non poteua nimo nel tempio dell'honore entrare, se non fusse prima entrato in quello della virtù edificò anco Mario i tempj à l'honore, & a la virtù, mo altrone. Onde dice Sef. Pöpeio, che gli edifico alquato bassetti, à cio che non hauesoro impedito gli auguri nel castare de gli augurij, egli hauesseri per cio poi spianati. Hoc est, Via Appia ad portā Capenā à parte interiore fuit tēplum à M. Marcello honori & virtuti dedicatū, restauratū postea (vt significat Plini⁹ & indicat à Vespasiano. Aiu⁹, idē iuxta portā fuisse adificatū, vt in memoriā reduceret excuntibus ad negotia & proficiscētibus, quod virtute paratur honor, & gloria acquiritur. Vnde scribit S. Augustin. quod nullus poterat in templum honoris intrare, nisi prius in ædem ingressus fuisset virtutis. Adificauit etiā Marius templa honoris & virtutis, sed alibi: Vnde dicit Sextus Pompeius quod extruxit submissiores aliis, illas ædes: ne si publicis auspiciis officeret, quo minus captaret illa Augures, idcirco illas demoliri iuberent. Hæc tã multa breuitate iucundissima nec obscura complexus est Italicè Fauus, quæ veteres varij varijs in locis memoria prodiderunt. Liuius. Liuius libr. 19. longè ante media, Ædem virtutis, inquit, ad portā Capenam M. Marcellus dedicauit. septimo decimo anno postquam à patre eius (de quo diximus ex eodem Liuius) primo consulatu vota in Gallia ad Clastidiū fuerat: cum scilicet bello Gallico ad Clastidiū eodem honori & virtuti vouisset. Hactenus Liuius. Sex. Pöpeius Festus de verb. signific. dictione Summissiorem: Summissiorē, inquit, aliis ædem honoris & virtutis C. Marius fecit, ne si*

fortè

fortè officeret auspiciis publicis, Augures eã demoliri cogerent. Hæc Sextus Pöpeius. Quæ ad illustrandum D. Augustini adductum locum de templo honoris & virtutis fultis tractare volui. Plutarch. to. 1. opulculorum in Roman. Plut. 10. questio. siue problematōn descriptione, q. 13. Cur, inquit, 2. opulc. honori sacra faciunt aperto capite? An quod honor splendida res est, illustri & aperta (quæ de causã etiã egregios honoratosq; viros capite retegendo venerantur) idēo numini quoq; eiusdem nominis hunc ritum exhibent? Hæc ille. Plinius nat. histo. lib. 35. c. 10. Cornelius Pinus, inquit, & Plinius. Actius Priscus honoris & virtutis ædes imperatori Vespasiano Augusto restituenti, pinxerunt: sed Priscus antiquis similior. Cælius Curio in Hieroglyphicis ad finē Pierij lib. priore de honore & virtute: In quibusdam ait Vitellij Cæsaris numismatibus, inueniuntur pulcherrimæ honoris ac virtutis imagines, in quibus virtutis sic est expressa, iuuenis galeatus cum pennis supra galeam, hastã sinistra, sceptrū dextra tenēs, ocreas habens & sub dextro pede testudinē, honorē qui muliebri forma est expressus, iuuenēs. Habet autē caput galeatum, vt fortitudine ad virtutē opus esse indicet, quo nos ab imminentibus insidijs tueamur, eãdemq; ob causam & hastam habet. Pennæ verò, vel cristæ ingenij acumen significant, & sublimia cogitanda: sceptrū potestatem vitiorum domandorum, & cupiditatum frenandarum. Ocreæ in pedibus, quia pedes & crura imbecillitatem quam ex hoc terreo corpore suscipimus, quæ nos cupiditatum idibus obnoxios reddit: prudentia (cuius symbolum est testudo, quam sub pede habet) diligēter muniamus, sicq; gressus nostros dirigendos prudentia duce intelligamus, Semperq; in omnibus rebus honorē spectandum & intuemdum, non autem opes. Honos muliebri potissimū forma depingitur, quod mulieres maximè honoris studiosas esse deceat. Est autē seminuda mulieris imago, propter opum contempionem, eademq; cornu copiam gestat, & galeam pede premit, quia ex virtute omnium rerum copia prouenit, & virum in honore ob virtutem constitutum omnes venerantur. Hæc ille. Addo atq; studioso se se dimittunt & iudunt, quod significat pedibus pressa galea. Ex quibus liquet legitimum hunc esse ordinem, à virtute scilicet ad honorem conscendere: non contrã ab honoribus velle incipere. Qui autem hunc seruare recusant ordinem, merito audiunt, Nescitis quid peratis.

Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? q.d. Nō uertitis quōd ego dixerim, me prius multa passurum, quā resurgerem. Vos autem prius de triumpho quā de certamine cogitatis. Antea certamen committendum est. Poteritis ergo talem sustinere passionem qualem ego sustinebo? Prius meritum, deinde pramium. Prius sudor in vincendo, deinde triumphalis corona. Potestis ergo quasi dominus daret intelligi iis qui possunt, non autem aliis tribuēdas esse dignitates. Potestis: sic reges se gerere debent erga officia distribuenda, prout fecisse Antigonus legitur, de quo Plut. tom. 1. opusculorum in apophtheg. Regum & Imperat. tom. 2. opuscul. de uitiōsa uerecundia. Antigonus secundus, inquit, Demetrii filius, adolescente, qui non admodum bonus uidebatur miles, natus tamen erat viro forti, stipendium paternū postulante, Ego, ait, mi adolescens mercedem & munera dare propria non paternā uirtutis causa dignis soleo. Nota & pondera dignis dare soleo, inquit, sic adolescentem prognatum quidem ex elegate viro belli duce, sed ignauum ipsum ac mollem, qui postulabat tamē ob id ceteris anteferri, repulit rex memoratus. Sunt ne instituendi iudices? Potestis bibere calicem, interrogatur prius Eccli. 7. *Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irripere iniquitates. ne fortē extimescas faciem potentis.* Sunt ne diligendi episcopi? Potestis bibere calicem? prius quoque interrogentur ad Titum 1. ca. *Episcopus potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.* Episcopus enim in iustitia apud Esaiam cap. 60. ex. 70. dominus pollicitus est *Δίδωμι τὰς ἀρχοντας σὲ ἐν εἰρήνῃ, ἡγεῖ τὸς ἐπισημόους σὲ ἐν ἡναντιούμῃ* hoc est, dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia: quod Liranus ibi exponit effectiue quantum ad omnes, quia officium episcoporum & praelatorum est docere iustitiam, quæ est per fidem Christi, & formaliter quantum ad bonos. Infantum enim fuerunt iusti, quod vsque ad tempora satis nobis propinqua, omnes ferè episcopi faciebant miracula, & adhuc multi sunt boni. Hæc Liranus. Vitam & nostris temporibus calamitosissimos nos verè dicere, adhuc multi sunt boni episcopi. De diaconis, 1. Tim. 3. hi probantur primū, & sic ministrent, nullū crimen habentes. Videant reges & principes quos aliis præficiant, si sint digni: nō autem infames & impuri. Leg. 2. C. de dignitatib. lib. 12. Neque famosis (rescripsit Imperator Constantinus) & notatis, & quos scelus aut vitæ turpitudine inquinat, &

quos

quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portare parebunt. Hæc Imperator. Narrat Plutarchus tom. 1. vi. *Plut. 20. 1. vit.* petentes consulatum, inquit, rogabant & prelabant ciues rogis in comitiis sine tunicis amicti, siue quo magis ea specie summitterent se ad petitionem, siue quo subiceret oculis, qui cicatrices habebant, perspicuas uirtutis notas. Serò enim (subiit ibidē) & multis post seculis nundinatio & redemptio subiit. interuenitque comitialibus suffragiis pecunia. Hinc iudicia & castra licitationibus constuprata & armis argento expugnatis respublica in dominatū uertit. Porro quum Martius multas ostenderet cicatrices in multis acceptas præliis, in quibus annos septēdecim perpetuus, stipendia faciens, tulerat palmam. Verecundia eius uirtutis constituerunt inter se eum creare consulem: Tulit tamen Martius repulsam, plebe quidem reluctante, senatu tamen pro Martio (quo ad fieri per eū potuit) promouente & sollicitante. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Animaduersione dignum uidetur in episcopo præter grauitatem morum, literarum quoque requiri scientiā sicut Honorius 3. Extra de ætate & præficiendorum ca. *Decret.* Quamuis multa epistola capitulo Bremensi scripta ostendit. Quia (inquit) episcopus Calmenis confessus est corā nobis, se nunquam de grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum, & per euidentiā facti vsque ad eō de illiteratura & insufficientia sua constat, quōd cōtra Deum esset & canonicas sanctiones tantum in episcopo tolerare defectum: ipsum à pontificalis officij executione & ab administratione Calmenis ecclesiæ penitus duximus amouendū. Bibere calicem est participem fieri passionis domini. Calix pro passione & capita supplicio in sacris ponitur, ait Pierius libro 56. Hieroglyphicū in Modio. Quod, inquit, inter sanctiones suas Athenienses præcipue susceperunt. Iudiciis enim capitalibus, vel cicuræ succū, vel uenenum aliud fontibus propinabant: ut ex Socrate & aliis manifestum est. Et psal. 115. Calix pro mortis cruciatu ponitur. Et euangelii eodem significato, ut hoc loci. Item, *pater transiit à me calix iste.* A pertissimè psal. 74. Calix in manu domini uini meri mixtione plenus, ubi de pœnarū dispensatione sermo est. Hæc Pierius. Doctus Genebrardus ad uersiculum illum 8. psalm. 74. Calix uini meri & rubentis, inquit, non diluti (scilicet misericordia & fauore Dei) mixto, ple-

D d 5 nus

nus mixtione siue confusione, veneno & rebus infectis. Mixtū siue mixtio pro veneno. Allegoria de apparatus supplicij. Calix enim potnarum & suppliciorum symbolū. Vinum merum, atrocitatis eorū & magnitudinis, infudit in varia pocula, ad potionandos & intoxicandos diuersos peccatores, & adhuc superest præ liquoris venenati copia, ad reliquis propinandā fecē. Eā enim expressam omnes bibant. Ne quis putet se Christi iudiciū euadere. Hactenus ille. Suis autē discipulis & amicis aliū præbet calicē amicitij symbolū, salutarē, & quē ipse bibiturus erat. De Paulo à domino dictū est in Actis, ostendam quāta oporteat eū pro nomine meo pati. Honorificū est, & familiaritatis nō obsecurum iudiciū, de eodē domini calice bibere, quod ex parabola pauperis & ouiculæ, quam dulciter alebar, euadit notissimū 2. Reg. 12. de calice eius bibens &c. Calicis metaphora frequentissima est in scriptura, capiturq; pro portione, bona, vel mala: Bona, vt psal. 15. *Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei.* Mala, vt psal. 10. *Ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Sic Esai. 51. *Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundam calicis indignationis meæ, nō adicies vt bibas illum ultra, &c.* de calice bono & lætificante psal. 22. *Calix meus inebrians quā praeclarus est.* Alius est calix dæmonis & mundi, 1. Cor. 10. *Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum,* Hierem. 51. *Calix aureus Babylon in manu domini inebrians omnem terram, de vino eius biberunt gentes, de terrenis voluptatibus, vel persecutionibus tyrannorum interpretati quis posset. In manu domini dicitur esse, quia nihil potest dæmon, nihil tyrannus, nisi iustē Deo permittente. Sic Apoc. 17. *Mulier erat circumdata purpura, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius, & in fronte eius nomen scriptum (mysterium.) Babylon magna, mater fornicationum & abominationū terra.* Ne potionemur de Babylonis meretricis magnæ calice, conferuet nos De⁹. misericors, & dignos nos faciat de Christi salutaris nostri calice bibere.*

2. Reg. 12. de calice eius bibens &c. Calicis metaphora frequentissima est in scriptura, capiturq; pro portione, bona, vel mala: Bona, vt psal. 15. *Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei.* Mala, vt psal. 10. *Ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Sic Esai. 51. *Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundam calicis indignationis meæ, nō adicies vt bibas illum ultra, &c.* de calice bono & lætificante psal. 22. *Calix meus inebrians quā praeclarus est.* Alius est calix dæmonis & mundi, 1. Cor. 10. *Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum,* Hierem. 51. *Calix aureus Babylon in manu domini inebrians omnem terram, de vino eius biberunt gentes, de terrenis voluptatibus, vel persecutionibus tyrannorum interpretati quis posset. In manu domini dicitur esse, quia nihil potest dæmon, nihil tyrannus, nisi iustē Deo permittente. Sic Apoc. 17. *Mulier erat circumdata purpura, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius, & in fronte eius nomen scriptum (mysterium.) Babylon magna, mater fornicationum & abominationū terra.* Ne potionemur de Babylonis meretricis magnæ calice, conferuet nos De⁹. misericors, & dignos nos faciat de Christi salutaris nostri calice bibere.*

Responderunt. Possumus. Vegetius li. 3. ca. 12. de re militari. Inexpertis, inquit, dulcis est pugna. Tiro præliū cupit, Erasmus Chiliad. 4. centu. 1. adag. 1. Dulce bellum inexpertis. γλυκὺς ἀπειροῦ πόλεμος, id est dulce bellum inexperto. Citatur ex Pindaro, γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπειροῦ ἐστίν, ἡμῶν δὲ τῶν ἀπείρων πόλεμος τὸν βίον ἡμῶν. Ἄξιος ἔστιν ὁ πόλεμος. Id est, dulce bellū inexpertis. Alii expertus quispiā horret, si accesserit cordi supra

supra modum. Niv, ipsum vel ipsam, pro ἀντὶν, nec habet alios casus, inquit lexicon græcum. Sic posset verti, dulcis res, bellum inexpertis: expertorum autem aliquem in corde deterret aggredientem illum, vel si ipse accedat supra modum, vel etiam καρδία cōstrui posset cum προσίηται, hoc est si bellum adeat, vel ad ipsum accesserit ex animo, quod dicimus si toto corde bellum apprehendat. Hæc (fortassis) sententiā dilucidiorē reddent. Suidas dictione γλυκὺς pro uerbū commemoratur supra enarratum, γλυκὺς ἀπειροῦ πόλεμος, dulce bellum inexperto. De his qui ex imperitia res periculosas suscipiūt. Hæc est præsumptio nō minima, existimare quidlibet se posse peragere. Tales sūt proculdubio ambitiosi omnes ad cœlū ipsum conuolare nitentes, inftar Bellerophōris, de quo sic Pindarus Isthmiorum Hymno 7. Pindar.

— πῆριος

ἰ, ἴψι, ἡγῶσις
Διόντιον ἰβῆλοντ ἰσαυραὺς παθῶς
ἰδῶν μὲδ ἰμάγυρι pro ἰμαγυρι, cœtum, societatem, concilium.

ἰμαγυρῖσσῳ, congreγο ait Lexicon græcum, βαλεριφουταν, ἰouis, hoc est.

— Alatus

Deicit Pegasus
Dominum (suum) volentem cœli tecta
Ascendere ad consortium, Bellerophontem
Iouis.

Michaëlis Neandri scolia in Neader. in eum locum seu obseruationes sic habent. Exemplo Bellerophontis cœlum conscendere volentis, vt collega Iouis fieret, sed deiccti, hortatur Pindarus ne quis maiora & altiora se inquirat: Bellerophon post multas suas res felicitate & cum laude gestas, ex felici rerum successu superbiēs (vt fieri solet) in cœlum cum Pegaso equo suo alato, hoc est, expedito, volare tentauit. Eam audaciam Iupiter agrè ferens, excussit ab equo deiecit in campum Aleium. Hęc ille. Sic excutientur tandem ambitiosi. Temeritas ambitiosorum, vt primarum acquirant, cuncta facilia putant. Agnus timer calicem bibere, sanguinem sudat in horto: & illi vermiculi dicunt audacter, Possumus.

Calicem meum bibetis. Sedere autem ad dexteram vel sinistram non est meum dare vobis. Ioan. 15. *Non est seruus maior domino suo. Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius,* 1. Petri secundo. *Passus est ille*
et nos

Et nos compatiatur, quia si socij passionum, erimus & consolationum.

Bibetis, quia nihil profuerit medicamentum aut pharmacum seu potionem paratam esse, nisi egrotus eam trahat in stomachum & bibat. Ita necesse est quoque ut sit nobis salutaris Christi passio & medicina, quam cœlestis *αγαπητος* nobis miscuit & disposuit (potio scilicet sanguinis sui pretiosi) oportet inquam ut nobis applicetur, & ut illam hauriamus, per fidem, per sacramenta, per bona opera, & patiendo pro Christo (sicut ait apost. Philip. 1.) *Vobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam pro illo patiamini.* 1. Pet. tertio: Si quid patimini propter iustitiam beati. Matth. quinto: *Beati qui persecutionem patientur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* 2. Timoth. 3. *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur.* Act. 14. *Per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum cœlorum, ut dicere valeamus cum psalmita, Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invoocabo.* Explicatio autem subsequitur, *Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius,* Psalm. 115. *Sic & vos calicem meum bibetis.* Beatus Iacobus primus ex apostolis sanguinem suum pro Christo fudit, Act. 12. (ut supra in concione de transfiguratione commemorauimus.) Beatus autem Ioannes in passione domini lateri crucis adherens, in corde maximum pertulit dolorem, gladio doloris transfuerberatus, atque transfusus. Christi item sanguine tunc defluente & perfrillante aspersus fuit. Quinetiam in preparatione animi se ad mortem pro Christo obtulit, dum à Domitiano Romæ in olei feruentis dolium missus est, atque Tertullianus libro de præscriptionibus aduersus hæreticos, id aperte demonstrat, de Romana ecclesia scribens, in hunc modum, *Fœlix ecclesia, cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni dominicæ adhaeretur. Vbi Paulus Ioannis exitu coronatur (nimirum gladio) vbi apostolus Ioannes posteaquam in olei igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur.* Hæc Tertullianus: vnde de se scripsit Apocal. 1. *Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno, & patientia, in Christo Iesu, sui in insula quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei & testimonium Iesu.* Vides iam perspicue quomodo isti duo apostoli calicem domini biberunt, & amici Dei facti sunt, ut de illis & cæteris apostolis sancta mater canit ecclesia.

ecclesia. Diuus Hieronymus in Matthæum vigesimo ad Hierony. verba, *calicem meum biberis.* Si legamus, inquit, ecclesia- in Matt. sticas historias, in quibus fertur quod Ioannes propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit, statimque relegatus in Patmos insulam sit, videbimus martyrem non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confectionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt: licet persecutor non fuderit sanguinem. Hæc ibi D. Hieronymus.

Sedere ad dextram vel sinistram non est meum dare vobis.

Lectio græca non habet, vobis: *ὅτι ἐγὼ μὴ δύναμαι, ἀλλ' ὅτι ὑποτάξαί με τῷ πατρὶ μὲν.* Hoc est, non est meum dare sed (sub.) dabitur quibus paratum est: patre meo. D. Hiero. In Matthæo. 20. Sic hoc, inquit, intelligendum est: Regnum cœlorum non est dantis, sed accipientis. Non est enim personarum acceptio apud Deum. Act. 10. sed quicumque talem se præbuerit ut regno cœlorum dignus fiat: hic accipiet, quod non personæ, sed vitæ paratum est. Si itaque tales estis, qui consequamini regnum cœlorum, quod pater meus triumphans & victoribus præparauit: vos quoque accipietis illud. Alij de Moysæ & Helia dictum volunt, quos paulò antè in monte cum eo viderat loquentes: sed mihi nequam videtur. Ideò enim sedentium in regno cœlorum vocabula non dicuntur: ne paucis nominatis cæteri putarentur exclusi. Hæc D. Hiero. apertissime dixit, & nodum difficilem secuit ac dissoluit. D. Aug. to. 3. lib. 1. de trinitate c. 12. Secundum formam serui, ait, satagentibus discipulis de glorificatione sua respondit: *Sedere ad dextram meam vel ad sinistram meam non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.* Quod autem paratum est à patre eius, & ab ipso filio paratum est, quia ipse & pater vnum sunt, sicut de spiritu sancto dicit: *Paracletus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, tamè filius etiam misit illum.* Si autem ab ipso, inquit, mittam eum ad vos, sic quibus paratum est à patre meo, dicendum, cum patre se intelligi voluit, parare sedes gloriæ quibus vellent, dicit aliquis, hic aperte dicit, non est meum dare vobis. Sed hoc est (ait D. Aug.) quod præstrinximus (aliàs præstruximus) secundum formam serui dictum, vita intelligeremus, non est meum dare, ac si diceretur. Non est humanæ potestatis hoc dare: ut per illud intelligatur hoc dare, per quod Deus & æqualis est patri, Non est, inquit,

C. Aug.
to. 3. l. de
trinitat.
cap. 12.

inquit, meum dare, id est nō humana potestate ista do, sed quibus paratum est à patre meo. Sed iam tu intellige, quia si omnia quæ habet pater mea sunt, Ioan. 16. & hoc utique meum est, & cum patre ista paravi. Hæc D. Aug. ibi. Vel non est meum dare vobis, intellige qui mihi amicitia iūcti estis, sed quibus paratum est. Paratum est autem omnibus, qui non dubitant animam suam ponere pro Christo. Quod si ipsi olim bibetis calicem quem ego bibiturus sum, certe eorum numero estis quibus paratum est à patre meo. Hæc

Hofmeister egregius (profecto) inter recetiores huius loci in Mar. 10. c. expositor. D. Amb. l. 5. de fide c. 3. circainiitū.

Quomodo, inquit, scilicet Arriani, filius, verus Deus potest esse, cum ipse dixerit, non est meum dare vobis? Hoc igitur vestrum diuinæ, ut vultis, inæqualitatis est argumentum. Respondet sub finem illius capituli: Non est meum dare,

stupra etiam dixerat, calicem meum, ergo superiora docent propter quid dixerit. Rogat enim à muliere, quasi homo, ut ad dexteram vel ad sinistram suam filios eius sedere pateretur, quia illa quasi hominem rogauerat, & dominus quasi tantummodo homo de sua passione respondit, Potestis bibere calicem meum, &c. Itaque quia secundum carnem de passione sui corporis loquebatur, demonstrare voluit quod secundum carnem subeundæ passionis nobis exemplum dereliqueret, secundum humanam autem conditionem sedis supernæ cōsorra nō donaret, hoc est enim quod dixit, nō est meū. Prius quidem commemorauit dominus discipulis duobus quid tribueret, quàm quid negaret, quo magis æquitate sibi petitionis quàm studiū dominicæ liberalitatis intelligerent defuisse. Calicē quidem meū bibetis, hoc est passionē quidē quæ carnis meæ est, nō negabo: quod enim humanæ assumptionis habeo, potestis imitari. Sedere autem ad dexteram non est meū dare vobis, non dixit non est meū dare, sed non est meū dare vobis, hoc est non sibi potestatem deesse asserens, sed meritū creaturis. Accipe, aliter, nō est meū, qui iustitiā seruo, nō gratiā (expone seclusis meritis & operibus iustitiæ) deniq; ad patrē referens, quibus paratū est addidit: ut ostenderet patrē quoque non petitionibus desere solere, sed meritis, quia Deus personarū acceptor nō est. Hæc D. Amb. verè iuxta nominis egyption Ambrōsius, immortalis, dulcis, ac diuinus, ut apud Homerum Odissē. 6., hoc est l. 15. In principio de Telemacho dicitur Græcè quidē sic, τελεμαχῶν δ' ἔχ' ὕπνου ἐχ' ἄλκυονος ἀλλ' ἔτι θυμῷ,

Homer.

ἔτι θυμῷ, τελεμαχῶν δ' ἔχ' ὕπνου ἐχ' ἄλκυονος ἀλλ' ἔτι θυμῷ, hoc est ad verbū: Telemachū autē non somnus tenebat (vel, habebat) dulcis sed in animo, noctē per diuinā (vel melius, per dulcē) curas patris cōgregabat, id est aliis quiescentibus molliet, & noctē dulci dormientibus, cura patris Telemachū exercuciabant, per noctē quæ propter quietē, diuina etiam dici poterit ὕπ' ἀμβροσίῳ ait Homerus, quies enim reddit durabiliores homines. Cyrillus Alexandrinus thesauri l. 10. D. Cyril. Alexad. c. 7. in exordio capituli, Quomodo, inquit si æqualis patri filius est, dixit ad filios Zebedæi, nō est meum dare? Id enim aperte ostendit non habere se potestatem dādi quod perebatur. Non est igitur æqualis patri, quoniā pater omnē potestatem habet. Rēspōdet ibi. Supremos honores petebāt illi discipuli, qui aliis debebātur, quibus respōdit. Nō est meū dare, nō quia potestatem dandi nō habeat, sed quia pramia proportionaliter certantibus dantur. Nā quæadmodum si quis certamē instituerit, & munera declarauerit, ad petentes maxima pramia dicat, Nō est meū dare: non enim certandi munera sic mihi proposita sunt, ut velim petentibus dare quibuscunque, sed illis solum qui certado superabūt. Sic saluator quoque non est meū dare, inquit, supremū honorē vobis petētibus, qui reseruarus est in præscientia patris illis, quos excessus certandi cōmendabit. Quare dominū hæc responsio, non potestatem negat, sed dispensationē ostendit. Quomodo enim ipse non potest dare quibus velit, quū inueniatur omnib; discipulis id esse largitus? Mat. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes. Non enim ut propheta hoc prædicit, sed ut author benignè largitur. Quomodo ergo qui omnibus potuit dare, duobus nō potuit? Præterea si verè dicit, omnia sibi tradita esse à patre, Matr. 11. & in omnibus gratia etiā hæc continetur: non negat potestatem dandi, cum dicit, nō est meū dare: Quoniam, inquit, iniustā petitis gratiā, quam me nō decet vobis largiri, non est meū dare. Iustus enim sum iudex, & honores singulis, quos per gratiā affero, quasi debitos laborib; virtutib; suis distribuo. Ad hæc inani gloria mori à dextris & à sinistris meis sedere cōcupiistis: Id autē dare meū nō est. Nō enim dabo morbū alicui, qui doceo atq; hortor, ut à morbo caueatis. Iustus sum munerū declarator in certaminib; positus, ac ided nō petētib; simpliciter largiri debeo, nec per iniuriā, certatiū omniū ad duos solum honores traducere; sed pro reb; ab vnoquoq; gestis, quasi debiti à me ho

Matt. 9.

Matt. 11.

à me honores distribuēdi sunt. Illi ergo iure hoc accipient, quibus à patre meo (qui per me & in me omnia operatur, preparata hæc sunt. Nemo certè hic suspicari debet, idè à patre honores præparatos dici, quia ipse præstare nõ potest: sed propter dispensationem incarnationis, sicut ab homine dicitur. Soler enim omnia quæ naturam hominis excedunt, patri vt Deo attribuere. Nam quum ipse quoque Deus secundum naturã sit, & vnum atque idem cum patre, omnia profectò poterit sicut Deus. Ab inani ergo gloria, improbæque ambitione, Zebedæi filios deterret, ad modestiãque reducit. hæcenus Cyrillus, accommodatissime ad præsens nostrũ institutum. Perspicias iam (amicie lector) difficile esse intellectu præcedentẽ sententiã, non est meum dare vobis. Vt ergo intelligeres quã esset obscura, & quã difficiles explicatus haberet, antiquorum ecclesiæ doctorum primã notẽ producerẽ volui expositiones. In summa, sit clarè exponens. *Non est meũ dare vobis*, quatenus & ambitiosè quæritis, & carnaliter affecti estis. Vobis, inquã, in sensu composito (vt logici dicunt) hoc est talibus, quales modò estis, qui nondum id promerulistis, Potestis bibere calicem? Bibetis illum. Non dicit calicẽ meum bibere potestis, sed ad futuram eorum perfectionem respiciẽs, dixit in futuro, *Bibetis*: & sic ex his estis, *quibus paratũ est à patre meo*. Alioquin sine meritis condignis, non est meum dare vobis, sed quibus merita suppetent. Vobis dabitur, quales futuri estis in posterũ, humiles nempe, & à cetero ab omni ambitione alieni, propter me persecutionẽ toleraturi. Taliũ enim est regnũ cælorum. Fixa etenim manet hæc sententia, *Non coronabitur nisi* (ait apostolus 2. Timor. 1.) *qui legitimè certauerit*, prius oportet seminare in fletu quã mere in exultatione. ex psalmographo. *Euntes ibant & siebãt mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portãtes manipulos suos*. In hoc quod dixit dominus duobus discipulis charissimis. *Sedere ad dexteram meã vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo*, datur intelligi quod non omnibus quæ à nobis amici importunius effragitant, acquiescendum erit semper: præsertim & maximè, si cõtra patrem nostrũ cœlestem quidpiam petant, vel si honori Dei tãtillum derogare videantur eorum postulata. Quod facile ab ipsa patris sapientia sapientissimè amicis suis respondente, & quod ab eis petebatur denegante, discere possumus: *Non est meum dare vobis*, ait,

sed qui

sed quibus paratum est à patre meo. Ad hæc sententiã accedit, quod refert Plut. to. 1. opusc. in apophthegmat. Græcorum, *Plutarc.* de Pericle, qui amico falsum à se testimoniũ quod iureiu-
de Pericle, qui amico falsum à se testimoniũ quod iureiu-
rando erat sanciedum, exigenti, Amicum se vsque ad aram *scilicet in a-*
esse respondit. Quod Erasmus Apophthegmaticum lib. 5. in *pop. græc.*
Pericle sic retulit. Amico roganti vt pro se falsum diceret *Erasmº.*
Pericle sic retulit. Amico roganti vt pro se falsum diceret
testimoniũ, cui adiunctũ erat iurandum, hoc est periurium: Respondit se quidẽ amicum esse, sed vsque ad aram: sentiẽsque aliquoufque gratificandũ amicis, sed citra violationem religionis. Hæc ibi. In quem sensum accipienda sunt dominica verba, Matt. 5. *Si oculus tuus scãdalizat te, erue eũ, & projice abs te.* Valerius Maximus lib. 6. c. 4. de grauioribus *Valer. l. 6. cap. 4.* dictis aut factis. P. Rutiliº cum amici cuiusdam iniustã rogationi resisteret, atque is per summã indignationẽ dixisset, quid ergo, inquit, mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, non facis? Respondit, Imò quid mihi tua, si propter te aliquid inhonestè facturus sum? Ex quo liquidò patet amicis iniqua petẽtibz nequaquã acquiescẽdum. Ioannes Grammaticus cognomento Philoponus in vita Aristotelis, quæ extat impressa ad finẽ quæstionum Alexandri Aphrodisiensi scribit Aristotelis vocẽ esse, ad verbum ita scribentis, Amicũ quidẽ Socrates, sed veritas amicissima. & alibi, Socratis, inquit, parua cura agenda est, veritatis autem magna. Hæc Aristoteles ibidem. Sic quibuscumque amicis, honor Dei semper præferendus præponendũque fuerit. Occurrit memoria & illud Alexandri magni memorabile responsum, quod in monumentis, Ammiani Marcellini rerũ gestarum lib. decimo quarto, circa finẽ habetur. Ille vrgenti matri vt occideret quendam insontem, & dicti tanti spe imperiãdi postea quæ vellet, eum se per nouẽ menses vtero portasse prægnantem, ita respondit prudenter, Aliã parens optima potest mercedẽ: hominis enim salus beneficio nullo pensatur. Hæc ibi. Ostendens (inquit Richardus Dinoth. in aduersariis historicis centuria 4. §. 7.) potestatem datam esse regibus, non ad perniciẽ, & exitium hominum quibus impetant, sed ad tuitionẽ, & defensionem: & magistratum sua autoritate ad gratificandũ amicis abuti non debere, sed ius vnicuique sine discrimine syncerè & integrè reddere. Hæc ille. quæ omnia perpulchrè quadrat nostro proposito. Non igitur omnia & singula absque delectu vel temerè petentibus licet amicis sunt concedenda, Christi exẽplo, *Non est meũ dare vobis, sed quibus paratũ est à patre meo.* Quare et aliquis,

Ioā. Turpinus.

aliquis, An non cōsequuti sunt quodammodo quod petierant isti duo filij Zebedæi, vt alter quidem esset ad dexteram, alter verò ad sinistram in regno Christi? Responderet Ioannes Turpinus archiepiscopus Rhenensis, Caroli Imp. magni amic⁹ & secretarius, vir eruditus, qui scripsit gesta Caroli magni in hist. de vita Caroli & Rolandi c. 19. sic haberi: Sicut per B. Ioann. Euang. beati Iacobi fratris, in Orientali parte apud Ephesum, Christi fides & apostolica sedes instituitur: sic per beatum Iacobum, in occidentali parte regni Dei, apud Galliciam, fides eadem & apostolica sedes cōstituitur. Hæ sunt proculdubio sedes, Ephesus scilicet, quæ est ad dexteram in regno terreno Christi, & Compostella, quæ est ad sinistram. Quæ videlicet sedes his duobus fratribus filiis Zebedæi, in diuisione prouinciarum cōtulerunt, quia ipsi petierāt à domino, vt vnus ad dexteram in regno eius sederet, & alius ad læuam. Tres apostolicas sedes principales præ omnibus sedibus in orbe meritò religio christiana venerari præcipuè consuevit, Romanam scilicet, Gallicianam & Ephesinam. Sicut enim tres apostolos, Petrum scilicet, & Iacobum, & Ioannem præ omnibus apostolis dominus instituit, quib⁹ sua secreta plenius cæteris, (vt in euangelis patet) reuelauit: sic per eos tres has sedes præ omnibus, Cosmi, id est mundi sedibus reuerendas constituit, & meritò hæ sedes dicuntur principales: Quia sicut hi tres apostoli dignitatis gratia, cæteros præcesserunt apostolos: sic loca illa sacrosancta in quibus prædicauerunt & sepulti fuere, dignitatis excellentia totius orbis sedes iure præcedere debent. Iure Romæ sedes apostolica prima præponitur, quia eam princeps apostolorum Petrus, prædicatione sua & proprio sanguine & sepultura dedicauit. Cōpostella quoque sedes secūda meritò dicitur, quia beatus Iacobus inter cæteros apostolos præcipua dignitate & honore, & honestate, maior post beatum Petrum extitit, prius martyrio lauceatus, eam sua prædicatione olim muniuit, sepultura sua sacratissima cōsecrauit, & miraculis adhuc perlustrat, indeficientibusque beneficiis indefinenter dirare non cessat. Tertia sedes ritè Ephesus dicitur, quia beatus Ioannes euangelista in ea euangelium suum (scilicet in principio erat verbum) eructauit: coadunato episcoporum cōcilio, quos ipse per vrbes disposuerat, quos etiā in Apocalypsi sua angelos vocat, eamque doctrina sua & miraculis & basilica quam in ea ædificauit, insuper propria sepultura consecra

cōsecrauit. Hucusque Turpinus. Baptista Mantuanus Parthenices Marianæ lib. 1. sub finè concinit in hunc modum. *Mantuanæ Sicq; duos inter studuit cōcludere natos.* (sub) Salome inater. *nu.*
Regnantem lætio, Christum, Romæque tenentem Imperium, læuam tellus Asiatica, dextram

Gens Hispana tenet, regnum inter vtramque Latinum.
 Hæc Mantuanus: Qui alia consideratione, Ephesum ad sinistram, Romæ nimirum collocat, & Hispaniam ad dexteram. Turpinus verò alio respectu, Ephesum cōstituit, ad dexteram, quia in orientali parte est. Galliciam autem seu Compostellam, quoniam in occidentali parte posita est, ad sinistram non abs re assignat. Sicque ambo concordant. Nam vnde orrus astrorum dextra, vbi autem stellarum orbis sinistra, imaginariè constituitur, author est Aristoteles lib. 2. De cælo ca. 2. Reliquum est (fratres charissimi) vt huic concioni sinè imponentes, rogemus Deum vt ad Ambicionis veneno lethifero, & cōragio nos suâ gratia, & horum præsertim duorum fratrum cum Christo regnantium, & lucidas beatasque sedes in cælis, Christi filij Dei ad dexterâ patris sedentis, beneficio possidētium, precibus & meritis præseruet Deus, & vitâ æternâ nobis tandem propitius largiatur. Qui viuunt & regnat per æterna secula. Amen.

FERIA QUINTA POST SECUNDAM DOMINICAM

QUADRAGESIMAE.

De diuite & Lazaro, Luc. 16.

Homo quidam erat diues qui induebatur purpura & bysso. & epulabatur quotidie splendide: Et erat quidam mendicus nomine LAZARUS.



Ircæ narrationem de diuite epulone (inquit Ioannes Molanus Louanienſis vir certè e-Ioannes Molanus) in ecclesiasticisque historiis multæ lectionis, in opere à se edito de picturis & imaginibus sacris cap. 84. ipſo ſtatim exordio. Dico eſſe quidem parabolam. Vnde multæ eccleſiæ præmittunt huic euangelio, In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, inter quas, inquit, eſt etiam Romana. Salua tanti viri reuerentia, non habetur in miſſalibus ex decreto ſancti cōcilij Tridentini. Si ipſe in quibuſdā miſſalibus ſecūdum ritum

& ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ, hanc præfatiunculam legerit, non repugno. Nam in quodam missali secundum vltimum ecclesiæ Romanæ congregationi Cœlestinorum deserviente nominatim anno domini 1517. Parisiis impresso, ego ipse legi, in illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hæc. Homo quidem erat dives & induebatur purpura & bysso. Item in quondam missali anno domini 1553. Lugduni impresso ad vsum fratrum Augustinensium secundum ecclesiæ Romanæ ritum, ibidem legi parabolam hanc. Insuper in altero missali ad vsum Romanum Parisiis impresso expensis Ioannis Parui anno domini 1529. quo noster ordo sancti Francisci antequam concilium Tridentinum decretum vtebatur, & cum antiquioribus aliquot missalibus ad vsum fratrum minorum impressis contuli diligenter, & reperi ubique hæc clausulam similiter præfixam parabolam hanc. Modò rescissa & deleta est (vt dixi) sed cum ipso secundum id quod statim subiicit convenio ac consentio, addo, inquit, simul esse veram historiam, secundum Augustinum, Ambrosium, Chrysostomum, Gregorium, & alios. Ab his columnis difficile auellor, inquit Bernardus, loquens tantum de Ambrosio & Augustino (nos supra citauimus.) His accedat Ambrosij Catharini contra Caietanum verba. Seposita omni contradictione aut refutatione, quæ longior foret, verborum Theophylacti, in Luc. 16. qui de hac narratione ausus fuit scribere, parabola est hæc, & non, vt quidam opinati sunt, historia. Ipse autem Lazarus, inquit Molanus, tanquam domini voce canonizatus ubique terrarum vt sanctus Dei celebratur, & colitur, & eius nomine pauperes sancti Lazari dicuntur, qui vlceribus scædati sunt, & per consequens in leprosanis Lazarus rectè pingitur cum scuto, & corona sanctorum, & rectè imagini eius adiicitur, Sancte Lazare ora pro nobis. Hactenus ille quo in loco admonere fuerit non inuile, leprosos, pauperes dici Lazari sancti, non à Lazaro nobile fratre Marthæ & Magdalene (de quo aliàs Deo duce dicemus.) Is enim erat dives ac nobilis, nõ mendicus, qualis hic describitur Lazarus, ad ianuam diuitis vlceribus plenus. Suboriri erroris suspicio possit, ex eo quòd cum in quadragesima legitur hoc euangelium de Lazaro quatriduano à Domino suscitato, clamante Lazaro veni foras, sit magnus populorum ac plebis concursus ad leprosos, extra vrbes, ibique fiunt solemnes conuentus & conciones seu homiliae, (Sermo nes ad populum vulgò appellamus)

pellamus) videri possit inde leprosanis denominatas sancti Lazari domos, vel ecclesiæ, ab illo viro sancto & Massiliensi episcopo, vt testatur Petrus de Natalibus, in carolo-Petrus go sanctorum lib. 1. ca. 72. Vbi, inquit, & in domino requie- de Na- uit, cuius ibidem in matrice ecclesia caput ostenditur Massi- talibus. lia: hæc ille. Et quia in leprosanum domini habitu & scheinare episcopi, cum infula seu mitra & lituo siue baculo pastoralis & pontificali, (vne croisse, nos Gallicè dicimus) depingi S. Lazarus solet, videri possit & suspicio excitaretur vehemens, ex eo, leprosos Lazarum illum Bethaniensem nobilem, potius quàm alterum istum vlcerosum ac mendicum sibi vdicare & attribuere, ac speciali colere honore, & venerari. Et tamen secus aliterque opinari ac sentire oportet nimirum pauperes dictos sancti Lazari, à mendico isto sancto Lazaro. Non autem ab altero sancto Lazaro Bethanienfi origine, & Massiliensi episcopo. Vterque interim Lazarus sanctus in cœlis sceliciter cum domino gaudet & regnat, iuxta psalmographi grauiussum apophthegma, *Simul in vnum diues & pauper.* Hæc non penitenda minimeque negligenda initio huius concionis proponere volui, vt curiosus lector non incuriosè legens ista, quadam animi perfruat & afficiatur voluptate. Nunc dictum Theophylacti presertim examinemus. Is Luc. 16. Parabola est & hæc *lactus.* (nimirum quia in eodem capite altera præcesserat, de diuite & villico seu dispensatore iniquo) & non (vt quidam opinati sunt) historia, ait, nondum enim separata erant iustis bona & peccatoribus contraria: sed figurauit sermonem dominus, vt immisericordes doceat, qualia eis euentura sint, & iterum doceat eos qui affliguntur quàm bene habituri sint pro his quæ hic sustinent. Diuitem igitur hoc loco absque nomine in parabola assumpsit, vt pote qui neque dignus sit, qui à Deo nominetur, sicut per prophetam dicit psal. 15. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Nomen autem pauperis memorat, iustorum enim nomina in libro vitæ scripta sunt. Hucusque Theophylactus iuxta nomen suum, vitæ Dei obseruans, & *Abrahams,* siue religiosus, qui Dei custodiam vel pro Deo excubias agit & vigilias custodit. Fuit is archiepiscopus Bulgariae. Quæ omnia perpulchrè quadrat. Euthimius similiter Græcus in Luc. 16. Nunc per parabolam inquit, etiam timorem duris corde ac tenacibus diuitibus inquit, de futuris tãquam de præteritis narrans. Nondum enim eorum quæ in vita sunt peracta datur retributio, quum

quum nondum adsit iudicium. Deinde etiã alia vtilia per hanc discimus parabolam. Hęc ille. Ioannes Henricus Hieronymianus Euthimij interpres, ad marginem annotauit, magna sanè cautione. Tanguã Græcus sequitur dogma Græcorum. Obiter hic scire conuenit, pro vt doctus Alphonsus de Castro minorita, (quem proprio epitheto *Alphonsus de Castro* peruenit, hoc est hæresum expugnatorem nomino) obseruauit, scribens aduersus hæreses libro 3. titulo beatitudo, hæresi 6. Græcos in ea fuisse hæresi (non de antiquis illis & sanctis probatisque doctoribus intelligo, verum de quibusdam longo interuallo eis succedentibus) vt nullã animam ante diem iudicij esse beatam dicerent: quoniam (vt ait) illa opinio, nulla anima ante illũ diem videt Deũ. Huius hæresis, inquit Alphonsus, authores sunt Armeni, eandem etiam tuentur Græci. Verum hi (teste Guidone) multo magis delirant, quoniam sicut negant beatitudinem dari iustis ante diem iudicij, ita etiam negant pœnã dari peccatoribus, ante illum diem. Hactenus noster Alphonsus, nostrũ appello, propter cõmunem sancti Francisci ordinẽ & professionem: cum tamen patria & origine sit Hispanus Zamorensis. Ille supra citato loco de Theophylacto hæc scribit. Sunt aliqui, inquit, huius erroris patroni, viri quidem illustres, sanctitate perinde ac scientia clari, & inter illos numerat Theophylactum Bulgariae episcopũ. Nec mirari quisquam debet si tanti viri in tam pestiferum errorem sunt lapsi: *Quoniam qui non offendit in verbo* (vt beatus Iacobus apostolus in catholica sua epistola) capite 3. ait, *hic perfectus est vir*: admonere tamen hic oportet lectorem, ne putet hunc errorem aliquid tantorum virorũ sanctitati aut doctrinã detrahare: Nam cum illo tempore nunquam ecclesia, de hac re quidquam diffinisset, nec res fuisset ynquã in quæstionem vocata, nec tam expressa fuissent sacra scripturæ pro illius diffinitione testimonia, vt nõ possent, in alium sensum vtcumque detorqueri, potuerunt eo tempore, alterutram partem & sententiam citra hæresis notam docere: præsertim cum non deessent aliqua scripturæ testimonia, quæ illis quodammodo fauere viderentur. Hęc ille Respondeo itaque, cum & Theophylactus & Euthimius pro *αὐτοματία*, hoc est redditione siue ratione causæ (causificatio, fortè vno verbo diceretur) adduxerint istud, *Quia nondum iustis bona, & peccatoribus contraria, quum nondum adsit iudicium, decreta vel constituta essent,*

Alphonsus de Castro
peruenit, hoc est hæresum
expugnatorem nomino)
obseruauit, scribens aduersus
hæreses libro 3. titulo beatitudo,
hæresi 6. Græcos in ea fuisse hæresi
(non de antiquis illis & sanctis
probatissque doctoribus intelligo,
verum de quibusdam longo interuallo
eis succedentibus) vt nullã animam
ante diem iudicij esse beatam
dicerent: quoniam (vt ait) illa
opinio, nulla anima ante illũ diem
videt Deũ. Huius hæresis, inquit
Alphonsus, authores sunt Armeni,
eandem etiam tuentur Græci. Verum
hi (teste Guidone) multo magis
delirant, quoniam sicut negant
beatitudinem dari iustis ante diem
iudicij, ita etiam negant pœnã dari
peccatoribus, ante illum diem.
Hactenus noster Alphonsus,
nostrũ appello, propter cõmunem
sancti Francisci ordinẽ & professionem:
cum tamen patria & origine sit
Hispanus Zamorensis. Ille supra
citato loco de Theophylacto hæc
scribit. Sunt aliqui, inquit, huius
erroris patroni, viri quidem
illustres, sanctitate perinde ac
scientia clari, & inter illos
numerat Theophylactum Bulgariae
episcopũ. Nec mirari quisquam
debet si tanti viri in tam pestiferum
errorem sunt lapsi: *Quoniam qui
non offendit in verbo* (vt beatus
Iacobus apostolus in catholica sua
epistola) capite 3. ait, *hic perfectus
est vir*: admonere tamen hic
oportet lectorem, ne putet hunc
errorem aliquid tantorum virorũ
sanctitati aut doctrinã detrahare:
Nam cum illo tempore nunquam
ecclesia, de hac re quidquam
diffinisset, nec res fuisset ynquã
in quæstionem vocata, nec tam
expressa fuissent sacra scripturæ
pro illius diffinitione testimonia,
vt nõ possent, in alium sensum
vtcumque detorqueri, potuerunt
eo tempore, alterutram partem &
sententiam citra hæresis notam
docere: præsertim cum non
deessent aliqua scripturæ
testimonia, quæ illis quodammodo
fauere viderentur. Hęc ille
Respondeo itaque, cum &
Theophylactus & Euthimius pro
αὐτοματία, hoc est redditione siue
ratione causæ (causificatio, fortè
vno verbo diceretur) adduxerint
istud, *Quia nondum iustis bona,
& peccatoribus contraria, quum
nondum adsit iudicium, decreta vel
constituta essent,*

essent, idcõ hanc esse parabolam, non historiam illis videtur. Destructo & subuerso fundamento, reliquum quoque quod superstructum est, corrui. Quare seposita & reiecta illorum opinione, cum longè maioribus & antiquitate & sanctitate præstantioribus, tenere firmiter debemus historiam potius esse, quã parabolam, excusando interim prænomatos doctores Græcos, in eo quod scribunt nondum fuisse separata iustis bona, nõdum in vita gestorũ, retributionem dari. Id quidem eo sensu verum esse, quod tunc cum hæc à domino dicerentur, cœlum nondum esset apertum, sed descenderent iusti ad infernum, hoc est ad lymbũ patrum, & colligerentur ante Christi resurrectionẽ & gloriosam ac triumphalem in cœlos ascensionem, in sinum Abrahamæ, sicut habet præfens narratio. De malis autem seu peccatoribus contraria, quod videlicet, malis nondum essent decreta supplicia: (quod dixit Theophylactus) salua pace ac viro tam venerando debita reuerentia, dico, quod peccatoris anima statim post mortem tolerat supplicium. Nam de pœna peccatorũ, statim post illorum mortẽ semper inflicta, testatur Iob, cap. 21. *Tenent tympanũ*, inquit, *& gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in pœcto ad inferna descendunt.* in puncto dixit, quia continuo post mortem sine vlla quiete descendunt ad inferos, vt ibi dignas pro peccatis suis luant pœnas. Et illud est apertissimũ quod de diuite illo epulone hic dicitur, *mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Hęc doctissimus Alfonso loco supra dicto. Nõ interim dissimulabo huius loci Iob 21. In puncto ad inferna descendunt. explicationem D. Thomæ Aquinatis, commentariis in Iob, ad ista verba videri paulõ diuersam, Sic enim ille. In puncto ad inferna descendunt, id est in mortem, quam patiuntur absque præcedenti angustia. *Liranus.* Omnes quidem antiqui ante redemptoris aduentum ad inferna descendebant: sed quidam aduersitatibus pressi in via, non subito, sed per multas amaritudines ad inferna descendebant. Sicut Iacob dixit, Genes. 37. *descendum ad sepulcrum meum lugens in infernum.* Sed illi qui prosperitate vident, vsq; ad mortẽ, quasi in puncto ad inferna descendunt, propter multa mala quæ faciunt. Hactenus ille, cui subseribit dominus Liranus in Iob 21. *In puncto*, inquit, *ad inferna descendunt*, id est, ad sepulturam: Ita vt inter prosperitatem & sepulturam eorum maturam, non interuenit eis aliqua aduersitas. Ista per experientiam videntur aliquando

Ioan. Fe-
rius.

do contingere impiis. Hæc ille. Extat Iobi historia docta & catholica explicatio Ioannis Feri, interprete Tilmanno Bredembachio Coloniae 1574. impressa, vbi locus ille sic dilucidè tractatur, & eleganter quidè: Impios videas primùm firma frui valetudine, florida gaudere senectâ, opibus & diuitiis affluere: deinde vberes habere agrorû proventus: tertio domos eorum securas esse & pacatas, & virgâ Dei non esse super eos, & vt Dauid ait Psal. 72. in labore hominum non esse, nec cum hominibus flagellari: quarto greges & armenta eorû feliciter auferescere: quinto in filiis suis latari: sexto vitam sine macula transigere. *Ducunt in bonis dies suos*, ait Iob. postremo mortè etiam sentire facilem & placidam, nõ tolerare; magnos cruciatus, nõ diuturnis morbis excarnificari. *In puncto ad inferna descendit*, ait Iob. Hæc autem omnia talia sunt, qualia Moyses enumerat inter benedictiones Dei, quib. piis benedixit. Postmodum subiungit Ferus, Ne tu lector mouearis ob interpretationem dictorum verborum, quasi felicitatè impiorum putares perpetuò duraturam, vel eorum supplicia in extremum vsque differenda & protrahenda iudicium. *Terreant nos hæc Iobi verba, in puncto ad inferna descendunt*, Qualis est ergo illa felicitas, quæ tam subito euanescent commutatur in ærumnas & infelicitatem sempiternam? Hactenus Ferus, vir certè eruditus admodum, & in tractandis sacris valde facilis nec obscurus. Paraphrastica elucidatio in librum Iob. F. Francisci Tirelmani, ordinis nostri mira perspicuitate & munditia verborum ac puritate latini sermonis, hoc sic illustraui: Læta habet ac prospera omnia; manet hæc impiis læta prosperitas vsque ad vltimum vitæ terminum. Non enim vt plerisque euenit etiã iustis, longis ante mortem cruciantur languoribus atque doloribus, sed subito quasi in puncto temporis absque præuia diuturna infirmitate, ex hac vita discedunt, secundum corpus ad infernum sepulchri, secundum animam ad infernû gehennæ commigrantes. Verùm dandus est locus expositioni antiquiorum: Philippo presbytero, optimo auditori Hieronymi, viro longè eruditissimo tribuuntur commentariorum libri tres in Iob. Quos vt obseruaui F. Sixtus Senensis ordinis prædicatorum, in bibliotheca sancta, lib. 4. in nomine Bedæ venerabilis; in nomine item Hieronymi Stridonensis, de commentariis in Iob; & tertio in nomine Philippi presbyteri & monachi, Basileæ typographi,

Frãcisc.
Tirelma.Philipp.
presbyt.
Sixtus
Senensis.

sub titulo Philippi presbyteri separato volumine euulgauerunt. Commentarius etiã ille in Iob inter opera diui Hieronymi connumeratus, in gratiam Væterij episcopi, vt ex sine voluminis apparet, aliàs Nestarij episcopi, vt legitur in Bedæ operibus tomo quarto collectus: Conici potest, inquit, Sixtus, (si quid tamen huiusmodi coniecturis tribuendum est) opus hoc esse Bedæ presbyteri, vt pote Angli ad Anglum scribentis, Væterium enim apud Anglos episcopatum gessisse, & Bedæ temporibus vixisse, testatur volumen illud chronicum, quod vulgò chronica Anglicana nuncupatur. Negandû tamen nõ est, pleraque in his commentariis esse ex Hieronymi scriptis mutuata, pro commentariis in Iob Philippi presbyteri, de quo supra. Adamus Petrus Basiliensis typographus anno domini 1,27. euulgauit commentariorum mysticæ expositionis in Iob ad Nestarium episcopum libros tres incipientes, Adhortante te &c. Hos rursum Ioannes Heruagius Basileæ impressor, inter opera Bedæ & sub titulo Bedæ excudit atque impressit anno domini 1563. Hactenus Senensis exactus scriptor, in illis commentariis doctis certè, (cuiuscumque tandem fuerint) hæc ad verba Iobi citata habentur: *Ducunt in bonis dies suos* temporalibus, vmbrae similes, & intra tempus breuissimum ad infernorum tormenta descendunt. Hæc ibi. Vides quomodo de infernorum tormentis, is scriptor satis doctus & antiquitate commendatus, exponit? Inter D. Hieronymi opera Iob 21. Istud etiam additur. Horum de quibus nunc loquitur, finis & interitus erit mors externa & perditio inferorum. Hæc ibi: Vnde concludo quòd in puncto ad inferni etiam supplicia & tormenta impij descendunt, nec ad iudicium vsque protelatur seu differunt eorû puniitio. Sed de iis satis, huc vsq; D. Chrysostomus ex Luca c. 16. homilia de diuite: Ponit, inquit, exemplû Christus, imò in exemplû parabolæ, veritatem. Neque enim in parabola dicenda nomina sunt. Parabolæ illæ sunt, vbi exemplum ponitur, & tacentur nomina: vbi autem dicitur Abraham & propheta, & Lazarus & Moses, hic verus Lazarus. Si verus est Abraham, verus est Lazarus. Abraham quis fuerit legimus: Lazarum autem non legimus. Sed qui fecit Lazarum, ipse fecit & Abraham. Si verum dicit Abraham, verum intelligimus & Lazarum: Hactenus diuus Chrysostomus. Idem de Lazaro cõcione prima, historia, inquit, de diuite ac Lazaro hoc declarat. Post pauca in eadem sub

D. Chri-
stom.

icit, Vobis dicemus in presentia, quis euangelistarum scripserit hanc parabolam à Christo fuisse propositam: Nimirum Lucas solus. Quod quomodo debeat intelligi, in sequentibus dicemus: attamen discretis verbis recitatis supra proficitur etiam historiam esse. Quid, quæso, apertius dici potuit, vt innotescat non tam parabolam quam rem gestam Christum narrare: Diuus Gregorius homilia 40. in ipso exordio, In verbis, inquit, sacri eloquij prius seruanda est veritas historia, & postmodum requirenda spiritalis intelligentia allegoriæ. Tunc namque allegoriæ fructus suauiter carpitur, cum prius per historiam in veritatis radice solidatur. Sed quia nonnunquam allegoria fidem edificat, & historia moralitatē, prius de allegoria breuiter auditis: Et quod vobis de moralitate historiæ valde est necessarium, hoc in expositionis nostræ ordine seruetur extremum: quia ea plerumque solent melius recoli, quæ contingit postmodum audiri. Sensus ergo allegoricos sub breuitate trāscurrimus, vt ad mortalitatis latitudinem citius venire valeamus. Hæc ille. Audis quomodo historiæ moralitatem vocat. Exponit autem ibidem presens euangelium. Dicit autem, hæc nos pro indicandis vel alijs indagandis, allegoriæ mysteriis succinctè trāscurrisse sufficiat: nunc ad intuemdam latius rei gestæ mortalitatem animus recurat. Deinde exposita euangelij litera subiungit. Hæc nos de ipsa rei gestæ consideratione dixisse sufficiat. Hactenus Diuus Gregorius magnus. Imò ter maximus, sanctitate, eruditione, & autoritate suprema. Ante hunc

D. Amb. Diuus Ambrosius libro 8. in Lucam cap. 3. hoc est non longè à principiis illius libri: *Homo quidam: induebatur purpuram,* &cetera. Narratio, inquit, magis quàm parabola videtur, quando etiam nomen exprimitur, hæc ille. Hos sequitur Catharinus, annotationibus suis, in excerpta quædam de commentariis Caietani: extat liber Parisiis apud Simonē Colingum. 1535. excusus, ibi f. 342. Illud non parui ponderis, inquit, quod quæ recitat dominus de Lazaro & epulone, vertit Caietanus in dubium, an sit historia an mera parabola, cum sancti doctores & iam omnes populi, vt verissimam receperint historiam, & ipse Lazarus quasi domini voce canonizatus, vbi que terrarum vt sanctus Dei celebraretur, atque colatur: Vnde & pauperes sancti Lazari vocantur, & in exemplum paupertatis & patientiæ à sanctis concionatoribus adducitur. *Quæ* veritas etiam

D. Greg.

D. Amb.

Catharinus.

facel

facellis & ecclesiasticis picturis ad pauperum solatiū commendatur in vniuerso orbe, quæ contemnere aut nihili facere, neque viri prudētis, neque satis pij esse arbitror, præsertim sine ratione. Adde quod Cyrillus & Ambrosius ex veris Iudæorum annalibus, hanc historiam comprobati testantur. Nec est parua coniectura quam faciunt, eo quod nunquam in parabolis soleant propria nomina exprimi. Quæ licet non sit vrgens reuerendissimo, est tamen sanctorum doctorum, & si diligentius consideretur, apparebit vrgens: nec tamen in eiusmodi, expectandæ sunt mathematicæ demonstrationes. Huc vsque Catharinus. Apud Cyrillum Alexandrinum ab illo citatum quæsiui vbi hoc *D. Cyril.* astrueret: Subobscura quædam lib. 1. in Ioannem cap. 22. sub finem, inueni, huiusmodi. Capiuntur plerumque rerum sublimium imagines à corporibus, quamuis etiam historice, vt exposita sunt, multa intelligantur, quale illud Moyses est Exodi quarto, quod manum suam in suam emisit. Quod verò de Lazaro Luc. 16. dicunt (nempe cauillando Arriani contra filij æqualitatem) non modò nobis non refragatur, verum etiã suffragatur. Nam hac vita defunctus Lazarus in sinum Abrahamæ deductus, id est cum Abrahamæ filijs collocatus est: patrem enim multarum gentium Deus ipsum constituit. Hæc Cyrillus, qui videtur historice dictum fuisse sinum Abrahamæ interpretari, in quo Lazarus historice (ducta interim similitudine à rebus corporalibus & Metaphora,) re ipsa conquiescat. Si quidem (vt similitudine istud planum fiat) si aliquis ob sua crimina pœnas luat publicè, historia est & res gesta, in parabolam interim & proverbium seu exemplum proponetur ceteris eius supplicium, vt sibi caueant. Erit ergo perpeffio eius, & historia & parabola, diuersis respectibus. Ideò dicit Diuus Paulus Hebr. 11. de fide obrulit Abraham, Isaac: arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus, vnde cum & in parabolam accepit. Oblatio Isaac & historia erat, & parabolam etiam vocat apostolus, ad demonstrationem mysterij quod in Christo erat. Vt enim Isaac dimissus est, aries autem cæsus, sic vnus Christus Deus & idem homo, secundum humanam naturam pro nobis sacrificatus est: deitas verò expressit passionis permanebat, nihil patiebatur. Hoc sic exposuit Theophilactus Hebr. 11. Similiter 2. Par. 7. circa finem, 2. Par. 7. *Si serueritis diis alienis & adoraueritis eos, mellam vos de terra mea quam dedi vobis, & domum hæc quam adificavi nominavi meo,*

meo, prouiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam & in exemplum cunctis populis: & domus ista erit in prouerbum uniuersis transeuntibus, & dicent stupens es. Quare fecit dominus sic terra huic, & domui huic? Respondebuntque, quia dereliquerunt dominum, Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Aegypti, & apprehenderunt Deos alienos & adorauerunt eos. Idcirco uenerunt super eos uniuersa haec mala. Quae uerba etiam applicabuntur appositè ad euangelium, ego uado. De quo superiore alia concione. Ecce demolitio templi & historia est & parabola. Quia autem supra dixit Catharinus ex uertutis Iudaeorum annalibus hanc comprobari historiam:

Theophi. hic referendum est quod Theophilactus de Lazaro ex quadam Hebraeorum traditione narrat Luc. 16. Ferè Hebraeorum traditio, inquit, Lazarum quendam per istud tempus extrema inopia & infirmitate laborasse, cuius memor fuerit dominus in parabola hac, ut potè noti & manifesti. Hæc

Euthim. Theophylactus. Euthymius in Luc. 16. Aiunt quidam ex traditione Hebraeorum, quod iuxta ea tempora diues ille fuerat Ninensis appellatus, & medicus iste Lazarus: postquam autem uterque mortuus est, formauit Christus parabolam de rebus ab illis gestis, & futuras ipsorum retributiones quasi iam factas narrauit. Hæc Euthymius. Secundum hoc dicit postrema uerba, quod Græci in ea sunt hæresi de beatitudine, quam supra annotauimus. Nomina autem utriusque pulchrè conueniunt. Nam Ninensis ab Hebraico nomine Nineue, id est, pulchra & speciosa, quasi pulcher ac speciosus: uel etiam à uerbo Græco *Nuño*, id est congrego, deriuari potest. Congregans scilicet diuitias & iniquitatem sibi: uel à nomine *Nuño*, hoc est tranquillus, uento carens, aduersitatis scilicet, & prosperitate florens, quæ huic diuiti apprimè conueniunt. Lazarus autem (ut omnes ferè ueteres obseruarunt) adiutus interpretatur: adiutor enim pauperum & afflictorum est dominus. Esse autè rei gestæ exemplum probat Soarez tract. 182. in Luc. ex cap. 16. Vidimus (inquit) Hierosolymis domus illius diuitis portam lapidibus sectis bene fabricatam: Et intus atrium præteriti ædificij indicans fastum. Hæc descendètibz per uiam à porta Damasci cernuntur. Hic satis diues ostenditur, quod sibi non parcus erat. Hactenus ille. Relinquitur itaque satis manifestum, omnibus ritè pensatis, narrationem hanc euangelicam ueram esse (sanctorum doctorum ecclesiæ calculo) rei gestæ historiam,

& non

& non duntaxat parabolam. Nunc ad euangelicæ lectionis contextum aggredior.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso. Scribit Ecclesiasticus cap. 31. *Beatus est diues, qui inuentus est sine macula. Quis est hic? & laudabimus eum. Quasi diues, rarum est aliquid & monstro simile, est rarum contingens, ut cum de uiris bonis scripsit satyrophus Iuuenalis Satyr. 13.*

*Eregium sanctumque uirum, si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, & faste comparo mula.*

Superiore quadam concione citauimus quidem hos uersus, sed nunc ipsorum explicationem, & unde poëta sumpsit scribendi sic occasionem aperiemus. In Romana historia reperitur, quod in Gallico agro quàm inducebatur ararum sub glebis pisces emerferint. Item in Vicieti agro biceps natus puer C. Perilio & Q. Valeria consulibus. Iulius Obsequens opusculo de prodigiis, sic scribit. Caio Lælio, Lucio Domitio coss. puella, inquit, biceps, quadrupes, quadrimana, gemina feminea natura, mortua nata. Hæc ille, ex quo patet clarè dicti satyrophagi explicatio.

Notandum autem duo diuitum esse genera: alterum epulonum, Luc. 6. *Va uobis diuitibus qui habetis hic consolationem uestram, & Luc. 12. Ille qui dicebat, epulare, commede, bibe, requiesce, &c.* ut alter Nabal, de quo 1. Reg. 25. Nabal, inquit, sacra historia, secundum nomen suum stultus, ei erat *conuiuium in domo quasi conuiuium regis, & erat Nabal ebrius nimis. Quæ* finitima est & ualde conformis præsentis euangelio, historia. Alterum genus diuitum est Tantalosimulium, ac Midæ regi. Midas ut exponit Fulgentius episcopus Carthaginensis mythologiarum libr. 2. de Midæ rege, dicitur Græcè quasi *μὴδὲν εἶδων*, id est, nihil sciens. Auarus enim tantum stultus est, ut sibi prodesse non norit. Mida rex Apollinem petiit ut quicquid tetigisset, aurum fieret. Sed munus in ultionem conuersum est, cœpitque sui uoti effectu torqueri. Nam quicquid tetigerat, aurum statim efficebatur. Erat ergo necessitas aurea, locupletisque penuria. Nam & cibus & potus rigens auri materia marmorabatur, hoc est, ut interpretor, marmoris instar indurefcebat. Quod significat auarum hominem fame emori. Hactenus ille. Sed præstat super hac re Ouidium audire: Is lib. 11. Metamorphoseos cecinit.

Diuesque

*Iuuenalis
Sat. 13*

— *Diuesque miserque*

Ovidius. *Copia nulla famem releuat, sitis arida guttur
Vrit, & inuiso merito torquetur ab auro.*
De eodem etiam dicitur auriculas asininas rex habet Mi-
das, vt significetur viri stoliditas. Tantali fabulam habet
Petronij Arbitri Satyricon, ad hunc modum.

Petroni⁹ *Nec bibit inter aquas nec poma patentia carpit,
Arbiter. aliàs poma aut pendentia carpit.*

*Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Diuitis hac magni facies erit, omnia late
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.*

Horati⁹ Et Horatius lib. 1. sermonum satyra 1. est illi veluti succen-
ruriatus, & sic concinit.

*Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina, quid ridet? mutato nomine de te
Fabula narratur.*

Item lib. 2. ser. satyr. 3. ante medium de auaritia diuitibus sic
quoque cecinit.

*Qui nummos aurumque recondit nescius vti
Compositis, metuensque velut contingere sacrum,
Si quis ad ingentem frumenti semper acervum
Porrectus vigilet, cum longo fusti, neque illinc
Audeat vsuriens dominus contingere granum,
Ac potius foliis parcus vascatur amaris:
Si postis intus Chij veterisque salerni
Mille cadis, nihil est, tercentum millibus, acre
Potet acetum: age si stramentis incubet, vnde
Ostoginta annos natus, cui stragula vestis
Blattarum, ac tinearum epula, putrescat in arca:
Nimirum in sanus paucis videatur: eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.*

Ionianus Pontanus tomo 1. lib. de liberalitate cap. 7. com-
plura esse auarorum genera docet. Tenaces, inquit, aliqui
inueniuntur, quorum quam ridicula vita sit, quam etiam
misera, Euclio ille Plautinus docet, qui aquam plorat, cum
lauat, effundere: qui vnguium prælegmina à tonstrina do-
mum referat. Audiebam puer de maioribus natu, Marti-
num pontificem maximum clanculum cereos solitum ex-
tinguere, qui in diuersis Basilicæ locis succensi à ministris
essent nocturni luminis gratia. Ferunt Angelorum sacer-
dotem. Cardinalem particulam hordei singulis ab equis
clam subducere ipsis è præsepibus cõsueisse, secreto quodã
adiu

aditu ad stabulum à se facto, donec à magistro stabuli pro-
fure deprehensus in tenebris vapulauit. Idem Martinus vt
oleo parceret, instituisse fertur vt crudi familiaribus pisces
à dispensatore in sportula traderentur, quos antea coctos
præberi mos esset. Hæc ibi. Sportula pro iis cibis & pro ea
pecunia accipitur, quæ à magnatibus iis quotidie dabatur,
qui ipsos officij gratia essent comitati, aut domi salutauif-
sent rogati. Quoniam in sportulis pecunia, quandoque
etiam cibus in quotidianum vsum deferri solebat, ait Ca-
leptinus dictione Sportula. Sportulæ siue sportula, ait, Pa-
melius in 66. D. Cypriani epistolam Numero decimo, di-
cebat Romanis distributio pecuniaria siue obsonium,
quod pauperibus clientibus & saluatoribus dabatur à di-
uitibus aut populo à principibus. Hinc eadem epistola
Cyprianus; in honore, dixit, sportulantium fratrum, spor-
tulantem fratres qui sportulas accipiebant, appellans. Spor-
tulæ etiam nuncupantur quæ iudicibus dari solent, de qui-
bus est etiam titulus iuris in Codice de sportulis & sum-
ptu in diuersis iudiciis faciendis. Vsurpat itaque eam vo-
cem Cyprianus pro certo vitæ stipendio, quod singulis cle-
ricis per menses aut dies singulos ab episcopis distribu-
batur. Hieronymus Verrutius Iurisperitus in lexico, dicit. **Verruti⁹**
Sportulæ. Sportulas Romani appellarunt, tam stipem illas,
quæ saluatoribus qui prima luce in atrium conuenire sa-
luti gratia solebant, dabantur, quam cœnas & conui-
uia, quæ eius officij nomine præstabantur. Sed & pecunia
illa quæ iudicibus vel executoribus litium ac negotio-
rum pro salario dabantur, Sportulæ sunt appellatæ: rubri-
ca de sportulis iudicium. Hæc ille. De historia supra com-
memorata veritate, penes authorem Pontanum, sit fides.
Nam alibi de illo summo pontifice Martino quid simile
nusquam me legisse memini. Idem Pontanus libro de li-
beralitate capite septimo circa finem, Plautini illius Eu-
clionis quanquam ficta est persona, tamen haud mul-
tum abest à vera, cum ipse haud longè dissimilem Eu-
clionis nouerim, qui vt nominetur dignus non est. Hæc
ibi. Sic Plutarchus tomo secundo opulculorum de tran-
quillitate animi ante media, scribit de Chio quodam
negotiatore, qui quum vinum multum primæque boni-
tatis venderet, ipse sibi acidum in vapamque depraua-
tum conquirebat. Cuius seruus quum ab eo fortè aufugif-
set, sciscitaret utque ab illo quispiam qua causa impulsus
domi

Haolonus?

dominum reliquisset, Quia quum in manibus, inquit, et bona essent, mala tamen conquirebat. Huius similes multi, suauissima potulenta transmittentes, ad aspera prauaque se conferunt. Hæc ibi Plutarchus Gulielmo Budæo interprete. Sic fert antiquum dictum, Avaro tam deest quod habet quam quod non habet. Quod diuus Hieronymus in epistola ad Paulinum retulit. Scribit Haitonus Armenus ordinis Præmonstratensis librum Tartaris: Ibi capite vigesimo sexto, contra auaros pulcherrimam narrat historiam, quam nusquam alibi, si bona memoria sum, me legisse memini. Illa est huiusmodi. Haolonus frater Mangonis can. 4. Imper. Tarrarorum, baptizati anno 1258. cepit ciuitatem Baldach, iussitque Caliphum ante se adduci, & præcepit quod ante se totum thesaurum suum poneret. Tunc Haolonus dixit ei: Quare tu tanto thesauro non conuocabas stipendiarios & vicinos, vt te & tuam terram tuentur à potentia Tartarorum? At ille respondit: Quoniam credebam satis sufficere gentem meam. Tunc dixit Haolonus Calipho. Tu diceris doctor omnia credentium in falsa secta Mahumeti, & à tuis numerabaris: talis ergo magister & tantus aliis cibus cibari non debet, vnde damus tibi in cibum ista omnia pretiosa: quæ tantum dilexisti, & cum magna auiditate custodisti: Et præcepit ponere Caliphum in vna camera, & ante ipsum proici margaritas & aurum, vt de illis comederet quantum vellet: & præcepit ne aliquis cibus daretur, aut potus alienus propinaretur eidem: & sic morte pessima miser ille & auarus miserabilem vitam finiuit, nec vnquam Caliphus postea extitit in Baldach. Hæc Haitonus. Quæ poetica narrationi de rege Mida est simillima historia. Sic qui diuitias habet, & fructum non capit ex eis, ait Ecclesiastes. Avaro enim tam deest quod habet, quam quod non habet. Antiquum dictum est, ait D. Hieronymus sub finem epistolæ ad Paulinum de omnibus diuinis historiæ libris. De vrisque autem diuitibus siue epulonibus & Epicuri de grege porcis, Sardanapalo similibus, siue etiam tenacibus, lordidis, & in se ipsos crudelibus, verum est quod scripsit apostolus, 1. Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incurrunt in laqueos diaboli. Et quæ ibi subtilissime contra malos dicuntur diuites.

D. Greg.

D. Gregorius homelia 40. hic diues inquit, non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Hinc colligendū quæ poena multandus sit qui aliena diripit, si inferni damnatio

damnatione percutitur, qui propria non largitur. Nemo ergo securum se existimat dicens, ecce aliena non rapio, sed confessis licitè rebus fruor, quia diues iste non idcirco punitus est, quoniam aliena abstulit, sed quia acceptis rebus non secundum charitatis fraternæ exigentiam ad misericordiam vsus fuit. Sunt item nonnulli qui cultum pretiosarum vestium, non putant esse peccatum. Quod si culpa non esset, nequaquam hic tam vigilanter textus exprimeret, quod diues purpura & bysso indutus fuisset. Nemo quippe vestimeta pretiosa nisi ad inanem gloriam quærit, videlicet vt honorabilior ceteris videatur. Nam quia pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quæritur, res ipsa testatur, quod nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, vbi ab aliis non possit videri. Ex opposito hoc quoque colligimus, quia si abiectio vilis vestimenti virtus non esset, Euangelista de Ioanne non diceret, erat indutus pilis chame-lorum. Item Heb. 11. circueverunt in melotis & pellibus caprinis, &c. Pretiosissimis vestibus corpus ornabat, quia induebatur purpura. De purpura inuentione hic aliquid commemorare oportet. Iulius Pollux in onosmatico seu dictionario ad Commodum Cæsarem lib. 1. cap. 4. de tinctura firma. §. 2. historiam de purpura sic narrat: delectationis causa, inquit, quo pacto purpura inuenta sit, exponam. Hercules, vt Tirij tradunt, nymphæ cuiusdam indigenæ, cui Tyrtus nomen fuit, amore raptus est. Hunc verò vt apud veteres mos erat, sequebatur canis. Scis enim quod canes cum heroibus conciones ingrediebantur. Canis autem Hercules, repentem in petra quadam purpurâ conspicatus, prominentē eius carnē mordicus arripuit, ipsamque carnē comedit, sanguis verò canis labia cruetās rubore infecit phœnico: vt autem ad puellam heros peruenit, hæc canis labia insolito colore tincta conspicens, Herculi posthac, nisi ipsi vestem caninis labiis speciosorem afferret, congressum negavit. Hercules itaque animal inuenit, cruorē collegit, & amicæ munus attulit, primus (vt Tirij testantur) phœnici coloris inuentor. Ceterum nunc Phœnices animal hoc capiunt, sanamque tinctam instar florentis exhibent, in feruente lebere animal marinū excoquentes. Hæc Pollux. Idem lib. 7. cap. 17. de bysso. §. 1. Bysso, inquit, lini quadam species apud Indos, nunc verò apud Ægyptios. Hæc ille. Plinius consimiliter lib. 9. c. 36. purpuræ viuunt annis plurimum septenis, alij legunt senis. Purpuræ florem illum

Plinius.

F F tingendis

tingendis expetitur vestibus, in mediis habent faucibus; viuas capere contendunt, quia cum vita succum eum euomunt. Hæc Plinius Gestandæ purpuræ & torquis aurei ius magni honoris fuit antiquitus, vt ex historia Daniëlis liquet ca. 5. & ex 3. lib. Esdræ cap. 3. vbi promittuntur præmia sapientiori & interpreti acutiori magnifica, vt purpuram, byssum & torquem aureum ille gestaret: quod Zorobabeli & Daniëli oblatum fuit. Et Porphyrogeniti appellabantur speciali nota, non qui priuatis sed dominantibus Imperatoribus geniti erant, vnde Ioannes Cuspinianus de Cæsariibus, in Leone quinto, ipso statim initio & exordio: Leo, inquit, eius nomenclaturæ, Græcorum piissimus Imperator, filius fuit Basilij Macedonis Imperatoris, philosophus cognominatus, ac etiam Porphyrogenitus appellatus, à domo cui purpura nomen dedit, in qua genitus est. Constantinus enim Imperator, qui primus Byzantio nomen à se reliquit, domum ædificare iussit, cui Porphyra nomē dedit. Voluitque sobolem stemmatis sui illic in lucem prodire, vt inde Porphyrogeniti appellarentur, non à purpura, sed à domo. Hæc illa: Purpura antiquitus erat in igne Romanorū magistratuum (ait Calepinus) quod Martialis affirmat, cum ait,

Dixit nostras purpura vestra togas.

Vnde ponitur aliquando pro ipsius magistratibus. Idem poetā lib. 8. epigrammat. 8. ad Ianum.

Purpura te felix, te colat omnis homos.

Hactenus Calepinus vocabulo purpura. Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 6. ingenuis pueris in tota prætexta, Romæ purpuræ vsus erat, vt ex purpuræ rubore, ingenuitatis pudore regeretur. Hæc Macrobius. Alianus de varia historia lib. 6. cap. 6. Lacedæmoniis in conflictus, indutus purpura, venire necesse erat, vt color etiam aliquam grauitatem præferret: Vt si ad hanc aspergeretur sanguinis guttæ, de vulneribus terribilior existeret hostibus, aspectu magis sensum penetrante, & formidabiliori. Hæc Alianus.

Plutarch. Quod Plutarchus tom. 1. opuscul. de Inst. Lacon. sic explicauit: Puniceis vestibus in bello utebantur: quod color ille fortes viros decere, & ab eius similitudinem cum sanguine maiorem imperitis formidinem afferre videretur. Quin etiam si quis ipsorum vulneratus fuisset, id non facile ab hostibus deprehendi, sed ob coloris similitudinem latere vtile erat. Hactenus Plutarchus. *M. Vitruuius* de architectura lib. 7. cap. 13. vbi agit de ostro siue purpura, quæ clarissimam

rimam & excellentissimam habet aspectus suauitate, inquit, Ostium excipitur ex conchilio marino; è quo purpura inficitur. Cuius non minores sunt quam cæterarum naturæ rerum considerantibus admirationes, quod habet non in omnibus locis, quibus nascitur, vnius generis colorem, sed solis cursu naturaliter temperatur. Itaque quod legitur ad septentrionem, est atrum. Quod legitur ad arquinocentalem Orientem & Occidentem inuenitur violaceo colore: quod verò meridians regionibus excipitur, rubra procreatur potestate. Ea conchyliia cum sunt lecta, ferra mentis circa scinduntur, è quibus plagis purpurea sanies vel lacryma profluens, excussa in mortariis terendo comparatur, & quod ex cõcharum marinarum testis eximitur, ideo ostium est vocitatum. Hæc Vitruuius ad Cæsarem Augustum Imperatorem scripsit: Ostium dicitur, inquit Calepinus, quod Græci, τὸν ὀστρεῖον, nomine etiam cõchylia comprehendant, si quidem generale est nomen ad omnes eos pisces, qui asperam scabrâmq; testam habent, qui autem lauem & planam habent testam; conchæ propriè dicuntur. Quamuis generaliter ostrea quoque conchæ dicantur. Et sicut nos Latini à testa testudinem vocamus animal quod veluti testa tectum est, sic Græci ὀστρεὶον id est ostrea à testis nominauerunt. Hæc Calepinus dictione Ostreum & Ostium. Gulielmus Philander annotat. Philander. ageret cum regio legato vidisset se purpuras aliquot, & ex piscibus huiusmodi contusis, saniem excepisse violaceam gratissimam. Hæc ille. Porro vt nihil relinquam quod studiosos inuare possit, Coccinum substantiue, est vestis coccinea cocco tineta, grano scilicet tinctorio ex arbuscula quadam quod ad purpuram tingendam adhibetur. Et licet purpuræ appellatione, coccum non contineatur, vt scribit Vlpianus L. si cui lana, §. purpuræ autem de legatis 2. sunt tamen ex nostris & Hispanis qui purpuram exponant hoc in loco euangelico per scarlatam, quam gallicè dicimus *escarlata*. Itali granam vocant & chermesinum. F. Ambrosius Moresinus idiomiæ Hispanice in Lucam emisit epistolas & euangelia, quæ totius anni leguntur curriculo. Affuerunt per Ioannem Steelinum anno domini 1544. impressa, presens hoc sic vertit euangelium, Hispanicè: Era vn hombre rico que vestia escarlata, y tela muy delgada, y comia

de continuo sumptuosa y delicadamente. Erat homo diues, qui vestiebat se scarlata (liceat mihi hoc verbo vulgari nunc exprimendi rei gratia uti) comedebat quotidie sumptuose & delicatè. purpura (ait Nebrissenfis in dictionario Latino Hispanico) por el mesmo color de carmesi. Philander vbi supra, dicitur ostrum non ab ostreis piscibus, sed *ἀπὸ τῆς ἰσθμίου*, idest testa, quod ex conchiliis siue purpura legatur, testis testa piscibus. Quanquam purpuram ostreatum quandam esse speciem annotatum est. Cassiodorus libr. 1. variarum Theoni in ordine epist. 2. Florentis semper purpuræ meminit. Color, inquit, nimio lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo sanguinea regnantem discernit, dum conspicuum facit, & præstat humano generi, ne de aspectu principis possit errari. Mirum est substantiam illam morte cõfectam cruorem de se post spatia tam longi temporis exudare, qui vix solet viuis corporibus vulnere fauciatu effluere. Item postea dicit, Sanguis ille nobilis purpuræ nimirum nihil spirat horroris. Hic cum infecta semel substantia perseverat, & nescit antè subtrahi, quàm vestis possit abumi. Postea subiicit, Sacriligij est reatus, negligentia, in tali veste peccare. Et sub finem epistolæ referuntur ista. Talis tãtãque res quàm facili legitur inuenta compendio. Nam cum fame canis avida in Tyrio litore projecta conchylia impressis mädibulis contudisset, illa naturaliter humorem sanguineum defluentia, ora eius mirabili colore tinxerunt. Et ut est mos hominibus, occasiones repentinas ad artes ducere, talia exempla meditantibus fecerunt principibus decus nobile dare, quod substantiam noscitur habere mediocrem. Vocat ibidem in exordio illi epistolæ, adorandi muricis pretiosissimam qualitatem. Et versus finem. Cum blatta, inquit, quam nostro cubiculo dare annis singulis consueuisti, ad cõspectum principis venire festina. Hæc Cassiodorus. Ex quo colligis illum pro eodem accipere muricem, blattam, & purpuram, quæ tria aliquando confunduntur. Blattam ait Philander vbi supra, genus fuisse purpuræ cõiici potest, quod Eutropius scribat Neronem blatteis funibus piscatum, quem Suetonius purpureis fecisse tradat. Hæc ille. Eutropius in Nerone, initio retibus aureis piscabatur, quæ blatteis funibus extrahebat. Suetonius autem in Nerone §. 30. in fine. Piscatus est rete aurato, purpura coccòque funibus nexis. Lãpridius in Hellogabalo sub finem, Parauerat funes blatta & serico & coccò

Cassiodorus,

Philander.
Eutropius.
Suetonius.

cocco intortos, quibus si necesse esset, laqueo vitæ finiret. Vbi blattam purpurã intelligi, quis non videret? Flavius Vopiscus. Vbi blattam purpurã intelligi, quis non videret? Flavius Vopiscus. piscus in Aureliano Imperatore circa medium vitæ refert, Genus purpuræ quod postea, inquit, nec vlla gens detulit, nec Romanus orbis vidit: de qua sic scribit, fuisse in tẽplo Iouis Capitolini pallium breue purpureum, ad quod cum matronæ atque ipse Aurelianus iungerent purpuras suas, cineris specie decolorari videbatur cæteræ, diuini comparatione sumptum, Aureliano dedisse perhibetur, scribens. Sume purpurã qualis apud nos est. Sed hoc falsum fuit. Nã postea diligentissimè & Aurelianus & Probus, & proximè Diocletianus missis diligentissimis cõsectoribus, requisierunt tale genus purpuræ, nec tamen inuenire potuerunt. Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere, si curretur. Hæc ille. Est autem sandix (ne hic hæreas vel addubites) colonis rubri genus. Scribit Athenæus lib. 12. c. 10. ex Theopompo historiographo, quod purpurei vestimẽti *Athenæus* *lib. 12. c. 10.* *ex* *10.* purpuræ apud reges rarissimum est, & magnificum. Nã purpura æqui pòderis argento eodem emebatur pretio. Idem lib. 12. c. 18. sub finem: Alexãder Magnus scripsit aliquando ciuitatibus quæ sunt in Ionia, prioribus quæ Chiis, vt purpuram ipsi mitterent, quoniã omnes amicos purpureas vestes gestare volebat. Cum legissent Chij epistolã, Theocritus sapiens præfens, se dictum illud Homeri legisse, inquit. *Homerus*

Purpurea hunc mors capit, & hunc crudelia fata.

Idem lib. 12. c. 21. Sic igitur delicia magnificentiæ quæ studiũ apud antiquos vigeat, vt vel Parrhasi pictor purpuream vestem gestare consueuerit, & coronam haberet auream in capite, velut Clearchus narrat in vitis. Gestabat purpureã vestem ob delitias. Hæc Athenæus ibi. Sed progrediendum est ad reliqua, quæ sanè longè plurima sunt.

Epulabatur quotidie splendide. Declarat satis edulium luxuriam, vt quod præcessit, vestimentorum ostendit luxum. Macrobius lib. 3. Saturnaliorum cap. 13. versus finem, Cincius, inquit, in suasionè legis Fannia obicit saculo suo vobis porcum Troianum mensis in ferat: quem illi ideò sic qucabant, quasi aliis inclusis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Hæc ille. *Epulabatur quotidie.* Delicatum hominem & mollem, voluptatibus que omnifariã deditur hic describi intellige, qui cuticulam curet & verè ventris micipium. *Quales inueniuntur,*

pus: Erat enim congressus quidam illis vitæ, quam inimicabilem vocabant, inuitabantque indices seinuicem, incredibili sumptuum profusione. Philotas Amphisenis medicus testis oculatus, narrauit fuisse id temporis se Alexandria studiorum causa, & inductus in culinam regiam, inter alia multa vidisse apros octo assari: numerum se miratum fuisse conuiuiarum, ibi risisse coquum ac dixisse, non esse frequentes conuiuas, sed circa duodecim. Multa de Antonij luxu memorij prodita sunt. De Vitellio Imperatore scribit Suetonius in eius vita. §. 13. Vel præcipue, inquit, luxuria deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam, dispersiebat, in ientacula, prædia & cœnas, comestationeque: facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine: famosissima super cæteras fuit cœna ei data aduentitia à fratre, in qua duo millia lectissimorum piscium, septem auium, apposita traduntur. Homo, inquit, sordida gula fuit (ante quem extitit Caius Caligula) de quo idem Suetonius in eius historia, §. 37. Pretiosissimas margaritas aceto liquæ factas sordebat, conuiuus ex auro panes & obsonia apponebat: aut frugi hominem esse oportere dictitans, aut Cæsarem, at ne singula enumerem, nepotinis sumptibus omnium prodigiorum ingenia superauit. Hæc ille. Nepotinus vocat sumptus, à voracitate, & vitæ luxurie. Nepotes etenim appellantur etiam cõsumptores, nequiter omnia profundentes, ac prodigè viuentes, qui abliguriunt bona, id est suauibus escis consumunt. Aelius Spartianus in Antonio Geta, ad Constantinum Augustum circa principia, Conuiuia, ait, & maximè prandia per singulas literas iubebat, scientibus seruis, velut in quo erat Anser, Anas. Iterum Pulus, Perdix, Pauus, Porcellus, piscis, perna, & quæ in eam litteram genera edulium caderent, & itè Fasianus farra, ficus, & talia. Aelius Lampridius ad Constantinum Augustum similiter de Antonino Heliogabalo post medium scripsit, tantæ eum fuisse luxuriæ, vt cœnas Vitellij & Apicij vicerit: parasitis in secunda mensa sæpe cercam cœnâ, sæpe ligneâ, sæpe eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam vel marmoræam etiam, vel lapideâ exhibuit. Ita vt omnia illa exhiberentur videnda de diuersa materia, quæ ipse cœnabat, quum tantum biberent per singula fercula, & manus, quasi comedissent, lauarent. Exhibuit parasitis cœnas & de vitreis, & nonnunquam tot picta mantilia in mensam mittebat, his edulibus picta, quæ apponerentur, quot missus esset

Sueton.

Spartianus.

esset habiturus: ita vt de acui aut de textili pictura exhiberentur, nonnumquam & tabule illis pictæ exhibebatur, ita vt quasi omnia illis exhiberentur, & tamen fame macerarentur. Proponebat conuiuus quasi themata, vt iura noua dappibus condiendis inuenirent: cuius placuisset commentum, ei dabat maximum præmium: Ita vt sericam vestem donaret, quæ tunc & in raritate videbatur, & in honore. Amabat sibi pretia maiora dici earum rerum quæ mensæ parabantur, orexim (appetentia cibi *ὄρεξις* dicitur) conuiuio hanc esse asserens. Sexcentorum Struthionum capita vna cœna multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale conuiuium, vt haberet viginti & duo fercula ingentium epularum, sed per singula lauarent, & mulieribus vteretur, & ipse & amici. Pudet me, piget & tædet, tot de hoc monstro post Lampridiū referre. Ad Apicium nos aliquantisper conferamus. De hoc Athenæus dipnosophistarum siue cœnæ sapientum libro 1. c. 3. agès de claris gulonibus scribit. Fuit vir quidam Apicius nomine, inquit, Tyberij temporibus voluptuosus & diues, à quo multa placetarum genera Apicia nominantur: qui cum multa nummorum millia ligurisset, Minturnis, quæ ciuitas est Campaniæ, multum versabatur, squillas edens plurimas (sunt squille pisciculi quidam, vt ne hoc ignores) Smyrneis multo maiores hinc nascebantur, statim, ne die quidem interposito, enauigauit. Vides gulæ, in hominè, vel potius ventris mancipium, quàm potens fuerit imperium. Ibidem de Philoxeno narrat, eum naturam accusasse, & ad ciborum fructuonem gruis collum habere precatum fuisse, vt vel sic voluptates multo maiores essent ac vehementiores. Voluit Clearchus Melanthium hoc expetisse. Melanthius, inquit, voluptate adductus auis quæ longum collum habeat, collum habere precatus est, vt diutius in voluptate immoraretur. Hæc Athenæus Græcus scriptor interprete Natali de comitibus Veneto. De eodem Philoxeno similiter Aelianus hist. libro 10. cap. 9. scripsit. Philoxenus helluo & gulosus fuit, & ventri seruiens. Idem var. histor. 12. libro cap. 24. Smindridem Sibaritam vique adeo gulæ deditum fuisse perhibent, vt cum procus ambiret Agaristam Clistenis filiam Sicyonem proficisceretur: & mille coquos, totidemque aucupes, atque mille piscatores adduceret. Hæc Aelianus. Retulit ante eum eleganter de illo Herodotus libro 6. circa finem: Ex Italia, inquit, ad Clistenem

Athen.

Aelian.

Herodotus.

Sicyonis tyrannum, vt filiam eius nomine Agaristam duceret uxorem, se cōtulit Smindrides Sibarita (florebat autem maximè Sibaritis ea tempestate) qui vnus vir in plurimum deliciarum processerat. Is (vt ait Athenus lib. 12. ca. 9. mille coquos & aucupes habebat se sequentes. Hæc illi. Valerius. Duronium Romanum, ait Valerius Maximus lib. 2. cap. 9. de censoria seueritate, senatu à censoribus latam, quod legem de coercendis conuiuiorum sumptibus latam, Tribunus plebis abrogauerat, insignis nota causa. Quam enim impudenter Duronium rostra conscendit, illa dicturus Fræni sunt iniecti vobis Quiritis: nullo modo perpetendi: alligari & constricti estis amaro vinculo seruitutis. Lex enim lata est, quæ vos esse frugi iubet: abrogemus igitur istud horridæ vetustatis rubigine oblitum imperium. Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu perire non licet? Hæc ille. Bellum non hominem loquutum existimes. Blandum malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est quam vitare, ait Valerius lib. 9. c. 1. De luxuria & libidine in ipso exordio. Æsopi filius non solum perditæ, sed etiã furiosæ luxuriæ iuuenis, aceto liquatos magnæ summæ vniones potionibus aspergere solitus, amplissimum patrimonium tanquam amarum aliquam sarcinam, quam celerrimè abiicere cupiebat. Horatius libro sermonum secundo, satyra 3. tendendo versus finem de illo sic cecinit.

*Filius Æsopi detrahitam ex ore Metella,
Scilicet vt decies solidum exborberet, aceto*

Diluit insignem baccam: qui sanior, ac si

Illud idem in rapidum flumen iaceret in cloacam?

Hæc Horatius. Valerius vbi supra. Cāpana luxuria inuictū armis Annibalem, illecebris suis complexa, vincendū Romano militi tribuit. Illa vigilantissimū ducē, illa exercitū acerrimum dapibus largis, abūdanti vīno, vnguentorum fragrantia, veneris vīu lasciuire, ad somnum & delicias euocauit. Ac tum demum fracta & contusa Punica feritas est, cum Seplasia ei & Albana castra, esse cœperūt. Hæc Valerius. Ascconius Pedianus in oratione contra Pisonē, Platea, inquit, est Capuæ, quæ Seplasia appellatur, in qua vnguentarij negotiari sunt soliti. Seplastarius pro vnguentorio & effaminato capitur apud Lāpridiū in Heliogabalo, circa finē. Pinxit se vt cupediariū, vt seplastarium, vt popinariū, vt tabernarium, vt lenonem, idque totum domi

Ascconius.

Pedianus.

Lāpridius.

sem

Semper exercuit. Hæc ibi. Item Valerius, Xerxes, inquit, eo vique luxuria gaudebat, vt edicto præmium ei proponeret, qui nouū voluptatis genus reperisset. Quarta, dum delictis nimis capitur, amplissimi imperij ruina euasit. Hoc antea scripserat Cicero libro quinto Tusculanarum circa principia. Xerxes, ait, præmium proposuit qui inuenisset nouam voluptatem, qua ipse inuenta non fuit contentus. Neque enim vnquam finem inueniet libido. Omnes isti ex Aristippi secta tanquam ex equo Troiano profecti, dici possunt. Ille enim vt asserit Athenus libro duodecimo Athensæ capite vigesimo secundo, voluptatem summum bonum esse dicebat, in eaque sollicitatem existere, veluti perditissimæ prorsus gulæ homo, qui neque præteritarum fructio- rum rationem habeat, neque spem futurarum, sed in præsentem solo bonum esse iudicabat: vita quoque illius quam in omnibus delictis vnguentorumque magnificentia & vestitum & mulierum agebat, huic assentiebatur dogmati. Nam Laidem amicā palam habebat, Dionysijque magnificentia delectabatur, quamuis iniuriam sapius accepisset. Dicere solebat de Laide, quod eam habebat, at non habebatur. Quid de Sardanapali epitaphio dicemus? Quod vt idem Athenus lib. 12. cap. 12. refert, erat eiusmodi. Donec solis lumen videbam, bibi, edi, veneri indulsi, cum tempus quod viuunt homines breue esse cognoscerem. Vel (vt aliqui referunt) ede, bibe, lude, cætera enim neque sonitu digitorum digna vt dicantur apparent. Hæc ille. Bestia, non hominis rationalis epitaphium. D. Chrysothomus, de Lazaro concione prima: nō in hoc nati sumus ac viuimus, vt edamus ac bibamus, sed idē edimus & bibimus vt viuamus. Hæc ille. Quæ fuit Socratis insignis certè philosophi sententia, vt de illo scribit Diogenes Laërtius lib. 2. Laërt. in Socrate. Aiebat alios homines viuere vt ederēt, se idē edere vt viueret. Demetrius Phalereus, ait Athenus libro 12. capite 20. omnia ferè quæ habebat, ob innatam sibi intemperantiam in conuiuia absumebat, quæ singulis diebus splendida faciebat, & in conuiuiarum multitudine dissipabat. Talis in comessationibus erat noster epulo. Tot erant ea quæ quotidie parabant pro Demetrio supradicto, vt cum Molchioni coquorum cœnatque parantium suarū tempestatibus præstantissimo, reliquias largiretur, Molchio duobus annis tres vicos cœmerit, vbi supra. Item lib. 12. cap. 6. scribit de Sybaritis, Faciūt complura frequentiaque conuiuia

Cicero.

Athensæ

Chrysoth.

Laërt.

conuiuia publica, eoque aureis coronis decorare solent, qui splendidissime pararunt, quos etiam per praecones in publicis sacrificiis celebrant, sumptum in cœnas factum exponentes, in quibus coquos etiam bene condita parantes coronare consueverunt. Sybaritæ primi inuenerunt marulas, quas in symposia intulerunt. Ibidem Phylarchus libro historiarum, legem apud Syracusios fuisse scribit, in qua cautum erat, ne mulieres auro ornarentur, neque floridas vestes gestarent, ac neque purpureos habentes contextus, nisi si qua se publicam amicam esse fateretur: atque aliam fuisse legem, ne quis vir se auro ornaret, superuacaneisque vestibus uteretur differentibus, nisi se mecum esse fateretur, aut cinedum. Prohibebantur mulieres liberæ, noctu incedere ubi sol occidisset, nisi adulterium essent commissura. Prohibebantur etiam per diem, sine institutoribus exire, ac una serua saltem assequeretur. Hæc ibi. Quæ ideo proponuntur, ut luxus vestium, & sumptus conuiuiorum, atque effrenis libido, & Ilias malorum quæ inde prouenit, cohibeatur. Tot verò portentosa exempla supra adduximus, ut ea fugienda intelligamus, Cauendumque nobis esse, ne delitiis inferuiamus, cum concludat sacra præsens euangelica historia, *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Miseros terque infelices, quis non iudicabit & æstimabit eos, *quorum* (ut loquitur apostolus) *Deus venter est.* Verum videamus, quomodo vir sanctus Iob capite primo, cum facerent filij eius conuiuia per domos, quoniam vix contingit quin Deus in talibus offendatur, ideo pro illis offerebat sacrificium, ut Deum placaret. Et quod sapiens concionator siue Ecclesiastes scribit capit. 7. sedulo attendamus, *Melius est, inquit, ire ad domum luctus, quam conuiuij.* Nam in illa finis cunctorum admonetur: humanum, & viuens cogitat quid futurum sit. Sacræ referunt historia quomodo in conuiuio Abfalonis occisus fuit

Daniel. Amon. In conuiuio Balthasaris, sacra vasa polluta sunt: & diuini sententia iudicij aduersus sacrilegum subito apparuit, estque suū absque dilatione sortita effectum. In conuiuio Herodis sanctus domini præcurfor capite plexus est, Mar. 6. In conuiuio Israëlitarum in deserto abominanda committitur idololatria. Post ventrem plenum sequuta est saltatio & chorea. Quo verborū inuolucro indicatur Dei contemptio. Nam textus ipse aperte testatur eos dixisse, *Isti sunt dij tui, Israël, &c.* Meminerimus apostolicæ admonitionis

ditionis Rom. 13. *Carnis curâ ne feceritis, in desiderijs.* Si apud Romanos etiamnum ethnicos & gentiles, contra profusionem & luxum grauissimæ leges latæ sunt, quid non faciet Christianus ut ventrem & gulam compescat? Carnis terat superbiam, potus cibique parcitas. Narrat Macrobius lib. 4. Saturnaliorum cap. 17. Leges contra veterum Romanorum luxum, iuste & magna cum temperantia latas. Vetus verbum est, leges bonæ ex malis moribus procreantur. Ideo antiquæ leges sumpturiæ decretæ & statutæ fuerunt. Sed Cato maior appositè populi Romani intemperantiam & luxum p̄stringens, apud Plutarchum tomo 1. opusculo *Plutarc.* rum in apophth. Romanorum. Quam difficile est, inquit, verba facere ventri aures non habenti! Multi idcirco surda aure pertrāsunt, nec animaduertunt. Terreat eos horrendum contra diuitem hunc epuloem iudicium.

Erant quidam mendicus nomine Lazarus. Nomen exprimitur pauperis, quia *beati pauperes spiritu,* (qualis iste) *ipsorum est enim regnum cœlorum.* Matth. 5. Quomodo autem de reprobis dicitur, *Deleantur de libro viuentium.* & cum *iustis non scribantur,* Psal. 68. Quibus & dominus dicturus est, *Psal. 68.* *negatio vos,* hoc est, per iudicium reprobationis ignoro, id est, non approbo. Sic contrà de electis dicitur, *Novit dominus qui sunt eius,* 2. Timoth. 2. & Luc. 10. *Nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Oves siquidem pastori sic cognita sunt, ut vocet eas nominatim, Ioannis 10. qui dixit ad Moysen: *Novite ex nomine.* Etenim Prouerb. 10. *Nomen iusti cum laudibus:* Cecinerat etiam diuinus ac regius psalter pater eius, *in memoria æterna erit iustus,* Psal. 111.

Iacebat mendicus ante ianuam diuitis ulcerosus &c. D. Gregorius homelia 40. Habuisset forrasse aliquam excusationem diues, si Lazarus ante eius ianuam non iacuisset, si remoratus fuisset, si eius inopia non esset oculis importuna. Rursum si lōgè esset diues ab oculis ulcerosi pauperis, minorem tolerasset in animo tétationem pauper. Crudelitas diuitis tanta fuit, ut ex eius familia seu famulitio (quod sane multum erat, & in magno numero) pauperi ad visitandum nemo adfuerit. Hoc testantur canes, qui licenter eius vulnera lingeant. Adeo verò (ait hoc loco Euthymius) debili erat corpore mendicus iste, ut neque canes possent abigere. O diuitis præ stupore indolentiam! Et rursum, o pauperis egregiam fortitudinem ac toleratiam! Hæc ille. Nullam omnino diues pratextere vel obtendere potest excusationem,

tionem, cur pauperis nō sit miserus. Diceret forsan diues, Cui misericordiam exhiberem, nullus se offerebat. Contra textus illum reuincit: siquidem erat mendicus. Ecce misericordiam obiectum, pauper: materia elemosynę faciendę, mendicus. Diceret diues, Non vidi, in angulo fuit, aspiciere non potui, nemo mihi nuntiabat. Contrā sacra perhibet historia, quōd iacebat ante ianuam diuitis, videbat illum & exiens & reuertēs. Diceret diues, Non debui huic, vt pote inerti, & robusto corpore seu valido, stipem emendicanti porrigere: Contrā, iacebat ad ianuam, non poterat super pedes suos stare rectus, sed iacebat debilis. Iacebat, inquit, non ex pigritia seu desidia, sed quia vlcibus plenus. Diceret diues improbo effragitatori & importuno, non debui aliquid erogare. Contrā de isto scribitur, quia cupiebat saturari: nō clamore fastidioso aliquid requirebat, aut diuitis aures obtundebat. Cupiebat tantummodo vigentem depellere famem. Diceret diues, non oportuit isti preciosas dapes & generosa petenti vina, elemosynam conferre, vt qui indignus esset vel minima accipere, qui tam pretiosa importunē postularer. Contrā, de micis cupiebat refecti: nempe magnos thesauros non vult sua importunitate vel clamore extorquere: nō vina petit, ne putes eum fuisse hibernum: non obsonia delicata, ne putes gastrimargum seu gulosum ac helluonem vel gurgitem. Diceret fortē diues, iusseram famulis vt eius susciperent curam: huic nouo hospiti, me inuisenti, necessaria pararēt. Sed nihil minus, quia nemo illi dabat. Secundum principem tales sunt subditi. Qualis dominus, tales serui. Et ad cumulum iustę damnationis diuitis, non prętermisit facer euangelij contextus, quōd canes veniebant & lingeabant vlcera eius. Benigniores sensit & expertus est canes Lazarus, quā homines. Tot malis circumuallatus & arumnis oppressus, interim non blasphematur Deum: non maledicit diei natiuitatis sue, nihil per impatientiam sibi imprecatur, vel diuiti: Dei providentiam non inculcat, sed eius misericordiam patienter expectat. Sanctus Antonius Paduanus ordinis fratrum minorum in sermionibus de tempore, dominica 1 post festum Trinitatis, acutē & valde theologicē hoc pertractat euangelium. Primō, inquit, diues iste pręsignificatus est in Psal. 51. *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & pręualuit in vanitate sua.* Nota ista, non posuit, sperauit & pręualuit, illis

D. Anto.

tribus

tribus ista respondent, Erat diues, & idē nō posuit Deum adiutorem suum: induebatur purpura, quia sperauit in multitudine diuitiarum suarum: epulabatur splendē, & idē pręualuit in vanitate sua. Super hoc concordia, 1. Regum 21. De Nabal, ibi dicitur, Erat vir quispiam, & hic homo quidam: ibi, homo ille magnus nimis & opulentus; hic autem induebatur purpura: ibi, erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuium regis: hic verō conformiter, epulabatur quasi conuiuium regis: hic verō conformiter, epulabatur quotidie opipare. Isaia 5. *Cithara, & Lyra, & tympanum, & tibia, & vinum, in conuiuiis vestris, & opus domini non respiciatis, nec opera manuum eius consideratis.* Opus domini, (ait D. Antonius pręfatus) quod operatus est in medio terrę, scilicet passionem & mortem domini non respiciatis: nec opera manuum eius, id est pauperes eius, quos ipse tanquam figulus lutum, in huius vitę rota, formauit, & in camino paupertatis, excoxit, respicere vultis. *Purpura induebatur.* Est autem purpura color regij habitus ex conchis marinis ferro circuncisus. Tali purpura illa mulier (de qua Apocalyp. 17.) erat circumdata. Homo quidam, & mulier illa meretrix idem significant. Homo est, quia humum sapit: meretrix, quia diabolo se exponit & prostituit. Byssus est pannus lini candidi & mollissimi, in quo vestium mollietis designatur. *Et qui mollibus vestiuntur.* Matth. 23. *In domibus Regum,* id est, demonum sunt, qui dicuntur mundi rectores, tenebrarum harum, apud apostolum & apud prophetam, de diabolo dicitur, *Ipse est rex super vniuersos filios superbia.* Iob 41. *Princeps huius mundi* à Christo dictus in euangelio. Item Ecclesiastici 11. *In vestitu ne glorieris equum,* & 1. Petri 3. *Non sit extrinsecus capillatura aut circumdata auri.* Erat mendicus nomine Lazarus. Oppone singula singulis, opponere aurum plumbo, vt plumbi vilitas ex auri fulgore ac splendore videatur. Ille quidam homo, iste nomine Lazarus. Ille diues, iste mendicus. Ille bysso induebatur, iste vlcibus plenus. Ille epulabatur splendē, iste cupiebat de micis saturari, quia cadebant de mensa diuitis. Et quę sequuntur. O mendici beatitudo, o infelicis diuitis damnatio. Non est euidentius signum eternę damnationis, quā cum temporalia ad votum succedunt. Sanctis autem dominus subtrahit temporalia, ne amittant æterna. Idē Abraham dixit ad diuitem, *Recipisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.* Sed de hoc aliās sermone pręfati dicemus. *Iacebat ad ianuam diuitis, ecce arca domini.*

Iacet

Iacet ante Dagon, attende paulisper & audies versa vice Dagon eiectionem, & arcę erectionem 1. Reg. 5. Diues pauperi foris existenti, beneficium refectionis non impendit. Non fuit talis Iob cap. 31. *Foris*, inquit, *non mansit peregrinus, & ostium meum viatori patuit.* Huic Lazaro vnum remanet solatium, lingua scilicet canum & nota quod sicut lingua canis est medicinalis, sic lingua prædicatoris, qui est medicus animarum. Hactenus D. Antonius, vir profectio in prædicationibus suis admirandus, cuius hæc (licet pauca) nolui prætermittere verba. Obserua autem cum dno Augustino, præcipuam ac potissimam dānationis diuitis causam fuisse immisericordiam, atque erga pauperes inclementiam. Sic ille tom. 10. quinquaginta homeliarum homelia 7. De eo quod dicit Esaias cap. 58. *Clama, ne cesses &c.* circa medium. Intermiscendo huius quoque expositionem euangelij. Ille diues, inquit, non est dictus raptor rerum alienarum, diues erat, non dixit calumniator, non dixit pauperum oppressor, non dixit rerum alienarum aut delator aut receptor: non dixit pupillorum expoliator, non dixit viduarum persecutor, nihil horum. Sed erat quidam diues. Sed de suo diues erat. Cui aliquid tulerat: an forte ille auferret, & Deus de illo reticeret, & personam eius acciperet, si crimina eius abscederet, qui nobis dicit, Nolite personaliter iudicare? Noli amplius querere quàm audis a veritate. Quod ergo eius crimen, nisi iacens ante ianuam vlcerosus, & non adiutus? Hoc enim apertè de illo dictum est, quod immisericors erat, nō quia aliena rapuit, sed quia de propriis erogare noluit. Propter solam inhumanitatem, quia contemnebat pauperem ante ianuam suam iacetem, nec congruè pascebat, mortuus est & sepultus. Et cum esset apud inferos in tormentis, vidit pauperem in sinu Abraha. Quid pluribus immorer: Desiderauit guttam qui nō dedit micam. Si hæc pœna auarorum, quæ pœna est raptorum? Sed ait mihi raptor rerum alienarum, ego similis illius diuitis non sum. Agapem facio. Aduerte, ἀγάπη, caritas Latine vertitur seu beneuolentia, ἀγάπης ποιάσθαι, caritates facere, est conuiuia pauperibus dare, in lib. Conciliorum sacrorum, qua phrasi vsus fuisse beatus Augustinus hoc loco vides. Inclusis in carcere victū mitto, nudos vestio, peregrinos suscipio. Dare te putas, tollere noli, & dedisti. Cui dederis, gaudet: cui abstuleris, plorat: quem duorum istorum exauditurus est Deus: Dicis ei cui dederis, gratias age quia

D. Aug.

age quia accepisti. Sed alius tibi ex alia parte dicit, ego gemo, cui abstulisti. Et penè totum tulisti, & exiguum illi dedisti. Si totum quod alteri abstulisses, egentibus dedisses, nec talia opera diligit Deus. Dicit tibi Deus, stulte iussi vt dares, sed non de alieno: si habes, da de tuo: Si non habes quod des de tuo, meli⁹ nulli dabis, quàm alterum expoliabis. Dicitur est dominus, *nudus fui, & non vestisti me. Ite in ignem aeternum.* Si ergo in ignem aeternum ibit, cui dicturus est Christus, *nudus fui &c.* Quem locū habebit in igne aeterno, cui dicturus est, vestitus fui, & spoliasti me? Hactenus D. Augustinus. O diues miser! Apocal. 3. Dicis quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Quæ omnia in isto post mortem, & huius vitæ excessum, manifestè apparuerunt. Nam adeo pauper fuit, vt guttam aquæ nō haberet ad refrigeriū: adeo nudus, vt nullo vestis tegumento ab incendio protegeretur: adeo cæcus in hoc mundo, vt se mortalem non præuideret, neque futuris prouideret. Sed post hanc vitā in tormentis aperuit oculos, serō & tardè nimium, atque (iuxta prouerbiū) serō sapiūt Phryges. Miser, inquit, ille, qui nec de dāno pereuntium micarū, curauit facere animæ lucrum: *Colligite o diuites fragmenta, & reliquias date pauperibus, ne pereāt.* Iob. 6. Ideo homicida est infelix ille diues, quod patet, l. Necare, D. de agnoscendis & alendis liberis. Necare videtur, qui alimonia denegat. Alimonium neutrius generis apud Varronem li. 3. de re rustica c. 16. mellis alimonium ait. In canonib⁹ apostolorum cap. 58. Si quis episcopus, cum sit aliquis ex clericis egenus, ea quæ sunt necessaria ei non suppeditat, deponatur, vt qui fratrem suum interfecerit. Græcè ὁσ πέρωνος τὴν ἀδελφὸν ἀντί. Nō memini, aliàs. me recitasse finitimā Lactantij, deinde etiam diui Ambrosij sententiam & autoritatem. Ideo inferere vtrāque hoc volui loco. Lactantius lib. 6. c. 11. diuinarum institutionum: *Qui succurrere, inquit, perituro potest, si nō succurrit, occidit.* Distinctione. 86. c. Pasce, habetur in decretis ex D. Ambrosio, libro de officiis, Pasce fame morientem. *Quisquis enim pascedo hominem seruare poteris, si nō paueris, fame occidisti.* Ezechielis 16. Hęc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, abundantia, & otium, & manum egeno & pauperi non porrigebant. D. Chryso. Chrysoft. homelia in hoc Euangelium: Diues iste purpuratus & splendidus nō accusatur, quod res aliena tulerit: non

Varro.

Lactant.

Decretii.
ex Am-
bros.

D. Chry.

quia adulter fuerit: sola in illo condemnatur superbia. Infelicitissime hominū, mortem corporis tui vides iacere ante ianuam, & non misereris? Si Dei præcepta non consideras, saltem miserere conditionis tuæ, & time ne & ipse talis efficiaris. Quod iactas, tribue in elemosynam? Non dico vt auferas à diuitiis tuis, quod iactas foras: micæ mensuræ tuæ præbe in elemosynam membro tuo. Diuus Chrysostomus cōcione prima de Lazaro, ille ad eō erat fractis viribus, vt ne canes quidē posset abigere, sed viuum cadaver iacebat: videns quidem eos accurrētes, nequaquam tamen valens depellere, vsque ad eō membra illi erant soluta vsque ad eō erant arefacta morbo. Hæc ille. Nec abest à vero, saltem est valde probabile, diuitis iussu ac mandato per famulos in pauperem Lazarum, cum baculo, canes immittos fuisse: Sic enim ex pictura quadam ad hoc euangelium didici. Est autem liber typis excusus, anno domini 1556. Et sic inscriptus, *Il nuouo ed aeterno testamēto di Hiesu Christo in Lione per Giovanni di Tornese, e Guillelmo Gazeto.* Ex quo datur intelligi immanis quædam ac truculenta diuitis in bonum Lazarum rabies, & furor. Etenim vlcerosum illum, & (vt ita dicam) leprosum purpuratus diues tractauit crudeliter quidem, licet non adeo sæuē vt olim post multa sæcula fecit Tamerlanes crudelissimus, de quo Laonicus Chalcondilas Græcus scriptor, de rebus Turcicis libro tertio foliis tribus ante finem illius libri: Temires (sic enim eum vocat) Sebastiam obsessam, & expugnatam, tanta strage hominū absque vlla misericordia repleuit: vrbsque illius ad eō miserabilis clades fuit, inquit, vt nec vir, nec mulier, neque etiam puer aliquis potuerit exitum subterfugere. Præterea, ait, reperta magna leproforum multitudine, omnes interfici curauit. Hos enim vbicumque adeptus foret, incolumes abire haud sinebat: nequaquam fas esse dicens, vt hi superstites sint, reliquosque homines inficiant, ipsi plerumque miserimē viuētes, Fama exit, excidium vrbs istius miserimū, superasse calamitates omnes, que in vllas vnquam redundarunt vrbes. Homines siquidem in illa vrbe fuerunt plurimi, adeo vt penē superarent numero duodecim myriades hominum. Hæc Chalcondilas. O scelestum facinus non dicam hominis, sed sæuissimi leonis. Imò verò truculentissimæ omnium belluæ. Nam & leo parit prostratis (vt aliquando diximus.) Non dissimile est quod narrat

Böftrius. Bonifii⁹ serum Vngaricarum decadis 3. li. 10. versus finem Dracula,

Chalcondilas.

Dracula, inquit, Vngaria præfectus inaudita crudelitatis vitæ, medicos omnes deperditæ ignauia, miserabilisque valerudinis & fortunæ, lautissimo cōuiuio excepsisse dicitur, deinde cibo vinoque completos iniecto igni absumpsisse. Me aliquando legisse certo scio in cosmographia Munsteri in Gallicum sermonem conuersâ & translata, ex impressio-
Munsteri
ne Popiel, de quodā Moguntino episcopo nomine Hatto, qui antea fuerat abbas Fuldenfis. Videns ille magnam annonæ caritatem, cōgregauit in horreo plurimos pauperes, eosque concremavit. Dicebat enim non differūt hi à muribus, qui frumentum depascunt, ad nihilum vtiles: sed vltione diuina murium agmen eum rodebant, etiā quæcumque quæreret subterfugia. Turrim in medio Rheni flumine extrui curatis, in eam se recepit. Mures flumen transnatare, turrim conscenderunt, & ipsum suis moribus dilacerauerunt. Illius nomen parietibus & chartis inscriptum abarserūt, cum insigniis. Turris à muribus dicitur, in hunc vsque diem conspicitur, ne fabula puretur. Legi etiam in breuiario magnorum chronicorū Nurembergæ impresso anno 1493, in magnis foliis, cuius author fuisse Sabellico equalis ac contemporaneus videtur: Hatto, inquit, archiepiscopus Moguntinus, prius abbas Fuldenfis, hic à muribus deuoratus, in Rheno perhibetur: quia multitudinem pauperum in horreo tempore famis quasi daturus collectam elemosynam, concremari præcepit: nomen quoque eius mures delentes à parietibus & taperibus abarserunt. Hæc ibi. Italus quidam Thufco idiomate memorandarum rerum conscripsit historiam, vocatur Ludonico Domenchi, cui⁹ verba breuia sunt, hic transcribam, deinde interpretabor latinè, libro vndecimo sic scribit. *Hatto arcieuescobi*
Lodonic.
Domen-
chi.
uo di Maganza dicesti, che fu diuorato da topi nel fiume del Rhe- no non senza a grandissimo sospetto della vendetta di dio, per cio che al tempo d'una gran carestia, egli hamea fatto abbruciare in vn granaio vn grandissimo numero di poneri, ch'egli hauea fatto ranuar quini, monstrando di volere far dare loro l'alimosina. Quæ sic verto. Hatto archiepiscopus Moguntinus fertur fuisse deuoratus à muribus in flumine, cui Rhenus nomen est, non sine maxima suspitione & opintione vltionis ac vindictæ diuinæ, eo quod tempore magnæ charitatis annonæ & penuriæ, in quodam horreo comburi & incendi fecerat maximum pauperum numerum, quos ibi congregari fecerat, significās se velle eis elemosynam impertiri.

Genebr.

Hactenus ille. Chronica Genebrardi ex nouissima impressione sic habent, anno domini 970. Harto Moguntinus episcopus murium moribus conficitur, eiusque nomen à parietibus abraditur, quod pauperes famis tempore cremasset. Hæc ille. Vides vitionem & iustum Dei in diuites iudicium, illos præsertim qui in pauperes sæuiunt.

Plinius.

Canes lingeant ulcera eius. Hic de canum natura, fidelitate & cōditione fufius (sicut alibi promissimus) dicendum nobis est: attentus lege, & obserua (beneuole lector) nec legendo defatigeris. Plinius lib. 8. c. 40. de canibus sic scribit: fidelissimū ante omnia homini, canis atque equus: pugnaſſe aduersus latrones canē pro domino accepim⁹, confectumque plagis à corpore non recessisse, volucres & feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percufforem domini laniatu & larratu coactū fateri scelus. Apud nos, inquit, Volcatium nobilem, qui Cefeliū ius ciuile docuit, asturcone ē superbano redeuntem cum aduersperauisset, canis à grassatore defendit. Notabilis hic lector Asturcones equos esse ab Asturia regione Hispaniæ ita appellatos, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis altero erurum explicato glomeratio est: vt tradit Plinius lib. 8. c. 42. in fine c. nos Gallicè *hacquenæ qui va l' amble*, appellamus, gradarium equum. Super omnia, inquit, Plinius vbi supra, c. 40. in nostro æuo, actis populi Romani testaturum, cum animaduertetur ex causa Neronis Germanici filij, in T. Sabinū & seruitia eius, vnus ex his canē nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse, abiectio in gradibus gemoniis mæstos edentem vlulatus, magna populi Romani corona circūstanti, ex qua cum quidam ei cibum obieccisset, ad os defuncti tulisse. Innatauit idem cadauere in Tiberim abiecto, sustentare conatus, effusa multitudine ad spectandū animalis fidem. Soli dominū nouere, & ignotum quoque si repente veniat, intelligunt. Hæc Plinius. Expectabis forte explanationem de gradibus Gemoniis. Scito ergo quod Gemoniæ scalæ dicebatur Roma, ad quas corpora damnatorū impacto vincto traherantur. Apud Cornelium Tacitū lib. 3. longiusculē à fine. Sabinus ad Vitellium ductus, sordida pars plebis suppliciū Sabini exposcit, Tum confossum colaceratumque, & abscisso capite, truncū corpus Sabini, in Gemonias trahūt. Hæc ille. Cicero de canibus sic memoriæ prodidit lib. 2. de natura deorū, non longē à fine. Canū tam fida custodia, inquit, tamque amans dominorum

Cor. Tacit.

Cicero.

norum adulatio tantūmque odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandū sagacitas nariū, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi se ad hominū cōmoditates esse generatos? Annaliū Glycæ parte 4. folio 398. habetur sequens historia. Circa tempora Leonis imperatoris filij Copronymi extitit canis; qui heri sui interfectorem iudicio suo prodidit, quū vini bibendi causa cauponam in greffus esset. Nam domino sub necato, qui cū homine malefico iter fecerat, quodam in diuorsoriū sese cōtulit: quocum forte fortuna venisset homicida ille, in dx à cane agnitus fuit: neque canis insigniter ipsius causa larrare desinebat, ita vt tandem infausta quædam cōiectura de latrone conciperetur. Itaque homicida carceri mācipatur, ad prætorē deducitur, accuratē quæstionibus subiicitur, vel inuitus facinus suū faterur, ac tandē malefici more necatur. Si sacram consulamus historiā, canem Thobiæ fidelem comitem reperiemus, Thobiæ c. 6. Canis Thobiam iuniorē secutus est c. 11. In regressu de peregrinatione præcucurrit canis, qui simul fuerat in via, & quasi nūcius adueniens blandimento suæ caudæ gaudebat. In vita sancti Bernardi abbas, authenticè per Guilielmū abbatem descripra lib. 1. c. 1. habetur. Mater cum in ordine filiorum tertium Bernardum haberet in vtero, somnium vidit prælagiū furutorū, catellum scilicet totum cādidum, in dorso subrufum & larrantem in vtero se habere. Super quo territa vehementer, cum religiosum quendam virū consuluisset, continuo ille spiritū prophetiæ concipiens, quod Dauid de sanctis prædicatoribus domino dicit psal. 67. *Lingua canum tuorum ex inimicis*: trepidanti & anxie respondit: ne timeas, bene res agitur. Optimi catuli mater eris, qui domus Dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei, edicturus est larratus. Erit enim egregius prædicator, & tanquā bonus canis, gratia linguæ medicinalis in multis multos morbos curatur⁹ est animarū. Quo responsō mulier pia & fidelis, quasi à Deo suscepto læta efficitur: Hæc sub finem operū D. Bernardi habentur. Simile quid reperitur in vita sancti Dominici, apud Suriū tom. 4. Aug. 5. lib. 1. c. 1. vitæ eiusdem: Vidit mater eius se vtero gestare catulū, ardentem ore faculam ferentem: egressūmque ab vtero totū mūdum flammis ab eius ore prorūpentibus, illuminātem. Quæ cœlesti visione docta est de partu futuro. Hæc ibi. Mirā narrat historiā Plurarchus tom. 2. opusculorū in amatoriis narrationibus.

Glycæ.

Suriū.

Plutar.

Habitabat, inquit, in Leuctis (qui est exigu⁹ quidam pagus) vir pauper Scedafus nomine, huic filiae duae fuerunt. Erat ille vir probus, atque aduersus hospites perhumanus, tamen si ille haud quamquam multa possidebat. Quum ad eum igitur duo Spartani adolescentes accessissent, perlibenter accepti sunt. Exarserunt illi virginum amore, quoque minus quod auderent, Scedasi probitate prohibebantur. Perrexerunt igitur quod iter insisterant, deinde domum regredientes facto per Bocetiam itinere, in Scedasi rursus domum se recipiunt. Is forte fortuna peregre aberat, sed eius filiae eos de more accipiunt; qui cum puellas incustoditas offendissent, vim in eas faciunt, quas quum supra modum excepta contumelia sese miserè afflictas videret, ambas interficiunt, iactisq; in puteum cadaueribus abeunt. Reuersus Scedafus puellas quidem nusquam videt: incertus diutius rerum omnium perstitit: donec admurmurante catella, nunc ad se curstante, nunc ad puteum frequentius redeunte, coniecit id quod erat, atque ita filiarum corpora extraxit. Quum vero ei vicini dicerent, vidisse se qui eius domum pridie eius diei ingrederentur, Lacedaemonios illos, qui & superioribus diebus apud eum ipsum diuersissent, transactum ab iisdem facinus proculdubio intellexit. Nam & superioribus diebus sepe ipsas puellas laudabant, quique eas desponsaturi essent, beatissimos praedicabant. Lacedaemonem itaque proficiscitur, remque omnem ad Ephoros defert. Neglectus fuit ab his. Sed non multo post poenas Lacedaemonij dederunt. Nam in quadam pugna cum Thebanis ad Leuctra fusi sunt, ceque ad unum Lacedaemonij omnes, ad ipsum natatum Scedasi monumentum. Haec Plutarchus. Idem to. 3. opusculorum, vtra animantium plus rationis habeant, terrestriane an aquatica, circa libri medium, pulcherrimas certe de canibus narrat historias. Romani illius, inquit, civili bello perempti, caput rescindere iussus, prius potuit nemo, quam canem qui asseruabat defendebatque herum, circumstantes confodissent. Aelianus de animalibus lib. 7. c. 10. Romae bello quodam civili Caluus Romanus cum necatus esset, huius viri caput ex hostibus nemo abscondere poterat, cum tamen summa contentione sexceri cerarēt, & facinus istud consciscere pulchrum ducerēt: priusquam canem quem is aluisset interfecissent, ei assident, & benevolentiam erga eum ipsum fidelissime amantissimamque seruantem: & qui pro hero humi strato, iamque extincto sic propugnabat, tanquam vir commilito, & contubernalis

bonus,

bonus, & ad extremum amicitiae obseruans. Ibidem Pyrrhus Epitota, cum iter faceret, fortuito incidit in canem, cadaueri domini sui astantem, & illud ipsum cum summa diligentia custodientem, nequis post mortem violaret. Hunc quidem miseratus Pyrrhus sepultura affici iussit: cani vero cibum ad se amandum allicientem dedit, paulatimque illum allectans abduxit, atque ad eum attraxit, ut in recessione milium interfectores domini canis animaduertit, vasto latrum interfectores domini canis animaduertit, vasto latrum in eos erupit, atque vnguibus lanauit, simul se ad Pyrrhum conuertens, quo ad poterat testem in hanc rem citabat, quod homicidas teneret. Itaque hoc factum religioni habuit Pyrrhus, & quaestione adhibita, ea quorum accusarentur confessi sunt. Non ita homines amicitiarum cultores, qui omni sodalitatum sanctitate spreta, amicos suos cum viuis tum mortuos produnt. Profecto vehementer doleo hominibus fideiorem & amantioerem canem inueniri. Haec Aelianus. Eandem historiam Plutarchus ubi supra sic commemorat. Pyrrhus vero rex quum iter cum exercitu faciens incidisset in canem, occisi corpus hominis seruauerunt, incidisset in canem, occisi corpus hominis seruauerunt, intelligeretque tertium istuc diem per inedia durauisse, nec reliquisset corpus, ipsum quidem cadauer sepeliri, canem vero vna duci & curari iussit. Paucis post diebus cum lustratio exercitus fieret, ac milites ordine regis sedente stratis, aderat canis ipse quoque, tacitus interim & tristis: verum ubi caesores heri accedere conspicatus est, latratu commoto ac horribili prorruit in ipsos, inronuitque, ad Pyrrhum subinde conuersus, ut non regi modo sed omnibus qui aderant, in suspicionem homines maximam uenerent. Statim igitur comprehensi rogatiq; quum leues quaedam coniecturae concurrissent, conuicta eade poenas dederunt. Idem Hesiodi sapiens illius canem fecisse fama est, quum Ganymetoris Nauclerij filios, quorum manibus peremptus vates erat, prodidisset. Istuc vero quod maiores nostri Athenis iam tum ageres, se vidisse narrare soliti sunt, longe conspicuum est magis. Aesculapij templum homo quidam ciam subiectis magni ponderis auri argentique donaria ciam latere putans, tacite sese subduxit. Canis autem qui tum custos erat templi, Capparus nomine, quoniam latratu adituorum nemo curabat, sacrilegum fugientem insecutus est ipse: ac primo quidem saxis petitis non destitit: mox exorta iam luce, prope quidem non accessit, sed oculis diligenter hominem seruans, sequebatur: Cibum vero obiectum non con-

tingebat quidē. iam vbiq; quieuiſſet ille, excubabat hic iuxta: rursus quum procederet, surgens inſequebatur. Itē, viatoribus etiam quicumque ſe obuiam tum forſē tuſiſſent, adulabatur, quum hunc inſeſtē ſemper allatraret, impeterētque: hæc quum qui furem perſequebantur, ex obuiis, colorem ſimul & magnitudinē canis narrantibus ſciſcitando comperiffent, auidius iam inſequentes, tandem prehensum hominem, à Cromyone vſque reduxerunt. Canis autem in reditu exultans, geſtiensq; præuolabat, veluti ſuam prædam capturamque ſacrilegū illuſi faceret. Ei vt alimentum publicè daretur, tum vt ſacerdotibus cura huius perpetua incumberet, Athenienſes ſciuerunt. Vetus (arbitror) humanitatis in mulum, maiorū ſuorum exemplū ſequuti. De mulo Athenienſi nos ſuprà affatim dixiſſe lector comperiet Aelianus lib. 7. de animalibus cap. 15. de eodem mulo Athenienſi & illius canis vigilantia, qui ſacrilegum prodidit, eadem penē ſcripſit: Fur, inquit, primū, & ſociis huius ſcleris, ſaxis lapidatione facta, canem appetebant: deinde vbi is latrare non deſiſteret, illū demulcere conabatur, panes & offas canū illecebras obiciens: Nam hæc quoque proinde vt ipſe putabat, ſecū attulerat: verum cuſtos incorruptus canis, vel cum fur euafiſſet in domum vbi habitabat, vel cum inde exiret, ſe illi implacabilem, inſuperabilemque præbens, furem allatrare non deſinebat. Tandem intellectum eſt vnde canis eſſet: ac ſimul animaduerſum quæ ornamenta deſſent. Itaque ex hac canis vociferatione is eſſe, qui tale furtum feciſſet, in Athenienſiū ſuſpicionem adductus eſt: deniq; ex lege capite damnatus tota re cognita. Cani verò cibus publicè præbitus, & publicæ curæ vt fidus cuſtos habitus eſt. Hæc Aelianus. Plutarchus autem tomo 3. opuſculorum vtrā animantium plus rationis habeant, Pyrrhus, inquit, non rex ille, ſed priuatus homo, canem educarat: fama eſt circum exanime heri corpus continuo hærentem, capulo ſiue loculo ſeretrove quum efferretur aſultantem, poſtremò in pyram ſeu ignem ſeſe abiicientem, ac cum illo comburentem. Hæc Plutarchus vbi ſuprà, author, qui (certè) nihil vnquam ineptè moliri deprehensus eſt. Verum ne profanis tantū niti videamur authoribus, ſanctum eccleſiæ doctorem Ambroſiū citabo. Is li. 6. hexameron ſiue de ſex diebus cap. 4. poſt mediū ſcribit: Sæpe necis illatæ euidencia canes ad redarguendos reos indicia prodiderunt, vt

D. Ambroſius.

mulo eorum teſtimonio plerumque ſit creditum. Antiochia ſerunt in remotiori parte vrbis crepuſculo necatum virum, qui canem ſibi adiunctum haberet. Miles quidā prædandi ſtudio miniſter cædis exiſterat. Teſtus idē tenebroſo adhuc diei exordio, in alias partes conceſſerat. Iacebat inhumatum cadaver, frequēs ſpectantium vulgus aitabat. Canis queſtu lachrymabili domini deſtebat ærumnam. Forſē is qui necem intulerat (vt ſe haber verſutia humani ingenij) quo conuerſandi in medio autoritate præſumpta fidem aſciſceret innocentia, ad illam circumſpectantis populi acceſſit coronam, & velut miſerans appropinquauit ad funus. Tunc canis ſequeſtrato pauliſper queſtu doloris, arma vltionis aſſumpſit, atque apprehenſum tenuit, & velut epilogo quodam miſerabile carmen immurmurans, vniuerſos conuertit in lachrymas, fidem probationi detulit, quod ſolum tenuit ex plurimis, nec dimiſit. Denique percutatus ille, quòd tam manifeſtum rei indicem, neque odij, neque inimicitiarum, neque inuidiæ aut iniuriæ aliquid poterat obiectione euacuare, crimen diutius nequiuereſcellere.

Itaque quod erat difficilius, vltionem perſecutus eſt, quia deſenſionem præſtare non poruit. Quid nos dignum noſtro referimus creatori, cuius cibo veſcimur, & diſſimulamus iniurias, & ſæpe inimicis Dei eas quas à Deo accepimus, epulas exhibemus: Hæc diuinus Ambroſius. Reſert poſt D. Ambroſium ibidem Pierius libro quinto hieroglyphicò in cane. Eū, inquit, qui eadem patrauerat raptus in ſupplicium raptus. Citat & ibidem amicitia canum exempla aliquot rara, ex antiquis ſcriptoribus, vbi explicat quòd canis hieroglyphicum pro amicitia ponitur. Reſert Aelianus de animalibus libro 10. ca. 41. quomodo Eupolis poëta comicus, canem habuit, quem eodem nomine quo qui munere donauerat, appellabatur, Augæas vocauit. Is diligebat dominū, vt præclare oſtendit, cum Eupolis exceſſitē vita, in Aegina, vbi corpus ad ſepulturam datū fuit, canis morti illius ingemiſcens, non tantū vlulatu primum illius exceſſum è vita luxit, ſed deinde in æore inediaque exaruit: in odiūque vitæ adductus, ex altoris ſui morte, extinctus eſt. Ex eo locus hic ad huius caſus memoriam conſeruandam, Canis luctus appellatur. Hæc ibi. Idem lib. 7. de animalibus cap. 25. ſingularem quandam narrat hiſtoriam,

Pierius.

Aelian.

storiam, quam nolim hoc loco à nobis prætermittam. Canicula Siculam, ait, adulteris infestissimam fuisse auditione accipi: Cum enim adultera mulier coniugem suum peregrè redire audisset, illum qui cù ea stupri conuenticum haberet, in latebras bene penitus (vt ipsa putabat) occultauit. Verùm & si ianitores pecunia corrupti, cum dominam ad occultationem adulterij adiuuarent, tunc adultero confidentiam ad inferendum stuprum afferrent, tamen perarius canis partim locum illum, quo adulter abdebat, palatrabat, partim pedibus fores constupratoris receprat. ces eo usque conuelleret adoriebatur, domino vt non mediocriter terror iniiceretur, ex eoque suspicaretur, ibi malum aliquod latere. Quare fores effregit, adulterum comprehendit: qui eo animo cinctus gladio nocte expectabat, vt primo dominum domus interficeret, deinde vero quam ante dixi, uxorem duceret: Eodem insuper lib. cap. 29. vir Colophonius Teon, inquit, ad nundinas proficiscens, vt quadam ibi emeret, (nam mercaturam faciebat) seruum qui pecuniam ferebat, & canem secum accepit. Seruus autem ad deticiendam aluum ex itinere diuertit, quem secutus est canis, & expleta necessitate, è terra marsupium tollere oblitus, discessit. At vero canis ibi remansit, marsupio incubans. Deinde vt ad emporium dominus & seruus venissent, re infecta cum nummi eis abessent ad emendum, eadem via qua profecti fuissent, reuerterunt: atque cum eo venissent, vnde prius ille diuertisset, & vbi nummos seruus reliquisset: canem marsupio incubantem, præ fama vix spirantem offendunt, qui vix dum dominum & conseruum suum viderat, cum à marsupio se remouens, vno & eodem tempore & custodia & vita excessit. Hoc si ita habet, Argum quoque canem, à diuine Homere, non tuum esse argumentum, neque pæceticas nugas existimandum est. De cane Homericò hæc in Odiss. l. 17. Raphaële Voiaterrano interprete, oratione soluta siue in prosa leguntur. Vlyssis canis, Argus nomine, capite & auribus inclinatis iacebat, quæ ille nutiit quidem, nec ex eo fructum aut solatium cepit, quod ad Ilij expeditionem sit profectus. Hunc igitur iuuenes prius contra lepores ducebant: tunc verò absente Vlyssè abiectus in multo iacebat funo qui ante fores domus erat, vt famuli postea simul coacti ad agrum stercoreandum ferrent. Hic itaque canis cubitabat, Vlyssè venientem protinus agnouit, cauda blandiebatur, vtramque

Hom.

erigens

erigens aurem: propius autem ad suum dominum accedere non adhuc voluit. Quem ille procul aspiciens, clam Eumæo lachrymas ex ore fluentes sibi absterfit, ac eum statim alloquitur. Mirum Eumæe, vt canis hic in funo iaceat, cum præstanti sit corpore. Eumæus canis hic, respondit, viri est procul hinc extincti (Vlyssè quem non agnoscebat sibi loquentem intelligens) nullam effugit in saltibus ac syluis feram, quam vidisset, quin cursu superaret: Nunc mortitia torpet, quod dominus hinc procul à patria perierit: famulæ verò tristes eum minimè curant. Argus canis anno post vicefimo vbi dominum vidit, subito morte captus perit. Hæc Homerus omnium poetarum facillè princeps. Rufus *Ælianus* lib. 7. de animal. cap. 40. Polus Histrio dum viueret, postquam animam egit, & pro more dum cremaretur, canis eius alumnus, in medios ignes insiliens, viuis vnà cum altore suo exustus est. Rogo etiã eodem, in quem Mentor impositus fuit, canes eius Eretrici, voluntariam mortem sibi conscuerunt. Eretrici dicti (vt existimo) ab Eretria oppido Emboeæ insulæ. Canum Eretricum idem *Ælianus* li. 17. c. 8. meminit. Pari, inquit, magnitudine, cum Eretrienfibus canibus. Item lib. 7. de animalibus cap. 28. Erigonæ filie Icarij canem fama celebrat, inquit: ex eo quod præ nimia in herã beneuolentia à morte eius sapere esse noverit. Euripides certè iocari mihi videtur his versibus. *Euripid.*

Quis enim seruum mihi propter dominum mortuum nominabit, cum id canis seruus facere sustinuerit: Græca quæ ab *Æliano* citantur, & maiorem elegantiam habent, hæc sunt.

Ἦν γὰρ ἄνθρωπος ἐπὶ τῷ δεσπότῃ τὸ βυβλίον,

Κυνὸς δὲ τοῦ δουλοῦ ἀπέσπυτος αὐτῷ;

Hoc est ad verbum: Vbi terrarum enim homo pro domino mortuus est, cane seruo faciente illud ipsum? Hoc est, cum id canis seruus hoc perpetret? Erigonæ canis, qui suæ dominæ sepultura affecta immortalis est, meminit idem lib. 6. de animalibus cap. 25. Idem *Ælianus* lib. 1. de animalibus cap. 8. Nicias quispiam ex venatoribus cum de improviso in carbonariam fornacem lapsus fuisset, canes qui cum eo erant, hoc intuentes, non illum dicefferunt, sed primo circa caminum ingemiscentes, & ululantes commorabantur: tandem prætereuntes leniter & sensim morsu vestium attrahabant: ad id quod accessisset, tãquam auxiliatores domino suo implorantes homines. Vnus igitur videns hoc idem, suspicatus est id quod erat: & sequutus est canes, inuenitque

inuenitque Nician in fornace deflagratum, rei coniectura ex reliquiis facta. Hactenus *Ælianus*, qui Romę sub Imperatore Antonino Pio vixit, *Meliglossus* aut *Mesiphon-gus*, ab orationis suauitate cognominatus, qui Gręce scripsit eleganter (*Gręcolatina* opera eiusdem ex *Gesneri* recognitione impressa Tiguri extant) eandem narrat de *Nicia* historiam. *Cælius Rodiginus* lect. antiq. lib. 23. cap. 27.

Columella
la.

Tanta est canum fidelitas, vt etiam *Columella* de re rustica lib. 7. cap. 12. initio de canibus scribat: Nunc inquit, de mutis custodibus loquar, quęquam canis falso dicitur mutus custos: Nam quis hominum clariùs, aut tanta vociferatione bestiam, vel furem prædicat, quàm iste latrat? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior: quis denique vltor aut vindex constantior? Quare vel imprimis hoc animal mercari, tuerique debet agricola, quod & villam & fructus familiamque & pecora custodit. *Iulius*

Pollux.

Pollux in dictionario libro quinto, ad *Commodum Cæla-*rem capite quinto, de canibus §. secundo in historia de canum genere. Canes memorabiles sunt, inquit, *Pyrri* *Epirora*. Quidam ipso mortuo, & cadauere incenso, in pyram insiliit. Et canes *Hesiodi*, qui iuxta eum occisum manētes, occisores eius, latratu prodidēre: *Tum* & canis *Icari*, filie eius, *Icari* cadauer indicauit. Nota est de *Argo* *Vlyssis* canie, apud *Homerum* fabula. Item *Pausanias* eundem *Homerum* citat libro tertio in *Laconicis*. *Homerus*, inquit, vt homini familiare animal canem dixit. Sed vereor ne prolixitas tedium pariat. Tamen quia non omnibus libri superunt, ex quibus ratas admodum, ideoque pretiosissimas colligere liceat historias, in talium gratiam duas aut tres, aut ad summum quatuor vel quinque tantum commemorabo, finem & coronidem huic impositurus proposito, vt cætera percurramus. *Iulius Scaliger* de subtilitate ad *Cædanum* exercitatione 202. §. 6. canum exempla duo memoratu digna visa sunt: *Agrestis* *Corsus* solum solus eduxit canem ad venatum, eius fretus cognita, & fide, & ferocia, scorpione atque sagittis oneratus (si cui verò scorpionis nomen nebulosum videatur & obscurum, vulgus arcuballiam, nos *one arbaleste* Gallicè nominamus) gladio succinctus, per vrsi vestigia iugū superat. Vbi in summo montis vertice constitit, obrutus magna vi niuium semitarum notis, desperata & præda & reditu, sedit in rupe fessus.

Homerus
Pausan.

Iulius
Scal.

Quæritus

Quæritus à familiaribus postidie, atque magnis clamoribus euocatus, nullū responsum dedit. Dirigerat ibi gelu haud magno sanè flagitio (latrones enim omnes sunt) propius illi accessere, vt saltē cadauere potirentur. Canis excubabat superstes tanquam stipator. In eos igitur quos etiam habebat notos, quasi venissent furatum dominum, tato impetu sese intulit, vt prostrauerit aliquot, vnum aut alterum penè lacerarit, cæteros in fugam conuerterit, neque prius destitit à pertinaci defensione, quàm sagittis cõfollus simul cum fide atque inani pernicacia, ad heri genua vitam deposuit. Hanc legi historiam tomo 3. prodigiofatum per *Belleforest* Gallicè translata cap. 2. vbi sub finem *Belleforest.* narrationis præcedentis animaduertit, & insectatur merito quidem, ingratitude hominū in benefactores suos. Cùm tamen huius exemplum canis fidi domini sui custodis, eos maximè confundat. Subiungit *Scaliger* alteram historiam, quę nostra Gallię peculiari est. Quidam *Aulicus* regis offensus amici potentia sine perfidia, cum ex insidiis obruncat, atque in auio agro sepelit. Venaticus canis, ibi tum fortè comes hero fuerat. Is amore victus, diu sedit in tumulo, fame coactus in aulam sine domino reuersus est: rati illius contubernales bestiam temerè vagari, ei cibum dari iubent. Satur ille ad tumulum redit. It, redit toties, vt primum suspicio inuaderet animos incerta quadã ac fluctuans, deinde certi esse videntur, heri id fieri desiderio. Abeuntem prosequuti, deprehenso telluris tumore effosum cadauer, atque agnitum afficiūt sepultura. Canis exquius peractis fit socius eorum, quibus fuerat dux ad inuestigandum. In aulam vbi homicida redisset, eum canis conspicatus, magnis ilicò editis latratibus, egrè ab impetu cohibetur. Quo tandem indice aucta suspicio, in multorum animis certa fides euasit. Cæterum bestia perscuerantia in illius persecutione etiam Regem mouit, vt iuberet hominem causam dicere. Ille negare factum, persistere in inficiatione. Canis eius orationem latratibus atque assultibus obturbare, vt eam interpellationem pro facinoris exprobratione quotquot aderant interpretarentur. Iussu regis homicida cum prouocatore scilicet cane, singulari certamine dimicauit. Picta est canis victoria in cœnaculo quodam regio, & regum mandato semel atque iterum instaurata est. Digna prorsus Gallica magnanimitate, quę ære füllii assequatur perpetuitatem. Hactenus *Scaliger.*

BELLE

BELLEFOREST autem, loco supra à nobis commemorato, nomen loci expressit, castrum esse dicens Argimontem, Gallicè *le chasteau de Mōargis* appellatum. Adam tertiam ex Glyca semel iam citato: is annalium parte prima, Aliqui canes, inquit, recenti adhuc facinore quærentibus homicidas se duces itineris præbuerunt, utque facinorosi homines & improbi ad supplicia pertraherentur, effecerunt. Accidit aliquando ut canis in diuersorio quodam eo cōspecto, qui herum eius interemerat, aduersus ipsum perpetuò latrans suspicionem de homine sinistram moueret. Quamobrem is ad tribunal deductus, habita quæstione, seu reus facinoris, morte multatus est. Huc vsque Glycas,

Georgius Cedr. Georgius Cedrenus compendio historiarum fol. 362. in Græcolatino, tempore Constantini Pogonari Imperatoris. Cùm quidam solus, inquit, cane comitante iter faceret, est à latrone quales itinera solent insidere, interfectus. Latrone fuga se subducente, canis eo in loco permanit, domini cadauer custodiens. Fortè alius quidam ea perges superuenit, cadauerque motus misericordia tellure effossa sepeliit. Canis id officium pergratum habuit, seque vtrò homini comitem ac seruum adiunxit. Erat autem is homo conditione caupo: Et solebat canis, iis qui cauponam intrarent, exirentque, adulari. Post aliquantum temporis, is etiam latro cuius meminimus, in eam cauponam bibendi causa intravit, quem canis agnoscens allatrait, inque eius faciem insiluit. Hoc sapius factum Dei instinctu, apud multos suspicionem excitauit, comprehensuque latro, & coram iudice constitutus, cùm facinus vti erat ab eo perpetratum confiteretur, diuinæ vindictæ penas dedit. Petrus *Ærodius* decretorum lib. 2. titulo 30. de probationibus & presumptionibus recitata præcedente historia, subiungit. Quid enim? fidelissimi animalis leue iudicium videri possit? Atqui falli ac decipi posse eò minus certè apparet, quo nullum aliud animal, sagacius solertiúsque est: nullum quod memoria magis polleat. Corrupti ac subornari quidem nemo dixerit, quia in bruta animantia non veniunt hæ suspiciones. Cur igitur mansuetissimum animal huic potius quam alteri tam deperditè oblatraret? Hic latratus propè etiam dico gemitus, non pro certo atque naturali argumento haberi potuit: qui venatori latratu indicat feram, cur non iudici prodiderit homicidam? Hæc *Ærodius*. Cedrenus fol. 308. prodigiosam

Cedrenus

giosam satis recitat historiam de cane quodam, anno 17. Imperij Iustiniani magni, inquit. Quidam aris' faber extitit. Andreas nomine. Is canem habebat fuluum ac cæcum, qui prodigia edebat. Adstante enim turba faber clam danc adstantium annulos aureos, argenteos, ac ferreos accipiebat, inque solo deponebat & ingesta materia tegebat, inde canis iussus vnicuilibet suum reddebat. Sic etià diuersorum Imperatorum nominata permixta singulatim discernerebat: quin etiam turba virorum & mulierum adstante, de ea grauidas, scortatores, adulteros, misericordes, fordidosque sine falsitate demonstrabat. Itaque dicebāt, eum Pyronis spiritu præditum esset. Hæc Cedrenus, quod ego facile crediderim. Neque enim omnibus natura legibus ista fieri possent à cane & cæco. Finio per ecclesiasticam historiam, quæ apud Surium extat tomo 6. 1. Nouembris in *Surius*. *Petrus de Natalib.* vita S. Benigni presbyteri & martyris Diuionensis, & in catalogo sanctorum, apud Petrum de natalibus lib. 10. c. 3. de eodem. Benignus tyranni iussu in carcerem coniiicitur, dandis mandatis ut per sex dies neque cibus neque potus ei præberetur. Porro etiam includerentur cum eo duodecim canes squissimi, fame & siti affecti, ut ab illis discerneretur: ingressus verò in carcerem per sex dies illic mansit, orationi vacans, Angeloque eum conseruante, canes mansueti facti sunt. Ita ut nec pilum capitis eius nec fimbriam vestimenti, attingeret. Sexto die Aurelius dixit ad suos, Aperte carcerem, & videte num sit à canibus dilaceratus necne. Aperta itaque custodia inuenerunt eum ita illæsum, & tam integrum, ut ne vna quidem plaga in eius corpore appareret. Non dissimile sanè miraculum illi quod in Daniele in lacu leonum existēte fuerat præmonstratum. Et quomodo Lazari vlcera canes lingeant, sic diui quoque Benigni martyris in carcere lambentibus & lingeant corpus canes, ex humanitate mira, deposita omni ferocia. Sed ad textum tempus est ut regrediamur.

Factum est ut moreretur mendicus, & portaretur in sinum Abrahæ. Prior occubuit mendicus, ut pote fame confectus, crudelissimo mortis genere. Nec dicitur Lazarus mortuus, sed mendicus: quia mendicitas in eo extincta est, viuit autem in æternum iustus Lazarus. A multis autem angelis portatur, quem non dignabatur solo aspectu diues superbus. Abacuch quondam per angelum deportatus est Danielis 14. omnes enim sunt administratorij spiritus

spiritus propter eos qui hereditatem capiunt salutis, Hæbraei. D. Aug. to 2. epist. 99. perspicue exponit, quid sit Abraham sinus. Sinus ille Abraham, id est, inquit, secretæ candidam quietis habitatio. Deinde paucis interiectis, chaos magnum quid est, nisi quidam hiatus, multum ea separans, inter quæ non solum est, verum etiam firmatus est. Hæc ille. Sinus Abraham tunc ante scilicet Christi ascensum, erat lymbus patrum. Modò etiam intelligitur paradisus & regnum cælorum. Idè pro defunctis in sacrificio missæ, sancta mater orat ecclesia, Signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam, quam olim Abraham promissit, & semini eius. Huic S. Martinus dicebat, Abraham sinus me excipiet, vt in eius vita scriptum legimus, & ecclesia de illo canit, Martinus Abraham sinu latus excipitur. Mortuus est & diues. Psalmographus namq; de diuitibus sic cecinit, *Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt vni diuitiarum.* Non dixit diuitias virorum, sed viros vocauit diuitiarum: diuitiis nempe seruietes, non tam illas possidentes quàm ab eis possessos, quales sunt omnes avari. Diuitia ne moreretur diues efficere non potuerunt: Et sicut vulgato versu dici exclamarique solet:

O diues diues non omni tempore viues.

Et sepultus est, inquit euangelicus textus, Græcus quidem hic concludit periodum, *καὶ ἐτάφη*, & sepultus est. Nemi nisi potest dabiū esse, quin magnifica ei contigerit, pro modo videlicet ac ratione facultatū, quas habebat plurimas, sepultura, in hoc seculo, & quo ad corpus. Verū de anima, vt Latini legunt, & sepultus est in inferno, satis dilucide datur intelligi, illam æternis gehænæ ignibus adiudicatum fuisse. Quod neque Græcus contextus improbat, nam sic habet: *ἠγείνεν τὸ πνεῦμα ἐν τῷ ἔσχατον καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ὕδατι τοῦ ποταμοῦ*. Et apud inferos eleuans oculos suos cum esset in cruciatibus & tormentis. De mendico non dixit, quòd sepultus sit, eo quòd vile esset pauperis sepulchrum: de diuite verò maximè, propter pretiositatem sepulchri diuitis hæc Euthymius. Verum diuitis misera anima torquetur in inferno. Hoc loco exclamare libet cum Christo domino: *Quid prodest homini, si vniuersum mūdum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Quid profuit superbis & purpuratis diuitibus (vt etiam ipsi instructuosa potentia nimis tardè ducti, recognoscunt, Sapientie 5.) Quid inquam profuit superbia: aut diuitiarum iactantia, quid*

contulit

contulit eis: Transferunt omnia illa tāquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens, & tanquam nauis quæ pertranseat fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est vestigiū inuenire: aut auis quæ tranfuolet in aëre, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum solum inuenitur argumentum icineris illius, sed tantum solum alarum verberans leuem ventum, & sciens aërem, aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum. Diuisus aër continuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius: Sic & diuites nimirum elati, diu subsistere nequeunt. Vidi impium, ait psaltes regius, superexaltatum sicut credos Libani. Transiit, & ecce non erat. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, dicit diuina Apocalypsis. Impiorum profectò fluxa est felicitas ac instabilis, tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terræ, Psal. 1. tanquam lanugo quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnias diei prætercuntis. Iusti autem imperpetuum viuunt, & apud dominum est merces eorum, Sap. 5. Dicat diues suis adularioribus & praefatis, felicissimum eum prædicantibus, dum viuere:

Quid me felicem tories iactastis amici?

Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.

Lib. 1. Metro 1. de consolatione apud Boëthium. Timete Boëthi?

mortales, Timete eum qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittendi animam in gehennam. D. An. D. An. con? Paduanus, quem aliàs citauimus, Sermone 2. de diuitiis, re Super hoc concordat, inquit illud, 1. Reg. 5. quòd Dagon iacebat in terra coram arca domini: caput eius & duæ palmarum abscissæ erant super limen: solus truncus remanserat in loco suo. Arca domini est mendicus Lazarus, in quo sicut in arca fuerunt tria, manna, tabula, & virga: manna patientiæ, tabula dilectionis geminæ, & virga disciplinæ. Hæc arca requieuit in sinu Abraham: coram qua Dagon prostratus iacuit. Cuius caput & duæ manuum palmæ abscissæ erant in limine. Per caput temporalis excellentia, per duæ palmas potentia & abundantia, per limen domus, ingressus vite & mortis exitus, designantur. Ergo in limine, id est, in egressu vite honor, potentia & abundantia ab eo aufertur, diuite purpurato & epulone nimirum, ita vt remaneat ipse tanquam truncus nudus, & vacuus omnibusque bonis destitutus, omnisque miseria oppletus. Bene ergo dicitur, mortuus & sepultus in inferno, Eccles. 10. *Rex hodie*

H h est. &

est. *Et cras morietur.* Cum autem morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes: bestias id est, inquit S. Antonius, bestiales filios hæredes habebit, vel fratres, quales habuisse iste memoratur: & serpentes, id est demones, ac vermes. Talem sepulturam habuit iste diues, qui in inferno sepultus est.

Vidit Lazarum in sinu Abraham. Quanta sit afflictio malorum videntiū gaudium bonorum ostenditur. Sapienter, *Videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur in iudicatione in sperata salutis, dicentes intra se: hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos in iudicatio finem illorum aestimabamus sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.*

Pater Abraham, mitte Lazarum ut intingat extremū digiti. De extremo Lazari digito aquam in os suum distillare cupit, qui panis micæ de mensa cadentes dare noluit. Nominat digitum, non quod anima Lazari in sinu Abrahamæ digitum habuerit (vt notum est) sed per hoc ostenditur quod diues minimū suffragium, sicut esset digiti intinctio, magnum beneficium reputaret, si consequi potuisset quod petiuit, *ut refrigeret,* inquit, *linguam meam.* Linguā quidem tunc non habuit diues in tormentis, sed pro peccato linguæ pœnam sustinuit. Nota quod non solum linguæ peccauit vitio gulæ, sed etiam in cōuiuio deliquerat atque offenderat loquacitate. Inter pauperem aurem & diuitem chaos magnum firmatum est: vt respōdit Abrahamā patriarcha. Super hoc cōcordat illud, 1. Reg. 26. Tulit hastā Dauid & scyphū aquæ, quæ erant ad caput Saul, & abiit. Cūque transisset Dauid ex aduerso & iterisset in vertice montis delongē, & esset grande interuallum inter eos, clamauit Dauid ad Abner dicēs: Nunc vide vbi sit hasta regis, & vbi sit scyphus aquæ, qui erat ad caput eius. Dauid significat Lazarum, qui in tanta aduersitate mansuetudinem, ac animi fortitudinem, constantiam & patientiam minimè deposuit. Sicut Dauid mansuetudinis nomine in psalmis commendatur, & multas perculisse afflictiones & persecutiones à diuersis in sacra regū historia memoratur. A Saule ablata est hasta, hoc est, à diuite purpurato, potentia diuitiarum, & scyphus aquæ, id est voluptates gulæ in morte ablata fuere. Dauid deinde sedit in vertice montis. Lazarus requieuit in sinu Abrahamæ, qui erat longē à pœnis diuitis. Et erat grande interuallum inter eos. *Chaos magnum inter*

nos &

nos & vos, ait, S. Abraham firmatum est. Clamauit Dauid ad Abner, Vide vbi sit hasta regis, & scyphus aquæ. O diues, vbi est nunc hasta diuitiarum, qua percutere solebas pauperes: vbi scyphus aquæ, id est, voluptas gulæ? Modò refrigeret linguam tuam, quæ ardet, & in flamma cruciatur. Diuiti denique respondit Abraham, *habent Moysen & prophetas.* Hinc conuincitur quod diues fuerit Iudæus, eo quod fratres eius Moysi & prophetis fuerunt subiecti. Pro quo forsitan Abraham vocant eum filium, & ipse eum patrem. Hucusque expositionem diui Antonij proposuimus, quam negligere fuisset nedum inciuile, verum etiam grande crimē. De hoc S. Antonio scriptum reperi apud Trithemium de scriptoribus ecclesiasticis: fuit, inquit, beati Fracisci discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & tantæ sanctitatis extitit, vt multis & viu^o & mortuus coruscaret miraculis. Fuit autem excellentissimus prædicator, ad eum vt summus eum pontifex arcam testamenti cōsueuerit appellare: Et sanctus Fraciscus eum suum episcopum vocare solebat. Scripsit inter cætera opuscula valde elegantes & ardentissimos sermones de tempore. Claruit anno domini 1230. hæc ille. Sed paulo fusiùs ista pertractemus. Ideo videt Lazarū in sinu Abrahamæ foeliciter quiescentem. Miser diues, vt ad cumulum tormentorum sit ei cōspectus & visio consolationis alienæ. Euthymius in Luc. 16. Peccatores iustorum vident fruitiones, quo magis doleant videntes, quibus sint priuati bonis. Iusti verò peccatorum vident supplicia, quo amplius gaudeant, intuentes quanta effugerunt tormenta. Hæc ille. Abraham inuocauit, dicens, *Pater Abraham.* Quo tempore Christ^o docebat, in Iudaismo ad eum non reprehendebatur iustorum etiam defunctorum inuocatio, vt vsus eius pius quoque crederetur. Alioqui non proposuisset nobis Christus, quomodo Abraham, diues inuocari. *Quæret aliquis, Quare non alloquitur diues Lazarum? Respondent Theophylactus & Euthymius: Sufficabatur diues, quod malorum, ipsi inflictorum, aduersus se memor esset Lazarus. Sed Abraham obsecrat opinatus quod hunc lateret, quæ circa se contigerant, ex se metiens ceteros, hunc auidum vindictæ existimauit, propter quod ad Abraham facit sermonem. Quemadmodum autem Lazaro quum in tot malis positus esset, calamitarum erat augmentum intueri diuitem in tot bonis, secundum quod prouerbiū dici solet, iuxta fontem mori siti: Ita nunc*

Euthymius.

Theophylactus & Euthymius.

diuiti vice versa in tantis degenti miseris, additio suppliciorum est, videre Lazarum in tantis bonis.

Vt refrigeret linguam meam. Plus ardet ista, quæ noluit iu-

D. Aug. bere eleemosynam fieri. Sic D. Augustinus tom. 10. sermone de tempore 227. de faciendis eleemosynis: Totum diuitis corpus flammis gehennæ consumitur, & sola lingua amplius cruciatur. Ideo sine dubio in lingua maiorem sentit ardorem, quia per eam superbè loquendo contemplerat pauperem. Ipsa enim lingua, quæ noluerat dicere, vt eleemosyna pauperi donaretur, graui⁹ gehennæ flammis exuritur. Post illas lamentabiles voces potuit ei sine dubio respondere: *Quid faciam tibi?* Eleemosynas non fecisti, quæ peccatorum tuorum pœnas extinguerent. Diuina præcepta velut inanes fabulas respuisti. Interueniant pro te pauperes, & quicquid petieris, dono. Sed iusto iudicio vicem tibi reddo. Quia iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam. Nō tibi poterit præstare iustitia mea, nisi quod merentur opera tua. Audi hæretice, quod opera merentur siue meritoria sunt, ex Dei nempe pacto. Si enim iste diues eleemosynarius fuisset, bonorum certè operum merita, & tunc post mortem præmia, thesauros vtiq; bonos & optimos sibi congregasset. Quod quia non fecisset neque exaudiri promeruit. Peccata igitur vestra eleemosynis redimite o diuites. Diuus quoque Martyr Cyprianus, ad Cornelium contra hæreticos epistola 55. ex disputatione & recognitione Pamelij, circa principia. Diues ille peccator, inquit, qui de Lazaro in sinu Abrahamæ posito, atque in refrigerio constituto implorat auxilium, cum in tormentis cruciabundus flammæ cremantis ardoribus aduratur, inter omnes corporis partes, magis os eius & lingua pœnas dat: quia plus scilicet lingua sua & ore peccauerat. Hæc ille. Aliam etiam causam in specie & particulariter D. Gregori⁹ magnus assignat quare tam intensè cruciaretur, arderetque eius lingua. De extremo digito Lazari ait, distillari aquam in ore suo concupiscit: & guttam aquæ petiuit, qui micæ panis negauit. Superius autem hunc diuitem dominus non loquacitati yacantem dixerat, sed superflue conuiuientem. Sed quia abundare in conuiuuis loquacitas solet, is qui malè hic conuiuatus dicitur, apud infernū grauius in lingua ardere perhibetur. Prima namque malè conuiuiantib⁹ famulatur culpa loquacitatis, post loquacitatem verò ludendi etiam leuitas sequitur. Nam

Hæc S. August.

D. Cyprianus.

D. Greg.

quia

quia edacitate lusus sequatur, testatur sacra scriptura, quæ dicit: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Sed priusquam ad lulum moueatur corpus, ad iocos ac verba inania mouetur lingua. Hæc diuus Gregor. Torqueretur præsertim lingua vt discas, quod scriptū est venissimū esse, Sap. 11. per quæ quis peccat, per hæc & torqueretur. Sic factum est in ædificantibus turrim Babel, Genes. 11. Tunc dispersæ sunt linguæ, cum antea fuisset terra labij vnius, ob blasphemias voces superborum, turrim aduersus Deum excitantiū & ædificantium. Sic de lingua blasphemii Nicanoris, auibus per minutias & particulas in escā projecta, 2. Mach. 15. Sic denique in lingua punitus fuit propheta Zacharias, mutus effectus, quia lingua sua verbis angelicis ex diffidentia & incredulitate repugnare fuit ausus.

Recepisti bona. Euthimius & Theophilactus obseruant, *Euthimius* quod non dixit accepisti bona tua, sed recepisti. Nam recipere ob ea ponitur quæ debentur: & hinc omnino significatur, quod & diues quanquā peccator erat, aliquam tamen habebat virtutem, pro qua bona debita adhuc viuens receperat. Et Lazarus quanquā iustus erat, aliquid tamē vitij habebat, propter quod adhuc viuēs debita mala receperat. Siquidem nullus hominū expers est virtutis, aut omnino malus: Nullusque expers est vitij, aut omnino bon⁹. Idcoque iam morientes discesserunt, ille quidem merā habens malitiā, hic autem purā habens virtutem. Liceat hic intermiscere non incommode Horatij grauisimū hemistichium li. 2. car. Od. 16. *Nihil est ab omni parte beatū.* refertur ex vitis patrū in speculo exemplorū dist. 2. §. 189. Narrauit quidam patrū, quod erat aliquis solitarius in eremo Nicopoleos, & ministravit ei quidam secularis, sed fidelis. Fuit autem in eadem ciuitate homo qui erat diues & impi⁹. Contigit autem vt moreretur ille diues, & deducebat eum tota ciuitas simul & episcop⁹ cum lampadibus. Egressus est autem ille qui ministrabat illi solitarius, secundū consuetudinem portans & panes, & inuenit quia comederat eum bellua, & cecidit in faciem suā in conspectu domini dicens: Non surgam hinc, donec demonstretur mihi à Deo quæ sunt hæc. Quia ille quidem impius talem apparatus habuit in deducendo: hic verò qui seruiuit tibi die ac nocte, ita perculit. Et ecce angelus veniens dixit ei: Ille impius habuit parū bonum opus in hoc seculo, & recepit illud hic, vt illic nullam requiem inueniat. Iste autem solitarius, homo erat

H h 3 ornatus

ornatus ad omnem virtutem. Habebat verò & ipse vt homo modicum quid culpæ, & recepit illud hic, vt ibi inueniatur purus coram Deo. Et ira consolatus in his verbis, abiit glorificans Deum super iudicia eius, quia vera sunt.

D. Aug. Hæc ibi. *Recordare igitur quia recepisti bona in vita tua.* Accommodabitur etiam hoc loco D. Augustini to 5. lib. 4. de ciuitate Dei cap. 15. dictum grauissimum, quibus, inquit ille, non erat Deus daturus vitam æternam cum sanctis angelis suis in ciuitate sua cœlesti, ad cuius societate pietas vera perditur, quæ non exhibet seruitutem religionis, (quam *λειτουργία* Græci vocant) nisi vni vero Deo. Si neque hæc eis terrenam gloriam excellentissimi imperij concederet, non redderetur merces artibus bonis eorum, id est virtutibus, quibus ad tantam gloriam peruenire nitebantur. De talibus enim, qui propter hoc boni aliquid facere videntur, vt glorificentur ab hominibus, etiam dominus ait, *Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam.* Sic & isti priuatas res suas pro communi, hoc est pro re publica, & pro eius arario contempserunt: auaritia resistunt: consuluerunt patriæ consilio libero: neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxij: his omnibus artibus tãquam vera via nisi sunt ad honores, imperium, gloriam: honorati sunt in omnibus ferè gentibus: imperij sui leges imposuerunt multis gentibus, hodièque literis & historia gloriosi sunt penè in omnibus gentibus. Non est quòd de summi & veri Dei iustitia cõquerantur: perceperunt mercedem suã. Hactenus D. pater Augustinus. *Recordare quia recepisti bona.* Hæc autem recordatio cedit in maius tormentum & pœnam, dicente Boëthio libro 2. prola 4. metri 3. de cõsolatione philosophia: nec inficiari possum prosperitatis mex velocissimum cursum, sed hoc est, inquit, quod recolentem vehementius coquit. Nam in omni aduersitate infelicitissimum genus est infortunij, fuisse felicem. Hæc ille. Nempe opposita iuxta se posita (vt aiunt philosophi) elarius elucescunt, magisq; innotescunt. Difficilius etiam est expertis carere delitiis, & consueta relinquere. Vnde Seneca in prouerbiis siue sententiis, Excel-sis multò facilius casus nocet. Dionysius Carthusianus in elucidatione profæ huius 4. Boëthij articulo 12. citat Senecam sic dicentem, Fortuna lætiores dimittit, quos per prospera non aspexit, quàm quos reliquit: Conforme est vulgatum illud carmen.

Boëthi?

Dionys⁹
Carthm.
Seneca.

Tur

Turpius euicitur, quàm non admittitur hospes.

Item Seneca libro vno de diuina prouidètia c. 4. Illos merito quis dixerit miseros, qui nimia fœlicitate torpescunt, quos velut in mari lento tranquillitas iners detinet. Magis vrgent seua in expertos. Graue est nõ affuetis ferre certicibus iugũ: ad suspicionem vulneris tyro pallefeit: audacter veteranus, cruorem suũ spectat, qui scit se sæpe vicisse post sanguinem. Hæc ille. *Recepisti bona in vita tua, nunc autem cruciaris.* Quasi diceret, non potes in terra regnasse, & hic rursus in altero regnare seculo. Fœlices semper esse nõ poterunt diuites: omniũ rerum vicissitudo est. Qui quotidie epulabatur, nunc guttam aquæ non obtinet. Rectè ergo apud Plutarchum tomo 1. opuscul. in apophthegmat. regum & Imp. Philippus Alexãdri pater fecisse dicitur, cum vna die multis de prosperis euentis nunciij ei adferrentur, O fortuna, exclamauit, pro tot tantisq; paruũ aliquid mihi retribue malum. Petrus de Natalibus in caralogo sanctorum lib. 1. cap. 36. de sancto Ambrosio episcopo & doctore memoratu dignissimam narrat historiam: Hospitatus, inquit, in quadam villa Thuscia apud quendam diuitũ familiã abundantem, dum ille se cunctis ad vorum succedibus iactasset, & quòd nihil sibi aduersum in vita accidisset, Ambrosius cõterritus, inde cũ sociis festinus discessit, dicens, ibi non tutũ esse permanere, vbi dominus non erat. Quo abeunte aliquatũ, vir ille cũ domo & familia, terre hiatu absorptus est. Hoc idẽ refert Marulus ex èplorũ li. 3. c. 3. sub finè. Nec præteribo quod Herodotus l. 3. scriptis suis cõsignauit: Polycrati Samiorũ tyranno cũ Amasi rege Egypti cõfederato, omnia, inquit, prosperè cedebant. Sic autè ei scripsit Amasis. Tuæ magnæ prosperitatis mihi non placent. Malim ego per varias fortunæ vices auum traducere, quàm in omnibus mihi prosperè cedere. Hoc aduersus prosperitates agito. Inspice quid tibi sit quod maximi facias, quodq; amissum tibi maximè doleret, & ira abiicito, vt nunquã ad homines veniat. Erat verò Polycrati gema signatoria smaragdus, quam gestabat auro inclusam. illam itaque abiecit in pelagus. Quum ex iactura afficeretur, sexto deinde ei accidit die, vt piscator piscè grandem & tyranno dignum, ad Polycratem, deferrer, què ministri rescindentes, offendunt in eius aluo sigilliũ Polycratis, eiq; perferunt. Ille ad Amasim rescripsit quod contigerat. Intellexit autè ille quòd Polycrates nõ benè moretetur, bo-

Ouidius.

Plutare.

Petr. de
Natalib.Marul⁹.
Herodo-
tus.

H h 4 nam

nam fortunam semper expertus, sicq; amicitia illius renūciavit, vel nuntium remisit. Polycrates deinde ab Orōtē Persā praeſide Sardorū à Cyro praefecto, fraude sub specie scilicet dandi ei multam pecuniam & thesauros, est cruci suffixus. Hunc exitum habuerunt tot prosperae res Polycratis, quem varicinatū fuerat ei Amasis rex Aegypti. Hucusque Herodotus, qui fufiorem & ampliorem tenuit hae de re narrationem. Ut autem ad nostrum reuertamur propositum, vides consimiliter prosperam illius purpurati epulonis fortunam, qui nullo quidem intermisso die splendēde epulabatur. Nunc autem, ait illi sanctus patriarcha, & meritō certē tu crucialis, quia recepisti bona in vita tua, Consonat quod psalmographus Psal. 72. cecinit, *Zelant super iniquos, pacem peccatorum*, id est feclicitatem ac prosperitatem, videns: quia non est respectus morti eorum, hoc est,

Lirano. Lirano dilucido interprete, nō videntur citō mori, sed diu viuere. Ecclesiastes 7. Iustus perit, ait, in iustitia sua, mortē intellige temporalem, quae illi transitus est ad aeternam vitam: & impius multo viuuit tempore in malitia sua. In labore hominum non sunt, sed in delitiis, & prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, id est ex diuitiarum pinguedine, trāsierunt in affectum cordis, hoc est habituati sunt in malis, in habitum prauum commutati sunt vitiosi. Hinc vides quōd prior Lazarus iustus moritur, multis confectus aeternis. Sed neque mors diuiti tandem pepercit. Et sicut dixit Adonibezech Iudicum 1. cap. Sicuti feci, ita reddidit mihi dominus. Sic re ipsa expertus est post mortem diues, quōd qua mensura mensus fuerat, eadem mēsus est illi dominus iustus iudex, qui (vt ait Dauid Psal. 118.) iustus est, & rectum iudicium eius, & qui obrurat aures suas ad clamorem pauperis, Prouerborum 21. clamabit ille, & non exaudietur.

D. Greg. *Chaos magnum firmatum est* Status immutabilitas & discretio bonorum atque malorum his adumbrantur loquēdi formulis, vt nequeant hinc inde transmeare. Quod D. Gregorius magnus, loco iam à nobis saepe memorato, sic explicat. Iustorum animarū quamuis in suae naturae bonitate misericordiam habeant, iam tunc authoris sui iustitia coniunctae, tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur. Ipsi quippe iudici concordant, cui inhærent, & eis, quos eripere non possunt, nec ex misericordia condescendunt: quia tantum illos tunc à

se vi

se videbūt extraneos, quantū ab eo quem diligunt authoris suo cōspiciunt esse repullos. Nec iniusti ergo ad beatorē sortem transeunt, quia damnatione perpetua constringuntur. Nec iusti transire ad reprobos possunt, quia erecti sunt per iustitiam iudicij, eis nullo modo ex aliqua cōpassione miserentur. Hæc D. Gregor. Nota (obsecro) hanc doctrinā de locis finalibus esse, vbi vel gaudia aeterna, vel perpetua sunt supplicia.

Mitte in domum patris, habeo enim quinque fratres Sic Euthymius ex hoc loco colligit, quōd sicut ipse ante mortē, ita & fratres diuitis pro fabulis ducerent minas, quae in scripturis habentur de futuri saeculi suppliciis: & propter ea solam voluptuosam vitā insequerētur. Nec simpliciter ex mortuis quempiā (ait Theophilactus) sed Lazarū mitti postulauit, vt videat eū coronatū, & in gloria, qui viderant eū in simū & contemptum. Quid igitur Abraham? *Habent Moysē & proph.* Neq; enim ita tibi curę sūt fratres, vt Deo, qui fecit illos, & 600. ei adhibuit praeceptores, ait Euthymius, & cū eo cōcordat Theophilact. Dicit fortē aliquis, cū charitas nō sit in dānatis (sāltē vt est theologica virtus) quomodo iste miser & dānatus pro fratrib. fuit sollicitus? an ex charitate? minimē verō, sed verebatur se habiturū socios poenarū, quos nouerat se habere imitatores epularū, auaritia, & erga pauperes crudelitatis atque inclementia.

Non pater Abraham. q. d. inquit Euthymius, nō audiunt illos, nimirum prophetas. Libris quidē nō habēt fidē, vt pote scriptis ab his qui viuebāt, & nec dum ea viderāt quae in futuro sup̄ saeculo: ipse diues, etiā dum viueret, scripturas audiēs nō crediderat, & fabulas esse putarat ea quae dicuntur. Similiter etiā fratres suos (ait Theophilact.) se habere suspicatus est, & ex se iudicās dicebat, quod non audituri sine scripturas, sicut neq; ipse. Sed si quis ex mortuis resurrecturus esset, credituri sunt. Tales etiā nunc sunt, qui dicunt, *Quis vidit ea quae in inferno?* quis venit illinc, & annunciauit nobis? Si quis ex mortuis veniret, inquit, crederemus, tāquā ei qui viderit vniuersa. Sed audiāt Abraham. Quoniam si scripturas nō audimus, neq; his qui ex inferno veniunt, credemus. Et hoc manifestarunt Iudaei, ait Theophilactus, qui quia scripturas nō audierunt, neq; cū resurrectissent mortui, crediderunt: sed & Lazarum occidere retulerant: qui (vt scribit Euthymius in hoc euangelium)

H h s post

postquā à mortuis surrexerat, de rebus quę erāt in infetno loquebatur. Verū quid certius & verius, magisq; indubitātū & extra omnē cōtrouersia esse debet, quā scriptura canonica, diuinitus inspirata? Nā sermo tuus veritas est, nec potest solui scriptura Ioā. 17. & c. 10. *Nec nisi spiritu sancto afflari & inspirati loquuti sunt sancti Dei homines*. 2. Petri. 1. Iudei qui mortui resurrexissent crucifixo Iesu, & apparuissent multis, credere noluerunt: Ipsiq; domino à mortuis resurgenti, nihilo magis crediderūt, nec apostolis quibus per dies. 40. apparuit, loquēs de regno Dei, Act. 1. De vita eterna, & dānatorū eternis suppliciis, postmodū predicantibus credere nunquā voluerūt. De reprobis & obstinatis nobis est sermo. Hinc Isaię 8. scribitur, *Nūquid nō populus à Deo sua requirit visionē? pro viuis à mortuis? ad legē magis, & ad testimonium. Quod si nō dixerint, iuxta verbū hoc, non erit eis matutina lux.* Suprà immediatē de pythōnibus & diuinis qui studēt incātationibus suis, sermonē fecerat, de quib⁹ antea Moyſes Deut. 18. *Nō sit, dicebat ille, incātator, nec qui pythones cōsulat, & quarat à mortuis veritatē, omnia enim hac abominatur dominus.* Incerta & dubia possunt esse mortuorū responsa, & probādi sunt spiritus an ex deo fiat, nec leuiter omni spiritui credendū. Siquidē & dēmones illudere nobis, hac arte, frequēterq; per falsas atq; mēdaces apparitiones nobis imponere atq; decipere nos, moliūtur. Ideo in his magna cautio est adhibenda, & ad amissim scripturę sanctę huiusmodi visiones cōferendę & examinandę sunt accuratē, atq; tamquā ad lydiū lapidē expendendę, vt veritas deprehendatur. In memoriā Saulis regis factū reuocamus, qui calamitate pressus ad phytonisā se contulit: vt à mortuo iā Samuēle, de rerū futurarū exitu oraculū ac responsum illi concederetur. Et cui viuo obtemperare rennerat, mortuo se velle credere significabat. Sic ad mortuorū vmbra consulendas quidam olim necromantici dicti, declinabant: subaudiendum igitur in Isaię suprà allegata auctoritate, Non requirent de viuis mortuos, si prudenter & non stupidē fecerint. Hoc stupidi est ingenij, in cadaueribus putridis numē subesse cogitare, quod ars necromantica pręstigiōsaque efficit, vt de Saule diximus. Nisi autem gesta vestra moderemini iuxta verbum Dei, non erit vobis lux matutina, fauorem Dei propitium illis defuturū pronunciat, si legem Dei, id est diuinam scripturam contempserint. Ergo ad scripturas secundum ecclesiam catholicam

sen

sentum atque explicationem, recurrendum. Notanter autem dicitur secundum ecclesie interpretationē, contra patrem dicitur secundum hereticorum modernorū affirmatiū, radoxum omnium hereticorum modernorū affirmatiū, nihil esse credendum, nisi id solum quod est literis diuinis mandatum, quod multis argumentis efficacissimē reuincit atque confutat libro 1. panoplię euangelicę doctissimus & reuerendus admodū episcopus Lindanus. Et hoc in loco Isaię 8. Pintus. Vbi quęro, Luthere, inuenisti non esse credendum, nisi id quod est in sacra scriptura? lege totam eam à principio Genesis vsque ad finem Apocalypsis, nusquam talem inuenies propositionē. Non est igitur credenda hæc tua propositio, si verum est quod dicis, id solum credendū, quod est in sacris Bibliis scriptū. Quod si verum est, quare mundum scriptis tuis repleuisti? Hęc Pintus de sanctorum apparitionibus, quādo constat veras esse, cū catholica matre nostra, & libentissimē & securissimē sentire debemus. Neque præsens locus vilo modo contradicit, aut aduersatur. Quod hic dicitur chaos magnum constitutum esse, nec hinc inde pertransiri posse, profanus etiam poëta significauit Æneid. 6.

Facilis descensus Auerni,

Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras

Hoc opus, hic labor est.

Quod sanctus Iob propheta explicat ca. 7. *Qui descendit ad inferos, non ascendet.* Vide ergo (ait D. Petrus Chryſologus sermone 122.) crudelitatem diuitis etiam post mortem in Lazarum, qui erat in sinu quietis. Mitte Lazarum, inquit, quod? ad infernum de gremio, de folio sublimi ad profundissimum chaos, ad tormātorum fridorem, de sancta quiete, de tanto silentio beatorum, intellige in spe, licet nondum in re, quo ad claram & beatificam Dei visionem, quia nondū erat aperta ianua regni cœlestis, tamen in sinu Abrahamę erat consolatio, vt disertē euāgelium exprimit, vt *repperet, inquit, in aque gutta linguam meam.* Ibi D. Petrus Chryſologus supra dictus, ab aurea eloquentiæ vbertate Chryſologi cognomen consecutus, acutissimē cernens, obseruauit, quod ex pictura quoque didicisse nos cōmemorauimus antea: nempe ex eo quod aquam petiit, puto, ait diues, quod & aquā pauperi tu negasti, cui ne ingrederetur ianuā tuam, ne ad tuum puteum perueniret, canes quā plurimos obiecisti. Hęc ille. Non possum hoc loco silentio præterire *napud scriptorū* interpretamentum, & omnibus eruditissimis

Virgilius

Cryſolo.

Faber mea fert opinio) inopinabile Fabri Stapulensis super hac narratione euangelica. Ille præter communem doctorum sententiam, imò repugnante ipso textu, detorquet huius exempli sensum (quod cum viri aliàs non indocti bona venia dictū velim) neque video quomodo constet sibi in tali explicatione. Dicit itaque anima pauperis per angelos bonos deducta est in sinum Abraham. Anima autē diuitis per angelos malos (quod ex opposito intelligitur) deducta est in infernum. Quis ex his verbis non putaret, ipsum velle asseuerare diuitem, æternum damnatū? Sed audi quid adiungat. Lazarus cum angelis perpetuò est lætaturus: iste cum dæmonibus fortè etiã perpetuò est cruciandus. Vides quomodo subdubitat, & ambiguè loquitur, problematicè (vt dicunt logici) non categoricè affirmat diuitem esse perpetuò damnatum. Postmodum perplexè valdè, insinuat in purgatorio diuitem fuisse, quippe cum boni optare videatur, dum scilicet optat & rogat pro quinque fratribus. Quasi verò ex charitate id ab eo profectum fuisset, & non protinus ex timore qui pœnam habet (vt in epistola à θεολογος D. Ioannes scribit) ne scilicet aueretur eius cruciatus. Diuus Chrysológus sermone 123. ad verba, *Habeo quinque fratres*, cui pius, inquit, qui sibi sic impius: Impudenter præsumit aliis impetrare pœnitentiã, qui sibi tam crudeliter ad veniam nihil prouidit. Hæc ille. Subiungit Stapulensis. At illud, sepultus est in inferno, indicat, inquit, perpetuò damnatum. Verùm (respondet) lectio græca non sic habet: quia id in inferno nō ad præcedens, sepultus est, refertur, sed ad sequens eleuans oculos, quod ex coniunctione græcè adiecta, inter, sepultus est, & in inferno, promptissimè dignoscitur *ἐν τῷ ἄδῃ ἐτάρατος* &c. Et sepultus est, & in inferno eleuans, &c. Esto, ò singularis, qui communem non sequeris sensum, in græcis ita distinguitur, quod nec abnuimus: an propterea non verum est, quod Latina legit ecclesia, sancta mater nostra catholica, apostolica & Romana? & sepultus est in inferno: Cum & contextus græcus non improbet, dicens, in inferno diues sublatris oculis cum esset in tormentis. Quid, amabo, expressius dici potest ad indicandam diuitis damnationem & æternum supplicium? Sed obiicit Faber, Abraham diuiti dicēdo Fili, verbo consolationis eum alloquitur, reddēdo insuper causam præsentis supplicij, tanquam eum ad tolerantiam adhortatur; neque ex verbis Abraham, ru verò nunc cruciaris,

licet

sicut inferri perpetuò. Sed & illud diuitis Miserere mei, quod est misericordiam petentis, nō videtur esse perpetuò damnatorum. Porro optare bonum iis qui in mundo sunt, id sanè non videretur esse perpetuò damnatorum. Quod si ita est, id manifestè infernum purgandorū insinuat. Quod & arbitror hic dominum hac (ita re gesta) narratione indicare voluisse. At dices, perpetuò damnatorum esse locum insinuat Abraham, cum ait: ij qui volunt hinc transire ad vos non possunt, neque inde huc transire. Nam si illinc non possunt in sinum Abraham transire, ergo in perpetuis sunt pœnis, eritque perpetuò damnatorum infernus. Respondet ipse sibi, ex verbis Abraham, inquit, nō videtur simpliciter haberi, non posse inde transire, sed non posse eum velint. Quid, si nō cum velint, sed peractis pœnis transireant: satisfactione peccati & pœnæ facta, non ad sinum Abraham, sed ad cælum conuolare credentur. Verùm dicere diuitem illum non esse perpetuò damnatum, ad quod credendum maximè adduxit hoc euangelij, sepultus est in inferno nō probè representatum paradoxum videatur. Ideò aut id iudicio Dei occulto relinquamus, aut sentiat quisq; quod sibi videatur. Non tanti est ille miser diues sola opinione, at re vera pauper, vt eius gratia cōtrouersia suboriri debeat, sed Dei potestas semper est laudanda siue iustitia adhuc illij puniat, siue misericordia illi parcat. Huc vsque rater, Faber, volui dicere posterius, totidem literis & syllabis paulum immutatis ac transpositis, aduersus insolentem eius opinionem, producam qua fieri poterit maxima breuitate & perspicuitate diui Chrysológi annotamentum ad verba ista, *vt refrigeret linguam meam* sermone 122. Hæc flamma, inquit, non tam linguæ quàm cordis est: Et adhuc iste conscientia calor est, non illud extremum quod te manet & expectat incensum. Nam si te iam nouissimi iudicij totus ignis ambiret, & illius desperatæ damnationis sententia iam teneret, nūquam leuares oculos. Certè si te iam possidet totus ignis inferni, quare solius linguæ artibus desideras subueniri? nisi quia lingua magis virtur, quæ insulauit pauperi, quæ misericordiam denegauit. Hæc præcedit ad iudicium, hæc de toto corpore prima sentit ardorem, quæ cum hic varios, deliciarum cibos degustaret, mādare pietatem noluit, fieri misericordiam nō præcepit, sed & ipsa cum alij facerent derogabat. Hæc ille, apertè satis manifestans diuitis animã nūc quidè vsque ad extremum iudicium

iudicium sine corpore & ab ipso separata æternos ignes, æterna pati supplicia, quæ extensiuè (vt loquuntur scho- lastici) augebatur & crescent post generale iudicium, quando ille totus in corpore & anima coniunctim damna- bitur. Et sermone 123. exponēs hæc verba, *Fili recordare, &c.* vbi eum filium vocat, longè aliter quàm Stapulensis, reue- rendissimus ille idem archiepiscopus Rauennas exponit, qui claruit sub Martiano Augusto anno ab orbe redempto 450. in vita etiam multis coruscās miraculis, vt de illo scri- bit Trithemius abbas, in opere de scriptoribus ecclesiasticis, *Χρυσολόγος* quasi sermo aureus optimo iure appellatus. Ille, inquam, vir eximius sic explicat. O singularis bonitas, adhuc vocat filium quem videt inferni vernulam, pena- rum sobolem, extremum mancipium iam gehennæ. Ver- nula, ne hæreas in salebra, & de hoc quoque ambigas, est diminutiuum à verna, quod significat seruum aut ancillam domi nostræ, aut certè ex ancilla nostra narum natamve. Vernarum nomen apud antiquos pro conuicio habebatur. Hæc de nomine profectur Chrysológus. Sed vocat fi- lium, vt magis magisque prodatur impietas, quando cum tali etiã paterni sermonis pietas perseuerat. Tu vocas pa- trem, ego voco filiũ: vt te grauius doleas perdidisse, quod natus es. Adhuc voco filium, vt amariùs doleas perdidisse te, quod tibi gratia dederat, & natura: quia non habuisse doloris non est tanti, quãti habita mæroris est perdidisse. Voco filium vt intelligas iudicij esse, quod pateris, non fu- roris. Voco filium, vt in me mea patientia, & in te tua ma- near pœna. Ex quibus postremis verbis, patet pœnam mali diuinit æternum esse mansuram in eo, ergo perpetuò dam- natus conuincitur ex illa expositione. Neque (vt dixit Sta- pulensis) tam verbo consolationis, eum nomine filij vo- cando, vsus fuit, quàm exprobrationis, non quidem vt in- sultans afflicto, sed mansuetè respondens, scriptũ est enim Ecclesiastici 4. *Animam humiliatam ne turbaueris*, vt citat

Trithemius.

Euthym.

Euthymius, & in Græco habetur *ναρδιαν παροργισμένην μη προσπαράξῃς*, Cor irritatum ne conturbes. Idẽ sermone præ- fato ad verba, *Neque hinc ad vos transire, neque huc trãsmen- re quis potest*: Terret fratres, inquit, terret nimis huius vo- cis auditus, quæ ostendit post mortem, & semel apud in- ferros, pœnali custodia deputatos, ad sanctorum quietem non posse transferri, nisi Christi gratia iam redempti, ab hac desperatione, sanctæ ecclesiæ intercessionẽ soluuntur:

vbi la

vbi satis innuit hæc intelligenda esse de locis extremis & finalibus, nempe de paradiso, & inferno, in quo damnato- rum loco positus erat miser ille. Nã quod excepit postea, nisi sanctæ ecclesiæ intercessionẽ à pœnali soluantur custo- dia, redempti: liquidò significat, purgatorium locum & expi- ationis sedem aliquam à Deo assignatam, contra Luthe- rano & alios hæreticos, negantes purgatorium. Quo in loco purgatorij non est verisimile fuisse miserum illum & infelicem diuitem, maximè ex sermone 124. eiusdẽ Chry- sologi, ad verba illa, *Pater Abraham miserere mei*. Stultè pe- tit à patre misericordiam quam negauerat fratri. Quid illi cum misericordia, cui iam totum cessit in pœnam? aut quæ illi supplicatio apud patrem poterit subuenire, cui in sinu patris residet accuator? Deinde, stilla digiti extremi, ait, credit diues gehennæ flãmas extinguere: Et iterum lingua meritò prima est in gehēna, quia ipsa interdixit misericor- diam, cui datum fuerat vt iuberet. Hactenus ille: vbi vides vbiq; gehennam nominare, quæ pro damnatorum loco sumitur in euãgeliis, vt annotauit D. Hieronymus in Mat- D. Hier. thæum 10. cap. Nomen gehennæ, inquit, in veteribus libris non inuenitur, sed primũ à saluatore ponitur. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciã- di sunt huius loci (qui vocabatur gehennon, id est vallis fil- liorum Hemon, vt in sacris regum, Paralipomenon & Hieremias voluminibus scribitur plenissimè) vocabulo & ap- pellatione denotantur. Hæc D. Hieronymus. Illudque cer- tissimum & resolutum maximè in scripturis habetur, quod nemo à gehennæ ignibus atque incendiis est liberandus, qui in gehennam post mortem fuerit coniectus. Subscribit Theophilactus in Matt. 10. gehennã quum dixit, significat perpetuam pœnam. Quum igitur semper gehennã cogno- minet Chrysológus, de misero diuite loquēs, patet propo- situm. Præterea postquam exclusus fuit omnino à miseri- cordia, manifestum est quod de grege damnatorum perpetuò, est hic diues, alioqui misericordiam fuisset aliquandò consecutus. Adde quod nullatenus preces illi valuerũt aut prodesse potuerunt, ex eodẽ Chrysologo. Profunt autem quàm maximè iis qui sunt in locis purgatoriis ad tẽpus à diuina præfixũ iustitia detẽtis. Vt autẽ semel finia, postquã per angelos malos (vt ille asserit Stapulensis) anima eius deducta est in infernum, vt sit aperta antithesis Lazari & diuitis: Lazarus enim portatus est ab angelis haud dubiè bonis,

Theophi.

bonis, in sinu Abrahæ: ergo à contrariis vel oppositis, quia contrariorum contraria sunt consequentia, ex Aristotele in logico organo, malus iste diues in infernum à malis angelis, hoc est dæmonibus delatus est in infernum. Quid igitur superest, nisi vt concludamus, non quidem temere iudicantes, absit, nec inscrutabilia Dei iudicia curiosius inuestigantes, (nam iudicia Dei abyssus multa) sed ex verbis ipsius iudicis, atque doctorum sacrorum & ab ecclesia indeuiliabili probatorum, interpretatione: in bona consequentia concludentes, resolutoriè tenemus, miserum illum perpetuis adiudicatum cruciatibus, ob inhumanitatem, & crudelitatem erga pauperes, luxum, & gulam eiusdem atque multa alia ipsius scelera, propter quæ meritas luit, æternumque luet pœnas gehennæ ignis. Credendum est magis soli Chrysologo veraci, quàm Fabro Stapulensi neoterico & recentiori dogmatizanti. Et ne fastidio sim lectoribus, cum eodem Chrysologo sermone 124. si perorabo. Si est ascendendi possibilitas ad superna, si est Lazarus in sinu patris tanti, imò quia dubium non est: vbi & loca, & personæ, & nomina describuntur, quare nõ cœlo muramur terram? quare non caducis emimus æterna? quare non perituris manentia comparamus? vt & supplicia deuicem inferni, & quæ habere desideramus, cœlestia tenere possimus? Nam sicut scribitur, lege C. ad legem Iuliam repetundarum, vt vnius pœna metus possit esse multorum, atque vt habet sermo diuinus Prou. 19. *Pessilente flagellato stultus sapientior erit: & iterum cap. 21. Mulcato pessilente sapientior erit paruulus*: Hoc ideo nobis propositum sciamus exemplum, vt erga pauperes benefici & humani simus, dignosque penitentia fructus agentes, ex Dei misericordia & speciali gratia atque auxilio vitam post huius vite transitum consequamur æternam. Per dominum Christum, qui venturus, est iudex viuorum & mortuorum. Cui cum patre & sancto spiritu sit gloria in sæculorum sæcula.

Amen.

FERIA

FERIA SEXTA POST
SECUNDAM DOMINICAM
QUADRAGESIMAE.

De Vinca, Matth. 21. Marc. 12. & Luc. 20.

Homo erat pater familias, qui plantauit vineam, & sepe circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & edificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius, & cetera que habentur in textu.



Vid sit vinea, aut poti⁹ cuius rei symbolum sit, imprimis à nobis explicandum est. Et ne ex nostro cerebro vel ingenio confinxisse aliquid videamur, operapretium fuerit sacrarum literarum expositionem, in nostrum aduocare subsidium. Igitur Euangelic⁹ Pro-

pheta Esaias c. 5. *Vinea domini exercituum domus Israël est, & Esai. 5. cir Iuda germè eius delectabile*: Hoc est charissima fuit plantatio Iudaicæ nationis. Eundem verò habet scopum præfens Euangelium cum Esaiæ verbis, nisi quòd Matthæus finale excidium, extremamque dissipacionem gentis Iudaicæ propter Christi interfectionem liquidius referat, quàm Esaias. At enim: *Malos malè perdet. & rursus: Auferetur à vobis regnum Dei*. De hac quoque vinea Regi⁹ plures yaticinatus fuerat psal. 79. *Vineam ex Ægypto transtulisti*. Sicut autem in Noë præcessit figura, Genes. 9. qui plātauit primus vineam, sic Christus plantauit ecclesiam suam, omnibusque necessariis & vtilibus eam munitam ornatamque reddidit: vt merito apud Esaiam loco præcitato dicat, *Quid debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? 4. Esdra 5. Ex omnibus arboribus domine elegisti vineam vnicam, & ex omnibus floribus liliū vnum, & cetera*. Porrò quantum huius vineæ dominus habuerit curā, ex præsentī loco euadit notissimū: Cuius sensum sub breuitate cōiuncta perspicuitati transcurrere in animo nobis est, & vt hinc non ineptè exordiamur: Michaël de Palacio in Esaiam c. 5. de Palac. in clamatione i. sic cruditè totam rem videtur complexus, *Esaiā c. Dilecta plantatio, inquit, vineæ, quia à dilectq plantatur, à s. de cl. i.*

I i Christo

- Christo nimirum, cui bis testimonium perhibuit Pater, *Hic est filius meus dilectus*. Illam plantauit non in arenis petris, non in scallidis locis, per quæ sæculi huius Philosophi, mundanæque monarchiæ Principes designantur, sed super petram illam pinguisimam (petra autem erat Christus, 1. Corinth. 10.) fundata, stabiles radices agit: huius vineæ custos est ipse dominus. Non relinquatur deserta vinea hæc, ut olim synagoga, quæ relicta est tanquam umbraculum in vinea fructibus decussis, & tugurium in cucumerario cucumeribus collectis, Esaiæ 1. Verum quidem est quod Sathanas in deliciarum carnis hortum vertere contendit vineam domini, ut olim Achab à Naboth Iezraëlite obnoxè vineam extorquere curauit, 3. Regum 21. ut vineam in hortum olerum transmutaret: Et quod non poterat Achab iure perficere, iniuria tamen obtinuit, vineam alienam usurpans, & tandem Naboteo sanguine sibi vineam comparans: At Sathanas neque iure valet, neque iniuria poterit Ecclesiam Iesu Christi sæculi voluptatibus sic laxare, imò neque tormentis & machinamentis suis sic turbare, ut vinea hæc à suo conditore & vitatore abstrahatur Christo: qui non solum conditor est & vitator, & custos vinea huius, imò prima huius vinea vitis est, à qua cætera pendet, ut à vite palmites. Ego sum vitis, Io. 15. & vos palmites.
- Sepem circumdedit ei.* Diuini scilicet verbi. Namque Dei sermo viuus est, & penetrabilior omni gladio ancipiti, Hebr. 4. Si paradus ille terrenus habuit in sepem flammeum gladium, ecquid de vinea domini putas: Quæ non quidem terrena est, & si terram colit, tamen colit peregrinando, non manendo: & ubi fixos tenet corporis pedes, non figit mentis affectus, quia cælestibus inhiat, hæc impendio curat, & terrena negligit. Nihil huic vineæ aptius in sepimentum congruit, quam gladius flammeus diuini verbi. Gladius enim est diuidere & occidere: flammæ est iucere & ardere. Quis vnquam efficacius secat gladius, quam diuinus sermo? *Ad diuisionem animæ atque spiritus pertingit*, Hebr. 4. quia propter verbum Dei spiritus fidelis, explosa carnis contrubernalis affectione, viuens in carne carnem nescit, ut Deo sapiat. Mortificat autem & occidit vitia, & peccata rescindit. Flammeus est & ardens gladius. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Luc. 12. neque aliud per hunc ignem quam diuinum sermonem intellexerim ego. *Nam ignitum eloquium tuum domine*, Psalm. 118.

Nōne

Nōne cor nostrum ardens erat in via cum loqueretur nobis, &c. Lucæ ultimo, & Ecclesiastici 48. *Surrexerit Elias quasi ignis, & c.* Luc. 9. *verbum ipsius quasi facula ardebat.* Et de Ioseph Psalm. 104. *Ecc. 48. cecinit propheta, eloquium Domini inflammati illum, nisi Psa. 104. rex, nempe Pharaon, & soluit illum, scilicet à carcere.* Lucere quis dubitet: Psalmorum 118. *Lucerna pedibus meis, verbum Psalm. 118. Hanc sepem tam validam, inferorum portæ arietare, & quassare nequiverunt hactenus, neque poterunt postea.* Nam *verbum domini manet in æternum.* Esaiæ 40. *Hoc est autem verbum quod euangelizatum in vobis.* 1. Pet. 1. *Hæc est autem victoria qua vincit mundum fides nostra.* 1. Ioan. 5. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* Ro. 10. Turris in vinea domini, est pontificia, sacerdotalisque dignitas: quia in ecclesia Dei nil magis eminet, fulgétque. Turris locus est vicinior excelso, è turri alongè hostes, & vinea huius graffatores speculari, atque propellere conuenit. Quæ sunt pastoralis curæ ac vigilantie præcipua munia. Romana autem sedes huius turris primarias obtinet partes. Romanusque Pontifex maximus huius vinea est speculator. Iam verò de torculari sermonem quoque habeamus necesse est. Nihil mihi in præsentia commodius per torcular intelligere videor, quam altare Iesu Christi. Vnde edere non habent potestatem, qui altari vetusto, id est, ritibus Mosaicis deseruiunt. At quam apta sit hæc interpretatio, vel hinc disces. In torculari namque musta contortis vis exprimitur, vinaceis & acinis reiectis. Atqui in altare augustissimo Iesu Christi botrus ille Cypri & racemus præstantissimus, qui est caro & sanguis domini exprimitur, profertur, & in præclaro calice continetur, vinaceis & acinis veteris legis, sacrificiis scilicet, agnorum, arietum, &c. explosis, in quibus tanquam mustum in racemis typicè comprehendebatur, atque inuoluebatur hoc venerandum carnis & sanguinis Iesu Christi sacrificium. O præclarum, præclaræ vineæ torcular, ubi non sanguis hircorum aut taurorum, sed sanguis Christi in ora fidelium funditur! ubi non caro agnorum aut arietum mactatur, sed caro Christi agni immaculati pro fidelibus ita viuus ut defunctis immoatur. Vineæ ergo hæc quæ conditore gaudet Christo, quæ sepe diuini verbi fruitur & munitur, quæ turre pontificij culminis honoratur, quæ torculari altaris exornatur, in quo sanguis domini exprimitur, & à fidelibus reuerèter sumitur ac bibitur, ita ab eodem dilecta fuit, & speciali quadam benedictio-

lencia Christus eam prosequutus est, vt eius amore veluti Noë ebrius nudandum & flagellandum tandemque occidendum inimicis se suis tradiderit, vt sanguine suo vberimè vineam hanc perfunderet. O immensam Christi charitatem! Egregius typus vineę Iudaicę reiectę & Christianę vineę in eius locum suffectę, & à Christo electę præmonstratus est in Genes. ca. 49. Iacob ad Iudam *de qua tribu ortus est dominus noster*, Heb. 7.) spiritui prophético prædixit, *Alligans ad vineam asinam suam, & ad vitem pullum suum*.

Asina de vinea erat, & pullus nondū vineę huius vberitate potiebatur: at reiecta asina pullus subrogatur. Erat vtiq; synagoga illa velut asina Mosaicis onusta ceremoniis: portauit enim pondus dei & æstus: at gentilitas pullus veluti indomitus, iugo legis non pressus, quò rapiebat libido illò ferebatur. At verò asina recalcitrante, pullus Deo vocant cessit. Quod sanè mysterium reiectionis Iudæorum & vocationis gentium præsentī euangelio referuatur, dum dicitur: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti*.

De *Pa-* *fructus eius*. Idem de Palacio, declamatione 4. Prima nobis *lacio de-* sit cura, vt floreat vinea desiderijs bonis: Dein, vt flores *clam. 4.* fructus parturiant, Cant. 7. *Manè surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiūt*. Postremò admittendum est, vt fructus ad maturitatem, quæ est vuarū dulcedo, perueniant: vt similes simus illi pincernę Pharaonis,

quem sacra Gen. ca. 40. commemorat histor. somnium habuisse, *Vidisseque coram se vitem, in qua erant tres propagines crescentes paulatim in gemmas, & post flores vvas mature scire Calicemque Pharaonis in manu sua tenere, in quem expressu vvas infundens, poculū Pharaoni gratum propinauerit*. Id quod nos prestabimus, si vineam nostrā custodiamus, si tres propagines quoque Deo exprimamus, hoc est contritionem cordis, & vocalem confessionem, atque operis satisfactionem, quas cum perseverantia simul iungentes dulcissimum Deo & Angelis bibendum vinum offeramus. *Quia gaudium erit in caelo super vno peccatore penitentia agente*, Luc. 15. Elai.

Luc. 15. *55. Quo* quidē vino Deo oblato, ipse nos in regno suo torrente voluptatis suę potabit. Hęc de Palacio faciendē ceteris, & ad propositū valde accommodē. Vinum successit lacti in hominū vsū & potum, vt ex etymologico magno græco colligitur in dictione *divos*. Inter alias etymologias hęc refert, *ἡ ὡπὰ τὸ διὸς ἢ ἀμείνων τὸ πρὸς αὐτὸν. ἢ γὰρ ὡπάλων ἢ ἀμείνων τὸ πρὸς αὐτὸν πρὸς τὸ ἐν πρὸς ἡνὸς τὴν ἀμεινωτικὸν καὶ πρὸν*. Id est, *divos* dicitur

citur ab oue quòd veteres lacte nutritur autē inuentum Bacchi fructū siue vvas & vites. Hucusq; etymologicò magno græcū. vtrūque cōiungitur Isa. 55. *Emite vinū & lac*. D. Irenæ^o l. 4. c. 70. Hoc euangeliū diuinitus explanat breuib⁹ *Iren. l. 4. cap. 70.* verbis: Plātauit (inquit) Deus vineā humani generis, primò quidē per plasmationē Adæ, & electionem Patrū. Tradidit autē colonis per eā legislationē, quæ est per Moysen. Sepē autē circūdedit, id est circūterminauit eorū culturā, & turrim adificauit, Hierusalē elegit, & torcular fodit, receptaculū prophetici spiritus præparauit, & sic propheta misit, antequā esset in Babylonē trāsmigratio. Et post trāsmigrationem, alios iterū plures quàm priores expectēs fructus, dicētes illis. Hęc dicit dominus omnipotēs. Emittate vias vestras, & mores vestros. Lauamini, mūdi estote, & familia. Nonissimè misit filiū dominū nostrū Christū: qui quidem quasi à Patre veniens principali aūthoritate dicebat. Ego autē dico vobis. Serui autem quasi à domino seruiliter, & propter hoc dicebāt. Hęc dixit dominus. Christū cum occidissent mali coloni, proiecerunt extra vineā, quā propter & tradidit eā dominus nō iam circūuallatā, sed expāsam in vniuersum mūdū, aliis colonis reddētib; fructus tēporib; suis. Turre electionis exaltata vbiq; & speciosa. Vbiq; enim præclara est ecclesia, & vbiq; circūfossū torcular. Vbi que enim sunt qui suscipiunt spiritū. Quoniā enī filiū Dei reprobauerunt, & eiecerūt eū extra vineā, iuste reprobauit eis Deus, extrāq; vineā existētib; gētib; dedit fructificationē culturę. Hęc ille. D. autē Basilius hexamerò ho. 5. *Vi- Bas. he. xameron* *lave* quę ex præceptis resultat, tum ipsa custodia angelorū: *hom. 5.* immitret enī se, aut mediū cōstituet angel⁹ dominī in circuitu meruētū eū. Deinde quasi vallos siue perlicas nobis defixit (gallicè *des paux de vigne*, dicere sole mus) positus in ecclesia primū Apostolis secūdò Prophetis, tertio doctorib;. Exēplis præterea veterū hominū beatorūque sens⁹ nostros in sublime erexit, neq; permisit in humū nos esse deiectos, ac dignos esse qui cōculcemur. Vult etiā nos quasi clauiculis quibusdā, amplexibus charitatis, proximis inniti, ac adherere, & in ipsis etiā cōquiescere, vt iugi affectu sursum verius feramur, & quasi scātilis & arbusti uę vites, nos ipsos adæquem⁹ sublimiū fastigijs arborū. Hęc ille. Clauicula in vitibus (vt ne illud faciliat tibi negoriū) est pāpinus in vite (Gal. appellam⁹ *le tēdrō ou fourchette de la vigne de quoy elle se*

lie & s' attache à ce qu'elle recôtre) & arbutiue vites dicitur, que arborib. applicatur, & in sublime procedit, qui vâpêr co-
 tre vn arbre, & cômie mariee avec iceluy. Ne verò tibi videatur
 lôgè petita, vel ipertinês vinee cû hominib. cõparatio, vel
 Platonè ipsũ in Timeo habes, homines, arbores esse scribẽ-
 rẽ cõfiras in Deo, que fursũ versũ ad Deũ, radices agũt. Pla-
 to dixit hominẽ arbori similẽ esse. Verũ i hoc ab illa differe-
 re, quòd illa radices in terra fixas habet, homo aut in celo
 quòd capilli capitis radicũ similitudinẽ quãdã habet, in-
 dicat. Verba si desideras diuini Platonis, hæc sunt sub finẽ i
 Timeo. Vnde primº animẽ datus est ortus, inde diuina vis
 caput radicẽq; & originẽ nostrã pendentẽ suspẽdẽs, totũ er-
 rigit corpus Vbi vides ipsũ cõparare humanũ caput radici
 arboris: vergere aut in cœlũ, sursumq; erigi ipsũ caput, nõ
 quodã arborib. opposito, quarũ radices i terra fixe sũt: ho-
 minis verò capilli qui radicũ locũ tenet, veluti è celo su-
 spẽsi & pẽduli sũt. Ceterũ quũ vitis aspectu sit amœna, pã-
 pinorũ ac filiorũ põpa, clauiculorũ amplexu, vuarũ turgẽ-
 scẽtiũ vbertate in statu cõnubiali, vxor numerosa prole tre-
 cũda, hĩc kirpi cõparatur, quũ Dauid, inquit, *vxor tua sicut
 vitis abundas*, que lôgè lateq; palmites diffudit, *in laterib. do-
 mus tue*. pla. 127. Sapietia verò sui cõmẽdatrix eccl. 2. 4. *Ego
 quãsi vitis fructificanti suauitate odoris & flores mei fructus odoris
 & honestatis*. Odor huiº vitis præ ceteris fragrantissimus, ce-
 rebrũ & cor mirificẽ recreat, sic vt gratissimũ sit sub vinea
 ppgulata ac papinis cõtamerata fornice, ac testitudine, præ-
 diũ cœnãq; absoluerẽ (Pergulã i vineis vulgº gallicũ Treũ
 lã appellat.) Huius flosculi odor tãti effectus præducatur,
 vt venenatas bestias abigar, adeo vt serpẽtes, colubri, bũs-
 nes, hũc perferre nequeãt, sed remotissimẽ ab eo se subdu-
 cãt. Quo circa florescẽte vite nõ solum salubris est & pera-
 mœna ambulatio, sed et securã & tuta. Hęc Luinius Leui-
 nius de herbis & arborib. biblicis l. vno c. 2. & 27. Nõ indo-
 citè, *Vinee florescẽtes dederũt odorẽ suũ*, Cãt. 2. D. Bernar. in Cãt.
 ser. 60. Hic vinee odor serpẽtes fugat. Aiũt florescẽtib. vi-
 neis, omne reptile venenatũ cedere loco, nec vllatenus no-
 uorũ ferre odorẽ florũ. hæc ibi: sic Ecclesiẽ fides cũctas he-
 reses cõfodit. Valde me delectat similitudo illa, que habe-
 tur iter opeta D. Athanasij quæstionib. ad Antiochũ Prĩci-
 pẽ, q. 34. ex versione Reuchlini ex antiqua editiõẽ Parisiẽ. Itẽ
 ex recẽtiorẽ tralatione Amplexãdri ex impressiõẽ Ni-
 uellij sub Ciconiis Lutetie anno domini 1572. ad quæstio-
 nem,

Plato in
 Timeo.

Luinius.

Bernar.

Athana.

nem, Num sentiant aliqua beneficia peccatorũ animã, cũ
 super illis sunt cõuẽtus, & peractiões honorũ operum &
 oblationum? Respõdetur ibidẽ. Si nõ aliquo beneficio par-
 ticiparent ex illo, nõ vtq; in cura & exequiis fieret cõme-
 moratio. At sicut vitis florescit extra in agro, & odorẽ fẽtit
 in vase vinum inclusum, sicq; florescit et ipsũ: ita intelli-
 gimus peccatorum animas participare aliqua beneficia, ab
 exãgũi vel incruẽta immolatione & gratificatione pro ip-
 sis facta, sicut solus ordinat & præcipit, qui viuorũ & mor-
 tuorũ potestãte gerit Deus noster. Hęc ibi. In impressiõẽ
 D. Athanasij Basileæ 1564. totum hoc maliciosẽ (vt opinor)
 omisum est, & alia q. 34. cum eius responsiõẽ loco supe-
 rioris subrogata: nepe, **Quomodo corpus suum agnoscit
 anima in resurrectione, vt non ingrediatur in corpus ali-
 quod alienum: Responso, est hoc naturã consentaneum:**
**Quẽadmodum enim agni à matribus vespere separati, &
 manẽ rursus admissi, rectã singuli ad matrẽ suã, sua natura
 trahunt: Sic etiã cum animabus in resurrectione futurum
 esse sentiẽdum est. Hac de re te præmonitũ volui (beneuo-
 le lector) vt agnoscas fidẽ librariorũ vel typographorũ Ba-
 siliensium. De malã fidei impressorib. est mihi termo & que-
 rela. Notatione dignissimum est, vuã in somniis visã, etiã
 extra tẽpus felicitis esse prælagij. Cuiusmodi etiã vitis fuit,
 que visã est Astyagi per quietẽ nocturnã, de Mãdanes gna-
 te sua genitalibus oboriri, vniuersãq; Asiã palmitibus
 inumbrare, quod de Cyro nepote eius, euentu adeo felici,
 postmodum cõprobatũ est: terrarum enim latitudinẽ id si-
 gnificabat, quã Cyri esset imperio subiũgẽda. Fuit aut hoc
 attestatũ ostẽtũ ad alterũ quo prius imaginatus fuerat A-
 styages idẽ videre se miẽturientẽ filiã, quã regiã vrbẽ cum
 vniuersã Asiã, inũdaret: & quãuis rex quid vtrũq; sibi sõ-
 niũ vellet, à magis edoctus cõtra filiã & infatẽ natũ, multa
 esset machinatus, fatalẽ tamẽ necessitatẽ (melius dicemus
 diuinã Dei prouidentia) euincere nõ potuit. Euerso enim
 Medotũ regno, Persicõq; cõstituto, Cyrus mirũ in modum
 creuit. Hęc Pierius vir profectõ literatus hieroglyphicõ l. *Pierius
 53*, in vite. Originalem hanc historiã descripsit antiquus & *li. 53. Hic
 valde probatus in historia profana Herodorus libr. 1. circa
 media, ad huac modũ. Mãdane Astyagis filia visa est ei per
 quicrem tantũ vrinẽ fundere, vt omnem vrbem atque vni-
 uersã Asiã inundaret. Quod somnium quũ magis som-
 niõrũ interpretibus exposuisset, cõterritº est: singula que-***

que ab illis edoctus. Ideoq; visum hoc reformidans, Mandanem iam viro maturā, Perſe cuidā nomine Cāby, si vxorem dedit. Eodē quo Cambyſi collocauerat filiā anno, visionē alterā vidit: videbatur ei ex genitalibus filię, vitis enaſci, quæ omnem occuparet Aſiā. Quod visum quū reuulſerit ad interpretes ſomniū, filiā partui vicinā ex Perſis acceſſit, eiq; cum veniſſet cuſtodiam apponit, volēs quod illa peperiſſet interimere. Etenim Magi ſomniorum interpretes, visionem illam portendere dicebant Aſiyagi prole filię pro ipſo regnaturam. Hęc Herodotus. Viq; ad eō autem imbecilla eſt vitis (ait Pierius vbi ſ.) vt niſi humana diligentia excolatur, pergulis ſuſtentetur, vel arborib. mariteur, falce comprimatur, ac annis ſingulis præcidatur, multo denique labore cuſtodiat, breui admodū tempore vel pereat, vel in labruſcam degeneret. Quare de cultura vineę & eius apparatu, cum Eſaia, etiam Chriſtus dominus princeps Prophetarum ac caput, præſenti ratiocinatur, & agitq; parabola. Vt etiā Poëtę Icarium ab ebriis colonis fuiſſe interfectum ſinxerunt: Sic reuera agricolarum taxatur hic impietas, atq; ingratitude, crudelitati cōiuncta, q; hęc e vinea temulentia ac furore acti, extra vineam eiectum occiderunt. Verum de Icario paulō diffuſius agendū eſt. Iul.

Hyginus
fab. 130.

Higyn. Aug. libertus fab. li. 130. Icarium, inquit, cū Erigone filia & cane Mera, habens vt rē plenū vini, in terrā Aſiā ad paſtores deuenit, & genus ſuauitatis oſtendit. Paſtores cum immoderatiūs biberent, ebrii facti conciderunt, qui arbitantes Icarium ſibi malum medicamentum dediſſe ſuſtibus eū interfecerunt. Icarium autem occiſum, canis vlulans Mera, Erigone mōſtrauit. Idem Hyginus l. 2. de ſignorum cœleſtium hiſt. in Arctophylace, de Icario ſic late proſequitur, Icarium interfectum in puteum deiecerunt, ſed vt alij demōſtrant, ſecundum arborem quandam deſoderunt. At Erigone Icarij filia permota deſiderio parentis, cum eum non redire videret, ac perſequi eum conaretur, Canis Icarij, cui Mera fuerat nomē, vlulans, vt obitū domini Icarij videretur, redit ad Erigonē, cui nō minimā cogitata mortis ſuſpicionem oſtendit. At canis veſtem ei tenens dentibus, perducit ad cadauer: quod filia ſimul ac vidit, deſperata ſpe, ſolitudine, ac pauperie oppreſſa, multis miſerata lachrymis in eadem arbore ſub qua parens ſepultus videbatur, ſuſpēdio mortem ſibi cōſciuit, cui mortuę canis ſpiritu ſuo parentauit. Nota ſpiritum animale

aut

aut vitalem intelligi in bruta animantē: quia verō de illo cane Icarij & Erigones ſuperiore cōſione ſatis ſuperq; dictū fuit, ſuperſedeo. Plut. to. 1. opuſc. in parallelis §. 9. fabula de Icario talē deſcribit. Putauerunt inebriati vino venenū ſibi eſſe propinatū, lapidibusque obruerunt Icarium. Hęc parallel. Hyginus fabula 132. Lycurgus inquit Driantis filius, cum vinū bibiſſet, & ebrius matrē ſuā violare voluiſſet, tūc vites excidere eſt conatus, quod diceret illud malū medicamentū eſſe, quod mentēs immutaret, qui inſania ab Libero ſeu Baccho obiecta, vxorē ſuā & filiū interfecit. Ipſumque Lycurgum Liber Pantheris obiect, in Rhodope, qui mōs eſt Thraciæ. Hic traditur vnū pedē ſibi pro vitibus excidiſſe. Haſtenus Hyginus. Qui vineas excidere molitus eſt, ſibi plus nocuit. Qui Chriſti vineā, hoc eſt eccleſiā perſequitur, qui Chriſtū vitē excidere voluit, & eradicare de terra viuenciū, populus perſidus Iudeorū malē periit, ſibi que exitio fuit. Præter Lycurgi exempla vites excidere volentis & Domitiani, de quib. aliās proſero quod ſcribit Strabo 7. Geographiæ ſub Baerobbiſta natione Geta, qui imperiū in ſua gentē ſuſcepit: quidam Ceneus præſtigiator homo. cuius opera vſus eſt, & qui per Agyptū vagatus didicerat quaſdā diuinationes, in tāto fuit honore, vt parū abſuerit quin pro Deo haberetur. Indicio eſt, quā ſacriſti dicto eius audientes, q; ſuadenti vt vites exciderent, viuerentque ſine vino, paruerūt. Domitianū Romana refert hiſtoria apud Suetoniū in eius vita §. 7. & 14. edictum de excidēdis vineis propoſuiſſe ad ſummā quandā vbertatē vini, frumētū verō inopiam, exiſtimans nimio vinearū ſtudio negligētia, edixit ne quis in Italia nouellaret (hoc eſt nouas vites plantaret) vt que in prouinciis vineta ſucciderunt. Relicta (vbi plurimum) dimidia parte, nec exequi rē perfeueravit. Apud Philoſtratū de vita Apollonij libro ſexto capite 17. Domitianus Romanorum Imperator legem tulerat, ne quis homines faceret eunuchos, nēve vltērius plantare vineas auderet, & quæ ſuo tēpore plantatæ fuiſſent, iubebar amputari. Veniēs itaque ad Iones Apollonius, oblitus eſt, inquit, admirabilis Imperator, quōd hominibus parcens, terram ipſam fecit eunucham. Quamobrem auſi ſunt Iones ad Imperatorem lēgatos pro vitibus mittere, & vacationem legiſ ab ipſo petere, qui terram populari amputādis vitibus iuſſit, & vltērius non plantare. Hęc ibi. Cogita

Plu. to. 1.
opuſc. in
parallel.

Hyginus
fab. 132.

Strabo
libro 7.
Geographis.

Sueton.

Philoſtra-
tus.

quisnam fuerit Domitianus, monstrū potius ac portentū
quā homo dicendus, & videbis facillē insanisse eum, dum
excidere vites iuberet, quasi malā fuissent ex se. Veluti etiā
Plur. 20. 1. opusc. Vinū (inquit) bibere cœpit Plammerychus, quū neq; bibis-
sent antē, neq; diis libassent vinū; nō id gratū diis rari, sed
sanguinē eorū qui aliquādo bellū diis intulissent: Ex que-
rū cadaueribus terrę permixtis putant vites esse ortas. Ita-
que etiā ebrietas insanos facit, & abalienat mentē imple-
tis hominibus sanguine suorū maiorum. Hęc Plurarchus.

Anferetur à vobis regnū Dei, & malos male perdet, inquit
Epiph. li. 1. 20. 3. h. 2. v. 45. præsentī euangelio ipse Christus. Refert Epiphanius lib. 1.
contra hereses, to. 3. contra Seuerianos heres. 45. Seuerum,
è quo dicti sunt Seueriani, ista confinxisse, quod vitis ex
femine diaboli in serpentis specie germinauit & prodiit.
Serpentis imaginem ipsius vitis rotunditatem exprimere
dicit, propter obliquitatem plantæ intortam, instar serpen-
tis ipsam esse asserens. Et albam quidem esse velut serpen-
tem: nigram verò velut draconem. Esse autem & acinos
vini velut veneni guttas, siue stillas propter rotunditatē.
Vinum verò ex hoc argumento mentem turbare homi-
nis, & aliquando ad veneris mulcimenta ducere, eo quòd
concitatum sit corpus ex vini facultate & prædicto draco-
nis veneno, vnde penitus à vino tales abstinent. Confu-
tatio illius hereseos ac erroris extat ibidem: Neque vitis,
inquit Epiphanius, ex diabolo plantata est, neque ex ser-
pente seminationem habuit, velut omnibus manifestum
est. Quomodo enim hoc erit, cum dominus testetur, *Non
bibam ex fructibus vitis eius, donec bibero ipsum vobiscum in
regno cælorum?* Velut palam ipse dominus ad miseriam ce-
ronei Seueri cōfutationē dicit, seipsum vitē asserens: *Ego
sum vitis vera.* Si omnino vituperabile erat vitis nomē, nō
sanē in seipsum nominis similitudinē transtulisset. Sed &

Constituta Apostoli in constitutione appellata dicunt, Plantatio Dei,
siones A- & vinea vniuersalis Ecclesia. Obseruabis hic libr. 1. consti-
tutionum apostolicarum ca. 1. sic legi, Dei plantatio est ca-
tholica Ecclesia, & vinea eius electa: adiciere liceat tāquā
postolica. auctarij vice, quod in figura scribitur. Numeri 13. *Abjacerunt
palmitem cum vna sua, quæ portauerunt in veste duo vi-
ri.* Iste palmes vitis cū vna sua typ^o erat Christi (Auditoris)
qui ab vtroque populo Hebræo & Gentili, qui in eū cre-
diderunt, deserebatur. Anterior auersam à palmitre habet
faciem,

faciem, posterior verò ad racemum delatum habet cōuer-
sam. Mysterium hoc magnum est. Applicatio verò est faci-
lis. Idem Epiphanius li. 2. to. 1. contra Eucratitas heres. 47. *Epiph. li.
2. tom. 1.* Vino omnino non vtuntur (inquit) diabolicum esse dicē-
tes, & bibentes ac vtētes iniquos esse peccatores. Bibentes heres. 47
vinū reprehendūt, & ex malo talem finem esse aiunt. Bibit,
inquit, Noë de vino, & denudatus est: Et Loth inebria-
tus, est propriis siliabus per ignoratiā coiuuit. Et per ebrie-
tatem erectus est vitulus. Et dicit scriptura, cui tumultus?
cuius liuidi oculi? num eorum qui perseuerāt in vinis? Non
scientes, ait Epiphanius, quod omne immodicum vbiq;
molestum est, & extra propositum interdictum est. Nā non
solum de vino hoc dixerim, sed etiam de multa insatiabi-
litate. Hoc docuit dominus dicens, ne grauentur corda ve-
stra crapula & ebrietate. Sed & Esau primogeniti præoga-
tiam per gulā amisit, vt dicit scriptura. D. Augustinus idē *D. Aug.
tom. 6. de heresibus heres. 46.* Manichæi, inquit, vinū non
bibunt, dicentes fel esse principiū tenebrarum, cum tamen
heres. li. 2. v. 46. ipsi vescantur vuis, nec musti aliquid vel recentissimi sor-
beant. Simile quiddā narratur de Turcis & Mahumetanis,
qui vinū ex lege Alcorani nō bibūt, vt scribit Cuspinianus *Cuspinia
de Casarib. agens de moribus domesticis Turcorum. Af-
nus de
Casar.* ferunt autem Turcæ hanc causam, quòd olim vinum cau-
sa magni mali Angelis fuit, qui inebriati vino coitū cuius-
dam pulcherrimę mulieris petierūt. Hic inferere libet vul-
gatum versum ne pueris quidem grammaticis ignotum.

Afinus ad tribulos semper sua samia vertit. Obliccenus Ma-
hometes & sui sequaces impurissima belluæ ad coitum sub-
ignates, iumenta in stercore suo computrescentia, non nisi
de coitu & impudicitia (quam etiam Angelis tribuunt) lo-
quantur. Angeli supradicti, inquit mulierem illam iter ad
cælum docuerunt. Ipsi verò in puteum quendam profun-
dissimum damnati sunt. Hęc confinxerunt Mahumetani.
Idem Cuspinianus agens de Mahomete Saracenorū pseu-
dopropheta: Cōtinua ebrietate, ait, morbum comitalem,
(quem Epilepsiam medici vocant) contraxit Mahometes.
Idē abstinentiam vini, quo facilius celaret suspiciōē il-
lius morbi, præcepit suis sequacibus, qui se vino obrutum
iam pridem corripuisset, vinum enim intemperantiū sum-
ptum meatus cerebri, ne respiratio fiat obrutando, gignit,
sōuētque epilepsiam. Hęc Cuspinianus. Iudicū c. 9. Respon-
dille vitis dicitur, *Nunquid possum deserere vinū meum, quod
Indis. 9.
latifione*

Det numerum cyathis Instantis littera Rusi.

Auctor enim tanti muneris ille fuit.

Si Teletusa venit, promissaque gaudia portat. Deinde aliquibus infertis.

Vt iugulem curas nomen utrum bibam.

Ex quo patet (vt annotatio extat ad illum versum nunciatu, *Det numerum*, & cetera, quod solebant veteres Romani ad numeru litteraru bibere. Vnde manifeste apparet, vinolentia siue concertatio bibendi illoru temporu. Quotofatius monuit Alexandru magnu Androcydes sapientia clarus, scribens ad eum, & interperantiam eius cohibens, vt citatur apud Plinium lib. 14. naturalis historiae ca. 5. Vinum potaturus rex, memento te bibere sanguinem terrae. Sicut cicuta homini venenu est, sic cicuta vinu. Quibus praecipis si ille obtemperauisset, profecto amicos in temulentia non interemisset. Profus vt iure dici possit de natura vini, neque viribus corporis vtilius aliud, neque aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit. Hae Plinius. Quoniam autem Androcydis verba aenigma veluti quoddam inuoluunt, atque continent, re lectori gratissimam me facturum existimau, si haec pauca, sicut cicuta homini venenum est, sic cicuta vinum, subaudi venenu est, explicauero. Idem Plinius lib. 25. ca. 13. Cicuta, inquit, venenum est, publica Athenensium poena inuisa, remedio est, priusquam perueniatur ad vitalia vini natura excafactoria, sed in vino pota, irremediabilis existimatur. Hae Plinius de cicuta. Si ergo cicuta vinum admisceas, reddetur venenu perniciosius, quod vini calor & vis venenum citius perferat ad cor. Ergo venenu veneno additum efficit perniciosius aliquid. Vel quia sicut hominem conficit & occidit cicuta (quo mortis genere perit.) Socrates, sic vinu iugulat & destruit vim & perniciem lethiferam cicuta, si tempestiue sumatur, vt dictu est, omnemque venenosam dissoluit cicuta malignitate. Quare moderate bibendum est vinum quod significare voluit Androcydes. Plutarchus to. 1. opuscul. de discrimine adulatoris & amici circa mediu: vinum alioqui remedium efficacax aduersus cicutam, si pariter vtrumque commiscuerint, plane vim veneni redditur immedicabilem, quod vini calore celerius ad cor penetret. Hae ille. Quae cum superioribus consentiunt. De vinea & vino temperate sumendo haecenus satis.

Sepem, vt exactius aliquid proferamus, tribus modis contingit interpretari. Primo sepes est mandatorum custodia, Eccli. 15.

Eccli. 15. *Si volueris seruare mandata, conseruabunt te.* Vel dogmata ecclesiastica. *Qui dissipat sepem, ait* Ecclesi. ca. 10. *mor-* *tuus enim coluber.* Quod D. Hieronymus ibi exponit ad huc modum. Sepis macerataeque euulsio, ecclesiastica dogmata sunt, & inuitio ab apostolis, prophetisque fundata, quae qui dissoluerit & voluerit praeterire, in eo ipso quo negligit, a serpente percutitur, de quo serpente & in Amos scriptu est cap. 9. *Si descenderint ad infernu, mandabo serpenti, & mor-* *debit eos.* Hae D. Hiero. vel tertio, sepes angelicae custodiae significatione habet, de qua Esai. 62. *Super muros tuos Hiero-* *solymam constitui custodes, tota die & tota nocte non tacebunt.* Sicut sepes propugnaculum est, & defencaculum ne deua-

feratur vinea: nam Eccli. 36. *Vbinon est sepes, diripietur possessio,* Eccli. 36. sic destructa sepe & maceria, ex opposito sequitur quoque vinea direptio. Psal. 79. *Vt quid destruxisti maceriam eius, & circumdemiunt eam omnes qui praeteregreuntur viam.* Exterminauit eam aper de sylua. & singularis ferus depastus est eam, Esai. 5. *Auferam sepem eius, & erit in direptione: diruam macer-* *iam eius, & erit in conculcationem, & poenam eam desertam,* non putabitur & non fodietur. Et ascendant vepres & spinas & cetera. Israelitico populo id iusta Dei ultione euenit, sicut ante multis seculis vaticinatus fuerat de Babylone, sanctificatus propheta Hierem. 51. *Curauimus Babylonem, & non Hiero-* *solymam: Derelinquamus eam quoniam peruenit usque ad ca-* *elos iudicium eius.* Verba sunt angelorum, ad custodiam Babyloniae deputatorum dimicantium eam temporaliter affigi, ex quo viderunt super hoc voluntatem Dei, ad instar medici desperantis de sanatione infirmi: ideoque dimittit & deserit illum. Sic & synagoga ad extremu derelicta fuit, delituta mansit filia Syon sicut ciuitas quae vastatur, quando descendentes angelis, & dicentibus (vt supra retulimus alibi) *Migremus hinc:* praesidio angelico vacui, a Romanis deuastati sunt Iudaei in excidio Hierosolymitano.

Turrim in vinea medio, sunt qui exponat diuinam esse providentiam, de qua Proverb. 18. *Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur.* Vel per turrim sacra intelligitur scriptura canticorum 4. *Turris David cum Cant.* 4. *propugnaculis mille clypei pedent ex ea, omnis armatura fortium,* de quo mysterio ample a nobis tractatum fuit Dominica prima quadragesimae, de armatura scripturarum siue pa-

noptia euangelica, ad haec verba, *scriptum est.* *Torcular,* quidam exponunt, crucem & tribulationem, quando

Plin. lib. 14. ca. 5.

Plutarch. to. 1. opuscul. de discrimine adulatoris & amici circa mediu.

quando sub prælo iustus temporaliter afflictus per tolerantiam & inuictam patientiam, mustum suauissimum, & delicatissimum Deo præbet liquorem, quo nectare Deus immortalis maxime delectatur, gratissimam nimirum habens sanctorum suorum patientiam.

Alij interpretantur ipsam legem, quæ pœnarum metu, pietatis & iustitiæ succum à cultoribus suis exigebat. Et sicut torculari vix exprimuntur, sic per legem opera exigebantur. Vnde vocatur lex factorum, sicut euangelium vocatur ab apostolo, lex fidei in epistola ad Romanos. Multis cõstabat ceremoniis, sacrificiis, iudiciis, variisque

D. Athanasius q. 48. ad Antiochum principem.

ritibus & umbris futurorum. In quæstionibus ad Antiochum principem supra citatis q. 48. habetur breuis quædam paraphrasis istorum omnium. Homo quidam plantauit vineam. Homo ille, (inquit is scriptor) est Deus, vinea mundus, torcular est baptisimus, turris fides, agricolæ sunt Iudæi, serui, prophete, apostoli, & martyres: Hos misit vt predicarēt & occiderēt eos, similiter etiã vnigenitū filiū, qui est verbū Dei, & ablatum ab ipsis est regnum, & datum est Romanis, qui facerēt fructus eius. Ipsi verò mali malè perierunt, propter ipsorum incredulitatē & duriciam cordis. Hæc ibi. Rursum q. 74. illa verba qua præsentem quoque habentur euangelio, *Lapidem quem reprobauerunt edificantes,*

Idem q. 74

& cætera, sic dilucidat: lapis ille Christus, quem Scribæ & Pharisei reprobarunt, & factū est caput ecclesiæ gentiū. Dicitur verò Christus lapis angularis. Siquidem quando construitur domus aliqua, ponunt ædificantes in angulo muri, lapidem aliquem summum angularem, qui angulum in summitate contineat. Talis verò lapis, in summo loco muri constitutus, copulat & continet duos parietes. Hoc igitur modo Christus quoque summus lapis angularis dicitur, quòd in vnum copulat duos istos populos, Iudæos vt delictet & gētes. Denique quæstione 109. Quia psalmus aliquis pro torcularibus inscribitur, inquit qualia dicit torcularia? Responso, ecclesiæ in quibus vinum funditur, veluti sacrosanctus domini nostri Iesu Christi sanguis effunditur, & sanctum eius corpus immolatur. Quòd verò dicit Esaias propheta, *Torcular ego calcanti prorsus solus,* hunc habet sensum: Sicut torcular est receptaculū, & in eo calcantur botri, sic etiam Christus cõculcauit inimicos suos tum intelligibiles, tum sensibiles. Dicimus autem & hoc, quòd botrus & vna Christus est, qui seipso cõminuto voluntariè

pressus

pressus est, & ex morte sua distillauit diuinum mustum, quoque seipsum sanguine rubere fecit. Est verò omnino solus. Nam solus ipse Christus pro nobis mortuus est, non angelus vel senex aliquis, sed ipse Christus seruauit nos. Petrus namque Christum negauit, & ipso passionis tempore ceteri quoque apostoli dedere fugam. Hæc ibi. Nota quòd ubi in Esai. cap. 63. legitur, in editione vulgata, *Angelus seruus eius saluauit eos,* & cætera quæ sequuntur, Septuaginta interpretes verterunt à πρέσβυς, & δὲ ἀγγέλως, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἔσωσεν αὐτοὺς, ἀπὸ τοῦ ἀγαπᾶν αὐτοὺς. Neque legatus vel senex, neque angelus, sed ipse dominus saluauit eos, eo quòd diligeret eos. Quæ est authoritas nouissimè ab isto authoritate citata, suppressio nomine, & nō indicato loco. Ideò volui hanc tibi veluti indice demonstrare, ne alicubi hæreres, qui locus Esaiæ, *Non legatus, neque angelus, sed ipse dominus saluauit eos,* omnibus veteribus patribus græcis & latinis, ex versione septuaginta semper in ore est, vt fusè & doctè simul probat Leo à Castro amplissimis commentariis suis in Esaiam c. 63. Volo etiam ex aliquibus interpretibus ponere per torcular martyrium significari, quod eodem recidit (vt supra commemorauimus) crucem designare ipsam torcular. Si vix in torculari intacta fuerint, vinum non ex se præbent. Grana non nisi mortua fructū afferunt. Terendæ sunt vix, vt vinum effluat. Hoc est igitur martyrium. Beatus Ignatius epistola ad Romanos in ordine duodecima, Triticum Dei sum ego, ait, & bestiarum dentibus molor, vt purus panis Dei reperiar. Deinde, (multis interpretibus) vtinã fruar bestiis, quæ mihi preparatæ sunt, quas velim mihi veloces reperiri, & cetera. Vel per torcular penitentia agenda à peccatore in ecclesia intelligatur, nec (sanè) immerito. Nam sicut in torculari calcantur vix, ita in penitentia humiliatum & contritum cor debet habere peccator. Contritio huic appellata. Torcular in vinea, non extra illã. Non est extra ecclesiã vera ac salutaris penitentia. Lactatius l. 4. c. 30. sub finè. Quia, inquit, singuli qui que cœtus hæreticorū se potissimum Christianos & suam esse catholicã ecclesiam putant: sciendum est illam esse veram, in qua est confessio & penitentia, quæ peccata & vulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. Hæc ille. Quòd si vt immediatè expositū est, ad martyrium referas, illud quoque verū est, hoc torcular non alibi quàm in vinea desolatum esse, atque constructum. Martyr enim in ecclesia,

K k

ecclesia,

Esai. 63.

Leo à Castro. in Esai. cap. 63.

D. Ignatius epist. 12.

Lact. lib. 4. ca. 30.

Idem Athanasius q. 109.

ecclesia, nusquam autem alibi verum est martyrium, dicente
D. Cypr. & ipso martyre diuo Cypriano opusculo de vnitare eccle-
de vni- sia circa medium: Esse martyr non potest, qui in ecclesia
rate ec- non est: ad regnum peruenire non poterit, qui eam que
clesia. regnatura est, derelinquit. Exhibere se non potest martyrem,
 1. **Cor. 13.** qui fraternam non tenuit charitatē. **Quod 1. Cor. 13.** docet-
 tur: *Sitradidero corpus meū, ita vt ardeam, charitatem autem*
non habeam, nihil proficio. Et ad regnum cœlorum nō potest
 peruenire discordia. Hæc ibi. Si quæris aliquod illustre e-
 xemplū, reuoca in memoriā Sapricij & Nicephori marty-
 ris supra concione tertia, de inimicorum dilectione recita-
 tam à nobis historiā. Idem Cyprianus epist. 52. ad Antonia-
 num circa medium. Et si occisus propter nomen postmo-
 dum, fuerit extra ecclesiam constitutus, & ab vnitare atque
 charitate diuisus, coronari in morte non poterit. In calce
 eiusdē epistolæ eadem repetit: nec si occisi pro nomine for-
 ris fuerint, admitti secundum apostolum possunt, ad eccle-
 siæ pacem, quādo nec spiritus, nec ecclesiæ tenuerunt vni-
 tatem. Porro martyrem neminem esse extra ecclesiam de-
 nudò reperit epistol. 54. ad Cornelium de pace lapsus danda,
 idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab ecclesia non
 armatur ad prælium. Et epist. 57. ad eundem: si occisi extra
 ecclesiam fuerint, constat fidei coronā nō esse, sed penam

Cyprianus
epist. 52.

Epist. 54.
ep. 57. l.
rem. 73.

potius esse perfidiæ. Idem ad Iubaianum, de hæreticis bap-
 tizandis epist. 73. tendendo ad finem: Neque, inquit, bap-
 tisma sanguinis (siue martyrium) hæreticis prodest, quamuis
 Christum confessi, & extra ecclesiā fuerint occisi nisi si hæ-
 reticorū patroni & aduocati hæreticos in falsa confessio-
 ne Christi interfectos martyres prædicant, & contra apo-
 stoli contestationem, qui nihil eos quāuis exustos, & occi-
 sos dicit posse proficere, gloriam eis & coronam passionis
 assignant. Hæretico itaque, (ait ibidem consequenter) san-
 guinis baptismā proficere ad salutem nō potest, quia salus
 extra ecclesiam nō est. Hæc ibi. Iterum, de oratione domi-
 nica post medium inculcat schismaticos non posse marty-
 res dici. Cæterum discordans, inquit, & dissidens, ac pacem
 cū fratribus non habens, nec si pro nomine Christi occisus
 fuerit, crimen dissensionis fraternæ poterit euadere. Quia
 sicut scriptum est. *Qui fratrem suum odit, homicida est, nec ad*
regnum cœlorum peruenit, aut cum Deo vivit homicida. Quale
 delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest ablu-
 i. *Quale crimen est, quod martyrio non potest expiari? Hæc*
 ibi.

ibi. Hoc roties inculcasse videtur, ait Pamelius in epist. 52. *Pamelius*
 §. 50. spiritu quodam prophético, loci notandi sunt contra *i Cypria-*
 Anabaptistas, & alios hæreticos, qui dum de eis supplicium *num.*
 sumitur, martyres se iactant. D. Augustinus tom. 2. epist. 61. *D. Aug.*
 Dulcitio, contra Donatistas, martyrem non facit pœna, in- *to. 2. epist.*
 quit, sed causa. Idem epist. 167. ad Festū contra Donatistas: *61. epist.*
 si quid, inquit, pro sua iniquitate patiūtur, persecutionem *167.*
 vocant, imò etiam honorem martyrum querunt. Et hæc de
 Pleudo martyrio hæreticorum sufficiant. Sicut ecclesia v-
 niversalis est vinea magna, & præstantissima, ita, vnaquæ-
 que anima parua quædā vinea est domini, plantata in terra
 sancta humilitatis Christi, irrigata rore & aqua gratiæ
 eiusdem sustentata palo crucis eius, quæ est veluti peda-
 mentum vineæ. Quibus stat recta vinea dicitur pedamen-
 ta, ait Varro de re rustica lib. 1. c. 8. nostrates vocant *(des pes-*
Varro de
seaux, ou piquez de de vigne, Aurelij *des charniers,* Alij *des es-*
re rustic.
charatz pour soutenir droite la vigne. Sepes est custodia an- *lib. 1. c. 8.*
 gelorum. Torcular ex quo compressis ac comminutis vuis
 elicetur vinum, remorsus est conscientia, quæ nos premit,
 & cor nostrum rodit atque arterit, vt fidei, spei, & amoris
 succus inde extrahatur. Turris est studium sanctarū scrip-
 turarum, in quibus & res diuinas veluti è specula contem-
 plamur, & eminūs atque delongè hostium nostrorum insidi-
 as detegimus ac præuidemus. Fructus autem quem do-
 minus vineæ expectat, sunt bona opera. Hæc Italicè expo-
 sit facundissimus quo non desertior alter, Cornelius Bi-
 cōtinus episcopus nostri ordinis li. 1. prædica. 4. *della vigna,*
supra l' euangelio. Homo quidam plātauit vineam, & cætera
 parte 1. Prosequitur deinde: Isti sunt fructus vineæ, homi-
 num merita. Requirit quidem Deus hos fructus, pro sua
 videlicet gloria, sed omnes in nostrā conuertit vtilitatem.
 Ex merito nascitur merces, ex labore requies, ex cursu
 brantium *(ἀρετὴ τῶν τῶν* victoriæ præmium dicitur) ex certamine
 victoriæ, ex victoriæ corona, ex virtute præmiū, ex ope-
 ribus bonis beatitudo. Non audis in alia parabola vineæ,
 vocē patrisfamilias procuratori suo dicētis, *Voca operarios,*
et redde illis mercedem? Matt. 20. Non solum illis operariis
 datur, sed redditur. *Redde illis mercedem. Conuentione autem*
Mat. 20.
facta cum operariis ex denario diurno. Non audis sanctū Pau-
 lum Rom. 4. *Ei qui bene operatur merces non imputatur secundum*
Rom. 4.
gratiā, sed secundum debitum. Non audis quod de seipso
 dicit, *Bonum certamē certanti, cursum consummasti, reposita est*
 K k 2 *michi*

mibi corona iustitia, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, 2. Timoth. 4. Nota corona, nota iustitia, nota reddet, nota iustus, nota iudex: Gratia que nos Deo gratos facit, est sol-

Timoth. 4. Gratia que nos Deo gratos facit, est sol- quidem, sed est etiam primum. Gratiam pro gratia dicit S. Ioannes ca. 1. verum quidem, quod ex gratia sola dignatus sit dominus tam liberaliter nobiscum pacisci, quod pro modico labore tantam nobis promittat mercedem: at verò post pactum quod nobiscum inire voluit, est rationi consentaneum, ut promissa & pacta conuenta seruet. Non au-

Rom. 3. dis sanctum Paulum Rom. 3. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax? Non est iniustus Deus ut obliuiscatur operi-

Hebr. 6. vestri, Heb. 6. Non est nobis debitor Deus. Abiit, docuit, sed sibi ipsi est debitor. Non potest deesse verbis suis. Fidelis Deus, qui semetipsum negare non potest, dicit sanctus apo-

2. Tim. 2. stolus 2. Timoth. 2. Quid putas o Christiane, sibi vult illud euangelij proloquium, & peregrè profectus est, nisi quod magnus Deus posteaquam nobis suum impertit auxilium, quod nobis ad bene operandum sufficiat, nos in nostra relinquit potestate, in nostro iudicio, in nostro consilio, in nostra voluntate, in nostro libero arbitrio, & stat ad videndum, quomodo nos geremus, quomodo in ista laborabimus vinea, quomodo in operibus bonis fructificemus, ut nobis deinde reddat condignam mercedem laborum? Et peregrè profectus est. Non à te recedit Deus, o homo. Vt tibi si abcesserit, nescis quod ipse dicit. Ioannis 15. Sine me nihil potestis facere? Si sol non influeret in hæc inferiora, cum suis radiis, nunquam terra fructus ederet. Nisi te Deus semper iuaret cum sua gratia, nunquam meritum acquireret. Sed profectus dicitur Deus, quia non te compellit: vult ut liberè motus & excitatus ab illo, à te moueris ad currendum ad brauium, ad ambulandum in via virtutis, ad pugnandum cum diabolo, cum mundo, cum carne: ad ieiunandum, ad orandum, ad eleemosynas faciendum.

Et peregrè profectus est. Reliquit hominem in manu consilij sui, apposuitque ei ignem & aquam, ut ad quodcumque voluerit, porrigat manum. Eccl. 15. Faxit Deus ut vinea nostra fructificet. O vitiā non habear Deus occasione cōquerēdi de nobis, de nostra ingratitude, & dicēdi: Expectaui ut faceret vinas, & fecit labruscas. Expectaui ut faceret iudiciū, & ecce iniquitas, & iniustitiā, & ecce clamor. Expectabā vinū, & mihi reddidit fel. Expectabā omne bonū, & mihi reddidit omne malū. Iudi-

ect 10

et totus mundus inter me; & vineā meam. Videre fructus, Angeli mei quos mihi retribuērūt, isti hōnes ingrati. Non auditis clamores ad aures meas puenientes, propter illorū sceleratā vitā? Vna eorum vna fellis & botrus amarissimus. Fel draconū vinū eorū, & venenū insanabile. Deut. 32. Sūntne hi tui fructus, mala & peruersa plāta: Inimicitia: inuidia: iræ? Deu. 22. homicidia: erapula: latrocinia: proditioes: stupra: inobedientia: ecclesiarū mearū contēptus: meorū sacerdotū? meorum sacramentorū? sanctorū meorum? matris meæ? mei ipsius? Hæcine reddis domino Deo tuo? Gallia, ecclesia, vniuersum, vni verbū tibi dicere volo. Vites ad nihil aliud bonæ sunt, nisi ad faciēdas vvas. Ex quo autē non fecerint fructum, in ignē eas cōicere necesse est. Ex omnibus aliis lignis licet infructuosus aliqua prouenit & capitur vtilitas: infructifera vitis est omnino inutilis. Quod sanctus Dei propheta Ezech. Ezech. 15. sic exprefit: fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxill?, ut depēdeat in eo quodcumque vas? nūquid vtile erit ad opus? Etiā cū esset integrū, nō erat aptū ad opus: quāto magis cū illud ignis deprauauerit, & cōbulerit, nihil ex eo fiet operis? De vite infructuosa, sicut etiā de sicu dicitur & merito: succide illā, ut quid enim terra occupat? Luc. 13. Idēd nos voluit dominus Christus vocare vites & vineas, ut sciatis quod nisi desideratū fructū bonorum operū feceritis, proiciemini in ignē inferni, in illas æternas flāmas perpetuò arsure. Mittetur foras & arefcet, & colligēt eū, & in ignē mittēt & ardet. Io. 15. Dicit Christus de palmitib? infructuosis. Lata est sentētia: retractari & reuocari non potest. Et tu stas otiosus o Christiane, & vna solā fide diabolica cōtenti (nā dæmones credunt & cōtremiscunt) nō curaris amplius de bonis operibus, ad operā, ad operā (auditores) Quid statis hic tota die otiosi? Quid statis hic tota die otiosi? Mat. 20. verūm si quia nō fecistis fructū, proiciemini in ignē, quo tandē coniciemini, fructus malos facietes: pro dulcib? vuis labruscas amaras; pro eleemosynis rapinas & vlturas: pro orationibus blasphemias; pro amore odiū; pro castitate libidinē; pro sinceritate simulationē; pro fide heresim; pro religione indeuotionē: extirpabit & euellet te omnino vineā inutilem: auferet à te sepē: faciet te à bestis proculcari: nubibus madabit ne pluant super te imbrem: sterilefcere te faciet: non vult folia, non vult folia Deus: vult fructus, vult fructus. An non legisti iram Dei in

prophetis, contra vitem illam frondosam, quæ nunquã nisi malos fructus fecit? *Auferam sepem eius, & erit in direptione, Isa. 5. &c. Etia. 5.* Eia igitur dum tempus est, faciamus fructum: dum tempus habemus, operemur bonum. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2. Cor. 6.* Istud est tempus, extra alia tempora ab aliis discretum temporibus. Illud quod in temporalibus negotiis in diuersas distributum est anni portiones & spatia, in hoc spirituali tempore vestra salutis totum simul collectum est. *Omnia tempus habent.* Dicit Salomon *Eccles. 3. &c. suis spatiis transeunt vniversa sub celo. Tempus nascendi, &c.* quæ diffusè ibi ponuntur ac commemorantur vniversa. Sed hoc quadragesimæ tempus, omni negotio est accommodatissimum: cuiuscumque rei peragendæ tempus est istud. Est namque tempus nascendi & moriendi simul, quod quomodo fieri valeat digressionem quadam doctrinissima omnia profequitur Cornelius vbi supra parte 2. *bi supra* Excursus eius est iste quem mutuatus est proculdubio à Iacobo de Vitriaco, qui floruit ante annos 350. Sed retinuit suppressitq; illius nomen, (pro suo more, & Italico sermonescribentium authorum.) Ne tamen quisquam suo honore defrauderetur, voluit tibi indicare vnde tam elegantè desumpserit digressionem. Quis autem fuit Iacobus de Vitriaco, disces ex Trithemio de scriptoribus ecclesiasticis. Fuit, inquit, sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ, Cardinalis, episcopus Tusculanus, vir in scripturis diuinis eruditus, nec secularium literarum ignarus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenij, & crucem contra Albigenes hæreticos gloriosè prædicans, multos fideles in eos apostolica autoritate signauit. Claruit anno domini 1220. Hæc Trithemius. Prodierunt in lucem sermones eius de tempore per anni totius circulum ex Antuerpiana calographia, seu arte impressoria, & officina heredum Ioã. Steelij an. 1575. sermone secundo dominicæ primæ in quadragesima ex epistola sic cõcionatur. Tèpus quadragesimale est tèpus specialiter nascendi Deo per confessionè, in qua renouatur homo exnès veterem hominè cū actibus suis, & moriendi mundo vel peccato. Tèpus moriendi, carnè mortificãdo. Adiecit Cornelius, vbi supra (quia facile est inuētis addere vt vulgò dicitur) scripturæ sanctæ autoritates. *1. Ioan. 3. Qui natus est ex Deo, non peccat. 1. Ioã. 3. &c. Existimate vos mor Roma. 6. tuos peccato, viuetes autè Deo.* Et iterum. Tempus plantandi, scilicet virtutes & bona opera. Tempus euellendi, quo d

plan

plantatum est peccata scilicet, & mala opera quæ plantata sunt à diabolo. *Plātabitur vineas amātiſſimas, Amos. 5. Et om- Amos 3. nis plantatio quã nō plātavit pater meus, eradicabitur, Mat. 15. Mat. 15.* Tempus occidendi vitia, iuxta illud, *in matutino interſicibã* *Tempus occidendi vitia, iuxta illud, in matutino interſicibã omnes peccatores terræ. Et tēpus sanãdi, sicut scriptũ est, Ego occidã, &c. ego viuere faciã: percutiã, &c. ego sanabo,* per flagella scilicet cõuertendo. Item, *mortificate mēbra vestra, Col. 3. re- Coloss. 3. gladio, scilicet verbi Dei iuxta illud, macta, &c. mādūca, Act. Act. 10.* & edificandi bonos mores, vel demolendi superbã Babylonem quæ intus est, & edificãdi nosmetipsos, in sanctã Dei ciuitatem Hierusalem. *Cecidit cecidit Babilõ. Apoc. 14. Apoc. 14. Hieru. alem quæ adificatur vt ciuitas. Psa. 121. Tempus sc̃di, Psa. 121.* gratiã deperditã & amissã, & tēpus ridendi propter spem recuperandi eã. *Idcirco ego plorans, &c. oculus meus deducẽs lachrymas, quia lögẽ factus est à me cõsolator meus, Threnorũ 1. Threnorũ 1. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, Psa. 118. Et risit Abrahã 1. in corde: 10. Gen. 17. Euntes ibant & flebant mittentes semina Psa. 118. Gen. 17. sua: Venientes autè venient cum exultatione, & cetera, ait psal- Gen. 17. mista. Nunc enim flere debemus, vt in futuro rideamus, Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Vel idem tempus flendi & ridendi, vt scilicet de dolore in domino gaudeamus. Tempus plangendi, & tempus saltandi vt post plactum, saltum faciamus, per desiderium æternorũ: plangēdi propter abominationes quæ sũt. *Ioel. 1. Ioel. 1. Plāge quasi virgo accinãta sacco. Ibidẽ. Plāge sacerdotes, vulu- late, ministri altaris: Saltandi verò reuerēter, in Dei honorẽ, per eleuationè & eiaculationem mentis in Deum, per sublimè quandam contemplationè, saltandi, inquam, inſtar Dauidis ante arcã Dei. 2. Reg. 6. Tēpus spargendi lapides verbi Dei, comminando vt Goliath perimatur. Tempus autem colligendi, studendo, & addiscendo: vel spargendi lapides, de quibus sapiens in ecclesiast. ca. 22. *In lapide luteo Eccl. 22. lapidatus est piger, id est fœdis & duris increparationibus. Vel tempus aspergendi lapides, viuos nimirũ prædicando, arguendo, increpãdo vt gigas mysticus proteratur, 1. Reg. 17. 1. Reg. 17. Et tēpus colligendi lapides illos viuos in cordibus auditorũ, *Misit super eos dominus lapides magnos de celo, Io. 1. Io. 1. & primo Reg. 17. Elegit sibi Dauid quinque limpidissimos lapides de torrente, &c. cetera psalm. 118. In corde meo abscondi elo- quia tua, vt non peccem tibi. Tempus amplexandi disciplinã & penitentiam, cum omni desiderio suscipiendi, & tem-****

K k 4 pus

pus amplexandi, dum nobis dominus in prosperis blanditur & promissis consolatur. Tempus longè fieri ab amplexibus, dum nos exercet aduersus, & corripit comminando. Tempus amplexandi, inquam, sponsum animarum nostrarum prædilectum, Deum videlicet, & fugiendi amplexus malarum societatum. *Dextera eius amplexabitur me.* Cant. *Cant. 2.*

2. Fuge dilecte mi, assimilare caprea hinnuloque ceruorum. Cant. cap. 8. Tempus acquirendi spirituales diuitias, & perendi pro Christo animas nostras, in hoc mundo, vt acquiramus vitam æternam in alio. Vel tempus amittendi temporalia, vt acquiramus æterna. *Qui dimiserit patrem, fratrem & cætera, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

Mat. 19. Matthæi 19. Vnde in quadam collecta, sancta mater orat Ecclesia, *Sic transeamus per bona temporalia, vt nõ amittamus æterna.* Tempus custodiendi scilicet præcepta Dei, *Lucæ 11.*

Leui. 20. *Beati qui custodiunt verbum Dei.* *Leuit. 20.* *Custodite præcepta mea.* Item custodiendi simul nosmetipsos, *Deute. 4.* *Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitè.* Tempus etiam abiciendi opera nempe tenebrarum, Romanorum 13. Tempus scindendi à nobis veteres panniculos peccatorum, & conuerti id est diruta bona reparandi & resarciendi in anima nostra, vel scindendi cor per contritionem, vt reparemus Deo animas nostras. Vel denique reficiendi & consendi mandata Dei lacerata, & ab omnib. violata. *Ioel. 2.*

Ioel 2. *Scindite corda vestra, & lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium.* Abacu. 1. Tempus tacendi à verbis malis & inutilibus abstinendo: Et tempus loquendi, populo prædicando verbum Dei: Vel tacendi vt prius addicamus, & postea tempus loquendi ea quæ didicimus. Vel etiam quia verbum dicitur prius venire ad limen cordis per meditationem, quàm ad linguam dicturus. Tempus loquendi, præmissis tempus tacendi. Tacendi inquam per profundam meditationem & recogitationem præteritæ & retrò actæ vitæ. Loquendi autem gratiarum actionem, quòd nos Deus ad penitentiam expectare dignatus sit. *Sedebit solus, & tacebit, & leuabit se supra se.* Threnorum. 3. *Laudationem domini loquetur os meum.* Psalmorum 144. Tempus dilectionis, & tempus odij. Diligamus iustitiam, & oderimus iniquitatem, vt diligamus similiter inuicem. *Qui diligit proximum.* Romanorum decimo tertio, *legem impleuit:* Et oderimus nos ipsos, propter amorem Christi, *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Ioann. 12. & Rom.

12. Odientes malum, adhaerentes bono. Tempus belli, pugnandi scilicet contra diabolium, & contra vitia, & varias tentiones, vt cum Deo pacem habeamus, & victis tentationibus, nempeis tranquillitatem obtineamus. Nam *colluctatio est nominis aduersus principes tenebrarum.* Ephes. 6. *Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra, & intelligens vestra.* Philipens. 4. Hoc est ergo tempus acceptabile, isti sunt dies salutis, in quibus contraria contrariis salubriter curantur. Hæc de Vicriaco. Subiungit autem Cornelius, nonne auditis euangelium, *Cum autem tempus fructuum appropinquasset?* Hoc est fructuum tempus, o Christiani Theophilii, Dei scilicet amantes, non fructuum carnis, sed fructuum spiritus, fructuum illorum duodecim. De quibus apostolus Galat. 5. fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, figurati ac defigurati per duodecim iilos fructus *Ligni vitæ* Apoc. 22. *Li. 22.*

Quomodo steriles vineas offendunt, quomodo inueniunt ingratos colonos seu agricolas? Alium occiderunt, alium ceciderunt, alium lapidauerunt. Hucusque Cornelius, cuius Etrusca verba, bona fide latina feci, non vsque adeò ditterè & eleganter, fideliter tamen omnia expressi. Alium occiderunt, lapidauerunt. Pulchra antithesi suam longanimitatem opposuit eorum malitiæ nec vicit eorum malitia Dei benignitatem. *Nonissimè misit filium charissimum dicens. Verebuntur forte illum.* Quod dixit non dubitando, sed quid ipsos facere oporteret inlinuando, relinquens omnia ipsorum libertati, ne illis vim attulisse, aut eos aliquatenus coëgisse videretur. Constita vinea, torculari defosso, extructa lege, erecta turri, agricolis locata vinea, seruis ad repetendos fructus destinatis, quid amplius facere debuit, quàm filium mittere? *Reuerbuntur,* inquit, filium. Euthymius in Match. 21. Hoc dixit, non quasi futurum. Sciebat namque quòd hunc reuerituri non essent, sed tanquam id quod fieri deberet, ac si diceret: Oportet quòd reuerantur filium meum. *Dictio autem ieros.* apud Lucam (pro qua veritatem fortassis) id quod decens est, & æquum innuit. Hæc ille.

probatur ea, *Adorate filium*: quia toto hoc psalmo claro no mine filius est adhibitus, eo, inquam, nomine, in quo nulla sit ambiguitas. *Filius meus es tu, Ego hodie genui te, & aduer sum Christum eius. Genitus ab eo filius eius, Christus eius*, nunc

R. *David* quoque Bar nempe filius, quod etiam R. Kimhi comprobat *Kimhi*. hoc loco, suo calculo & authoritate Prouerborum ca. 31.

Prou. 31. כִּי בְּרִי אֲנִי לַיהוָה. Et quid filius vteri mei. Et in libro qui inscribitur Midraستهilim quasi mysteria psalmodum, extat, dixisse quendam à Rabinis illis priscis super hoc adorate filium, hanc esse veluti regis sententiam, qui exarsit ad vlciscendum ciues sceleratos. Hi profecti ad filium Regis supplices ab eo petierunt, vt patris iram mitigaret. Ille profectus obtinuit vt eis parceretur: Venerunt ciues gratias acturi Regi. Is remittit eos ad filium. Nam in gratiam huius, inquit, vobis parco. Hoc igitur esse osculamini, per quem vobis iracundia mea sedata est, eum osculamini, amplectimini, Genua eius prehendite. Hæc antiquitas sentiebat, quibus iuniores etiam subscripserunt. Hec Eugubinus appositissimè, & valde conformiter & congruè ad nostrum institutum. An non ergo merito dictum est, *Verebuntur filium meum*? Hæc similitudinem de Rege irato, deinde per filium placato & ciuibus reconciliatis eidem. Quibus Rex dicit, ite, & filio meo gratias agite. Nā nisi ipse fuisset, iam ciuitatem destruxissem. Osculamini ergo filium. Hanc inquam, ex traditione Hebraica Hebraicè quoque retulit, & consignauit suis scriptis doctus Galatinus de arcanis catholice veritatis lib. 3. cap. 7. Addit veteres Thalmudistas sic exposuisse illud Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui*. Hoc est osculetur me Messias filius Dei: *Osculo oris sui*, id est ipse ore proprio instruat, erudiat me, atque oris mei tactu cum eum de via salutis interrogauero, non conremnat. Nō iam Mosē mittat, qui linguam impeditā habebat: nō Esaiam, qui se labiis pollutum aiebat: nō Ieremiam, qui se loqui nescire dicebat, eo quod puer esset. Sed ipse Dei filius, qui Patris sapientia & virtus est veniat, & ore suo me doceat. Hæc ibi. Quis hæc audiens non iuraret, & certò affereret synagogam illam tabescere desiderio Messie filij Dei, quam feruentibus votis & ardentibus, presentia eius optauerit, quis non videat: Quasi illud vsurparet.

Galatinus
lib. 3. c. 7.

Ouidius Nil mihi rescribas, attamen ipse veni.
in Episto Veni, in qua, & noli tardare. Mitte domine, celestis Pater quem missurus es filium tuum charissimum. Quomodo ergo non diceret

ceret nunc Pater, Luc. 20. *Quid faciam? mittam filium meum Luc. 20. dilectum, forsitan cum hunc viderint, verebuntur.* O sculamini filium ad vos missum. O Iudæi adorate filium, reuerentiamini ipsum. Ad hoc facit quod Nicephorus lib. 12. cap. 9. historię eccle- Niceph. l. 12. c. 9. hasticæ narrat, dicens: Amphiloachus senex Episcopus venerandus, Theodosium magnum Constantinopoli existentem adit, vt Arrianorum conuētus ab vrbibus semoueret, sed petitionem eius tunc Imperator non comprobauit. At sapiens ille senex, facinus memoria dignum fecit. Quum namque rursum cum reliquis Episcopis in aulam venisset, & Imperatorem ita vt decet, atque vt alij Episcopi fecerūt, & suaviter admodum consalutasset: filium ipsius Arcadium, qui nuper ad imperium lectus fuerat, nō eodem illi imperitæ reuerentiæ obseruantia, inhonoratum reliquit, verum ad eum accedens, & veluti cum puero colloquens, manūque eum demulcens, Salue & tu o puer, inquit, Imperator: quod senem Amphiloachum rudiori animo esse, & rusticius agere existimaret, quomodo filium salutare deberet, docuit. Atque ille sufficere ei honorē talem dixit. Imperator autem ira percitus, & veluti filius injuria affectus esset, grauiter commotus, cum conuicio Episcopum abduci iussit. Ille porro quamuis protruderetur, conuersus tamen paululum consiliūque in animo occultatum proferens. Videlicet, inquit, o Imperator, quā tu procaçiter filio illatam contumeliā non fers, sed amarulēter & propter summissiorem compellationem in nos excandescis? Sic scilicet existimare te oportuit, succensere etiam cœlestem Imperatorem, & Patrem vnigeniti, propter eos, qui non communem illi tribuunt honorem sed dissimilem, & longè minorem patrē vocare audēt. Imperator quū inde rem actam intelligeret, & verba ea admiraretur, quam primū ad se sacerdotem Dei accersiuisset, & ad pedes eius prouolutus veniam ab eo petiit. Neque aliter quā ipse dixisset, se rem habere professus est. Atque in ea sententia confirmatus, postea eos qui aliter, quā Nicæ statutum fuerat, opinarentur, auersatus est. Hactenus Nicephorus. Vnde liquidum & clarum est, iure visum fuisse Imperatorem Patrem filij collegæ & in imperio socij, iniuriam agrè tulisse, & acerbè vindicasse. Quod nostro proposito finitimum est, & proximè accedit. *Reuerentur filium meum*. Si rex eum quamprimū è medio tolleret, qui regiam coronam impudenter suo capiti imponere auderet, quot fulmina, quot pœnas

Nicoph.
Gregoras
lib. 10.

pcnas is mereretur, qui Regis cœlestis vnicū filiū, illique
quod dicitur, id est consubstantialē non reueritus fuerit? non
in pretio habuerit & honore? Breuem narratiunculam veteris
memoria huic negotio valde consentaneam subiungam, ait Nicephorus Gregoras scriptor Græcus historię
Romanæ, hoc est Bizantinæ libro decimo ad finem. Alexandrum, aiunt, Macedonem illum post longum illum victo-
riarum cursum, & magnos triumphos, cum animum relaxare & recreare vellet, triremi conscensu in Euphrate nauigasse, ac in medio flumine diadema illi delapsum esse.
Quod cum nauta quidam adnatans excepisset, & quia aliter ad nauem redire non poterat, capiti suo impositum, illi retulisset, homini pro ea recuperata fascia talentum donasse. Sed quia eam indignè capiti suo imposuisset, caput abstulisse. Quod si homo hominem eodem secum pilculo vsū viuere & solem intueri ferre non potuit, quid de istis dicemus, qui ad eò petulanter, adeo irreuerenter & turbundè in filium Dei, viuam Patris diuini imaginem illi, que cœssentialē, quam oportuit imprimis reuereri, adorare, suspicere & venerari summo cultu irruerunt? Omniaque carent excusatione & destituuntur, qui filium nullo modo reueriti sunt, sed exclamauerunt dicentes, *Hic est hæres. Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.* Apud Persas capitale extitit olim solium regum occupasse, & vos ingrati vinitores (vos, inquam, conuenio o iudai) voluistis hæredem interficiendo extra vineam suam, ipsam inuadere & occupare hæreditatem? Valerius Maximus libro quinto, capite primo de humanitate & clementia, scribit Alexandrum magnum, dum omnes gentes infatigabili cursu lustrat, quodam loci tempestate niuali oppressum, senio iam confectum militem Macedonem, nimio frigore obtusum animaduertisse, cum ipse sublimi & propinquo igni sede sederet, factaque non fortuna, sed arctis vtriusque estimatione, descendisse, & illis manibus quibus opes Darij afflixerat, corpus frigore complicatum in suam sedem imposuisse, idque ei salutare futurum dixisse, quod apud Persas capitale extitisset solium regum occupasse.

Quid ergo mirum, si sub eo duce tot annis militare iucundum ducebant, cui gregarij militis incolunitas proprio fastigio charior erat? Hæc Valerius. Frontinus Strabonem li. 4. c. 6. tagematum libro quarto, capite sexto, Alexander, inquit, cum

cum hyeme duceret exercitum residens ad ignem, recognoscere prætereuntes copias cepit, quumque confpexisset quendam prope exanimatum frigore, confedere loco suo iussit, dixitque ei: Si in Persis natus esses, in regia sella resedisse tibi capitale foret, in Macedonia nato conceditur. Si igitur capitale fuit regiam occupasse sedem, quomodo à maiori & fortiori non foret capitale Regis æterni vnicum & charissimum filium, quem vel maxime timere & reuereri oportuit, dominum, inquam, gloriæ cruci iungere, & suam occupare hæreditatem? Quomodo, dicit fortasse aliquis, eum agnouerunt? Cum scribat Apostolus, *Si enim cognouissent, nunquam dominum gloria crucifixissent?* Respondeo. Ex omnibus eius operibus cognouerunt eum esse Dei filium. Heb. 1. *Quem constituit hæredem vniuersorum.* Nā opera que ego facio, aiebat ipse, in nomine Patris mei, illa testimonium perhibent de me. Quasi dicerent; Hic est qui se hæredem iactat, hic est qui se filium Dei nominat. Murabant interim, & dubij erant in fide. Nam si ex animo crederent, adorare cuperent, & non occidere. Dubitabant igitur. Illud ramen de Christo suspicabantur, Si Messias venturus est, hic est hæres. In hoc Messias signa concurrunt. Cæterum obcæcati malitia interficere cogitauerunt, Sap. 2. *Morte turpissima condēnemus eum.* Hesselius in Matt. Sap. 2. ad quæstionem, An Christi occisores verè cognouerint Iesum esse Messiam, & Dei filium? Respondet, admodum probabile esse id eos in principio cognouisse, sed partim neglectu rerum cœlestium, partim ambitione & auaritia, imprimis autem odio & inuidia excæcatos fuisse, idque parabola de conuiuio nuptiarum satis significat. Hæc ille. Ideò Diuus Petrus Act. 3. de Iudais dixit, *Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri.* Cognouerant quidem Principes, sed excæcauit eos malitia eorum. Populus autem & vulgus non tantam habuit de Christo & Messia, quantum Principes scientiam & cognitionem. Ideò excusatione (secundum aliquem modum) erant digni. *Ignosce illis*, pater, rogabat Christus, *quia nesciunt quid faciunt.* Extat parabola de conuiuio nuptiarum Matth. 22. quomodo inuitati noluerunt venire ad nuptias, & prædicationem Apostolicam reiecerunt. Imò tenerunt seruos Regis ad ipsos missos, & contumeliis variis affectos occiderunt. Sub occisis autem Prophetis (ait idem Hesselius ibidem) cædes Christi sponsi intelligenda est, quæ

est, quæ ideo hic subtrahitur, ut parabola non interrumpatur. In rebus enim humanis, occiso sponso, cessat nuptiarum festiuitas, & nullus ad illas amplius inuitatur. Cum ergo alij postea adhuc vocentur, occiso sponso subtrahere debuit: quæ tamen omnino intelligi debet, quoniam ira Regis propter necem sponsi filij sui maximè efferebat. Et milibus exercitibus suis, militibus scilicet Romanis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succedit: Ducibus Tito & Vespasiano Hierusalẽ successa & euerfa fuit. Hæc ibi.

Eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt. Paulo antè seiuicem ad cædem cohortabantur. *Venite, occidamus eum.* Quantum distat hoc diabolicum inuitatorium ab isto. *Venite exultemus domino, Venite adoremus, & procidamus ante Deum.* ploramus coram domino qui fecit nos, &c. Sic fratres Ioseph Genes. 37. *Ecce somninator venit. Venite occidamus eum.* Sicut fuit vinea Achab, quam sibi ille vendicauit, Naboth legitimi hæredis comparata sanguine, 3. Reg. 21. Occidit enim illum, ut possideret illam: Sic isti interfecerunt hæredem, *Et nostra, inquit, erit hæreditas.* Quod extra vineam eiciunt, adumbratum & subobscurè indicat mortis Christi modum, qui & in Leuitico c. 16. figurabatur. *Vitulum, inquit, qui pro peccato fuerit immolatus, asportabunt foras castra,*

Gen. 37.

3. Reg. 21.

Leui. 16.

Heb. 13.

Isa. 5.

2. Reg. 12.

De palatio in

Matt. 21.

Lex.

Horum animalium corpora cremantur extra castra, propter quod & Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. *Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes.* Quid faciet dominus Agricolis? Iubet ipsos proferre sententiam, quod sæpè aliàs facit, Isa. 5. Iudicate inter me & vineam meam, ut ostendat nulli iniuriam facere. *Malos male perdet.* Responderunt sese proprio ore condemnantes, quæ admodum & seipsum Dauid nescius condemnauit, 2. Reg. 12. proposita parabola Nathã. Mirari interim subit, ait Paulus de Palatio in Matth. 21. Humani animi feram audaciam. *Nostre, inquit, erit hæreditas.* Non dicuntur vites occidere, sed coloni & vinitores. Rarò plebecula ferociam habet, magnates sunt qui Deo bellum inferre non verentur: Hæc ille. O dementia insignem! Nonne hæres qui testatorem occidisse comprobatur, hæreditate priuatur ipse iure? In authenticis collat. 8. constitut. 115. ut cum de appellatione cognoscitur, cap. 3. Exhæreditationis liberorum causæ in hæc ingratitudinis numerantur. Si quis parentibus suis manus intulerit. Si grauem & inhonestam iniuriam eis ingesserit.

Ergo

Ergo cum coloni isti in heredem impij fuerint, eo consilio ut hæreditatem eius inuaderent, sibi que arripent, demerentur profecto ipso iure hæreditate priuari, nullo modo autem ea potiri vel gaudere. Scribitur etiã, l. i. C. de reuocandis donationibus. Libertus si ingratus sit, omnis donatio mutata parronorum voluntate reuocanda est, & l. vlt. ma, C. eodem. Generaliter sancimus omnes donationes firmas manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur: Ita ut iniurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel vitæ periculum aliquod ei intulerit. Idem habetur extra de donationibus cap. 10. ex Gregor. 9. In glossa ibi ponuntur isti versus:

Quinque modis perdo mihi quæ donata fuere,

Infero si damnum grauius donantis in are,

Hinc per me si sit atrox iniuria facta,

Si sit persona manuali vulnere tacta,

Quando iura vitæ crudeliter insidiabor,

Ingratus domino re donata spoliabor,

Ingratum factum dic me cum fregero pactum.

Quinque illæ conditiones habentur duobus superioribus locis commemoratis l. vlt. & extra de donationibus. Isti proinde qui ad eum in hæredè furore exarserunt, ipsum que filium occiderunt, hæreditatem totam ut occuparent: nõ merentur hæreditatem, quin potius ab illa deici, & cadere causa debent. Nam sicut dicit D. Augu. to. 9. tract. 14. in Ioannem post principia, expèdendæ hæc verba Rom. 1. *Non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Non agendo gratias inquit, insipientes facti sunt. Ergo Deo quod dederat gratis, tulit ingratis. Hæc ille. Reddè igitur dominus hoc subdidit loco, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur alteri genti.* Quod quæso supplicium non demereret cædes illa huius hæredis, tã impia, tam crudelis, tã scelerata & incesta? Bene ergo aduersù homicidas huiusmodi proprio ipsorum ore pronũciatur, *Malos male perdet,*

& vineam suam locabit alijs agricolis. D. Thomas 3. parte q. 47. art. 1. Tertium ad quæstionem proponit argumentum eiusmodi, in quodam sermone Ephesini concilij dicitur, inquit ille, sicut qui chartam imperialem discerpserit, tanquã Imperatoris dirumpens verbum, ad mortem addicitur: Sic cruciagens Iudæus quæ videret pœnas dabit, tanquã in ipsum Deum verbum præsumptionis iniiciens. Hæc ibi, declarans in responsione ad tertium, quod ignorantia Iudæorum

L1

colonorum

Extrade donat. c.

10.

D. Aug.

to. 9. tract.

14. in Ioannem

Rom. 1.

D. Tho.

3. parte

q. 47. art.

5. ad 3.

argum.

Job 27.

colonorū vineæ, & rectorum populi, qui eum cognouerūt esse heredē. Ignorantia, inquā, affectata ex odio & inuidia eorum contra Christū proueniens, ex quorum persona accipi potest, quod dicitur Job 21. *Dixerūt Deo, recede à nobis, scientiā viarum tuarū nolumus.* Nō excusat ipsos à culpa, sed magis videtur culpā aggrauare. Ostendit enim hominē sic vehementer esse affectū ad peccandum, quod vult ignorā. iam incurere, ne peccatū viter. Et ideo Iudæi peccauerunt, non solū hominis Christi, sed etiam tanquam Dei crucifixo. Hactenus D. Thomas. Sententiā quam ex sermone Ephesini concilij allegat, perquirens, eādem (per Dei gratiam) reperi, habetur to. 6. c. 10. actorum concilij Ephesini, homilia altera Theodoti Ancyræ Episcopi, verius finit illius sermonis, prout illius œcumenici Concilij Ephesini prima acta omnia, Theodoti Peltani opera, in sex tomos distributa sunt, Ingoftadij anno domini 1576. impressa. Neque Iudæi (inquit Pater ille memoratus, purum tantum hominem crucifixerunt, sed in ipsum Deum qui in natura quæ forinsecus cernebatur latitabat, vnitæque nature perpeffiones sibi appropriabat, impij temerarijque extiterūt. Vt autem hoc ipsum magis perpicuum euadat, fingamus regem quempiam eiusmodi sermonem depromere, qui libertatis, vel aliorum regalium numerum, quibus oportet, impertinentiorum, decretum in se contineat, illudque decretum chartæ, quā sacram vocant, insertum literisque expressum, ad hanc vel illam ciuitatem amandare. Sacra hanc porro Latine appellatam, aliquis perfidus, aut rebellis aut ciuitatis alioqui, vel Regis inimicus, intercipiat, interceptamque dilaceret; iam dic mihi, Quid hic laceratum est, chartane sola, an etiā decretum regium? Atqui si sola charta dilaniata dicatur, parua admodum ipsa laceratio poterit redimi, tenebiturque hac ratione violator, aut nulli, aut sanè vix quinque oculorum multa obnoxio. Eiusmodi autem supremum supplicium depēdit, pœnāque afficitur capitali, nec iniuria, vt qui non solū chartam disrupit, sed regium quoque decretum violauerit. Atqui imperiale verbum, secundum se impatibile, talēque est, quod sua ipsius natura, neque manibus contrectari, neque discindi potest, & tamen hoc non obstante & ipsum quoque discissum dicitur. Quid ita Quia chartæ & literarum passionē tāquam propriam in se trāsferit. Hæc ibi quā theologicè! Nē igitur, subiungit ibidem, iactet se Iudæus, tāquam qui purum

homine in

hominem in crucem egerit. Nam quod cernebatur, charta quidem erat: quod verò in charta additum latitabat, Verbum erat regium, nō lingua sed natura productum. Si quidem vnigenitus Dei filius, Verbum dicitur, non prolarum, sed substantiale, subsistēsq; neque propria rursus natura paribile, sed illius quod cernebatur, patique poterat, passionēs veluti proprias in se transferens. Quare vt is qui sacram regiam violauit, veluti qui ipsum Regis verbum discepserit, vltimo afficitur supplicio: sic Iudæus quoque, id quod forinsecus cernebatur, crucifigens, perinde pœnas haurit, ac si in ipsummet Dei Verbum impius extitisset. Hactenus ille. Iustissimum profectò iudicium aduersus eos, qui heredem extra vineam deiecerunt, vt ipsi quoque à vinea & excludantur & seuerissimè puniantur. Tria Dei admiranda leguntur iudicia: Casus pulcherrimi Angeli: deinde primi hominis, in quo tota posteritas concidit, lapsus: postremò populi Iudaici ruina quem ex omnibus gētibus adoptauerat in filium. Primus ex superbia, secundus ex inobedientia, tertius ex perfidia & diuinorum beneficiorum abusu peccauit. Quò plus acceperat, eò plus obligabatur benefactorem colere: & reuereri. Quod quia nō fecit, merito diuinis beneficiis spoliatus fuit. Hæc timorem nobis incutiant. Nobis caueamus, ne similiter vel deterius nobis contingat. Hæc admonuit Ludouicus Granatenfis concio-
Ludouicus Granatenfis.
 ne presentis. Plutarchus tom. I. opusculorum de utilitate ex-
 inimicis capiēda, Plato inquit, quoties incidisset in eos
 qui facerent indecori quippiam, digressus conuenit apud
 se dicere, nunc ubi ego talis? Refert Stobæus sermone 23. de
 amore sai: Plato cōsulebat, vt cum aliquos irridere volue-
 de utilit.
 rimus, cōuertamur ad nos ipsos, & videamus ne ipsi eisdem
 vitis laboremus. Amor enim sui multa celat, & circumo-
 mic.
 perit in illo, qui magis irridere alios solet. Hæc ibi. Dic & Stobæus
 tu, S. Christiane, Nunc ubi ego talis? Si hoc exemplo causam
 fer. 23.
 nostram cum causa Iudæorum conferimus, inuenimus
 non in dissimili periculo nos versari, imò maiori, quo plu-
 ra per euangelium quàm illi per legem beneficia percepi-
 mus. Eadem quæ Iudæi, nos quoque accepimus, Angelo-
 rum custodiam, diuinæ prouidentie curam, Matth. vltimo.
 Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.
 Eadem apud nos decalogi lex, quæ pietatem & iustitiam à
 nobis exprimit. Præter hæc euangelium, sacramenta sep-
 tem, Christi passionem, cœlum apertum. Ego veni, inquit
 L1 2 Christus,

Ioan. 10. Christus, Ioan. 10. *vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Cur (amabo) Africa, Asia, Græcia magna, Vngaria, Bohemix, Germanix, Angliæ, Scotiæ, & Francia aliqua portio, regnum Dei, id est sincera fidei lumen amiserunt: Nisi quia acceptis à Deo beneficiis nihil meliores euaserunt. Ergo malos male perdet, & vineam suam locabit aliis.

Paulus gricolis, qui reddent fructum. Paulus Diaconus libr. 17. rerum Romanarum in Mauricio Imperatore scribit, quod Phocas tyrannus cruciavit eum in cædibus filiorum, postmodum Imperatorem ipsum puniuit. Nam quinque filij eius matres, coram visibus eius præocciduntur. Verum Mauricio patienter infelicitatem sustinens, Deum in omnibus inuocabat, & crebro pronunciauit dicens: *Iustus es domine, & rectum iudicium tuum.* Fit itaque mors filiorum, Epitaphium patris, præostendens virtutem in mole calamitatis. Notari dignum est, propter auaritiam eius, hæc illi contigisse: sed quia postulauerat & impetrauerat à Deo hic potius puniri quam in alio sæculo, idè vt saluaretur talia

Nicepho. lib. 18. c. 40. passus est. Nicephorus de Mauricio histor. ecclesiast. libro 18. cap. 40. sic retulit. Phocas Imperator primum liberos ipsos in conspectu patris occidit, in quorum cuiusque cæde, verba illa protulit Pater, *Iustus es domine, & rectum iudicium tuum.* Deinde & ipse Mauricio resectionem capitis sustinens occubuit, egregia animi virtute in summa eadem calamitate exhibita. Quum namque liberorum nutrit, infante vno imperiali subtrahente, puerum ipsa suum lactentem ad cædem protulisset? Mauricio astantem percussoribus arcanum suppressi pueri sui consilium indicasse ferunt, quod minimè æquum esse diceret, vt in alium, quum ab ipso Deus pœnas expereret, animaduertere. Atque eo infante iugulato, cædes eiusmodi pro sanguine lacteum liquorem effudit. Sic Imperator vitam finit. Idem capitè 42. Mauricio ante cædem, inquit, meruens propter conscientiam sibi quod captiuos despexisset, eoque vili pretio pecuniæ cupiditate victus, quos Chaganus furor percitus concidit, non redemisset: in celebris orbis templis, missis eò literis, pro se vni Christo Deo, & ab hominibus virtute præstantibus, vt Deum exorarent, petiisse dicitur, quò modo scilicet suorum per vitam actorum ipsi remunerationem in mortali sua vita factisque obnoxio munda, recipere liceret, & imaginem quandam Christi clarè & euidenter vocem edidisse ferunt, qua


illi fore prædictum est, vt desiderij voti que sui compos fieret, & in hac vita pœnas penderet. Hactenus Nicephorus. Dicit alicubi D. Augustinus, hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Sic vt ad propositum nostrum reuertamur, iustum Dei aduersus semetipsos dixerunt & pronunciarunt fore iudicium his verbis: *Malos male perdet.* At verò, quæret aliquis, Quid est malè perdet? Respondet de Palacio in Mart. De Pal. 21. Imò profectò non malè, sed benè perdet. Quia talis non absurdè, absit, dicitur. Cum enim vehementer, aliquem læsim⁹, dicimur eum male tractauisse. Et vt rem profundius dicamus, Cum Deus hominem castigat ad eius commendationem castigat, malè eum perdit. Isti verò, de obliuionis loquor, propter ingratitude, & impœnitentiam, vitionem domini sustinuerunt, ergo malè perdidit eos, & iustè, dominus, extremo efficiens tales supplicio. Adde quòd psaltes regius psal. 17. dicit, *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.* Igitur sicut cum piis viderur pius, quia maiora illis tribuit, quàm in cor hominis ascendere potuerint, vocat idè Apostolus, nimiam charitatè Christi (vt supra annotauimus sermone de transfiguratione) sic nimius in vlciscendo posset videri, impiis scilicet, qui nolent tam acerbè puniri, aut (sanè) mallent impuniri permanere. Malè perdet, inquit, Cum peruerso peruerteris, aut peruersè (absit verbo blasphemia) tanquam peruersè, inquit, dicitur Deus agere, qui est ipsa iustitia, æquitas & reuerentia. Idè quoque malè perdere malos dicitur. Vox timida nimium. Iustè puniet Deus. Quis neget? Sed maluit dominus, hac asperrima voce, colonos malos deterrere: mallès sibi excessiue vindictæ notam inuri, quàm colonos sibi de impunitate blandiri. Ex Paulo de Palacio ista collecta sunt. Genebrardus ad versum illum, *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris,* scribit, hic est apostrophe ad Deum per epiphonema (sive, vt rudiores melius capiant) sermonis ad Deum cõuersio, per exclamationem. Ita ò domine cum piis & simplicib⁹ esse soles simplex & benignus, aliter autem cum peruerso agis. Cum vulpe est vulpandum, cum Crete cretizandum: Ita ò domine cum peruerso & vafro, te velut peruersè & vafre geres. Iuxta illud Apostoli: *Apprehedet astutos in astutia ipsorum.* Id est dissipabis & perdes eos cum suis consiliis. Hæc ille. Horum verborum

Leui. 26. cū peruerso, peruerteris, facilis ac dilucida explicatio hauriri potest ex *Leu. 26.* Si ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quæque contra vos aduersus incedā. Ego incedā aduersus vos furore cōtrario, & corripiā vos septem plagis propter peccata uestra, in ut comedatis carnes filiorū uestrorum, & filiarū uestrarum, & quæ ibi latissimè cōtinentur, quod nos Gallicè proverbia-liter efferre cōsueuimus, *A rude asine, rude asiner.* Si ambulaueritis mecū temerè, ego vicissim contra vos peruersè vel forruitō ambulabo: ac si diceret, Peruicaciam corū in causa fore, ut solitæ moderationis oblitus, quaquaerisum

Annotatio in psal. ex oliua R. Steph. in eos irruat. Hæc ex annotationibus ad psalmos in versū illū, *Et cū peruerso, peruerteris.* Ex *Oliua R. Stephani 1556.* Nūquid iniquitas est apud Deū: Absit, inquit, *Apost. Roma. 9.* Quomodo ergo malè perdere vel peruersè agere (licet cū malis) dicitur? Respōdet in sua paraphrasi psalmorū ad illū nodū *Iansenius*, paucis, sed disertis verbis. Cū eo qui pessimis moribus, à recta viuendi ratione auersus est & peruersus, tu etiā nō benignè, sed prauè & peruersè, hoc est seuerè admodū ages, mala ei pro meritis malis inferens. Tu cū eo, promissionem tuā & morè tibi proprium, qui est misereri & benefacere, inuertes, quæ admodū ipse ab eo, quod esse deberet inuersus est. Quid clarius dici posset? *Euchymius Mat. 21.* dilucidè interpretatur *Malos malè perdet.* *Mat. 21.* licūm sint, acerbè illos punit. In genere sermo est de omnibus malis. *Malos ecclesiasticos malè perdet De⁹*, malos iudices malè perdet Deus, malos mercatores & agricolas malè perdet Deus. *Malos Principes & Reges malè &* (ut ita dicā) crudeliter, iustè tamè perdet Deus: si in omnibus statibus excurrere nō erit difficilè. In summa iudiciū sine misericordia scilicet eripiēte, & liberāte à pœnis æternis, fiet talib. malè agētib. & perseuerātib. in malis. *Auferetur à vobis regnū Dei.* Ob eandē causā, propter quas regnū tēporale à quibusdā ablatū fuit, ita à vobis auferetur regnum Dei. *Nabuchodonozor regi ablatū fuit regnū propter superbiam, Sauli propter inobedientiā, & in Deū rebellionē, Balchazar regi, propter sacrorū vasorū pollutionē, Vasthi reginæ vxori Assueri propter nimium fastū & contemptum regis, Maachā t. Paralip. 15.* propter obscenā dissolutionem.

Maacham matre, rex Asa, ex Augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulachrum Priapi: Sic superbi inobedientes ac rebelles Deo, sacrilegi, & sacra violantes cōtemptores superioris potestatis, molles, & efforminati, ac

libidinosi, regnum Dei non possidebunt. *Auferetur à vobis, aut, Christus regnum Dei:* maximè propter ingratitude[m] uestram, quæ præ brutorum comparatione exaggeratur & valde agrauatur, ut gratitudo Leonis erga hominē medicam suam. Draconis erga altorem suum, & (ut verbis vtar prophetici[s]) Bouis, & Asini erga dominum & possessorem monumentis veterum consignatur. An non meritò auferebatur ab eis regnū Dei, quib⁹ tot beneficia collata sunt, de quibus etiam gloriari, & iactabundi gētib. insultare solebant Iudei, cum ipsi interim omnium essent ingratiſsimi? Hi dicebant. Nos sumus populus Dei, quos ab initio dilexit & fouit: Nos circūcisā ex genere Abraham, sancta de⁹, sedimus ex stirpe, & notus retro apud Iudæā tantum De⁹, psal. 75. nos de Ægypto signis & virtutibus liberati mare sicco pertransiimus pede, cum inimicos nostros grauissimè fluctus inuoluerēt, *Exod. 14.* nobis pluit dominus manna in deserto, & quasi filiis suis cœlestē pabulū ministravit tibi dem, c. 16. Nos die noctuq; in colūna nubis, ignisq; processit, ut nobis in inuio iter ostenderet. Nos soli digni sumus Dei legem accipere, vocem Dei loquentis audire, eiusq; cognoscere voluntatē. In qua lege nobis promissus est Christus ad quos etiā ipse se venisse testatus est dicens: non veni nisi ad oues quæ perierūt domus Israël, cum vos canes potius quàm homines appellauerit, *Mat. 15.* Gētes etiā cōtra respōdere poterant arrogantibus Hebræis, & illis suā ipsorū ingratitude[m] obiicere, in hunc modū: Quātō maiora ergo vos Dei beneficia narraueritis, tanto maioris vos criminis reos esse demonstrabitis? Semper enim his omnibus extitistis ingrati. Nam ipsis pedibus quibus aridum mare transistis, iudebatis ante idola, quæ fecistis, & in ipso ore quo paulò antè ob necem aduersariorum domino cantaueratis, simulachra vobis fieri poposcistis: illis oculis quibus venerando Deum in nube vel igne conspiceretis, simulachra intuebamini. *Manna quoq; vobis fastidio fuit, & semper in deserto contra dominū murmurastis, ad Ægyptū vnde vos manu valida eiecerat, redire cupiētes.* Quid plura: Ita patres vestri crebra prouocatione domini irritauerunt, ut omnes in eremo morerentur, nec plures ex senioribus eorum, quàm duo homines terrā repromissionis intrarent: ac de hoc solo nemo vos dignos venia iudicabit, quod dominū Christū nō solu suscipere nolulistis, sed etiam morte pessima peremistis: quæ



nos ut agnouimus, statim credidimus, cum nobis de eo antea non fuerit pradicatum. Hac habentur apud Georgium Ederum in œconomia Bibliorum li. 4. prologo in epistolam ad Rom. Quæ excerpta sunt ex prologo in epistolam ad Rom. Quæ excerpta sunt ex prologo in epistolam ad Rom. Quæ excerpta sunt ex prologo in epistolam ad Rom. Sed de ingratitude pollicemur nos cum Dei gratia dicturos abundè Feria 2. post. 3. Dominicâ quadragesimæ, ubi ingratitude cõteraneorum Christi Nazarethanorum taxatur. Sicut autem Christus Iudæis dixit, *Aufertur à vobis regnū Dei: ita & multis regionib⁹ Christianorum*, dici potest: *Aufertur à vobis Christi cognitio, & aliis gentibus dabitur verū penitentia fructum facientibus, sicut cõpletū videmus in ecclesia orientali: à qua Christus ablat⁹ est, & nouis infulis donatus.* Audiuimus in nouo orbe quanta cum audire veritatis doctrinā pleiq; excipiāt. Testatur epistolæ Indicæ, & Iaponicæ ac similes, hæc de re cõscriptæ, à fratribus societatis Iesu, quæ typis non ita pridem mandatae sunt, inde qui volent plenissimè hauriat.

Epist. Indica & Iaponica.

Qui ceciderit super lapidem, confringetur, hoc est interpretare Heselio qui peccauerit, in huius tamē lapidis fide remanendo, confringetur, id est spiritualiter perdetur. Ita tamē ut adhuc per penitentiam reparari & instaurari possit, quia fidē seruauit. *Super quē verò lapis ceciderit, cõteretur*, id est qui verò fidē lapidis angularis, Christi nimirū, abicit, penitus cõteretur, nihil sibi quò redire possit reseruans. Sūpra est parabola à testaceo vase cõfracto. Quādo enim nō omnino cõfractum est, adhuc aquam retinere potest: ita quando penitus contritum est, nulla testa remanet integra, qua aliquid aquæ cõseruari possit. Hęc ille. Sic D. Hieron. videtur interpretatus in Mat. 21. ad hæc verba, *Qui ceciderit super lapidem, &c.* Aliud est, inquit, offendere Christum per mala opera, aliud negare. Qui peccator est, & tamē in illū credit, cadit quidem super lapidem & confringitur, sed nō omnino cõteritur: reseruatur enim per penitentia ad salutē. Super quē verò ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse iruerit, & qui Christū penitus negauerit: sic cõteret eum, ut nec testa quidē remaneat, in qua hauriatur aqua pusillum.

D. Hieron.

Mat. 21.

Christo in opere imperfecto.

Hæc D. Hieron. Familiari quadam similitudine istud persuadebitur, ex eruditis commentariis in Matthæum incerto auctore inter opera D. Chryost. in Matth. 7. homil. 20. versus finem, ad verba illa, *Et erit ruina domus illius magna, &c.* Sicut enim inquit auctor innominatus) domus quæ habet validū fundamentū, si pars aliqua parietis vel tecti

cecidit, ruina eius magna nō erit, quia potest fieri ut iterum reparetur. Si autem fundamentum eius casum fuerit, passum, tunc est ruina eius magna, quia tota venit deorsū: Sic & Christianus si aut fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidium fecerit, cecidit quidem, tamen ruina eius magna non est, quia iterum penitentia surgere potest, sicut Dauid. Si autē de fundamento fidei aliquid fuerit passus, id est si præuicatus fuerit, & ad gētiles, aut hæreticos transierit, tunc est ruina eius magna, quia totus funditus ruit. Hęc ibi. Vide obsecro (Theophile lector) quā timēdit apostasia, siue defectio à fide, & ecclesia. Abrenuntiatio Christi quæ est hæresis, ruina profectò est irreparabilis, quia qui fidem negauerit, cõteritur omnino, & irreparabiliter labitur. Saltem inter extraordinaria, & rarò contingentia, tanquam insigne quoddam, rarumq; miraculū, ac suspendendum, conuersio vel reuersio hæresiarchæ, cuiusquam, & in catholica fide deinceps perseverantia, vsq; in finē numerare oportet & dicere, *Hæc est mutatio dexterae ex-* *cessi, & iterum. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Aliqui quidē nostris temporibus cõuersi sunt, secundum apparentiam dico; sed faciliè relapsi, canum instar, ad vomitum reuersi, & suis lotæ more, ad volutabrum lapsi. Lapsus fidei eousq; periculosus est, ut facilis ad Atheismū & Ethnicum transitus sit. Tunc lapis cecidit super Iudæos incredulos, cum per Romanos exterminauit Christus illos. Super impios cadet, quando in nouissimo die sententia iusta eos feriet. *Discedite in ignem æternum: reges terræ virga ferrea, & tanquam vas figuli confringet eos.* Et iterū, *Communū eos ut puluerem ante faciem venti.* De Abimelech ludicum 9. scribitur: *Ecce una mulier fragmen mola de-* *superiaciens, illi sit capiti Abimelech, & conuegit cerebrū eius.* Iudic. 9. Et Danielis 2. *Abscissus est lapis de monte sine manibus (qui Da 2. 2. typus erat Christi) & percussit statuam Nabuchodonozor in pedibus eius & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrū, testa, & argentum & aurum, & redacta quasi in fœuillam.* Expectantia satis compertum est, maiorem esse ruinam & lationem, si super aliquem lapis ceciderit, quā si ipse offensus ad lapidē, pedē lapsus fuerit super lapidē. Tale est peccatum hæresiarcharum præsertim, ut in eos grauissimè & irreparabiliter, ut plurimum lapis irruat, totaliterque conseruetur. Hincque fit, ut absque penitentia, miserimè, ex hac discedant vita, perpetuas subituri luiturique pœnas.

Quod duobus tribusve exēplis fieri notissimū. Si ad Arriū; Lutherū, Caluinū, & alios quosdā perditos nebulones, dogmatistas (prædicantes vulgò appellāt) oculos cōuertamus, Exiū acta probat. Dicemus vulgatum illud. *Horū inuenies exitū conuersationis deestemur.* & cane peius & angue (quod pro uerbo dici solet) fugiamus & oderimus illorū apostasiā, hæresim, & pestifera dogmata. De Arrio quidem apud

Haymo
li. 9. c. 6.
histo. sacra.

Haymonem Halberstalteniē li. 9. c. 6. sacra historia, quæ cū historia sacra Sulpitij Colonię anno 1574. prodiit in lucē, & impressa fuit, memoriæ proditū est: quòd cū Arrius manē ad ecclesiā properaret, episcoporum & populorum frequentia constipatus humanæ necessitatis causa, ad secessum declinat, ibique cū sederet, intestina eius atque omnia viscera in secessum cuniculorum defluxere. Hæc

Cassiod.
li. 3. c. 10.

Haymo. In margine notatur Socrates libro 3. cap. 10. histo. tripartitæ. Cuniculorum uocabulum uidebitur cuius obsecutus: id eò sciat cuniculum hoc loco vel canalem significare, uel foramen sub terra occultum, prius uideretur magis ad propositum. Apud Cassiodorum in tripartita ex Socrate libro tertio cap. 10. sic refertur: Cū uenisset Arrius ad forum Constantini, secuta est uentris effusio: percutatūque an secessus esset in proximo, & agnoscens esse post Cōstantini forum, perrexit illuc. Quo factō defectus eum quidam cum effusione corripuit, & vna cum stercoretibus annus quoque prolapsus est. Tunc ergo cōcidit, & sanguinis multitudo cum subtilibus intestinis subsequenter effluxit, decurrebantque pariter cum splene etiam interna iecoris, & ita factum est ut repente sequeretur & mors. Secessus uerò ubi talia gesta sunt, in Constantinopolitana urbe monstrabatur, sicuti dixi, post Constantini forum atque macellum, in porticu constitutum. Omnes transeuntes digiro notabant locum, detestabilem Arrij recordantes interitum. Hæc ibi Sozomenus in eodem capite conuenit sic scribens: Post aliquod tempus, quidam fautorum Arrianæ uesaniæ, diues ac potens, eundem locum a publico cōparauit. Et destruens quod erat primitus, domum ibi constituit, quatenus obliuio facti procederet, & per successiones huiusmodi memoria deperiret: Fama tamen per omnē eucurrit ciuitatē, & orbi terrarum mortē Arrij declarauit. Hactenus de hæresiarcha Arrio. Nunc de Luthero dicitur.

Sozome
nus.

Genb. resp. ad Danaū. Hactenus de hæresiarcha Arrio. Nunc de Luthero dicitur. (pta indicant) Genebrardus anno domini 1581. Calendis

Janua

Januarij, emisit in lucem ad Danaum quēdam, responsionem pereruditam, & affabrè contextā fol. 49. pag. 2. Ibi hūc sic alloquitur. Cur nō vulneraberis recēti Lutheri laqueo, quem miser sui ipsius carnifex, Ilebij proprio collo innecuit, sicque se de lecti periculis, manē pendētem & strangulatum cubiculario ad hoc horribile suspendij spectaculum ugenti pauore perculso exhibuit, postquam præcedēti uentris uera post multam compositiōne principes ciuitatis viros obibones suos ad dormiendū (ut uidebatur, placidē & hinc hinc) dimisisset. Te moueat Oecolapadij obitus, quem Lutherus ipse scripto tradidit, noctu a diabolo suffocatus, sique repertū manē magno sacramentariæ causæ præiudicio. Et rursus fol. 50. profertur, dicēs: Notior est quā uentris causæ opus esset, Gulielmi Laurētij Altiuili Northmanorum pago prope Gratia portum Ministri interitus, qui mente superiore, die Conceptui uirginis sacro se frangere posse imminētū suspendiū, quo loco eius cadauer postere in furca erectū adhuc uisitur iuxta leges iam olim necem sibi meritis consciscētibus decretas. Hactenus Genebrardus. Quæ apud alium scriptorem me nusquam legisse memini. Est tamen mihi non suspecta uel dubia fidei testis sufficiētissimus, nec vanus author: nec mihi dubium esse potest, quia ex authentico testimonio id scriptis suis consignari. & posteritati tradiderit. De Caluini cruciatibus & exitu miserissimo, uel ipsum Bezam Sebam alterū, rebellionis & tumultus bellique ciuilibus caput, incendij Gallici faciem & (ut uo uerbo absoluam) magnū uerè ardeionem, testem (credo) oclatum & hac in causā de Caluini cruciatibus & horrendo aduersus illum (ut interpretari cōuenit) iudicio Dei iusto omni exceptione maiorem, producam, ut etiam profertur Hermes Bolsec in uita Caluini Gallicè cōscripta c. Bolsec. Phthisis, id est corporis extenuatione, macie ac tæbe, calculo, podagra siue arthritide, hoc est articulari morbo, alicuius, seu anhelatione & spirandi difficultate, hæmorrhoidū doloribus, hemicrania, etiam frequenter, id est morbo quo mediū capitis infestatur, his inquam, morbis omnibus laborauit miser Caluinus. Expressum (sanè) & apertum iræ diuinæ contra Hæresiarcham illū, testimoniū ac iudicium. Phthiasis siue pediculari morbo & uermiū corrosione uisceribus pueridis, etiā in uerūdis & secretioribus partibus, ad mortē usque diuexatus fuit: quomodo Antiochus, in canonicā Machab. hist. periisse memoratur. Herodes infanticida,

Honorij

Hæc Cuspinianus. Non dissimilis fuit miseri Caluini functus & luctuosus calamitosusque decessus, propter blasphemias, hæreses, ac alias eius generis impietates quibus abudauit. Ex enarratis historiis exitus, quem habuerunt impij hæretici, patet quomodo tales hæreticorum antesignani, & (vt dici volunt ac gaudent) Patriarchæ, qui semel catholicam fidem abiurarunt, conteritur omnino, nec facile videas aliquem resurgere à lapsu, & ad sanam redire mentem.

Eccl. c. 7. Quæ Deus despexit, nemo corrigere potest, inquit, *Eccl. c. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium, nempe æternum: Valdè appositè auonymus commentator*

Chrysi. n. ope. imp. in Matthæi, qui sub D. Chrysofomi nomine in opere imperfecto, crebrius citari solet, scribit, ad verba illa. *Qui ceciderit, confringetur, &c.* Aliud est confringi, aliud autè comminui. Quod confringitur, aliquid remanet de eo quod fuerit fractum: Quod autem minuitur, minutatim quasi in puluerem conuertitur, & nihil inuenitur ex eo. Qui super lapidem cadit, non lapis eum frangit, sed ipse se frangit ad lapidem. Ideò quod cadit super lapidè, non tantum se frangit, quantum est lapidis virtus, sed quatum fortiter ipsum ceciderit. Fortiter autem cadit, quod cadit, propter duas causas, aut propter pondus suum, aut propter altitudinem suam. Quod enim ponderosum est, & si de humili loco cadit, fortiter cadit: quod autem de alto cadit, propter altitudinem spatij, & si leue fuerit, grauius cadit. Super quod lapis cadit, non quæritur an graue fuit quod inuentum est subrus, aut leue, nec de alto aut de humili. Hæc ibi. Quorum omnium applicatio est facilis. Superest vt huic conuersioni finem desideratum imponentes, gratos nos, non autem ingratos erga Deum ob suscepta innumera beneficia, exhibeamus, nec Deum ab oculis mentis nostræ & interno conspectu abijciamus, sed in vinea domini strenuè & grauius laborantes, dignos pœnitentiæ fructus faciamus: ne à nobis auferatur regnum Dei: Sicut istis dictum fuit colonis malis, à quorum animo longè discesserat dominus, Peregrè idcirco profectus, dictus hoc loci, quippe qui longè velut distantem arbitrati sunt. Rectè de anima meretricis dictum est, Prouerb. 7. *Non est vir in domo sua, abiit via longissima.* Ita enim misera credit anima. Rectè quoque pater Regius de peccatore ait, *Non est Deus in conspectu eius, ideo inquinata sunt via illius in omni tēpore. Auferantur iudicia*

facie eius. Seruus ille malus cœpit inebriari: quia credidit dominum longè abesse, ac ideo longam facturū mortem, Matth. 24. Adde quòd cum dominus dissimulet peccata hominum propter pœnitentiam, videtur longè profectus. Ne ergo longanimitatis & patientiæ eius bonitate contemnamus, sed cogitemus porius, quia non longè est ab vnoquoque nostrū: *In ipso enim viuimus, mouemur & sumus.* Act. 17. prouideamus dominum in conspectu nostro semper, vt per eius gratiam in omni opere bono fructificantes, vitam tandem consequamur æternam, Quam nobis concedat qui in Trinitate viuut & regnat, Amen.

SABBATO POST DOMINICAM SECUNDAM QUADRAGESIMAE,

De filio prodigo, Luc. 15.

Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis, patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et dimisit illi substantiam. Et peregrè profectus est in regionem longinquam, & dissipauit substantiam suam, & cetera.

HOMO QUIDAM, id est, perditis moribus iuuenè intemperantè, & libidines non coërcentem verè τὸν ἄσωτον, hoc est, helluonem, dectorem & prodigum, præsens nobis depingit, viuisq; (quod auunt) coloribus delineat parabola Euāgelica. Cuius multi reperiuntur similes, de quibus ipso statim exordio non nihil dicere uille existimaui, à sacra initium ducens historia. Scribitur itaque, Deut. 21. *Si genuerit homo filiū, cōtumacē & proteruū,*

Deut. 21 *qui non audierit patris ac matris imperium, & coërcitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent ad portam iudicij, dētinque ad seniores ciuitatis illius. Filius noster iste proteruus & cōtumax est: monita nostrā audire contēnit, comestationibus vacat, & luxuriæ atque conuiujs: Lapidibus eū obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malū de medio uestri, & uniuersa Hier. ab sua Israël aud:ens pertimescat. Voluit Dominus (ait ibidè F. oleastro Hieronymus ab oleastro Lusitanus Prædicatorij ordinis) in 21. c. tam graui eos pœna affici. Sed tam cæcus est parèrum erga deum. filios amor, vt rarò eos, quantūcūq; peruersos, ad iudices, Deut. 21 hac pœ*

hac poena multandos, adducant. Proh dolor! Neque parentes filios castigant, neque eos Magistratui, aut praeceptoribus castigandos tradunt. Hæc ille. Consentit ius civile

Leg. 3. C. de pat. potestate, quod Imperator Alexander sic rescripsit. A. midoro: Si filius tuus in potestate tua est, res acquisitas tibi alienare non poterit. Quem si pietatem patri debitam non agnoscit, castigare iure patriæ potestatis non prohiberis acriore remedio vsurus, si in pari cõtumacia perseuerauerit: eumque praesidi prouinciæ oblaturus, dicturo sententiam, quam tu quoque dici uolueris. Et leg. 4. C. eodem Imp. Valerianus & Gallienus A. A. Calæ cuidam matronæ sic quoque rescripserunt: Congruentiùs quidem uideatur, intra domum inter te & filios tuos, si quæ controuersia oriuntur, terminari. Sed si ita res fuerit, ut pro iniuriis eorum ad ius experiendum processeris, aditus praesens prouinciæ, si prouentam ad inclementiores iniurias improbitatem deprehenderit, lætam pietatem seuerius vindicabit. Hæc illi. Ad nequitiam enim omnem, fenestram patefacere filiis est nimium & plus iusto indulgere illis, quod Baptista Mantuanus Parthenices primæ lib. 1. hoc carmine est complexus:

Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.

Mant. l. 1. parthenices primæ.

Hinc fit ut profusi & perditii luxus, aliqui euadant, qui patrimonium totum abliguriant (ut iste fecit.) Memoratur apud Athenæum lib. 4. c. 20. Ctesippus quidam, usque adeo intemperas ac prodigus, ut paterni etiam sepulchri, in quod populus Atheniensis mille drachmas impenderat, lapides ob voluptatem vendiderit. Et Macrobius lib. 3. Saturnaliorum dierum cap. 13. de luxu seu luxuria Fabij Gurgitis, scripsit illum a deuorato patrimonio cognominatum, sed postea insignibus virtutis secutæ, inquit, vitia prioris compensauit ætatis. Athenæus lib. 4. ca. 10. contra intemperantes seueritatem Arcopagitarum refert, dicens: Quod intemperantes, qui nulla ex opulentiâ uiuebant antiquitus uocariunt Arcopagita: atque punierint, scripserunt complures, ex quo effectum fuit ut Menedemum & Asclepiadem novos philosophos & pauperes aduocarint, interrogauerintque qui fieri poterat, ut totum diem rebus Philotopicis operam nararent, ac nihil prorsus possiderent, corpora tamen ita bene se habeant. Tum hi iusserunt molitorem quendam accersiri, qui cum uenisset dixissetque quod singulis

noctibus

noctibus in molendinum ingressi, rotam uoluentes, duas drachmas utriusque capiunt. Admirati Arcopagita, ducentarum drachmarum munere eos decorarunt. Democritum præterea Abderita quia bona paterna absumpserat, publice condemnarunt: sed ubi mundi feriem, inferiorumque arcana declarasset, atque in hæc discenda se omnia bona consumpsisse affirmasset, continuo dimissus est. Hæc Athenæus ubi supra. In quendam prodigum nomine Cinnam inuehitur Martialis libr. 9. Epigram.

Dixerat Astrologus periturum te cito, Cinna:

Nec puto mentitus, dixerat ille mihi.

Nam tu dum metuis, ne quid post facta relinquas,

Hausisti patrias luxuriosus opes.

Bisque tuum decies non toto tabuit anno.

Dic mihi, non hoc est, Cinna, perire cito? Hæc ille.

In iuris prudentia ueteri inter Solonis leges, Pardulphus 46. posuit sic Græcè: τὸ ἰσχυρὸν ὀλίαν δεπαιήσων, ἀτιμὸς ἔστω. ter leges id est, Qui patrimonij sui versuram fecerit, qui facultates Solonis lib. 1. & substantiam suam consumpserit ac profuderit, infamis esto. 46.

Solon patrimonij eueriores infames esse, iubet, ut patet ex Diogene Laërtio lib. 1. in Solone, circa medium, qui patrimonij versuram fecerit, ignobilis & obscurus esto. Item, is qui sectatur otium, omnibus acculare uolentibus, obnoxius esto. Hæc Laërtio ibi. Moribus receptum ait Iulius Paulus lib. 1. receptarum sententiarum, tit. 5. prodigis bonis interdici: lus in sententiis.

Quando tibi bona paterna habita, nequitia tua disperdis, liberis que tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi eare commercioque interdico. Quod duodecim tabularum lege cautum erat his uerbis, leg. 28. Prodigio bonis interdictum esto. Elius Spartianus in Adriano Cæsare post mediam, decoctores, inquit, bonorum suorum, si sua auctoritatis essent, Catamidiari in Amphitheatro, & dimitti iussit. Nota Catamidiare uerbum esse Græcum ad latinam declinationem deflexum: *καταμίδιαν* pro deridere, Catamidiari id est, deridèdos omnibus per theatrum praberit, à *καταμίδιαν* deridere, ludibrio habere, mitrare id appellant, traducere latinè dicitur. Veluti qui mitellati in scalario suggestu lasciuicis plebeculæ scurrilitates obaudire perfrecta fronte ad aliquod horas coguntur: quo ludibrii genere, qui multis vxoribus abutuntur apud nostrates plectuntur, ut cum esse adhuc puer me uidisse memini. Scribitur leg. 1. ff.

Marti. l. 9. epigr. 84.

Lex. Elius Spart. in Adrian.

Lex.

M m de cu

de curatoribus furioso & aliis extra minores dandis, leg. duodecim tabularū, Prodigio interdicitur bonorū suorum administratio. Prætores si talem hominem inuenirint, qui neque tēpus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerādo & dissipando profudit, curatore ei dent, exemplo furiosi, & cætera. item leg. i. C. de Curatore furiosi vel prodigi Antoninus Augustus rescripsit sic. Curatores impleta legitima ætate, prodigis vel furiosis solēt tribui. Prodigum autem sic definit Vlpian⁹ leg. prima D. de curatoribus furioso dādīs, qui neque modum neque finem expensarum facit, vt supra attigimus. Apud Pardulphum lege secunda 12. tabularum. Neque filiis quidquā in bonis, viuētibus patribus, esto statuitur illud, vt iam inciuilis appareat adoleſcētioris huius prodigi postulario, *Da mihi portionem substantia, &c.* Eam fuisse parentum in filios potestatem, vt nihil in bonis, viuīs patribus, haberēt; idque leg. duodecim tabularū cautum ait Alexander ab Alexandro lib. 6. Genialium dierum c. 10. post principiū. Neque filiis, inquit, quicquam in bonis esse, patribus viuētibus voluere, nisi patri iure emancipatione solutus foret, aut se iubente, sponsam filius duxisset, quem etiam pater occidere poterat. Hęc ibi.

Alexā. ab Alex. lib. 6. genial. c. 10.

D. Eras. l. 3. Apoph. i. Diogene Cynic.

Erasmus lib. 3. apophthegmatum in Diogene Cynico, apoph. 88. Præteriens Diogenes prodigi cuiusdā ædes inscriptionem habētes, Venales facile, inquit, diuinam fore, præ immodica crapula domū euomeret. Iam enim domum absumpserat, antequam venalē proſcriberet. Vomitus igitur erat ille veriūs quā venditio. Hęc Erasmus cōtra eos qui dilapidāt bona sua, appositē & falsissimē dicētur. Narrat Plutarchus to. i. vitarum in Pericle circa finem vitæ ipsius, quod filium habuerit Xantippum nomine, qui quidem cum sua sponte prauus erat, tum vxorem iuuenē sumptuosamque duxerat. Hunc patris offendit frugalitas, in suppeditanda minuratim pecunia restrictioris. Misit itaque ad amicum quendam, à quo patris nomine nummos accepit mutuo, quē post quum repereret suum, etiam in iudicium Pericles vocauit. Adoleſcens eo facto offensus Xantippus, insectatus est parētem, ad mortem vsque simultate atroci in pestilētia autem Xantippum sustulit morbus. Hęc etiam Plutarchus. Hoc ex Plutarcho Petrus Arodi⁹ decretorum

Pluta. to. i. vitarū in Pericle.

Petr. A. rodii l. lib. 2. tit. 23. de senatusconsulto Macedoniano sic recellit. p. decret. tit. 23.

Pericles ille summus Imperator & orator Atheniensis, Xantippum filium habuit contumacem, inuerecundum, & prodigum.

prodigum. Is adiit amicum, atque familiarem patris, à quo pecuniam mutuum accepit. Hęc cum à Pericle exigeretur, cautum abest qui soluere voluerit, vt contrā, creditorem in eius eo nomine vocauerit, quod filio suo, in sua potestate constituto, luxuriæ & incontinentiæ fomitem adhibuisset, hoc est pecuniā se infcio credidisset. Patrem enim cōſulere debuisset, quia verisimile non erat, mādasse se vt hoc æs ab alio sumeretur: Item quod creditor se diceret amicum atque familiare patris, hoc ipso non potuisse ignorare ingratum & lasciuam filij. Itaque non modò perditore creditum & lasciuam filij. Itaque non modò perditore creditum, sed credendo, filium alienum perdidisse. Dicemusne tantum oratorem hanc actionē instituisse, si nō aliquid simile Athenis veritum erat, quod longē postea Romæ, sub Claudio & Vespasiano Impp. pro filiis familias aduersus creditores? Certē quod Plutarchus ait cuius controuersia causa exasperatum adoleſcentem aduersus patrem, efficit, vt mihi persuadeā, creditorem, lite atque iudicio superatum, & secundum Periclem pronunciatum esse. Hęc Arodius Theophilus antecessor institutionum li. 4. tit. 7. quod cum eo qui aliena in potestate est, negotiū gestum esse dicitur, §. illud proprie fuit quidam Macedo Romæ (id enim nomē erat homini) qui cum in potestate patris esset, grande æs alienum cōflauit, sperans futurum, vt mortuo patre suo, facile id dissolueret. Quum multū iam temporis transisset, gravis ei & molestus cœperat esse creditor debitum repetens: Macedo, quum non haberet unde redderet (nam quomodo, qui in potestate esset) patrem suum occidit. Relata res est ad Senatū: Et ille quidē pœnas dedit parricidij, verum Senatuscōsultum factum est, quod Macedonianum vocatur, quo cauetur, ne qui liberæ personæ alieno iure subiectæ mutuum dedisset, actionem eo nomine haberet. Hęc autem idē constituta sunt à Senatu, quoniam saepe comperit est, iuuenes magna æris alieni mole obrutos, quod per luxum libidinēque prodegerant, vitæ parētum suorum insidias moliri. Hęc Theophilus. Verū Vlpianus l. i. D. de Senatusconsulto Macedoniano, ſeneratorum Macedonem appellari scribit: Ait enim: Cum inter ceteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiā æs alienū adhibuisset, & saepe materiā peccandi malis moribus præstaret, qui pecuniam ne quid ampliūs diceretur, in ceteris nominibus crederet, vt scirent qui pessimo exēplo ſenerarent, decretū, ne actio talibus petitiōque daretur:

Theophilus instit. lib. 4. tit. 7. §. illud proprie.

& quæ ibi referuntur cetera. Incertis nominibus exponit ad marginē scholium, quia non exprimebat causam Macedo, quod turpis esset. Quum igitur Macedo pecuniā crederet, fenerator erat, non autē mutuo accipiebat, sed potius dabat: Et ne ex propriis rationibus conuinceretur, se filiis familiaris in malos vsus mutuam pecuniā dedisse, incerta nomina non expressa ponebat, Cautio certē bona contra prodigos filios-familias, vt eis mutuo nō detur pecunia decoquenda & absumēda. Cōtra huiusmodi helluones cautum erat (vt scribit Athenus li. 6. c. 2.) apud Corinthios, inquit,

Athena⁹
l. 6. ca. 2.

*Opsonis si quem videmus splendide
Semper sui, rogare victus suppetit
Hinc vnde, suo quid facit, si sufficit,
Huic victui reditus, siui velinquimus.
Si coningit supra hunc opes impendere,
Iubetur id non amplius fecisse, qui
Ni pareat, pœnam solent imponere.
Si nihil habens prorsus videtur splendide
Vixisse, carnisici datur: per Herculem
Nulli licet vixisse sic furtis suis
Intelligit, sed est necesse noctibus
Spoliare furarum, vel cum quopiam
Habere partem, falsa testari, in foro
Falsò vel accusare, pessimum genus
Purgamus hoc, & per Iouem rectissimè.*

Subiungitur statim: Digna res esset profectò, maxime que conueniens, vt Athenis etiam hæc cōsuetudo obseruetur. Hucusque ex Athenæo, Natale de comitibus interpretate. Si contra ignauos & nepotes ac comestatores hoc iure nunc vteretur Magistratus, non certè tot prodigi omnia impunè deuorantes inuenirentur. Tales notamus nominibus & appellationibus emphaticis, vernaculo sermone etiam *gouffres* & *faineantz*, gurgites & malè feriatos latine vocantes. Ex patrum vero incuria & coniuuentia filiorum quorundam delicatius educatorum hoc tatum scelus per-

Eccles. 7. crebuit. Notent patres quod Ecclesiasticus capite septimo

Ephes. 6. scribit: *Filij tibi sunt? Erudi illos, & curua illos à pueritia illorū.*

Ephe. 6. Patres educate filios in disciplina & correptione domini.

Quod si sanctas non audiunt literas: vel saltē (ad verecundiam eorum dictum volo, vt pudore suffundantur) audiant *var. hist.* & sequantur Ethnici cuiusdam patris memorabile exemplum, quod ab Eliano variarum historiarum libro primo

capite

capite trigesimo quarto; sic narratur. Homo quidam genere Mardus, nomine Rhacoces, septem habebat liberos, sed ex his omnium minimus natu nomine Cartomes, magos & sapientes multis damnis affligebat. Primum igitur eum pater instituire & verbis reducere in viam tentabat: Verum cum ille non admitteret disciplinam, & quodam tempore vicini iudices eò venissent, vbi sedes suas habebat adolescentis pater, ille comprehensum filium; & manibus in tergum reuinctis, ad iudices abduxit. Ibi, quæcumque vnquam per audaciam deliquisset, cum accusatione commemorauit: & à iudicibus postulauit; vt adolescentem ad mortem raperent. At illi animis consternati suis sententiis eum condemnare noluerunt; sed vtrumque ad Regem Persarum Artaxerxem adduxerunt. Mardo vero semper instante, & eadem contendente, excipiens Rex ait: Potest ne es etiam ferre, vt filius in tuo conspectu vita priuetur? Qui respondit, Maxime: Quoniam in hortis etiam cum nascentium lactucarum sulculos amaros destringo & amputo, tantum abest vt dolorem ex eo mater ipsorum lactuca patiatur, vt etiam magis efflorescat; item magnitudine & dulcedine plus augeatur. Ad eundem modum, ego, ô Rex, cum videro eum; qui meam familiam ledit, & vitæ fratrum officit; obstatque, vitam amittente, & à suis in ipsos iniuriis prohiberi; etiam ipse amplificabor, & reliquos mei generis similiter mecum prosperam fortunam agere conspiciam. Quibus auditis, Artaxerxes Rhacocem collaudauit, & in collegium regiorum iudicum coaptauit; his verbis præsentem allocutus: *Qui tam seueriter & iuste de propriis liberis sententiam audeat pronunciare; omnino etiam in alienis criminibus incorruptum & sincerum iudicem se præstabit: adolescentem vero præsentem; culpa liberauit; grauissimam mortem interminatus, si præter antecedentia peccata, in posterum simili in crimine deprehensus fuisset. Hactenus ille. Non quæro vel exigò à patribus, vt summo iure agant in filios delinquentes, filiorumve extremum procurent supplicium apud iudices: hoc à mansuetudine & lenitate Evangelica ingenitaque clementia ac misericordia paterna remotius aliquis fortassis nec iniuria dixerit: sed hoc vnum à patribus neruis omnibus & precibus contendo, vt vel ipsi filios pro officio & iure patriæ potestatis corrigant, vel castigandos Magistratui tradant; vel (quod*

est humanius) preceptorib. & institutorib. grauiſſimis utique viuis, verberandos committant, cum insolenter se offerre viderint. *Qui parit virga* (ait Sapiens Salomon, Prou. 13. & 23. *odit filium suum: qui autē diligit illū, instanter erudit.* Idē c. 23. *Noli subtrahere à puero disciplinā. Si enim percussus eū virga, nō morietur: Tu virga percutes eū; & animā eius de inferno liberabis.* Nota, pater, quia animā filij tui de inferno liberabis, si castigaueris, à tēporali supplicio & à furca, eos cōtēns, itēque ab orco & aeterna morte animā eius eruis. *Quis est filius, quem non corripit pater?* Hebr. 12. *Quid si extra disciplinam estis: ergo adulteri & non filij estis,* ibidem. Vulgo dicere solemus: *Qui bene amat, bene castigat.* Amoris *Apoc. 3.* Dei virga nos signū est disciplina domini. *Apoc. 3. Ego quis amo, arguo, & castigo,* ait ille. *Quem diligit dominus, castigat: flagellat autem dominus omnem filium quem recipit,* Hebr. 12. *Heb. 12.* Psal. 88. *Si dereliquerint filij eius legem meam, visitabo in virga.* *Psal. 88.* *iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: Misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* Qui virgis parentum parentes, oderunt filios suos, non quidem affectu, sed facto. Perdere filium, non est verē amare, sed potius odisse. Plantas dum tenerē sunt, facili, in affectu, postquam verō adauerint, flectendo rumpuntur. Magna sunt vititates tempeſtina correctionis. Praestare dicunt, nostri vt pueri plorent, quā parētes. Puniuit Deus Hely, quōd filios flagitiosos, non pro eo ac debebat castigasset. Nota est inuenis, illius hystoria, qui cum ad crucem raperetur, colloquens matris nouissimum petiit, orāque ad matris aurem aduocato, auriculam eius, mordicus auulsit. Narratur à Iouianus Pontano, Pontano tomo primo libro de libertate capit. 9. sub *tanus to.* finem. Auiā nostra matēna, inquit, probatissima femina 1. libr. de referre nobis, pueris in admonitionibus solebat, exemplum post magnopere diuulgatum: Locupletem mulierem, ynicum cum haberet filium, eumque patre orbatum, ita illum à teneris educaſſe, annis vsque ad adoleſcentiæ florem, vt ipsa indulgente amplum patrimonium turpissimis, artibus ante viceſimum annum abſumptum ac dissipatum ab illo fuerit: Adoleſcentem, cum egerē cepisset, assueſſe rapere, furari, iusiurandum vendere, Captum autē à Prætorē, cum ad supplicium duceretur, impetrasse vt sibi matrem sine teste alloqui in via liceret: quæ vbi aurem filio admoisset, tum illum mordicus matris nasum apprehensum auulsiſſe dentibus, arque in humum expulsiſſe exclamauit

clamantem. Sit hoc, ciues, matēna educationis pretium. Disceant igitur matres aliæ, liberos suos bonis artibus educare. Non prætor, inquit, sed mater mea, me ducit ad suspendium. Hactenus Iouianus Pontanus. Cuius encomium breuiter descriptum habes, in Alexandro ab Alexandro Iurisperito Neapolitano genialium dierum libro primo capite primo, ipso libri exordio. Accersebat me, in primo capite primo, ipso libri exordio. Accersebat me, in primo capite primo, ipso libri exordio. Accersebat me, in primo capite primo, ipso libri exordio. *Alexan. ab Alex. gemal. dier. lib. 1. c. 1.* Parthenope (Neapolim intelligit) vir memoria quidē notissima, strā omnibus bonis artibus atque omni doctrina prædier. *lib. 1. c. 1.* *ius,* cui munditia verborum & compositus ille sermo inueniatur. Exemplum (sanē) parētibus omaibus, præsertim matribus (quæ esse solent indulgentiores) figendum & memoriam tractandum pectore (vt verbis vtar Satyrographi Iuuenalis Satyr. 11.) Meminerint parentes quod dominus (vt Iuuenalis ait Salomon Prouerb. 3.) *quem diligit, corripit, & quasi pater satyr. 11. in filio complacet sibi,* & liberos suos castigent, quos alioqui *Prou. 2.* vix ac nec vix quidem ad frugem peruenturos intelligūt. Sin autem non emendantur plagis, tu tuum fecisti officiū, nec fraudaberis præmio tuo. Præclare dicitur, & persuadetur istud pulchra similitudine de Æthiope, qui si balneū ingrediatur, & si albus non fiat, tamen balneator mercedem suam recipiet. Non morietur aeterna morte, si eum castiges, & si ille emendatus fuerit, castigationemque non auerteretur. Nec delictis iuuentutis liberorum nimium patres indulgeant, vel connineant: saltē moueat, quōd Æsopus insignis ille fabulator proponit de puero & matre, in græco latinis habetur ad hunc modum narratio. Puer ex ludo literario condiscipuli librū furatus tulit matri. Quæ ea verō non corripuisset, sed potius amplexata fuisset, prouectus ætate cepit & maiora furari, in ipso autem furto aliquando deprehensus rectā ducebatur ad mortem. At sequente & lugente matre, ille carnifices orabat, vt pauca quedā matri colloqueretur in aurem: Quæ cū illic ori filij se admoisset, ille aurē dentibus demorsam abscidit. Matre autem & aliis accusantibus, quia nō solū furatus sit, sed iam & in matrem impius esset, ille ait: hæc enim mihi perditionis fuit causa: Si enim cum librum furatus eram, me corripuisset, non ad hæc vique progressus, nunc duce- *Ioā. Ger- son part. 2. ser. 1.* rer ad mortem. Hæc ibi. Ioannes Gerſon Cancellarius Parisien. vir sanē æquē pius ac doctus, parte 2. operum, serm. 2. in solemnitate omnium sanctorum litera K. simile quid

pro concione retulit & narrauit publicè, citato auctore libelli de disciplina scholarium: filius quidam, inquit, nobilis ciuis Romani, qui consumpserat miserè & immudè iuuentutè suam, dum duceretur ad patibulū ad mortē, lequebatur eum pater suus stens, vidit eū filius suus: quæsiuit vt oscularetur patrem suum: pater approximauit, sed filius loco osculi, nasum illi momordit, & erasit. Dum alij cui parent & mirarentur, exclamauit: O pater tu me suspēdis, tu me interficis: si enim me iuuenē (vt debueras) correxisset, ad hanc inhonestam non venissem mortem. Hoc est, o pueri, quod dicere volui, nolo quòd in futuro mordeatis nasum meū. Neq; ego, neq; alij dum prædicamus, & neque magistri præcipuè debemus vos dimittere, quin moneamus & corrigamus vos, ne postmodū mordeatis nasos nostros. Hoc dicebat quædā pia mater pueris suis. Ego taliter

D. Bern. de Euāgel. ater. c. 5. filius, inquit, à patre nō correctus, cum ad suspendium duceretur patre cū lachrymis ad osculū euocato, dentibus præscidit nasum, dicēs, quod quia à patre nō fuerat correctus, moriebatur suspensus. Eccli. 41. *De patre impio quæruntur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio.* Hęc S. Bernardinus: Diligis o pater, o mater filiū? Respōdebis utiq; Maxime. Si ergo filiū (vt naturæ impetus & ingeniu est ad id procliue satis) diligis, filij tui animæ salutē imprimis ama, & rectè (vt oportuit) filium tuum amasti. Dicit enim Plato diuinus in Alcibiade primo, siue de natura hominis, siuem versus inclinando, Qui te amat, amat animū. Nōne corporis tui amator, cum primū species deflorescit, abiēs deserit? At verò qui animū tuū diligit, nunquā deserit, donec ad meliorē frugē peruenias. Hęc Plato. Nolite itaq; o patres, filios, vobis alioqui charissimos, negligere, sed corripite, vt filios corripit decet, & vt patres corrigere suos oportet. De prodigis nunc nobis sermo est. Aelius Lampridius in Antonio Heliogabalo ad Cōstantium Augustum, paulò longius à fine, effusionem siue prodigalitate illius, quū adhuc priuatus esset, nobis significauit scribens, huic eidem priuato quū quidam diceret, nō times pauper fieri? dixisse dicitur: Quid melius, quam vt ipse mihi heres sim, & vxori meæ? Iter priuatus nunquam minus sexaginta vehiculis fecit aua sua Varia reclamante, quòd omnia perditurus esset. Imperator verò etiam sexcenta vehicula

Plato in Alcibiade primo.

Lampridius in Heliogabalo.

dici

dicitur duxisse. Causa vehiculorum erat lenonum, lenarū, meretricum, exoletorum, subactorum, etiam benè nasutorum multitudo. Hęc Lampridius. Hic non cessabo exclamare, o portentum, in vltimas vsque terras exportandum! O scelus! Proh pudor! o scēdū facinus! o infelicem ac miserum! Quod si alia via, nequiuertat patres filios reuocare ad meliorem frugem, exheredandorum filiorum liberam facultatem vnū (vt ita dixerim) patrū solatium, leges Romanæ sanxerunt, ipsiq; permissum parentibus, vt in athenicis patet Coll. 8. constitu. 115. vt cum de appellatione cognoscitur, c. 3. Causas iustas (ait Imperator Iustinianus) ingratitudinis, has esse decernimus.

Si quis parentibus suis manus intulerit.

Si grauem & inhonestam iniuriam eis ingesserit.

Si eos in criminalibus causis accusauerit, quæ non sunt aduersus principem seu Rempublicam.

Si cum maleficis hominibus, vt maleficis versatur, Vel ritæ parentum suorum, per venenum, aut alio modo insidiari tentauerit.

Si nouerca suæ aut concubinae patris, filius sese immiserit.

Si delator contra parentes filius extiterit, & per suam dilationem grauia eos dispendia fecerit sustinere.

Si quis deniq; pater orthodoxus senserit suū filiū vel liberum, nō esse catholicæ fidei, nec in sacrosacta Ecclesia cōmunicare, in qua sunt omnes beatissimi Patriarche (Græcè habetur *ἡ μακαριώτατοι πατριάρχαι*. Nota patriarchas Cōstantinopolitanos vocari beatissimos. Cur nō ergo, etiā Romanus Pontifex, qui est summus?) & sanctas quatuor synodos, Nicenā, Cōstantinopolitanā, Ephesinā primā, & Chalcedonensem, amplecti noscuntur licentiā habeant pro hac maximè causa ingratos eos & exheredes in suo scribere testamento. Et hæc quidem pro ingratitudinis causa decernimus. Sit parentibus pro talibus causis filios exheredandi licentia. Hucusque Imperator & longè plura ibidè connumerat. In decretalibus, de iureiurando, capit. Quintauallis. Glossa ad verbum Exheredaret, nominatim exprimit omnes illas causas, ibique versus iiti adscribuntur.

Vis septem causis exheredes filius esto.

Si patrem feriat, vel maledicat ei.

Carcerè detruum si negligit, ac furiosum

Criminis accuset, insidiā se patet.

Si dederit grauiam sibi damna, nec hoste redemit,

Testari prohibet, aut dat arena iocum.

Si prauos sequitur, vel amat genitoris amicam,

Non orthodoxus, filia quando coit. Hæc ibi.

Habetur etiam lege vnica C. de ingratu liberis, filios contumaces, qui pariter vel acerbitate conuitij, vel cuiuscumque atrocis iniuriæ dolore pulsassent: leges emancipatione rescissa, damno libertatis immerite multari voluerunt. Cùm tamen, vt scribitur lege vlt. C. de patria potestate, libertati tantum à maioribus impensum esset, vt patribus, quibus ius vita: in liberos necisq; potestas olim erat permessa, libertatem eripere non liceret: subaudi, nisi excepta ingratitudinis causa. His prælibatis, quibus persepe in cõcionibus opus erit, vt cùm de officio parentum ac filiorum sermo incidit, & similes loci occurrant: nunc ad textum parabolæ exactius discutiendum accedendum nobis est.

D. Athanasij q. 46. ad Anthio.

Homo quidã habebat duos filios. Inter opera diui Athanasij in quæstionibus ad Antiochũ principẽ q. 46. breuibus verbis, & laconismo quodam (vt ita loquar) cõplectitur totius parabolæ summam ille scriptor quilibet fuerit. Ille homo, inquit, est Deus. Duo filij iusti & peccatores, filius minor nati, qui mente est instabilis: pars illi concernens sunt eloquia & mandata Dei. D. autẽ Hierony. to. 3. ad Damasum exponit parabolam istam de filio prodigo & filio frugi. Incipit beatitudinis tuę interrogatio. Dominus, inquit, tres parabolæ proposuit Luc. 15. è quibus vna est nonaginta nouem ouium in montibus relictarũ, & vnus perditæ, que pastoris humeris est reducta. Aia drachma, quam mulier accenso lumine requisit, & inuenta ea vicinas ad laticinũ cõuocauit, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmã quã perdideram. Tertia verò duorũ filiorum. Obiã verò scias (lector) parabolæ esse propositas vt quomodo, ibi in inuentione pecoris, & drachmæ, læticia est angelorum, & circa manentium vicinarum, sic in publicanorum peccatorumque pœnitentia omnium debet esse læticia, quibus non est necessaria pœnitentia. Quod ait, *duos filios*, omnes penè scripturæ de duorum vocatione populorum plenæ sunt sacramentis. *Da mihi portionem substantiæ*, substantia Dei est, omne quod viuimus, sapimus, cogitamus, in verba prorumpimus. Hæc Deus æqualiter vniuersis & in commune largitus est, euangelista dicente, *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Ioan. 1.

Ille est dexter oculus, qui à scandalis obseruandus est: hæc lætera corporis, hoc talentum, quod nõ est in sudario colligandum; id est, delicatè otiosèque tractandũ, nec in terra detrahendũ: terrenis scilicet cogitationibus obscurandũ.

Qui dimisit eis substantiam, id est, dedit eis liberum arbitrium, dedit mentis propriæ libertatem: & vt viueret vniuersumque, non ex imperio Dei, sed obsequio suo, id est, non ex necessitate, sed ex voluntate, vt virtus haberet locum vt à cæteris animantibus distaret, dum ad exemplum Dei permissum nobis est facere quod velimus: vnde & in peccatores æquum iudicium, & in sanctos aut iustos iustum præmium retribuetur.

Et peregrè profectus est in regionem longinquam. Sciendum est non locorum spatii, sed affectu, aut esse nos cum Deo, aut ab eo discedere. Recessit ergo iunior filius à patre, & peregrè profectus est. *Et Cain egressus est à facie domini, in Geneti memoratur.*

Cum consumpsisset omnia. Naturæ vniuersa bona consumpsit, & consumptis omnibus, cepit egere virtutibus, fonte virtutum derelicto. *Cæpitque egere,* deserto nutricio, qui bona ei fuerat cuncta largitus: iunxit se principi huius mundi, id est, diabolo, tenebrarum rectori.

Qui misit illum vt pasceret porcos. Porcus animal immundum est, quod cæno & sordibus delectatur. Talis est dæmonum multitudo. Misit ergo eum in possessionem suã, id est, suum effecit esse famulum, vt pasceret porcos, immolæs ei animam suam. Ruxuriosus adolescens, nõ poterat siliquis saturari, quia semper voluptas famem sui habet, & transacta non satiat. Possumus & aliter, siliquis interpretari, dæmonum cibis est, carmina Poëtarum, secularis sapientia, rhetoricorum pompa verborum: verum nulla ibi saturitas reperitur, nulla refectio iustitiæ reperitur. Studiosi earũ rerum in fame veri & virtutum penuria perseuerant. Huius sapientiæ typus & in Deuteronomio cap. 21. sub mulieris capite figura describitur, de qua diuina vox præcipit, *vt si viralites eam habere voluerit uxorem, culum eam ei faciat, vniuersas pressecet, & pilos auferat, & cùm munda fuerit effecta, tum tangat in victoris amplexus.* Hæc si secundum literam intelligimus, nõne ridicula sunt: itaque & nos hoc facere solemus, quando philosophos legimus, quando in manus nostras libri veniunt sapientiæ secularis: si quid in eis vile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus: si quid vile

Deut. 21

vetò

verò superfluum de idolis, de amore, de rerum secularium cura, hæc radimus, his caluitiū inducimus, hæc in vngutum morem ferro acutissimo defecamus, absit vt de ore Christiano sonet, Iupiter omnipotens, & me hercule, & me Castor & cætera magis portenta quàm flumina.

Quanti mercenarij in domo patris mei abundat panibus. Mercenarios eos animaduertimus ex Iudæis, qui ob præsentia tantum bona, legis præcepta custodiunt. Sensus itaque iste est. Quanti ex Iudæis ob præsentia tantum bona à Dei obsequio non recedunt, & ego egestate conficior.

Surgens ibo ad patrem. Pulchrè dicit, surgès, patre quippe absente nõ steterat. Peccatorum iacere, iustorum stare est, ad Moysen dicitur; Deut. 5. *Tu verò hic sta mecum:* & Psal. 133. *Omnes serui domini, qui statis in domo domini, ad benedictionem domini stantes propheta in domo domini cohortantur.*

Peccavi in cælum & coram te. Peccauerat in cælum qui Hierusalem cælestem reliquerat matrem; peccauerat coram patre, qui conditore deserto, ligna fuerat seu idola veneratus. Non erat dignus vocari filius Dei, qui esse seruus maluerat idolorum: omnis enim qui facit peccatum de diabolo patre natus est.

Fac me sicut unum de mercenariis. Fac me, inquit, sicut unum ex Iudæis, qui te ob præsentium tantum rerum promissa venerantur. Recipe filium pœnitentem, qui mercenariis tuis peccantibus, sæpissime pepercisti, pater verò osculatus est eū, iuxta illud quod in cantico canticorum cap. ecclesia de sponsi præatur aduentu. Osculetur me osculo oris sui. Nolo mihi, dicens, per Moysen, nolo per prophetas loquatur: ipse meum corpus assumat, ipse me osculetur in carne. Proferte stolam priorem, induite eum stolam quam Adam peccando perdidit: Stolanam quæ in alia parabola indumentum dicitur nuptiale, idest, vestem spiritus sancti, quam qui non habuerit, non potest regis interesse conuivio. Et dare anulum in manu eius, signaculum similitudinis Christi, secundum illud Ephes. primo, *In quem creditis signati estis spiritu repromissionis sancto.* Hoc signaculum in manu datur, quando opera iustitiæ, scriptura significat.

Et calceamenta in pedibus eius. Ne vbi coluber insidians plantam ingredientis inuaderet, & vt præparetur ad euangelium facis, & dictum propheticum conueniret, *Quoniam Esai. 52. speciosi pedes euangelizantium pacem.* Esai. c. 52.

Deut. 5.
Psal. 133.

Cant. 1.

Ephes. 1.

Esai. 52.

Occidite vitulum saginatum. Vitulus saginatus qui ad pœnitentiæ salutem immolatur, ipse saluator est, cuius quorundam carne pascimur, cruore potamur. Hactenus de persona huius junioris disputatum est, quæ in publicanis & peccatoribus, qui à domino ad pœnitentiã prouocabantur, debemus accipere. Secudū mysticos autè intellectus, de futura quocumque gentium vocatione prophetari. Nunc ad seniores gentium sermo transgreditur, quem multi propriè ad Iudæos referunt. Is audiuit symphoniam. Malè quidam de latinis symphoniam putant esse genus organi, cum cōcors in Dei laudibus conceptus, hoc vocabulo significetur. *συμφωνία*, quippe consonantia exprimitur in latino. Causa huius lætitiæ, salus est gentiū, salus est peccatorū: lætatur angeli, omnis in gaudium creatura cōsentit, & de solo Israël dicitur. *Iratus autem noluit intrare.* Irascitur se absente fratre extimè susceptum. Irascitur eum viuere, quem putabat extinctum: & nunc foris stat Israël, & nunc discipulis euangelia in ecclesia audientibus, mater eius, (synagogam fidelis mecum lætor intelliges) & fratres foris stant, quarentes eum.

Capit pater rogare illum. Rogat autem pater per apostolos, rogat per euangelij prædicatores, è quibus Paulus ait. *2. Cor. 5. Precamur pro Christi reconciliamini Deo.* Nunquam mandatum tuum præterui, ait ille filius, quasi hoc ipsum non sit præterire mandatum, saluti alterius inuidere, ante Deum se iactare iustitiæ, cum nemo coram eo moueretur. *Quis enim latabitur castum se habere cor?* Prouerb. 20. *ne si vnu quidem diei fuerit?* ex Iob. 14. secundum septuaginta translationem, vbi editio vulgata habet: *Quis potest facere munus de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?* Legitur apud septuaginta sic. *τίς γάρ καθ' ἑσθας ἀπό π' υἱος, ἀλλ' ὁ θεός, ἵνα ἵμμερὶς ἴσθαι ἀντὶ τοῦ γῆς.* Quis enim mūdus erit à forde: sed nullus. Si & vn⁹ dies vita eius in terra. Hęc, beneuole lector, adiunxi, quoniam sæpius iuxta versionem septuaginta, citatur hæc autoritas, cōtra secundum recentem & vstratam editionem, cuius in ecclesia vsus est creuerimus & celeberrimus. Prosequitur D. Hieronymus? David confiteretur: *In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea.* Psal. 50. & alio in loco psal. 119. *Si iniquitatem attendis domine, quis sustinebit?* Et hic dicit, nunquã præteruisse mandatum, toties ob idolatriam, captiuitatis traditus: mihi videtur magis se iactare Iudæus, quàm vera

Matt. 12

Prou. 20.
Iob 14.
70. inter.

Psal. 50.
Psal. 119.

Luc. 18.

vera dicere: ad exemplum illius Pharisei dicentis Luc. 18. *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, raptores iniusti, adulteri, sicut & hic publicanus.* Oro te, nonne tibi videtur ea quæ ille de publicano dixerat, dicere iste de fratre? hic est qui *comedit omnem substantiam suam vivens cum meretricibus.* Ad id autem quod ait, *Mandarum tuum nunquam præterivi, patris sermo non congruit.* Non enim confirmavit vera esse, quæ dixerat filius, sed irascentem alia ratione compescuit. *Fili tu semper mecum es.* Nunquid ait, Bene quidem dicis, & fecisti cuncta quæ iusseram? Sed mecum es, inquit, semper. Mecum es lege qua stringeris: mecum es, dum mihi & in captiuitatibus erudiris: mecum es, non quia mea præcepta compleueris, sed quod te in longam regionem abire non passus sum. Mecum es, ad extremum, secundum illud quod locutus sum ad Dauid: *Si dereliqueris filij eius legem meam, misericordiam meam non auferam ab eis.* Psal. 88. Quo testimonio, & id in quo filius senior gloriatur, falsum esse conuincitur, dum in Dei iudiciis non ambulat, & eius mandata non facit. Et quomodo ista non faciens, cum patre semper fuisse dicitur? dum peccans uisitur in uirgæ, & uisitato misericordia non negatur: nec mirandum, patrem eum ausum fuisse mentiri, qui fratri potuit inuidere, maxime cum in die iudicij, quidam impudentius merentur dicentes: *Nonne in nomine tuo comedimus & bibimus, & uirtutes multas fecimus, & damonia eiecimus? Nunquam dedisti mihi hæc, inquit, ille senior, ut cum amicis meis epularer.* Erras Israël: dic potius, ut tecum epularer. Aut potest esse tibi aliqua iucunditas, nisi patre tecum celebrante conuiuium? Saltem exemplo docere præsentem, reuerso filio iniuniore, & pater lætatur & pueri (seruos intelligit iuxta scripturarum phrasim) *manducemus, inquit, & epulemur:* non manducate & epulamini. At tu ea mente qua inuides fratri, qua à patris recedis aspectu, & semper in agro es; nunc quoque vis eo absente inire conuiuium. Nunquam dedisti mihi hæc, ait, nunquam pater deteriora dat munera. Hæbes vitulum immolatum. Ingredere, manduca cum fratre. Quid hæc quæris, cui agnus est missus? Et ne similes te nescire quod missus est, Ioannes tibi cum in eremo demonstrauit: *Ecce agnus Dei.* Et pater quidem quasi clemens & penitentiam tribuens, te hortatur ad vitulum, non immolans hæc quem stare scit ad sinistram. Tu uero in fine scilicet, ipse tibi es hæc immolaturus Antichristum, & cum

amicis

amicis tuis spiritibus immundis eius carne saturandus. *Tu mandisti ei vitulum saginatum.* Confretur & nunc Israël saginatum vitulum fuisse qui cæsus est: intelligunt uenisse Christum, sed torquentur inuidia, & nolunt fratre non percunte saluari. Ipse autem dixit illi, *Mea omnia tua sunt. Quomodo autem Dei omnia Iudæorum sunt? Nūquid angeli, throni, dominationes? Omnia ergo intelligamus, leges, prophetas, eloquia diuina.* Hæc ei dedit, ut in lege eius meditaretur die ac nocte, ut omnia non ad totum referamus, sed ad partem maximam. secundum scripturarum tropum. *Epulari ergo & gaudere oportebat.* Simili tres parabola, sine clauduntur. Dicit in ista ponitur, perierat & inuentus est. sicut in oue & drachma quod errauerat affertur, ut intelligamus diuersis similitudinibus de eadem peccatorum susceptione signatum. Et hæc quidem in Ethnici persona dicta sunt & Iudæi. Hucusque D. Hierony. sic finiens expositionem: Non ambigo quia inuoluta tibi nostræ paruitatis uideatur oratio. Itaque agnosce dolentibus oculis, id est, ignosce dictanti, maxime cum in ecclesiasticis rebus non queratur uerba, sed sensus, id est, paupibus uita sit sustentanda, non filiquis. Vides, benigne lector, egregium illum patrem, doctoremque eximiū dilucidè & perspicue, breuiterque satis, accommodatissime uerborum negotium complexum fuisse. Ex eo igitur hæc excerpti, & in istum transcriptum locum. Habetur etiā to. 4. inter opera sancti Hieronymi tractatus quidam non inelegans, de duobus filiis frugi & luxurioso, ubi inter cætera dicitur, *Diuisis illis substantiam.* In istis euidenter ostenditur libertas arbitrij, quam animæ rationali specialiter addidit creator Deus. Vide ergo, pater iste quomodo nec illum uolentem discedere retineat, nec libertati arbitrij auferat potestatem: neque alium manere cupientem cogat abscedere, ne forte sequentium malorum, quæ postea his suo uitio acciderent, ipse potius auctor esse uideatur, si illis libertatem propriæ uoluntatis absciderit. Itaque & petenti dat, quia ex nobis non à Deo inopiæ & offensionis nostræ causa proficiscitur. Peregrè profectus est. Quod ait, longè: non locorum intercapedinem, sed declinationem mentis, expressit. Hinc beatissimus Paulus dicit, *Uos qui aliquando longè fuistis, nunc facti istis propè.* Penitet tandem illum erroris sui, & sentit quid ipse sibi nocuerit, qui de parte ad alienos, de domo, ad exiliū, de opibus ad elemosinam de abundantia ad famem transierit: in hoc loco seruatis & misericordie reminiscens incipit cogitare de reditu, & secum

D. Hier.
to. 4. de
duobus filiis frugi
& luxurioso.

secum ipse reputans dicit. *Dicam patri meo, peccavi.* Ostendit scriptura hæc patrē non hominem intelligi debere, sed Deum. Quandoquidē non solum cælū nominat in confessione peccatorum supplex pœnitens, sed dicit in conspectu tuo. Deus enim est in cōspectu peccatorū omnium solus, a quo nec in corde meditata abscondi possunt. *Scrutans, inquit, corda & renes Deus. Pater verē occurrit, amplectitur & osculatur.* Apertē hīc charitas i homines diuina describitur.

Iussit annulum dari, siue signaculum salutaris symboli, seu magis despoliationis in signe, & nuptiarum pignus illarum, quibus Christus ecclesiam suam sponfat: cum omnis anima respiscēs per annulū fide iungitur Christo. Et mortificationis species, calciamentū apponitur, qui de animalū mortuorū pellibus cōficuntur. Addidit *& vitulum saginatum.* Saginatum autē verē dixit, quia pinguis & opimus, tantū est, vt pro totius mūdi salute sufficēs sit, odorē suauitatis & nidorem immolationis ad Deum mittere, & pro omnibus exorare, intellige (amice lector) exorare, ipsa passionis suæ efficacia, & sanguinis proprii pro nobis fusi potentissimo merito, quomodo D. Ioan. i. *hærois* dixit eum aduocatū esse, quia est propitiatio pro peccatis totius quædi. Hactenus ex illo tractatu desumpta sunt superiora: que non parū illustrent parabolā, & ad longē maiora viā parant, & aperiunt sensu legentib. & accuratius meditātib.

P. Chryf.

Diui Petri Chryfologi hoc etiam ordine quinque priores sermones statui cōpendio quodā contrahere, & hic inferere. Igitur serm. 1. ad verba: *Da mihi portionem substantiæ.* Quantum pius pater, inquit, tantū hæres impatiens, qui patris fatigatur ad vitam. Hic ipsam prærogatiuā filij meruit non habere, qui ea quæ patris erant, noluit possidere cum patre. Liceat mihi contra adolescentioris istius audaciam hīc aliquantulum digredi. Norum est, quia viuente patre filius familias secundum humani iuris dispositionē, hæreditatis nō habet liberam administrationem & dominium, cum sub patria degat potestate ac imperio, & vt uinuis scripsit apostolus, *Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cū sit dominus omnium, sed sub iuribus &*

Gala. 4.

actioibus est, usque ad præfinitum tēpus à patre. Galat. 4. Quis ergo filius ipso iure sit hæres, ac dominus in radice (vt ita dicam) est enim hæc bona consequentia, filius, ergo hæres, ergo bonorum dominus, vnde apostolus. *si filij & hæres.*

Rom. 8.

Gala. 4.

des. Rom. 8. & Galat. 4. *quod si filius & hæres per Deum, tantū*

uiuente patre non habet plenam & liberam hæreditatis & bonorum dispositionem, vsum, & alienandi potestatem, atque pro libito administrationem. Qua ergo fronte audet iste petere à patre substantiæ portionem? Sed quod Ouid. lib. 1. *Metamorphoseōn* scripsit, de ætate ferrea in illo & eius similibus impleri videmus.

Filius ante diem patris inquit in annos.

Vitū iacet pietas.

Subdit Chryfologus. Diuisit illis substantiam, ambobus scilicet, vt scirent filij, quod antē pater tenebat, non fuisse auaritiæ, sed amoris. Ad porcos egens mittitur, vt seruiret canoso pecori. Ado quod Horatius lib. 2. *Epistolarum* ad Iulium Florinum epistola in ordine secunda composuit hemistichium siue dimidiatum versum.

— hæc luctulenta ruit sus.

Et lib. 1. *epistolarum* epistola ad Lollium 1. in ordine autem 2. alterum eiusdem hemistichium adiungo.

— Vel amicaluro sus.

Et Virgilius lib. 1. *Georgicōn.*

Immundi meminere suos iactare manipulos.

git. Expertus est miser, quod est penes patrem dulcis conditio, libera feruitus, absoluta cuius odia, timor letus, blanda vitio, paupertas diues, secura possessio. Namque ad patrem labor respicit, fructus redundat in filios. Sermone secūdo: *Surgam & ibo ad patrem.* Qua spe, inquit? qua fiducia? qua confidentia? Illa qua pater est. Ego perdidit quod erat filij: ille quod patris est non amisit. *Peccavi in cælum.* Cui peccatur in cælo, non terrenus pater est, sed cælestis, idēo adiecit: *coram te.* Peregrē profectus est & in regionem longinquā fugerat iste, sed accusatores suos, sed teites suos, diuini patris oculos non refugit. Hoc David clariùs aperit sic dicendo, *Psalm. 138.* *Quō ibo à spiritu tuo, & quō à facie tua fugiam? & quæ ibi sequuntur. Non sum dignus vocari filius tuus.* Non dicit, non sum dignus esse filius, sed vocari. Quia vocari ad gratiam pertinet, Esse ad naturam. Audi apostolum dicentē, *Ab eo qui vos vocauit in gratiam suam.* Galat. 1. Galat. 1.

Hic ergo adolescentior, quia perdidit quod erat nature (interpretor perdidit, hoc est, abutendo naturalibus suis corruerat bona nature) indicat se, quod est gratiæ non mereri. *De filiquis non potuit saturari.* Luxuriosos etiam satietas capere non potest. Voluptas nescit expleri. *Chryf. Sermo. 3.* *Occidit super collum filij, pater. Vt erigeret sic iacens.* serm. 3.

Horat. li. 3. epist. epist. 2.

& lib. 1. epi. epist. 2.

Virg. lib. 1. Geor. gicōn.

Chryf. log. ser. 2. de prodigo.

psal. 138.

Galat. 1.

serm. 3.

tem. Cecidit super collum eius, ut amoris onere, onus tolleretur peccatorum. *Venite ad me qui onerati estis, tollite iugum meum super vos.* Matth. 11. Item, *cecidit super collum eius, quia non sustulit filij nuditatem, illam ideo tegere voluit. Cuius proferte stolam primam.* Non dixit unde venis? Vbi fuit? ubi sunt quæ tulisti? quare tantam gloriam tuam turpitudine commutasti? *Sed cito proferte stolam.* Tardam misericordiam pater nescit. *Et date annulum.* Paterna pietas contenta non est, innocentiam reparare solam, nisi pristinum restituat & honorem. *Et date calceamenta.* Quam pauper rediit, qui ditatus abscesserat, & de tota substantia, calceamenta in pedibus non repparat. Ne autem vel in pede remaneret deformitas nuditatis, vult ut calceatus anterioris vitæ rediret ad cursum. *Occidite vitulum saginatum.* Communis vitulus non sufficit, nisi fuerit pinguis, nisi fuerit saginatus. Vitulus pinguis testatur paternæ pinguedinem charitatis. Sermo. 41. Senior filius audiens symphoniam & chorum nolebat introire. Hunc peruenire zelus non finit. Liuor non patitur introire. Inuidia malum vetustum, prima labes, antiquum virus, sæculorum venenum, causa funeris. Hæc in principio ipsum angelum deiecit de caelo. Hæc de paradiso hominem principem nostræ generationis exclusit. Ipsa hunc senioresem fratrem paternam seclusit è domo. Hæc Abrahæ progeniem populum sanctitatis, ad authoris sui cadem, ad mortem sui soluatoris armauit. O zeli tumor, duos non capit domus ampla germanos. Et quid mirum, fratres? fecit inuidia, fecit ut mundi tota duobus esset angusta fratribus latitudo. Namque ipsa Cam iunioris erexit in mortem, ut esse solum zeli liuor faceret, quem primum fecerat lex naturæ. *Nunquam dedisti mihi hædum.* Hædum sibi datum negat, qui substantia partem totam tempore diuisionis accepit. Tunc enim cum frater iunior dari sibi substantiæ peteret portionem, pater ambobus totum fratribus mox diuisit. Sed inuidus simulat semper, mentitur inuidus semper. *Postquam filius tuus venit, frater credidit damnum, qui rediisse conspicit coheredem.* Et quando inuidus non auarus, quando quicquid habet alter, se computat perdidisse?

Tu semper mecum es. Hoc est dicere, patere filium rediisse patri: permittit patri filium suscepisse. Nec ille aliud quam patrem quaesivit, qui veniens non filij, sed loco mercenarij voluit collocari. Sint tibi omnia, illi sufficit pater, & ne

quid tibi de presentibus, de veteribus existimes imminutum, illi noua & futura perquiram. Sermo 5. mysticos sensus complectitur ad hanc methodum. Interpretatur duos populos, Iudaicum gentilemque. Sed Iudaicum senioresem prudentia legis fecit, Gentilem paganitatis stultitia reddidit iuniorsem. *Quia sicut sapientia dat canos, ita quicquid vitæ est, tollit insipientia.* Portio *ve è substantia,* pro iuniore quidem, habitus animi, sermo, scientia, ratio, iudicium. hæc est iuxta apostolum lex naturæ Roma. 2. & ideo diuisit Rom. 2. illa substantiam, dando iuniori quinque ista quæ diximus beneficia naturæ: seniori autem quinque legis libros diuinitus inscribendo, per quæ substantia impar merito, numero par esset. Iunior missus est fame constrictus, *ut pasceret porcos.* Id est. Dæmones qui dicunt domino Mart. 8. *Si ei esis* Matt. 8. *nos, mitte nos in porcos.* Veniens ille ad patrem, occurrit ei longe pater. Cum adhuc impij essemus, Christus pro nobis mortuus est. Osculatus est eum, quando misericordia & veritas obuauerunt sibi, *iustitia & pax osculata sunt se.* Psal. Psal. 84. *48. Dedit stolam primam, illam quam Adam perdidit, immortalitatis gloriam sempiternam. Posuit annulum in manu eius: annulum honoris, titulum libertatis, insigne pignus spiritus, signaculum fidei, arram cælestium nuptiarum.* Audi apostolum: *Desponsauit vos uni viro virginem castam exhibere Christo,* Corinth. 2. cap. 11. *Et occidit vitulum saginatum.* Hic est vitulus, qui in epulum nostrum quotidie ac iugiter immolatur. *Nunquam mandatum tuum preterui.* Senior, hoc est, Iudæus loquitur, & non facientis verba sunt, sed tumentis, Cui pater, *fili tu semper mecum es.* Quomodo? per Abel, per Henoch, per Sem, per Noë, per Abraham, per Isaac, per Iacob, per Moysen, per omnes sanctos, per quos Iudaica generatio in euangelio lecta deriuatur, cum dicit: Abraham genuit Isaac. & cætera. Matth. 1. *Et omnia mea tua sunt.* Quia tibi lex, tibi prophetia, tibi templum, tibi sacerdotium, tibi sacrificia, tibi regnum, tibi munera, tibi quod est super omnia natus est Christus. Sed quia tu per inuidiam perdere vis fratrem, paternas epulas, patris gaudia, dignus es non habere. Hucusque $\chi\rho\nu\sigma\tau\acute{o}\varsigma$ τὸ λόγιον sermone aureo, aureæque dicendi vena. Pater ille, angusto sermone, res latissimas complexus est.

Reliquum est ut in studioforum gratiam fusiùs (modò circa cædium id fiat lectoris) excurramus & digrediamur non quidem *κατὰ ῥωδὸν* (ut prouerbio dici solet) hoc est

per vestigia, singulas euangelici textus periodos persequentes, sed summa veluti rerum capita pertractantes. *Per iuniorum filium* (ne id intactum relinquamus) idem gentilis significatur populus, quia idololatriam præcessit verus Dei *Lactant.* cultus, & religio imperium. Obseruat Lactantius libro *se. li. 2. c. 14.* cundo cap. 14. Chanaanus (quod supra concione de Chanaanæ proculimus) primos fuisse, qui Deum ignorauerint: sicque aberrantes à notitia Dei gentes esse caperunt. Erant igitur qui deorum cultus ab exordio rerum fuisse contendunt, & priorem esse gentilitatem, quam Dei religionem, quam putant posterius inuentam, qui fontem aque originem veritatis ignorant. Hæc Lactantius.

Vt pasceret porcos. Luxuriosus iste mittitur, quia etiã porcus libidinofus est animal. Hinc subare verbũ obscenũ,

quo frequenter Tertul. vitur præsertim lib. de pudicitia in *li. de pu. dicit.* fine; Qui subando ceciderunt, inquit, ibi recentior scholasticus. Verbum coëuntium suum est, & frequens apud Hier.

Idem. li. de Mono gam. Tertulianus li. de Monogamia circa fines. Quæ subans deuicta est. Commentator supra memoratus. Subare inquit,

Hier. li. 1. coëuntium nixus significat, tractum à subibus. Hieronymus in Iouinianum li. 1. Qui post castitatem subant ad coitum, & pecudum more lasciuunt. Rursus Terrullianus lib. Apologetico aduersus gentes cap. 43. hoc est, ultimo, Phrynem cõmemorat meretricem Diogenis supra recubantis ardorem subantẽ: Subantem, ait prædictus interpres libidiniam.

Tertulli. tem. Vñs est eo verbo D. Hieronymus, epistola ad Sabinianum sollicitatorem virginis ad stuprum, & 1. & 2. in Iouinianum, & epistola ad Oceanum de vnius vxoris viro hæc

Hierony. annotauit *La barre* in Terrullianum. Cõtuli locos citatos, nempe to. 1. epist. ad Sabinianum Diaconũ circa finem: Sic æstuabas, sic subantem te & lasciuientẽ huc atque illuc trahiebat voluptas. Erasmi obseruatio ad illa verba nume. 14.

La barre in Tertul. lianum. Subare est niti ad coitũ. Hoc quoque verbo vsus est Plautus. I. em to. 2. epist. Oceano missa de vnius vxoris viro, iustar suis in omni cõno libidinum volutabra &c. Deinde te subantem ad coitum publica facies execrata est. Ibidem in scholiis Erasmus numer. 15. Est subare vt supra. Vitur hoc

verbo Horatius epodis, & D. Hieronymus alibi. Idem D. Hieronymus lib. 2. in Iouinianum circa finem. Nunc restat vt Epicurum nostrum subantem in hortulis suis inæer adolefcenulos & mulierculas alloquamur. Scholiũ ibi num. 149.

pro libidinam & lasciuientem, inquit, posuit. Iterum idem D. Hieronymus li. 1. aduersus Iouinianum, qui post castitatem subant ad coitum. Erasmus num. 191. repetit quid sit subare. Verbum est obscœnius, & ad exaggerandam rei turpitudinem adhibitum. Reperitur in eum sensum apud Plautum & Horatium. Hæc ibi. Quæ eo consilio huc con-

gessi è fontibus ipsis hausta & cõportata, vt sciat lector obscœnitatis symbolũ esse porcũ. Inde Horatius lib. 1. epi-

stolarũ ad Tibullũ in ordine 4. duobus postremis versibus. *Hor. li. 1. epi. 4.*

Mæ pinguem & nitidum, bene curata cute vides,

Cum videre voles Epicuri de grege porcum.

Vides turpe quid & luxuriosum libidinofum ve aut voluptarium indicari. Idem Epodum lib. ode 12. ad mulierem fœdam & anum.

— lamque subando

Tentã, cubilia, tectaque rumpit.

Hæc sufficiant pro collatione citatorum supra authorum. Asseror nos: *Nolite*, inquit, *margarita vestra* (Gal-

li perlas vocant) *proiicere ante porcos*, eos qui fœtoribus tantum illuuiẽque delectantur; porcos intelligens, putorem omnem tanquam odorem suauissimum expetentes. Porcus ait Pierius libr. 9. hieroglyphicõn in porco, *Pierius l. 9. in porco.*

profanum significat. Religioni fuit Pontificibus Romanis de sue cognomentum profiterentur. Atque ob eam causam institutum, vt Romanus pontifex quamprimũ designatus est, honestum aliquod sibi nomen assumat, more hoc à Sergio cõcepto, cui cum nomen à ritu porci esset iacuria parentis dictum, ne vox ea cederet in religionis ludibrium, Sergium se vocari iussit. Platina de vitis Pontificum in Sergio secundo ipso statim vitæ eiusdem exordio: Sunt, inquit, qui Sergium primò quidem Os porci appellatum fuisse dicant, & ob turpitudinem cognomentum, Sergij nomen sumpsisse, eamque consuetudinem ad nostros manasse, vt qui Pontifices crearentur, suo amisso maiorum nomina sibi inderent, licet ab omnibus non sit obseruatum. Vt cunq̃ est, constat Sergium ex illustri familia ortum. Hæc Platina. Verum ibi annotat Onuphrius Pa-

linus, ex Martino id acceptum & traditum: dicit autem, Martinus Polonus, in chronico suo libro 4. Sergius 107. Pontif. Sergius secundus, vocabatur prius Os porci, vnde ab isto Sergio ceteri omnes proprium nomen deinceps mutauerunt. Hæc ibi fol. 314. Dicit autem Onuphrius vbi

Platina.

suprà, apud neminem veterum authorum inueni, imò ex Anafatio bibliothecario, qui hoc tēpore vixit, contrarium magis elicitur, eum scilicet etiam ante pontificatum Sergiū vocitatū esse. Ioannē duodecimum ego primum inueni, ait, qui priscū nomen papa creatus mutarit, cū ante pontificatum Octavianus diceretur. Hæc ibi. Tamen sentio libēter cum Martino, & Pierio. Sequatur qui volet hæc in sententia Onuphrium. Pierius loco iam citato, Salacitatis & libidinis notam ac hieroglyphicū esse porcū probat, tū ex eo quòd Græci χοιροπολῆν à porco finere, quòd corpus prostituere, quæstuiq; exponere significaret, tum etiā quòd apud Aristophanem χοιρῖν, id est, porcum pro muliebri natura positam inuenies, χοιρῖος, porcus. Itē τὸ γυναικείον εὐχολῖον apud Aristophanem, hoc est naturalia ait Lexicon Græcū. Porcus cælū nunquā intuetur: cernuus verò semper humum aspicit: Porrò Alexander Aphrodiseus Porcū ait, pronum ad eò, ciboq; deditum, vt si fortè sursum aspiceret cogatur, protinus stupore percussus fileat ob insolentiam. Ex problematibus Alexandri Aphrodisci nomine impressis, & à Theodoro Gaza Thessalonicensi latine conuersis lib. i. Problem. 135. Cur fues, cū sursum videre cogantur, fileant: Quoniam, inquit, genus id animantium vnum semper pronum in terram est cibi auidum: & rebus gaudens fædis, ac fordidis, idcirco subito mutatione conspectus stupescit: lucis que copia percussum vocem emittere nullam potest. Hæc ibi. Plutarchus tom. 2. opusculorum symposiac. in lib. 4. quaestione 5. Suillam carnē Iudæi abominantur, quia abhorrent à vitiliginibus & lepra, quas purant esu harum carniū ascisci. Etenim videmus suæ sub ventre plenum esse lepra & scabiosis malignè pustulis: que sanè existimantur à praua corporis affectione & corruptione eorum quæ intus sunt, in superficiem erumpere. Porrò suis victus ita turbidus, & immundus nō caret vitio: Nul- lum enim animal videmus ita gaudere cæno ac fordidis impuris que locis. Oculi etiam porcorum ita dicuntur contracti & humi defixi, vt nihil eorum vnquam cernant quæ supernè sunt, neque in cælum intueantur, nisi supini contra naturam facti pupillas sursum obuerrant: ideòque animal hoc, aliàs clamosissimum, vbi supinatum fuerit, tacere artonitum, insolenti conspectu cæli, maiorique metu vociferationem eius reprimi putant. Hæc ibi. Nunc de filiquis, quas porci manducabant, quibus iste prodigus fa-

Alexan.
Aphrod:
seus.

Plutarc.

turari cupiebat, nec tamen implebatur, quia nemo illi daturus erat sacer contextus) qui hæc significant explicandum. Ioannes Gerson 2. part. operum, sermone in cæna domini ad Ecclesiasticorum cautelam litera B. Onerat talis cibus voluptatis, inquit, irritatque famem, non sariat. Semper nescio quid curatæ deest rei, inquit satyricus. Admonitum lectorem hîc volo, prædictum versiculum legisse me apud Placcum, qui inter lyricos poëtas annumeratur. Is libro 3. certimum ode 24. sub finem sic cecinit:

Scilicet improba

Crescunt diuitia: tamen,

Curta nescio quid semper abest rei.

Hæc Horatius, Finita quippe sunt omnia, animæ autem desiderium ac venter infinita: capacitatis: propterea quicquid obiectum fuerit, non plus affert satietatis, quàm gutta gurgiti cuidam vastissimo. Torus iste mundus sensibilibus ad animæ ventrem, quid est nisi bolus exiguus? Nam si mille millia mundorum adieceris, eum non implebunt. Patuit in Alexandro: vix misero mihi, inquit ille, cū ex Democriti sententia innumerabiles mundo audisset: Ego nec vnum subiugavi. Ideò benè enuntiauit qui dixit, appetitum diuitiarum esse infinitum. Midam & Tantalum poëta, & Cræsum cū innumeris diuitis historici, pro exemplo posuerunt. Hæc doctus Cancellarius Parisiensis Gerson. Narrat de Alexandro Valerius lib. 8. cap. 14. de cupiditate gloriæ: Alexandri pectus, ait, insatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti suo ex authoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referenti, Heu me, inquit, miserum! quòd ne vno quidem adhuc poritus sum! Angusta homini possessio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio sufficit. Hæc ibi. Luuenalis satyra 10. ante mediū satyricè illum insectatur.

Vana Pelleo iuueni non sufficit orbis.

Aestuat infœlix angusto limite mundi:

Cum tamen à † signis munitam intrauerit urbem,

† Babylonem intelligit, cuius murus coctili latere atque intertuso bitamine compactus erat.

Sarcophago contentus erit. Mors sola fatetur,

Quantula sint hominum corpuscula.

Hæc ille Satyrographus, Et Plutarchus tomo 2. opusculorum de tranquillitate animi, circa principia: Alexander eam audiret Anaxarchum mundos esse infinitos differen-

Horat. l. 3
car. ode
24.

Valeri^o.

Luuenal.

tem, illachrymasse dicitur: percontantibusque amicis eequid lachrymis dignum ei contigisset, an dignum, inquit, nos flere, si cum infimici mundi esse dicantur, haud dum vnus domini facti sumus? vnde perspicere licet appetitus humani infatiabilitatem. *Nemo illi dabit*, inquit dominus in parabola presentii.

Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aqua.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Iuuenal. ait Iuuenalis satyra 14. & Horatius lib. 2. carminum, ode 1. *sit 14.* subscribit apposita similitudine hoc ipsum confirmans:

Horati? *Crescit indulgens sibi dirus hydrops,*
Nec sitim pellit nisi causa morbi
Egerit venis, & aquo, sus albo
Corpore languor.

Sicut hydropicus quo plus biberit, plus semper sitit: sic qui diuitiis inhiat ad re audiores, nunquam conquefcunt, nunquam satiantur, nunquam sua forte contenti sunt. *Qui bis biberit ex hac aqua*, dixit Christus Samaritanæ (Ioan. 4. *sitiet iterum*). Nihilò magis libido explet luxuriosum & voluptariu animal. Libido olla est succensa, semper feruet, nunquam dicit sufficit. Prou. 30. *Os vulua insaturabile*. Cõcupiscentiæ ignis nunquam dicit, sufficit. Samaritana cum quinq; viros habuisset, illis defunctis ipsa iam anus & vetula nihilominus habebat virum apud se, qui tamen non erat eius legitimus coniunx sed scortator. *Quam pulchrè* Iuuenalis satyra 6. ab exordio paulò longius, contra Messalinã vxorẽ Claudij, matrem verò Britannici inuehitur meretricem Augustam nomine suppresso, eiusque libidinem insectatus.

Et lassata viris, nondum satiata recessit.

Haectenus de istis. De fame prodigi istius necesse est vt ali- quid quoque dicamus. Prouerbio dici solet, lupum fame coactum è syluis tolere erumpere, & per agros ac ciuitates in homines etiam persæpe grassari. Nos sic Gallicè esse confuciuimus, *La faim chasse les loups hors des bois*. Fames quidem est supplicium grauissimum, Threnorũ 4. Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame.

Thren. 4. *Ego autem hic fame pereo*, dicebat prodigus, ad se reuerfus. *Redite prauaricatores ad cor*, Etsaiæ 46. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellẽt. Ideo psalmista, *Imple facies eorum ignominia*, & *quærent nomen tuum domine*.

Quanti mercenarij, inquit, *abundant panibus*. q. d. per auerxum & exaggerationem, omnia amplificando. Augenti quidem

quidem omnia dolorem, magisque afficiunt. Ego filius, illi mercenarij. Ego in longinqua patria, illi in domo patris, Ego cupio saturari siliquis, illi pane. Ego fame pereo, illi abundant panibus. illi seruiunt domino clementi, ego crudelissimo tyranno. Et vnde hæc mihi contigerunt, nisi quia patrem contempsi, ab eo discessi longius, & patrimonium decessi. Mercenarij sunt Iudæi. *Si audieritis me, bona terra comedetis*, Etsaiæ 1. Vnde, quò veni: E patria in exilium: ex Etsaiæ 1. opulenta domo, in regionem famis: à libertate, in seruitutem: ab amantissimo patre, ad difficillimum dominum: à confortio fratris, ad scdissimum porcorum gregem, Surgam ergo & ibo ad patrem & dicam ei, *Pater peccauit*. Vides huius bonum propositum, quod & nos imitari (aspirante nobis Dei fauore & gratia) conuenit. *Surge qui dormis, & erorge à mortuis, & illuminabit te Christus*, Ephes. 5. *Hora est Ephes. 5. nos iam de somno surgere*, Rom. 13. *Surgam, & ibo ad patrem*, Rom. 13. Fame pressus, hæc statuit & proponit. Fœlix necessitas, ait quidam pius ac sanctus doctor, cuius nomen mihi non occurrit, quæ ad meliora compellit. Hic sese offert amplissimus locus contra hæreticos modernos, quem præterire nefas ducere, cuius me admonuerunt, Soares Hispanus & Flamma Italus, horum subscribam ac subnotabo sententias. Soares tractatu 173. in Luca Euagelium ex c. 15. ad hæc verba. *Ego hic fame pereo*, hinc iam confunduntur hæretici, inquit, negantes timores, & ignitos aculeos, siue pœnarũ inferni, siue mortis horrorem, siue necessitates corporis eade vtiles ad reuerfionem ad Deum. Proculdubio filius iste prodigus non tam citò reuerteretur in domum patris, nisi illum necessitas vrgeret: fame tamen valida penè confectus, in se reuerfus decreuit in domum paternã redire. Quod eius verba manifestant. *Ego autem hic fame pereo*. Ac si diceret, *Quoniam premor inedia, surgam à vitis, quibus hucutque vacui*. Surgam à societate porcorum, porcinam relinquam custodiam, & ibo. Hæc ille. At verò Flamma facundissimè & sublimi quodam ac ornato dicendi genere, idiomate Tusco hac de re facillimè agit integra conuocatione, inscripta, *Predica terza, del tanto rumor di ddo*: prima parte eiudem in fine, sic ad verbum, vt Latine transsero, dicit. Non videtis admirabilem filij prodigi conuersionẽ, & vnde habuit illa initium, nisi à timore, quo percussus fuit infelix, ne fame moreretur: In secunda parte ipso statim exordio. Verè arguendi & castigandi sunt illi, in-

quit, qui hac misera tempestate, populis pacem tantum
 predicat, securitatem & tranquillitatem, Deum depingens
 ac proponentes ut patrem benignum, pastorem amantissimum,
 medicum eximium & praestantissimum, nulla interim mentione
 facta iudiciorum eius, seueritatis, zeli atque irae aduersus re-
 belles, iustissimae. Deus utique benignus est, imò ipsa sum-
 ma benignitas, sed est etiam iustus, imò ipsissima iustitia. *Psal. 102.*
ma. Bene quidem dixit de eo psaltes regius Psal. 102. Misericors
Psal. 10. rator & miserator dominus, longanimis & multum misericors. Non
in perpetuum irascitur. Recte quoque idem dixit, Psalm. 10. Iustus
dominus, & iustitiam, aequitatem vidit vultus eius. Legite scriptura-
rum exempla, semper in his, cum misericordia est regione
 comparet, & ex aduerso veluti, incedit tremenda iustitia.
 Patet (ut contraham in pauca, quae latius dilatauit, & persecu-
 tus est praefatus scriptor) in Noë, cum à domino de fabri-
 canda arca mandatum accepit, ad se suamque, conseruandam
 familiam, nonne etiam diluuij, quod vniuersum inundaret, mō-
 dum expressè meminit? Nonne omnes extincti fuerunt & sus-
 focati aquis, paucis admodum praeter tanta multitudine excep-
 ptis: Cum Israelitas ex Aegypto, de populo barbaro libera-
 ret, an non vicissim iram suam ac seueritatem contra Pharaonem
 obfirmatum & contumacem demonstrauit apertissimè, quem
 cum vniuerso exercitu demergendum mari tradidit? Et (ut
 infinita omittam) sancta mater Ecclesia non solum Dei
 misericordiam, ut nos ad ipsius exciter & prouocet amo-
 rem nobis filiis suis proponit: verum oculis nostris o-
 riam subiicit iustitiam, ac seueritatem iudiciorum diuino-
 rum. Multi in hoc euangelio finem tantum attendunt, &
 considerata patris erga prodigum benignitate, humanissi-
 maque eiusdem quasi postliminio reuerſi receptione, cum pe-
 tero osculo, stola prima qua induitur, annulo quo deco-
 ratur & honestatur, calceamentis quibus exornatur, & co-
 uiuiu opiparo quo lautissimè excipitur, his, in qua, confide-
 ratis, praedicant hanc Dei benignitatem, & nimiam charita-
 tem omni certè laude dignissimam. Verum poenitentibus
 est praedicanda: & in statu conuersionis ad Deum existentibus:
 in statu autem dissolutionis non conuersionis existentibus
 (quales utique sumus) mihi potius videtur hoc in Euan-
 gelio animaduertendum, quod deterret, quam quod solat.
 & demulcet: ut primum timere discetes, ad amoris de-
 inde gradum pertingere valeamus. *Quis non timebit iudicia*
primi huius patris, qui laxatis filio habentis liberum dimittit

missi, ut quò vellet pergeret? *Quis non pauebit ad ad-*
olescentioris huius ruinam & perditionem, qui à patre lon-
ge distans, totam dissipauit substantiam, unde pauper & egēs
seculumque efficitur? Consideret ad extremum, famem & mi-
seriam in quam decidit ille, qui & dicebat: Ego autem hic fa-
me pereō. Quis ad hæc audita non contremiscent? Cuius cor
non commouebitur? Ne dixeritis o peccatores: Cum ad Deum
reuerſus fuero, ille me obuiis vniſ (ut dici solet) excipiet.
Requis scit si prius fame cōfici & mori vos cōringat, quam
 patrios lares, paternamque domum appellere, & ad patrem
 penitentie possitis? O quantum hæc mihi timorem incutit
 parabola, quae aliis solatio esse solet! Cum primum enim
 ad cogitandum animum appulimus, quam sit miserum nos
 esse cum porcis, in seruitute, in miseria, neque tamen apud
 nos vnquam seruo statuiſſimus & deliberamus, dicentes sin-
 guli, Surgam & ibo ad patrem, nonne vobis ita esse vide-
 tur? Iste prodigus, qui famem patitur ut canis, nec vnde sa-
 tietur habere potest, symbolum est & expressa hominis pec-
 catoris imago? Est omnino inexcusabilis, quemadmodum
 & omnes sunt peccatores. Non illum excusat adolescentia:
Proverb. 12. Stultitia alligata est collo pueri. Et 3. Reg. 12. Con-
ſilium iuuenum Roboam fecit egerum. Satis enim iste noue-
PROV. 22. 3. Reg. 12
 rat quid esset in mundo viuere, sicut eius demonstrat peti-
 tio. Non illum ætas tenera excusat, quia liberi arbitrij vsu,
 iam praedictus erat. Vir erat, rationis & mentis compos, &
 per seipsum decreuit ac resoluit sic iure suo, suisque legi-
 bus viuere. Non illum excusat leuitas. Optimè quidē no-
 uit, & scit dicere, se apud patrem & cum patre nolle am-
 plius degere. Non excusat eum error: neque enim hallucina-
 tur, dum absque procuratoribus & patronis, seu aduo-
 catis, portionem suam petit. Non eum excusat denique san-
 guinis feruor, quia ne dum non vult superiorem, sed ne so-
 cum quidem vel æqualem & parem. Neque excusat eum
 fragilitas, quoniam nullius se egere arbitrat, sed sibi ipsi
 sufficere se putat. O incaute & miser iuuenis! quam impru-
 denter praecipitem te das, & in calamitatem ruis: altum sa-
 pis o adolescens contra prohibitionem: noli altum sapere,
 quippe qui à patre discedens, non vis superiorē, & cum fra-
 tre remanere nolens, ostēdis te respicere æqualem. Pro ani-
 mi libidine vult viuere, voluptatibus indulgere, patris iu-
 gum excutere, nemini subesse, ex voto & animi sententia
 quicquid libuerit vult licere sibi, & efficere nititur. Hæc est
 portio

portio substantiæ quam petebat. **Quin** potius ò adolescens hæc debuit esse portio tua quam sibi optabat, & desiderabat propheta. *Portio mea domine, dixi custodire legem tuam.* Psal. 118.

Psal. 118. Hæc cuiuscunque fidelis debet esse portio, vt melior tandem in æterna vita inuenire queat & habere. *Portio mea*

Psal. 141. *domine sit in terra uiuentium.* Psal. 141. *Dixit tu es spes mea portio mea in terra uiuentium.* Quam benè nouerat hoc Dauid

Psal. 15. qui dicit Psal. 15. *Dominus pars hereditatis meæ.* &c. Tu autem

Psal. 49. (vt cum eodem psalmista dicã Psal. 49.) cū adulteris portionem tuam ponebas, uiuendo luxuriosè, ait euangelium cum meretricibus, vt tibi frater exprobrauit. Idè recessisse in

Psal. 118. regionem longinquã dictus est, quia Psal. 118. à lege tua longè facti sunt. De impiis est sermo & rursus, *Longe à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt.* & Psal. 72.

Psal. 72. *Ecce qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicauerunt ab te, hoc est, qui à tua fide & cultu deficiunt.* Metaphora à coniugibus fidem matrimonij uolantibus dicta. A patre separatus miser ille, ait textus, *dissipauit substantiam suam.*

Psal. 118. Idè dicebat Dauid, Psal. 118. *Tempus faciendi domine, dissipauerunt legem tuam.* Modus quidem est dicendi, & phrasis, quia lex Dei propriè dissipari non potest, non potest sola scriptura, sed per mala opera, legi Dei dum contradicitur, mores dissipantur & corrumpuntur. Vos alloquor ò Iuuenes.

Psal. 118. Tempus est faciendi uoluntatem Dei, Tempus est vt faciatis legem eius. *Bonum est viro cum portauerit iugum in*

Thren. 3. *adolescentia sua.* Thren. 3. Prouerbum est, *Adolescens uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Prouerb. 22.

Ioa. 10. & Tobia 1, *Tobias filium ab infantia timere Deum docuit, & ab*

Eccli. 6. *timere ab omni peccato.* & Eccli. 6. *Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & usque ad canos, (siue senectutem) inuenies sapientiam.* Ne dixeris, ego iuuenis sum. Quid faciam, si non uoluptatibus me dedidero? Quid aliud, nisi deliciis operã dare me oportet? Miseri & ter miseri! Quin potius uel matrem hanc ætatem religio, modestia, timor, continentia, pudor, boni denique mores decent. Tempus faciendi, tempus faciendi. Tèpus est disciplina: hæc ætas, vt supra retulimus. Nunc tempus est, cum es adolescens conferuandi sublimitatem tuam spiritualem, nõ autem eam dissipandi, sicut imprudens iste fecit. Qui autem imitatus fuerit errantem, sequatur & ad patrem reuertentem, & amodò cum patre matrem, sicut decet obsequiosum filium. Timete, ò peccatores, timeamus nos, qui in multis offendimus omnes, & ad patrem

ad patrem recurramus. Timor non incommode dici potest fauor & ostiarius penitentiæ, qui peccatores ad illum introducit. Instrumentum quo Deus ad meliorè frugem nos exerciat. *Cum occideret eos, quarebant eum, & diluculo conuerterentur ad illum.* Psal. 77. Hic est stimulus, hoc calcar, quo

ad Deum prouocamur, & compungimur. Nec deficit ex altera parte spes uenig impetranda, quæ isti affulsit prodigo, sicut ex patris benignitate ad eum accedendi audacia: quod ostenditur, dum dicit: *Quanti mercenarij in domo patris abundant panibus? Surgam, & ibo ad patrem meum.* Nos (Heb. 4.)

Hebr. 4. *audemus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in tempore opportuno.* Audi sanctam istius ad patrem reuerfi confessionem & orationem. Quanta confidentia incipit, *Pater*, hoc est unicum peccatorum solatium, qui quamuis indigni, Deum tamen patrem inuocant, *Preceptis salutaribus moniti, & diuina institutio formati, audemus dicere, Pater noster, &c.* ait sancta mater ecclesia, in diuinissimo missæ sacrificio. Quanta humilitate dicit, *peccauimus*: omni excusatione semota, aut tergiuerfatione, non in alterum culpam retorquendo humillimè cõfiteretur dicens, *peccauimus*: Quanta cordis contritione delicta inuentus fateatur, attende: *in caelum, & coram te* addit, suam exaggerans iniquitatem. Quanta autem fide expleuerit suam confessionem patet in eo quod sequitur.

Ecce me sicut unum ex mercenariis, non huius mundi, sed tuus. Quæ cogitationes non à natura subministratae sunt, sed à fide. Quanta modestia in præcedentibus uerbis, sicut unum de mercenariis, relucet. Quia cognoscens errorem à se commissum perdita & dissipata filiorum substantia, sorte cõtentus est, & portione seruorum. Idè author Fiamma, parte prima eiusdè homil. incipite, inquit, incipite timere timere infernum, & postea deinceps timebitis cū filiis. Incipite timere infernum: amabitis deinde eum qui cõfert paradysum. Timebitis primum amore initiali, qui locum præparat charitati. Timebitis tandè amore perfecto & filiali, quo timore hominè culpã quãtum fieri potest maximè refugit ac detestatur, tanquam à facie colubri, (vt ait scriptura.) *Fugit peccatũ, quia Dei offensiuum.* Et hoc dato, quod neque infernus neque paradysus esset ullo modo, attamè solus charissimi parentis amor ad benè agendum illũ prouocat, ciet, ac mouet. Ille semper manet, in patria etiam perseuerat, dicente psalographo Psal. 18. *Timor domini sanctus permanet in seculum seculi,*

Psal. 77.

Psal. 118.

Psal. 141.

Psal. 15.

Psal. 49.

Psal. 72.

Psal. 118.

Thren. 3.

Prou. 22.

Ioa. 10.

Eccli. 6.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

seculi, non quòd beati timeât vel peccare, vel beatitudinem quam possident amittere. Sed quia in illa felicitate suprema, in qua fatiantur & beatificântur, humili ac reuerenti timore adorant Deû, & æternum collaudant, Qui est perfectus in illo amore & timore reuerentiali (vt ita dicam explicandæ rei gratia) nulla etiam vita aut morte, paradiso vel inferno proposito, sed solo Deo ante mētis oculos obiecto, omnia facit, mandata seruat solique Deo placere studet. Et si Deus nō vlcisceretur, vel, (per impossibile) si Deum malè acta laterent, non tamen ad malè agendum homo timore sancto præditus, prorumperet vnquam. Addam quod ad rem illustrandam potissimum facit, & tempestiuè memoria nunc occurrit. Cicero lib. 3. de officiis, longiusculè à principio. Satis nobis, inquit, si modò in philosophia aliquid profecimus persuasum esse debet: Si omnes Deos hominèsq; celare possumus, nihil tamè auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui annulū in digito cuiusdam aureum vt detraxit, ipse induit. Erat autè Gyges Regius pastor: tum in concilium pastorum se recepit. Ibi eum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem videbat omnia. Idè rursus videbatur, cum in lucem annulū inuernerat. Itaque hac opportunitate annuli vsus, reginæ stuprum intulit, eaque adiutrice regè dominū interemit, sustulit quos ob stare arbitrabatur: nec his eum facinoribus quisquā potuit videre. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hūc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet: honesta enim bonis viris, non occulta queruntur. Atq; hoc loco philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, nicta & commēnticia fabulā prolatam dicūt à Platone. Quasi verò ille aut factū id esse, aut fieri potuisse defendat. Hæc est vis huius annuli, & huius exēpli: Si nemo sciturus, nemo ne suspicatus quidem sit, cum aliquid diuitiarū, potentia, dominationis, libidinis causa feceris: si id diis hominib;que futurū semper ignotū, sine facturus: Hæc Cicero. Si possint celare, inquam, nō querimus possint ne celare: Sed hoc dato, & per impossibile, (vt loquimur in scholis) cōcesso, & preposito, quacumq; impunitate proposta, nunquā perperam & malè facturos sapientes & iustos, ac honestos viros dicimus. Sed omnia turpia per se ipsa fugienda esse asserimus.

Cic. li. 3.
de officiis.

Est autem palam annuli (vt istud sit tibi nō ignotum) pars cana & lator in qua gemma inseritur, Gallicè *le chat d'un anneau* de dans quoy la pierre est enchassée. Diuinus Plato dia-
log. 2. de republica, vel de iusto circa principia, de Gyge mercenario pastore ci^o qui tūc Lydis imperabat, sic refert. *Repub.*
Magna imbrū tēpestare exorta, motaque terra, ferūt terram hiatum fecisse, in ea regione vbi ille armēta pascebat. Quæ cum vidisset mirabundus in hiatū descendit, cōspexitq; & alia quæ fabulantur miranda, & equū aneum conuincit, cuius in lateribus fenestra erāt, quibus apertis hominis mortui vidit corpus magnitudine inuicata, quod nihil habebat aliud præter aureū in digito annulū. Quem vt detraxit, abiit, ac tum in concilium pastorum se recepit, iustaq; alios assedit. Accidit vt cum fortè palā eius annuli ad palmam conuertisset, à nullo videretur: aliiq; de illo tanquam absente loquerentur. Adiuratus ergo denuò conuertens annulū, palam in lucem conuertit, quo facto rursus apparuit. Hoc ille animaduertens diligentius periculū scicit, verum hanc annulus vim haberet: atque ita illi compererum fuit, quod versa ad se gemma, à nemine videretur: versa autem ad alios conspicuus fieret. Quod quidem experius curauit, vt legatus ad regem, vnā cum alijs mitteretur: profectusq; vxorem eius stuprauit, & de re interficiendo cum ea consilium iniit, quo cæso regnum occuparet. Si igitur duo tales annuli essent, alterumq; iustus, iniustus alterum possideret ac ferret &c. Reliqua prætermitto, & cum Cicerone vt supra propositum fuit, sentio. Verum de his plus satis. Nunc ad Fiammam regredior. Timeo Deum Christiani, si non timore perfecto filiali, saltè timore seruili & initiali, seu (vt à quibusdam bellissimè dicitur & nuncupatur) timore iagogico & introductorio. Hic interfero quod Basilius magnus, in Psal. 33. scripsit accommodatissimè, ad versiculum, *Timorem domini docebo vos*: Si quādo re senseris ad vnū aliquod cieri ac proflire peccatum, mihi ad mentem reuoca formidabile illud, nec vlli mortaliū tolerabile Christi iudicium, in quo quidem præsidet iudex in alto & sublimi throno: Astat portò creatura omnis præterrepida, & intremiscens ad ipsius gloriosum & illustrem aduentum. Eò singuli quique sistentur, de his examinandi quæ quisque gessit in viuus. Mali ignem paratum contuentes, & barathrum in imum patens, & cætera horrenda, quanto terrore concutientur? Hæc tu time, & eiusmo

Basil. in
Psal. 33.

eiufmodi timore eruditus, quasi freno quoquam abarce animam, & inhibe ad vitiofam concupifcentiam propendrem. Hæc diuus Baſilius. Chriſtus fimiliter, de illo timore. *Hunc timete, inquit, qui pot eſt animam & corpus mittere in gehennam. Dico vobis hunc timeatis.* Timor ille hunc perduxit adoleſcentem prodigum ad patrem, expurgific fecit & euigilare peccatorem, à veterno & profundo relictu ſomno ſurgere, vnde dixit, *Surgam & ibo ad patrem, Quia hic fame pereo: dicam ei? Pater peccavi in caelum & terram te.* Nam cœleſtes etiam noſtra impietate offenduntur, nedum Deus ſolus. Ideòque toti curiæ cœleſti conſtitutum eſt. In huius conuerſione tres poenitentia partes relucet. Contritionis propoſitum in hiſ verbis, *Surgam &c.* Pſalmiſta, *Dixi confitebor aduerſum iniuſtitia meam domino, &c.* Vocalis confeſſio, *Pater peccavi: Idem Pſaltes, Delictum meum cognitum tibi feci, &c.* Terriò operis ſatiſfactio, dum ſe mœcenariis connumerari concupiſcit. *Fac me ſicut vnu de mercenariis.* Pſalmographus, *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, Lachrymis meis ſtratam meam rigabo, &c.* Non leuitat pertranſeundum eſt, aut *perſpexos* ſeu perfunctoriè & obiter ſolum commemorandum eſt, quod tam ſignificanter & diſertè adeò, expreſſum eſt, *Et miſericordia motus eſt pater, & accurrens cecidit ſuper collum eius, &c.* Accurrit miſerens, Pſal. 18. *Exultauit vt gigas ad currendam viam, &c.* & Cantor. 2. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* Deambulare dicitur dum ad viciſcendum lento progreditur inceſſu, Genef. 3. Pronior eſt ad miſerendum, quàm ad puniendum. *Et miſericordia eius proueniet me,* ait ſanctus vates. Iam de miſericordia diuina vt dicamus hic locus poſtulat. Michaël de Palacio in Eſaiam tomo primo lib. 4. declamatione prima de ſuauiſſima Dei miſericordia ex cap. 14. Familiarius eſt naturæ diuine, inquit, miſericordiæ exercitiū, quàm ſuæ iuſtitia. Iuſtitiam namque aut vindictam non exercet Deus, niſi à creatura rationali prouocetur ad iram nam non eſt prius Deus ultor quam aliquid ſit peccator, ait alicubi ſanctus pater Auguſtinus: verum miſericordia etiam non prouocatus concedit, vt hic pater. Cum adhuc longè eſſet, miſericordia motus eſt. Non cōcito gradu procedit ad punitionem, *Audiuit Adam vocem Dei deambulantis in paradifo,* Deambulatio lentus eſt pedum motus. Hic autem accuriſſe dicitur. Exhibet Deus miſericordiam in mille generationes: punit verò peccatum vſque in tertiam

Pſal. 18.

Cant. 2.

Genef. 3.

De Palacio in Eſaiam 14. c. 14. de clamat. 1

& quartam generationem. Ibidem redarguitur Thomas *Thomas Vvaldenſis,* qui lib. de ſacramentis ca. 153. diuinam miſericordiam adeò euexit, vt illam infinitiorem dixerit eſſe de ſacramentis diuinam iuſtitiam. Vtramque tamen confeſſus eſt *montis* atque infinitam, ſed miſericordiam infinitiorem (vt ſic cap. 153. dixerim) Ego tamen, ait de Palacio (quod tanti viri pacem velim) placitum hoc non duco recipiendum. Quatenus quidem diuina iuſtitia, ipſe Deus eſt, & diuina miſericordia ſimiliter. Porro non capit mens humana Deum eſſe iuſtiſſo infinitiorem. Nam ex fidei catholicæ præſcripto, in Deo nihil eſt maius aut minus, nihil excedens aut exceſſum. *Eccleſia quidem veraci canit voce? Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere &c.* Iſtud tamen quod in operibus ſuis ſeruat Deus, non eſt quia miſericordia ſuperat iuſtitiam quatenus in diuina iſta exiſtunt natura. Hæc ille. Thomas Vvaldenſis Anglicus Carmelita theologus præſtantiffimus, tom. 2. in quo de ſacramentis, aduerſus Vvirulentum ſtilis, & Huſitas agit cap. 153. **Q**uod Deus prior eſt ad præmiandum vel parcendum quam ad puniendum; circa medium. Infinito, inquit, cum infinito comparatio non repugnatur: vno enim infinito, aliud infinitum eſt aliquotiens maius, aliquotiens infinitè. Deinde multis interpoſitis ſubiicit. Infinitè vult magis Deus miſereri peccanti quàm punire peccantem: & ſic infinitè eſt pronior ad præmiandum vel miſerandum, quàm ad puniendum peccantes. Ex cuius verbis non videtur aliud colligi, quàm quod effectus miſericordiæ circa nos magis relucet quàm diuina iuſtitia, quod nemo catholicus abnegauerit, cum id habeat textus apoſtolicus. *Superexaltat miſericordia indicium.* Iacobi 2. cap. An verò per primam ſententiam, quod vnum infinitum altero maius aliquotiens infinitè, voluerit dicere, miſericordiam in ſe, quatenus eſt in Deo, & realiter ac identicè ipſe Deus iuſtus eſſe infinitiorem ipſa iuſtitia, vt etiam eſt in Deo & eſſentialiter eadem res (ſicut in ſcholis didici, infinitum propter ſui infinitatem identificare ſibi quodcumque compoſſibile (vt terminis ſcholæ.) Ideò quicquid eſt in Deo, eſt realiter & eſſentialiter ipſe Deus.) Non eſt mihi ſatis certum, niſi quod Thomas ille proferat exemplum huiuſmodi. Diuina ſecunditas, inquit, eſt infinita in producendo creaturas, ſed multo infinitior ſecunditas eius in producendo verbum, vel ſpiritum in identitate naturæ diuinæ ſecundum numerum. Ergo in eodem,

Iacob. 2.

eodem, vnum infinitum excedit aliud. Et sic dato, quod Deus esse infinite pronus ad puniendum indignos, non propter hoc sequitur, quod non esset pronior ad premiandum etiam in infinitum. Hæc Vvaldensis. De Palatio autem sic refellit subtiliter & acutè. Ego, inquit crediderim non infinitiorem esse fecunditatem Dei in producendo verbo, quam in creandis creaturis: vna quippe & simplicissima ac infinita est fecunditas. Cæterum producendo verbum, agit naturaliter, ideo agit quantum potest: Quare verbum producitur infinitum. At in producendis creaturis, fecunditas liberè se gerit. Ideò non agit totum quod potest. Sed in diuinis attributis, excessus cogitari non potest. Hæc de Palatio. Ego (vt meum calculum adiciam) contentio postrema isti sententiæ & subscribo doctori de Palatio. Neque capere possum quomodo vnum infinitum sit altero infinitus maius. Siquidem receptissimum est istud, & tanquam postulatum ac principium quoddam omnibus in confesso, infinito non est dabile maius, alioqui enim non esset ipsum, infinitum. Nam infinitum excedit omnia, & a nullo exceditur. Ergo non est aliquid eo maius. Præterea non sunt compossibilia plura infinita, intelligo realiter. Sed omnia attributa in diuina essentia realiter identificantur, tametsi sint plures formalitates. Ergo cum illa omnia transeant in infinitatem diuinæ essentiæ, quæ est pelagus infinitæ perfectionis, & in illa summè vniuntur, adeo vt sit vna & (si Latinus sermo permitteret, dicerem) vnissima simplicissimaque ac infinitas quædam vnica & summa incomprehensibilis. Consequitur quòd infinitum non comparatur cum infinito, sic vt sit infinitius altero. Non interim, (amice lector) me cum de Palatio sic sentire, in conclusione principali, quòd scilicet misericordia in Deo non sit infinitior quàm iustitia, sed ex æquo hæc duo attributa sunt infinita: imò vna quædam & simplicissima infinitas. Sicut non est infinitior fecunditas patris in producendo sibi coequali verbo ex vtero memoriæ fecunditate ab æterno, quàm fecunditas in creandis creaturis. Vna quippe & eadem ac simplicissima & infinita est fecunditas radicalis, & originalis, (vt docendi gratia sic dicam) Sic inquam, scito me cum prædicto sentire, vt tamen à Scoto doctore subtili non dissentiam: quem Iulius Scaliger de subtilitate ad Cardanum exercitatione 324. hoc epist. de exerc. 16. thero honestavit: Ioannes Duns Scotus, qui fuit, inquit

Iul. Scaliger de subtilitate ad Cardanum exerc. 324. de exerc. 16. §. 3.

ima veritatis. Hunc etiam citauit honorificè exercitatio- ne decima sexta paragrapho tertio. Scotus, inquit, eiusmodi parapetasmate secnam textit hanc, vt nullo pallio melius Agamemnonem Zeuxis sibi socium asciscit philosophum ex decimo Metaphysices, & quæ ibi ponuntur. *ἡ ἀνάγκη αὐλαῖα* dicuntur, *ἡ ἀνάγκη αὐλαῖα*, significat velum, tegumentum, tapetum ex lexico Græco. Modò autem. Si de Palatio, & Vvaldensis velint intelligere per fecunditatem Dei in producendo verbo actum producendum, quo pater æternus dicit, producit, ac generat ex seipsum, quo pater æternus dicitur, producit, ac generat ex memoria fecunda filium sibi consubstantialem, verbum æternum: de quo *ὁ βίαιος* & verè Phœnix theologorum & aquilæ (quæ cæteris auibus volat sublimius) merito comparatus & adumbratus, Ioan. 1. cap. scribit: *In principio erat verbum*. Dico cum Scoto quæst. 5. quodlibetica, ipsam fecunditatem ad intra siue relationem originis, siue generationem actiuam (vt omnes capiant) non esse formaliter infinitam. Et notanter dicitur formaliter, quia realiter est eadem essentiæ. Dicit ergo Scotus artic. 2. ibi Paternitas non est formaliter infinita: & ad hoc sunt rationes. Vna sumitur ex entis infiniti vnitatem, altera eius simplicitate & incomponibilitate. Siquidem ens infinitum intensiue est vnicum implurificabile, & cuiusque incomponibile. Refert, (prudens lector) ipsa Scoti verba. Non possunt esse plura realiter distincta & formaliter infinita, quia infinitum habet realiter & vnitati omnem perfectionem simpliciter. Infinitum intensiue est omnino summum, & hoc secundum ordinem essentialium, ergo est omnino vnum. Dico ergo breuiter quòd paternitas nec formaliter est finita, nec formaliter infinita, ait Scotus vbi supra. Non igitur infinitior erit fecunditas ad intra quàm ad extra, vt posuit Vvaldensis. Nam si concederetur, quòd relatio originis est formaliter infinita, sequeretur quòd cum in patre sit paternitas siue fecunditas qua filium generat, in filio autem non est huiusmodi productio qua alterum filium producat in diuinis, esset igitur aliquid infinitum formaliter in patre, siue (vt clarius dicam) esset infinita perfectio in patre, quæ non esset realiter nec formaliter in filio, cum inter se realiter distinguantur personæ, & relationes originis plures sint realiter distinctæ. Dicere autem infinitam perfectionem esse in vna quæ non sit in alia personâ, quid aliud est quàm insanire? Dabis veniâ, lector, si necessaria digressione

Notate o peccatores, quorum impetus ad malum non deservuisse, imo in dies accendi, magisq; inflammatos perspicimus. Qui nunc multus est ad ignoscendum, multus erit ad ultiscendum. Furor fit laesa sapientia, ut ait Publius mimographus lepidissimus, apud Macrobiu[m] libro secundo Saturnaliorum capit. 7. Ergo dum tempus nobis poenitentiae conceditur, seruo (prodigi huius exemplo) ad Deum convertamur. Ad Deum inquam, tanquam ad aram misericordiae confugiamus. Quam opportunè nunc mentio incidit arae misericordiae, de qua nunc diffusus ex scriptoribus addivinibus, siue, ut dicimus magis authenticis, non ab re vel extra propositum fuerit disserere. Athenis ara misericordiae primum inter omnes homines erecta est. Scribit de hoc Pausanias in Atticis libro primo, lōge ante media. Atheniensium in diis colendis diligentiam declarat, & misericordiae ara, cuius numini, quod magna habet in tota hominum vita & casuum varietate momenta, soli ex omnibus Graecis singularem quendam honorem habent Athenienses. Hæc ille. Hanc misericordiae aram libro 12. Thebaidos Statius Papinius poeta eleganter descripsi paulo post medium his versibus,

*Urbe fuit media nulli concessa potentium
Ara Deum, mitis, posuit clementia sedem
Et miseri fecere sacram sine supplice nunquam.
Illa novo, nulla damnavit vitæ repulsa.
Audent quicumque rogant, accitè sicut diè, igne
Ire datum, & solis numen placare querelis.* Deinde,

*Lachrymis altaria sudant. Rursus,
Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma Dei, mentes habitare & pectora gaudet.
Semper habet trepidos, semper locus horret egenis
Caeribus, ignota tantum foelicibus ara.* Deinde,

Cælicolos, tellus quibus hospita semper Athena.

Macrob. li. 2. Sat. cap. 7.

Pausan. in atticis lib. 2.

Statius libro 12. Thebaidos.

Theoph. li. 1. sic. 2.

§. Ius au

tem civi-

le.

Pierius lib. 49.

Pluc. to. 1 apud.

de super

Quibus ex verbis facile elicitur propositum. Theophilus antecessor institutionum libro primo titul. 2. §. Ius autem civile in fine, Magno apud Athenienses in honore ara misericordiae, & tam officiosè peregrinos qui ad se veniunt, excipiunt, ut præ nimia humanitate, pro iis sæpè bella gerere non sint veriti. Hæc ille. Pierius multa lectio[n]is eius Hieroglyphicôn lib. 49. in ara: Apud Athenienses, inquit, de supra ara peculiaris fuit miseracioni sacra, de qua Papinius poëstitione.

ta, & Lactantius grammaticus meminere, & Plutarchus,

lib.

lib. de superstitione ἐσφυον βωμὸν eam appellat. q. d. ad quã confugere liceat. Plutarchus to. 1. opusculorum de superstitione post principia. Est seruo ara, inquit, ad quam fugiunt: sunt latronibus multa fana quæ extractione eorum profanare non liceat: & qui hostes fugiunt, si statuam aut templum apprehendant, animum recipiunt. Hæc ille. Græcè Plutarchus scripsit, περὶ λατρινῶν ἀμυνῶν, ἐστὶ δὲ λατρὸν φρούριμα ἄρα, ἐστὶν ἡ ἀμύνη ἀβέλεια πολλὰ τῶν ἱερῶν. καὶ πολιτικῶν φρούριον, ἢ ἀγαθῶν λάβωνται ἢ καὶ, ἀρρῶσιν. Latine ad verbum sic interpretor. Est seruo, ad quod confugiat altare, sunt etiã latronibus nō profananda multa templa, & hostes fugientes, si statuam comprehendant, vel tēplum, animos capiunt, audent, confidunt. De ara illa misericordiae apud Athenienses scribit etiam Lucian. to. 2. in Demonactis vita. Atheniensibus quondam consultantibus quædam emulatione erga Corinthios, de singulari certamine congregationem, constituendo spectaculo, Demonax accedens dicit: Ne prius hæc Athenienses decernatis, quàm misericordiae aram subvertatis. Græcè, μὴ πρὸτερον ἔρη, ταῦτα δὲ ἀποστρέψασθε, ἀν μὴ τὸ ἱεὺς τῶν βωμῶν καθύλαξαι. Sed de Dei misericordiae eiusque ara sit sacri potest ut dixisse, si vnquam satis dici posset. Verùm qui fieri potest ut satis dignè misericordiam domini prædicemus? infinitam eius clementiã incomprehensibilem comprehendisse nos arbitremur? Et misericordia eius à progenie in progenies, ait sanctissima

Lucia. to mo 2. De monactis.

Luc. 1.

Deipara Luc. primo timentibus eum. Vides hæc duo coniuncta, quæ inculcanda populo ex hac parabola gravissimi monuerunt concionatores, Dei misericordiam immensam & inexhaustam, simulquæ Dei timorem. Nunc de annulis occasionem nacti ex his verbis date annulum in manu eius non pigeat aliquid delibare. Annulus ingenuitatis olim fuisse symbolum ac notam, nemo dubitaverit, qui latina exemplaria nocturna versavit manu, versaric diuina (ut Hortiano utar sermone) Alconius siquidem Pedianus in 3. contra Verrem oratione, Quædam, inquit, præmia & honori, & lucro sunt, ut hastæ, vexilla, phalera, coronæ civiæ, & annuli aurei ingenuitatis signa. Pierius lib. 41. in annulo. Apud Romanos, ait, Annulus omnino signum nobilitatis fuit Nam apud Livium libr. 9. circa finem, plerique nobilium annulos aureos & phaleras deposuerunt. Idem lib. 23. post principia, Nuntius victoriæ ad Cannas, inquit, Carthaginem venerat. Mago Amilca-

Asco. Pe d. a. nus 3 Verrina. Pierius. Tit. Liv.

ris filius, ad fidem tam letarum rerum Romanorum interfectorum ad Cānas, effundi in vestibulo curiæ iussit annulos aureos, qui tantus aceruus fuit, vt merientibus dimidium super tres modios explese, sint quidā auctores. Tama tenuit, quæ proprior verò est, haud plus fuisse modios. Adiecit deinde verbis, quo maioris cladis indicium esset, neminem nisi equitem, atque eorum ipsorum primores degerere insigne. Hæc Liuius. Plinius autem auctor classicus & probatus lib. 33. ca. 1. de annulis memoria mandant sequentia. Pessimum vitæ scelus fecit, inquit, qui annulum primus induit digitis. Nec hoc quis fecerit traditur. Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanquam illi quoque ferream annulum dederit antiquitas, vinculumque id non gestamen intelligi voluerit. Midæ quidem annulum, quo circumactò habentem nemo cerneret, quæ non etiam fabuliosiore fateatur. *Pero Mexia author de la plua de varia lecion. 4. parte c. 1. scriptor Hispanus vulgari idiomate deus esse error de la letra d de su memoria, scripsit, quod est dictu (vt Latine interpreter) Errore factum esse librariorum, vt pro Gyge supponeretur Midas vel aqua. riuus compubitior fuisse, lapsu videlicet memoriæ Plinij hæc scribentis. De Gygis annulo iam diximus. De quo etiam apud Philostratum de vita Apollonij lib. 3. cap. 2. sub finem, extrat memoria ad hunc modum. Traditur Montanorum draconum capitibus inesse lapillos specie & aspectu incundos, & splendorem quendā coloribus inducentes, portetiaq; mirabiles, quod annulus testatur quæ habuisse Gyge vulgatu est. Hæc ille. Inde versum est in prouerbiu, Gygis annulus. Erasmus in adagiis Chiliadis i. ceteria i. adag. 96. Gygis annulus γυγις δακτύλιος. Quadrat in fortunatos, qui veluti virgula diuina quidquid optant, id suo arbitratu consequuntur. Huius adagij mentionē facit Lucian. to. 2. opusculo inscripto, bis accusatus, seu fora. post medium. Si quis, inquit, ipsis Gygis annulū daret, vt eo induto conspici nō possint, sat scio quod laboribus lōgum valere iussis, ad voluptatem profilirent. Idem eodem tomo in nauigio, seu votis vergendo & appropinquando ad finē: Mercuriū, ait, ego volo obuiam mihi venientem, dare nonnullos annulos, qui huiusmodi vim habeant. Primum quidem vt recte semper valeam & corpore sanus sim, & insauitabilis. Secundum, vt ne conspici possit is, qui eum inducit, qualis ille Gygis fuit. Præterea vt volare possim & ad*

Plinius.

Pero Mexia
Hisp.
panus.

Philostr.

Lucian.

hoc quoque annulum habeam, iam verò & in somnum resoluere quos voluero, & omnem ianuam accedenti mihi pariri, laxata sera & dimoto obice, hæc ambo vnus annulus possit. Plato diuinus (vltra hoc quod supra citauimus) *Plato.* dialogo decimo de Repub. vel de iusto, tendendo circa fines huius libri, iustitiam ipsam, inquit, ipsi animæ optime præmium esse comperimus, iustæque agendum esse monstrauimus, si vel Gygis habeat annulum. Hæc Plato. Ex quo notissimum fit prouerbium multorum sermone tritum fuisse, Gygis habere annulum. Erasmus adagio supra citato. Priscorum supersticio, ait, plurimum tribuit annulorum efficaciam, ita vt venditarentur incantamentis variè efficacem, alij contra morsus ferarum, alij ad alia vel depellenda incommoda, vel commoda concilianda iis qui gestarent. Hæc ibi. An non temporibus nostris auditur rumor, & fama volat non inanis, & vana (vt hæc ætas malaru aruū ferax est, & atheorum multus est numerus, magicæ, incantationis nimium studium viget) de magicis annulis, in quibus mali genij, cacodæmones inclusi deferuntur, & si iuratos expresso que pacto deuotos ac deuinctos homines fallit ad corporis animaq; perniciē & perditionē? Romanoru more, ait Plin. vbi supra l. 33. ca. 1. ferreū id erat, & bellicæ virtutis insigne, Græci ad digitis appellauerunt δακτύλιος, annulus, δακτύλιον τὸ vel δακτύλιος, δ, digitus, apud Græcos. Longo certè tempore ne senatū quidem Romanū habuisse aureos annulos manifestū est. Si quidē iis tantum qui legati ad exterarū gētes ituri essent, annuli publicè dabantur. Credo, quoniam ita exterorū honoratissimi intelligebantur. Neq; aliis vti mos fuit, quàm qui ex ea causa publicè accepissent, vulgoq; sic triumphabant. Et cum corona ex auro hetrusca sustineretur à tergo, annulus tamē in digito ferreus erat, æquē triumphantis, & serui fortasse coronam sustententis. Hic quòque qui ob legationem acceptant aureos, in publico tantum utebantur eis, intra domos verò ferreis. Quo argumento etiam nunc sponit annulus ferreus mittitur, isque sine gemma. Policratis Sami tyranni dilectus ille annulus (de quo concione de diuite cepione à nobis dictū fuit) in mare abiectus, capto relatus est pilice. Annuli distinxere alterum ordinem à plebe. Hæc Plinius. Cicero autem (vt obiter istud annotem) de finibus bonorum & malorum libro quinto circa finē, Policratis Samio, ait, nihil acciderat quod noller, nisi quod annu-
lum

Cicero.

lum, quo delectabatur, in mare abieceratis ipse annulus in præcordiis piscis inuentus est ab Oroëte prætorè Darij in cruce actus est. Hæc ibi. Plinius libro trigesimo septimo capite primo: Post Policratrix annulū, Regia fama est gemmæ Pyrii illius, qui aduersus Romanos bellum gessit. Namque habuisse traditur Achatem, in qua nouè Musæ & Apollo cytharam tenēs spectarentur, nō arte sed sponte naturæ ita discurrerentibus maculis, vt Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Nolo silentio committere, quod Strabo antiquus scriptor, quippe qui Tiberij Cæsaris (sub quo dominus passus est) temporibus floruit, literis consignauit libro 14. Geographiæ circa principia, de Policratre. Argumentum prosperitatis eius, inquit, ferunt, quòd cum annulum lapide & sculptura sumptuosum admodum, industria in mare abiiecisset: paulò post piscatorum quidam extraxit piscem, qui deglutierat eum, & aperto pisce, annulus inuentus est. Ferunt regem Aegyptiorum, cum hoc ei nunciatum esset, veluti vaticinanti pronunciaſſe breui Policratem vitam infœlici exitu clauſurū, qui eouſque lætis elatus eſſet ſucceſſibus: idq; euentu cōprobaſſe. Nā à Perſico ſarrapa doſo circumuentum atq; captum, & in cruce ſublaturum fuiſſe Policratem. Hæc Strabo. Notatione dignum eſt quomodo annulus componatur & fabricetur. Rotundus eſt. Perſectiſſima verò figurarum omnium eſt ſphærica, orbicularis ſeu rotunda. Carer enim principio & fine. Deinde ſubtilis eſt ac læuis, digito etenim nullo negotio geſtatur. Cōponitur autē ſit que de auro, metallo omniū pretioſiſſimo, & ex gemmis & margaritis multi valoris. Antiquiſſimū autē fuiſſe annulorū vltimū optimè & certiſſimè ſacrę nos docent literę, vbi profana cæcurit historia, Genef. 38. ait Iudas ad Thamar. *Gen. 38.* *Quid tibi vis pro arrhabone dari? Reſpondit annulum tui, & amillam, & baculum quem manu tenes, & cap. 41. Pharao ait ad Ioseph. Tu eris ſuper Ægyptum meā, & ad tui oris imperiū cunctis populus obediet: vno tantū regni ſolio te præcedam. Tulitque annulū de manu ſua, & dedit eum in manu eius, & collo torquen- 3. Reg. 21. aureā circumpoſuit. 3. Reg. 21. Scripſit Iezabel vxor Achab regis literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſiſi ad Eſth. 5. maiores natu. Eſther cap. 3. Tulit rex annulū quo utebatur de manu ſua, & dedit eū Aman, hoſti Iudaorum, & ſcripſit contra Iudeos mortis decretum ex nomine regis. Aſſueri, & litera ſignata eius annulo. & ca. 8. Tulit Rex annulum, quē ab Aman*

reſiſſerat, & tradidit Marдохæo. Quo ſymbolo planè ſignificabatur magna autoritas & præcipua, veluti nunc Cæcellariorum alicuius regni. Item patet quomodo annulo literæ obſignarentur, imò & res aliæ. Daniel 6. Rex *Dan. 6.* *Darius lapidem obſignauit annulo ſuo, & annulo optimatū ſuorum. quid fieret contra Danielelem, qui miſſus erat in lacū leonum.* Item ca. 14. Signauit Rex annulo ſuo oſtium clauſum templi. *Dan. 14.* *Beli idoli.* De eo quod Alexāder Ephæſtionis os ſuo obſignauit annulo, vt celandum eſſe arcanum eum commoſtaceret, aliās in concione de filij Zebedei, à nobis mentione facta eſt. Eſt mihi religio non aliqua excerpere ex Marbodei Galli poëtæ vetuſtiſſimi daſtilotheca, cum ſcholiis Georgij Piſtorij regis curia ſuperioris Alſatiæ archiatri, ex nouiſſima recognitione Baſilæ 1555. Sic præfatur Marbodeus. (Non te lateat, quòd *Δαυλιθιδιον*, annulorum reſtoriorum eſt, Plinius lib. 37. cap. 1. Gemmas plures peregrino nomine daſtiliothecam vocant, ait.) *Annulus vt gemmam digitis aptandis haberet, Dicitur imprimis feciſſe Prometheus uſum, Caucaſea rupis, quem lucida ſiagmina ferro Incuſſiſſe ferunt, digito que recepta tuliſſe. Etus poſterior iunxit pretioſa metalla, Et lapides claros adiecit, & in ſuper artem Inſuetamque manum triplici veſtuit honore. Deinde, Propter quod lapidum titulo liber iſte vocatur.* De Caucaſo monte & Prometheo illic religato, Quintus Curtius & Appianus aliquid ſcribunt. Prior quidem lib. 7. *Appianº* *de bello* *Mithrid.* de vita Alexandri longè à principio: Inde agmen proceſſit ad Caucaſum montem. Cuius dorſum Aſiam perpetuo iugo diuidit ſeptemdecim dierū ſpatio. Caucaſum ſuperauit exercitus. P. upes in eo decem in circuitu ſtadia complectitur, quatuor in altitudinē excedit: in qua vincitum Promethea fuiſſe antiquitas tradit. Poſterior autem libro de Mithridaticis bellis, à fine multum remotè, Pompeius præcipue locum videre cupiebat, in quo Prometheus ferrur affixus fuiſſe Caucaſo. Hæc illi. Mirū videri poſſet, quòd apud Philoſtratum de vita Apollonij lib. 3. ca. 13. refertur. Scribit Dauus Iarchā ſeptē annulos, Apollonio dediſſe, ſtellarum ſeptem nominibus cognominatos, quorum ſingulos ſingulis diebus geſtabat Apollonius, iuxta dierum nomina illos diſtinguēs. Vnde patet tales annulos aſtronomica arte, magica adherēte fabricatos, & omnino illicitos, Chriſtianisq; auribus

auribus indignos, virisque religionem proflentibus Christianam minimè cōueniētes. Aulus Gellius & Macrobius, de anulis quo digito sint gestandi non pœnitendā aliqua obseruant, quæ hoc etiā loco reposui, vt ad manum (quod dicitur) siue in promptu habeat lector hanc materiā. Prior itaque lib. 10. cap. 10. & posterior lib. 7. Saturnaliorū cap. 13. Cur anulum in digito qui minimo vicinus est, quē etiam medicinalem vocant, & manu præcipuè sinistra gestandum sibi communis assensūs persuasit? Respondet vterque: Apertis humanis corporibus, vt mos in Ægypto fuit, quas Greci ἀνὰ τὴν αἰτῆρα appellāt; reperiuntur quædam tenuissimum, ab eo vno digito, de quo dixim⁹, ad cor hominis pergere atque pertinere. Propterea non insecutum visum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continēs & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur, Macrobius amplius addit. Verētes, inquit, non ornatus, sed signandi causa anulum secum circumferēbant, vnde nec plus habere quā vnum licebat, nec cuiquā nisi libero. Ideo ius annulorum famuli non habebant. Gestabatur autē vt quisque velleret, quacumque manu quocumque digito. Postea vsus luxuriantis ætatis signaturas pretiosis gemmis cepit insculpere. Hinc factum est vt vsus annulorum exemptus dexteræ, quæ multum negotiorum gerit, in laeuā relegaretur, quæ otiosior est: nec crebro motu, & officio manus dexteræ pretiosi lapides frangerentur. Hæc ibi, Pierius lib. 41. de annulo. Quod verò seruis, aut ius annulorum negaretur, quò tamen impetrato, ingenuitas simul intelligeretur, docet Paulus Iuriscōsultus leg. 1. qui D. de iure aureum annulorum. Is qui ius annulorum impetrauit, vt ingenuus haberetur. Item lege Libertinis. D. eodem, ait Vlpianus. Libertinus si ius annulorum impetrauerit, quamuis iura ingenuitatis, saluo iure patroni nactus sit, tamē ingenuus intelligitur: & hoc D. Hadrianus rescripsit. Ex quibus patet inter iura ingenuitatis computari ius aureorum annulorum. Alexāder ab Alexandro gentiliū dierum lib. 2. cap. 29. Equestris ordo Romæ, inquit, mediū tenēbat locum inter plebem & senatorum ordinem, Equestris ordinis viris, purpura vt patritiis, & senatoribus, non licebat: ius tamen annulorum aureorum, quo insigniti à plebe secernebantur, & mediū ordo notabatur, publicè tributum ferunt. Quod quidem ius, non equitibus modo, tanquam bellicæ virtutis insigne, sed & senatoribus, &

Pierius.

Alexāder.
ab Alex.

militiæ primoribus datum fuit. Cautumque fuit, ne quis equestri ordini ascisceretur, neue ius annulorū aureorum haberetur, nisi ipse ingenuus, pater & auus ingenui forent. Postea deprauatis moribus paulatim mancipēs & scribæ pro concione ab Imperatoribus veluti præcipuo munere, aureis annulis donari cœpere. Deinde libertinos, hoc iure donari, & ordini aduocari cœptum. Fuere enim mancipēs qui prerogatiuā inter publicanos habebant. Qui verò vti præcipua redimebant, publicani dicti. Demum vilissima mancipia seruiture exēpta, in hunc ordinē asciscere, & equestris dignitate honestate, vsus inualuit. Hæc Alexander Iurisperitus Neapolitanus. Qui etiam subinfert ibidem: Non cuiusque militi annulos aureos passim deferre licuisset: quia nisi ex primoribus militum, aut re magna & existimatione forent, aut præfectus, centurio, decurio, aut tribunus, exercitui præfessent, vel à principe aut prætore aureo annulo donati fuissent, illis impune vti nō licebat. Ferreo enim militib. passim vti permittitur. Hacten⁹ ille. Anulus etiam nuptialis, ille dicebatur, quē veteres cōiugibus dono dare consueuerāt, non ex auro sed ferro, quem prior ætas in sinistra ferebat, crediderim, ne vsu attereretur, quod erat propriū nuptialis annuli. Reliquos verò siue ex ferro siue auro quacūq; manu deferre licuisse. In annulis eorū quos præcipuo honore prosequēbatur, aut maiorū imagines effigēdas, exsculptasque habebant. Africani filius, patris effigie annulo insculpsit: de quo Valerius lib. 3. ca. 5. Qui à præclaris parētibus degenerarunt: Superioris Africani filius Scipio, monstro similis ob corruptos mores fuisse declaratur. Et cuius manu propinqui annulum, in quo caput Africani sculptum erat, detraxerūt. Pierius vbi supra de annulo. Sane solebant in huiusmodi annulis eorum etiam imagines fieri, quorum memoriam colerent & obseruarēt, quod eos sibi præcipuè cordi esse qui eas gerebant, cum quadā etiam ambitione omnibus ostentarent. Ideo digito qui minimo latæ proximus est, eaque de causa nomen illi inditū annuli, gestabāt illos. Vnde & Tertullianus apologetico aduersus gētes cap. 6. Circa scēminas quidē etiam illa maiorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ sobrietati patrocinabantur: cum aurum nulla norat, præterquam vno digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo: cum mulieres vsque ad eò vino abstinerent, vt matronam ob signatos cellæ vinariæ loculos, sui inedia necarint, &c.

Valerius.

Tertull.

Scholias

Scholias res recentior ibidem. Annulū pronubum sine spō-
 saliorum vocat, quo duce mutus amor, vsque ad ima cor-
 dis penetraret. Sed meminisse par est hūc annulum pignus
 coniugij, quo perpetuus esset, sinistra tantū manu detra-
 ri, ne attereretur, ferreū primò fuisse, & sine gēma, ne quā
 pretio ductus surriperet. Hinc beata Agnes dixisse perhi-
 betur (vt sancta mater canit ecclesia.) *Annulo suo subarra-
 uit me dominus Iesus Christus, &c.* id est, Annulo dato sibi do-
 sponfauit. Petrus de Natalibus in catalogo sanctorum lib.
 10. cap. 105. Catharina, inquit, virgini mater Dei cum filio
 apparuit. Mater filio sponfam obtulit, & ipse eam vt pul-
 chram & decorā acceptauit, eamque cœlesti annulo sub-
 arrauit: id in somnis illi cōtigit. Excitata virgo annulū si-
 bi in digito reperit, sicque deinceps Christi amore succen-
 si, mundi pompas contemnere cepit. Hæc ibi. Subscribit
 elegantissimus poëta religiosus & pius, Baptista Mantua-
 nus tom. 2. operum, secundæ Parthenices l. 2. post initia de
 hac sancta sic ille cecinit, cum illa esset carceri inclusa, &
 Deum exorasset suam illi commendans pudicitiam.

Auduit orantem cœli regina puellam,

Et sequalis erat primi post tempora partus

Obtulit, infantem niueis complexa lacertis.

Et sic orsa loqui: Tua me suspīria virgo

Deduxere polo, ne sollicitere pudoris

Sum tutela tui. Sed quo secura quiescas,

Tolle manum, sibi perpetuo te copulat infans,

Connubio Christus, nurus es mea, pone timorem.

Sic ait. & fuluo digitum puer induit auro,

Quo moriens seruabat adhuc, quod causa sepulcro

Immortale tenet diuini pignus amoris.

Hactenus Mantuanus, cum Petro de Natalibus cōsentiens
 hoc vno excepto, (quod rei gestæ historiā minimè violat)
 quod in carcere factum fuisse virgine vigilante & orante,
 affirmet poëta, alter autē in domo materna, & virgine puel-
 la adhuc dormiēte ac quiescēte in somnis, hanc narrat mō-
 stratā illi fuisse visionē, & rei certitudinem, post somnū ma-
 nifestè apparuisse, annulūque in digito virginis fuisse in-
 uentū. Quæ nullo negotio sic cōciliari possunt: vt bis tam
 in domo quā in carcere ad maiorē huius martyris cōfir-
 mationē, & in angustiis extremis consolationē, factū fuisse
 dicam⁹, quasi domin⁹ Christi illā sibi sic despōdēs diceret,

Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

Apud Virgilium extat versus. *Æneidos* 1. circa principia, & *Æneid.*
Æneidos 4. Proprium capitur pro perpetuo. Cicero oratio-
 ne pro lege Manilia in ordine 13. post medium, loquens de
 Pompeij felicitate vtrumque coniunxit: Quod vt illi pro-
 pterium ac perpetuū sit Quirites, cum cōmunis salutis atq;
 imperij, tum ipsius hominis causa (sicuti facitis) velle &
 optare debetis. Hæc Cicero. *Propriamque dicabo*: Hoc est
 perpetuam mihi sponfam assumam te. Ne dubites, charis-
 sima mihi semper eris. Quod non semel, hoc annulo spon-
 dere & certissimo amoris erga me tui pignore, ac simbolo
 tibi polliceor & spondeo. Sic ego absque præiudicio melius
 sentientis existimo. Annulum amicitia symbolum esse ob-
 seruat Hamerus commentationibus doctissimis in Gene-
 ram ad ca. 38. Sunt etiam annuli, ait, pignora nonnumquam
 amantium, quibus inuicem se se animi causa spoliare so-
 lent, quam Flaccus in Carminibus canit.

Pignusque direptum lacertis,

Aut digito male pertinaci.

Annulorum vsus nō probatur Plinio (vt suprā narrauimus
 ex eodē) tamē Iudam Patriarcham annulo fuisse vsum ve-
 teridica narrat sacræque historia. Idē Hamerus in ca. 41. Ge-
 nesis ad verba illa. *Tulit Pharaon annulū de manu sua, & de-
 dit eū in manu Ioseph.* Mirum est, inquit, Pliniū scribere lib.
 37. ca. 1. annulorum vsum Iliacis siue Troianis temporibus
 nullū fuisse, cum hic videam⁹ apud Ægyptios ante Troia-
 na tempora annulos fuisse, nisi credibile est illū de Græcis
 de Italis sensisse, apud quos hoc digitorū gestamen tum in
 vsu non erat. Scribit Valerius Romæ fuisse nonnullos, qui
 quamuis nullis tabulis hæredes sibi instituerint, tamē an-
 nulorum in supremo vitæ exitu traditorum significatione,
 sibi hæredes nuncupasse videri voluerunt Valerius lib. 7. c.
 8. de raris testamentis & insperatis. Q. Cæcilius L. Luculli
 promptissimo studio, maximæque liberalitate, honestū di-
 gnitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecu-
 tus, cum præ se semper tulisset vnum illum sibi fore hære-
 dem, moriens etiam annulos ei suos tradidisset, Pomponiū
 Anticum testamento adoptauit, omniumque bonorū reli-
 quit hæredē. Sed fallacis & insidiosus cadaver populus Ro-
 manus per viā traxit. Item ibidē. T. Barrulus Lentulo Spin-
 theri, cuius amantissimum animū, liberalissimamque ami-
 citiam tenerat, decedens suos annulos, perinde atq; vnicui
 hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredē relinquerebat.

Quantum

Pet. de
Nat.

Mantua-
nus.

Hamer⁹

Flaccus,

Hamer⁹

Valerius
lib. 7. c. 8.

Quantum illo momento temporis cōscientia à reterrimo homine supplicium exegit? M. Popilius Senatorij ordinis Oppium Gallum ab ineute atate familiarissimum sibi, meritis vltimo complexu & osculo dignum iudicauit. Isque p̄rque annulos suos ei tradidit, videlicet ne quid ex ea hereditate, quam nō erat aditurus, amitteret. Quos diligētissimē haredibus illius, exhaeres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius? Senator populi Romani moriens iura familiaritatis scurrili lusu suggillāda sibi desumpsit. Quibus ex historiis patet, hēredes etiā annulorum traditione, quodā veluti symbolo designari solitos. Expressis disertissime verbis hoc ipsum indicat Q. Curtius de rebus gestis Alexandri magni scribens: Lecto decubentem, moritūque proximū (nam & vox deficere iam cōperat) detractum annulum digito, Perdicca tradidisse: & paulo pōst extrinsecum fuisse Alexandrum. Ex quo obseruat eruditissimus Hamerus, quod id praeiudicium quoddam successoris designari videbatur esse. Nam & si non voce nuncupatus haeres, iudicio tamē electus esse videbatur. Ideo Q. Curtius vbi supra dicit: Post regis mortem Perdicca regia sella in conspectum vulgi data, in qua diadema, vestique Alexandri cum armis erāt, annulum sibi pridie traditum à rege in eadem sede posuit: quorum aspectu rursus abortu omnibus lachrymā integrare luctum. Et Perdicca: Ego quidem inquit, annulum quo ille regni atq; imperij vices obfigurare erat solitus, traditum ab ipso mihi reddo vobis. Deinde variis oris super duce constituendo sententiis, Aristomachus orsus est dicere, Alexandrum consultum, cui relinquere regnum, voluisse optimum deligi. Iudicatū autem ab ipso optimū Perdiccam, cui annulū tradidisset. Nec enim vnum eum assidisse morienti, sed circumferentē oculos, ex turba amicorum delegisse cui traderet: Placere igitur summam imperij ad Perdiccā deferri. Nec dubitauerit quin vera cōferret. Itaque vniversi procedere in medium Perdiccam, & regis annulum tollere iubebāt. Hērebat inter cupiditate pudorēq;, & quod modestius, quod expetebat, appetere, pernicatius oblaturos esse credebatur. Itaque cūctatus diu quid ageret incertus, ad vltimum tamē recessit. Hactenus Curtius. Tācū momēti habiti sunt regū annuli, ait Hamerus, vt his regni potestatem & ius representari putauerint. Suet. in Tiberio Cæsare §. 73. scribit Tiberiū iam moribundum detractum sibi defuncti annulum, mox respicientem

Q. Curtius ubi supra.

Suetonius

requisisset.

requisisset. Seneca enim scribit, intellecta defectione, eximium annulum, quasi alicui traditurum parumper tenuisse, dein cursus aprasse digito, & compressa sinistra manu ianisse diu immobilem: subito vocatis ministris, ac nemine respondente, cōsurrexisset, nec procul à lectulo, deficientibus viribus concidisset. Hæc apud Suetoniū. Adicit Hamerus, vt hinc facile appareat, Tiberium Cæsarem in vltimo exitu annuli sui curam egisse, ne quis illum, quem nō velle, eriperet. Ex Pontificali Rom. de cōsecratione electi episcopi didici per annulum Episcopos sacrari, cuius benedictio est huiusmodi. Tu domine emitte tuam benedictionem super hūc annulum &c. quē in digitū annularem accipite manus consecrati immittit cōsecrans, dicens. Accipe annulum: fidei scilicet, signaculū quatenus sponsam Dei: videlicet ecclesiam, intemerata fide ornatus illibatē custodias. Ibi etiam de benedictione abbatū tantūdem dicitur, cū dabitur & infigitur digito annulari dextræ manū abbatū benedicti. Item de benedictione & consecratione virginum Pōtifex accipiens annulū & mittens ipsum digito annulari dextræ manus virginis, desponsat illam Christo: desponsato te Iesu Christo. Accipe ergo annulum fidei, signaculum spiritus sancti, vt sponsa Dei voceris, fideliter & cumde seruiaris: In nomine patris, & filij & spiritus sancti. De annulis, vt eorum absoluaus negotium, & huic iam loquuti argumēto finē aliquādo imponamus, dico illorum (vt supra retulimus) esse antiquissimū, ad signandum seu sigillandum, ad digitorum ornamentum ad multas magnasque commoditates ratione inclusarū gemmarum, quarum vis & energia nō minima putatur, & ad tuendā sanitatē, & ad omnes depellēdos, ad spōsalia etiā, ad memoriā denique tuendā, ex permutatione & translatione ab vno digito in aliū. Inde scilicet refricatur rerū quarū meminisse volumus recordatio, & sepius excitatur, honorique gestūbus solus, sunt & ornamēto: Adeo vt episcopis etiā annuli vsus frequētissimus & celeberrimus: Nō ergo abs re dicitur. Date annulū in manu eius. Superest vt de fratris senioris annulatione & implacabili aduersus fratrem iuniore odio, quicquid dicamus. Profectō nō est grauius odiū, quā si inter fratres accensum fuerit. Reuoca in mētem quæ de duobus fratribus ab ipso mūdi exordio, sacra cōmemorat historia debelem instū ex inuidia Cain homicida primus sustulit & interfecit. Norissima sunt quæ de Ismaele aduersus Isaac

P p de

auream Phrynes meretriculæ effigiem Delphis positam cum vidisset, exclamauit: Græcorum id petulantia tropæum erectum esse, arguens quod scortum è curpi quæstu tantum auri collegisset. Laërtius lib. 6. de vita philosophum in Diogene post medium: Phryne scortum Venerem auream Delphis obtulit, quam ille ita inscripsit, *Græcorum intemperantia*. Plautus etiam in *Afinaria* ante medium, Lena loquitur petulans, & procax scortum: *Non tu scis, nec noster quæstus aucupij simillimus est?* Deinde,

Plautus
in *Afinaria*
et in
Bacchidibus.

Auceps sum ego,

Esca est meretrix: amatores aues. Item,

Portitorum simillima sunt ianua lenonia:

Si affers, tum parent: si non est quod des, ades non parent.

Idem Bacchidibus in ipso exordio, ad scorta sermo est:

Viscus merus vestra est blanditia. Deinde,

Magis illectum tuum quam lectum metuo, mala tu es bestia.

Lucianus
in *Toxaritom*, 1.

Lucianus tomo primo in *Toxari* siue amicitia, Erasmo interprete, describit ante libelli medium. Charicleam quædam Ephesiam supra modum meretriciam, admirabilem alioqui artificem quauisque meretrice doctiorem, allicere amatorem, donec imprudens in castes inciderit. Illa cum plures adolescentes ingularat, & innumerabiles amores fuerat mentita, domoque opulentas euertierat, & domos nobilissimas exhaurit atque exinaniiuit. Cum nihil amplius esset, iam exuccum iuuenem amatorem deserebat, & alium quempiam bene nummatum venabatur, atque ad illum desectebat. Tales sunt meretriciæ artes, decipiulæ, & fraudes. Idem tom. 4. in dialogis meretriciis, ubi mater & filia interloquuntur, Mater quidem lena, & prostitutaens filiam quæstus turpis merendi gratia, unde meretricis à merendo ære deriuatur appellatio. Nā mercede suam exercet militiam, vile prostibulum. Artes talium graphice depingit, dicere supersedeo, Coma in talibus decipulis (Gallicè, *happelourdes* vocamus) est non rarè suppositicia, & fucus quo tinguntur & veluti incrustantur ac impolueræ meræ insunt eis: Cumque sint anus, videri volunt inueniculæ. Quando ram multa ad meretrices amatores deserunt, domini vocantur. Postea quam verò exhausti fuerint ac sicci, excluduntur. In illis dialogis meretricis Luciani athei, meretriciū vitia, variâque lasciuia describunt. Mala cognoscenda esse, non vt faciamus, sed vt facilius euitemus. Ex sapientioribus dixisse quidam fertur vindemiant

vindemiant amatores, hæc harpiæ? Sanctus Isidorus Hispanensis Episcopus, originum siue Ethymologiarum lib. 11. lib. 11. E. capite penultimo, de portentis. Gorgones, inquit, meretricibus crinitas serpentibus fertur, quæ aspicientes se conuertebant in lapides, habentes vnum oculum quo inuidentur. Fuerunt autem tres sorores. Vnius pulcherrimæ, quasi vnus oculi, quæ ita inspectores suos stupefacite faciebant, vt vertere eos putarentur in lapides. Syntomas tres fingunt fuisse ex parte virginis, ex parte volucres habentes alas & vngulas, quarum vna voce; altera tibia, tertia lyra canebat. Quæ illectos nauigantes suo cantu in naufragia trahebant. Secundum veritatem autem meretrices fuerunt, quæ transeuntes; quoniam ad egestatem deducebant, iis fictæ sunt inferre naufragia. Alas autem habuisse & vngulas, quia amor & volat & vulnerat. Quæ inde in fluctibus commorasse dicuntur, quia fluctus

Venerem creauerunt. Narrat Ælianus de varia historia lib. 13. cap. 32. cum Callisto meretrice Socrates aliquando sermonem habuit, quæ cum diceret: Ego quidem ô Socrates multam tibi præsto. Nam cum tu neminem ex meis, à me possis abalienare, ego cum libitum est, tuos omnes à te atoco. Respondit, Quid, inquit; mirum hoc est: Si quidem tu ad decliuem tramitem omnes rapis, ego verò ad virtutem cogo, ad quam arduus & perisique insolitus est ascensus. Talia monstra & portenta docentur, ab ipsis innotabilis disciplina pueri in scholis, deuitare, hoc dicitur. Meretricem fuge. Si lupum fugiendum lupam-ve census; quomodo non perniciosiorem hanc lupam meretricem scilicet, fugere curabis? Nec insolens videatur lupas meretrices dicere, cum Dionysius Halicarnassensis anti-

quitatum Romanarum lib. 1. appropinquando ad finem, Faustuli coniugem nomine Larentiam, ob prostratam quondam pudicitiam, in colle Palatini montis cognomen Lupæ habuisse inditum referat. Ea Græcis, inquit, prisca est appellatio venalem voluptatem veneream prostituentium, quas nunc honestiore vocabulo *τραίπα*, quasi amicas vocare solent. Hinc factum ignoratibus data est occasio fingendi de lupa fabulam, quoniam hæc fera Latina voce lupa dicitur. Hæc Dionysius. Nos Gallicè *Louues*, Meretrices etiam vocare solemus: nunc honestius, nomine aulicarum Nonius & amicarum (Gallicè, *Courtisannes* & *mignonnes*) notare consuevit. Nonius Marcellus dictione lupari, dicit, *lup*.

P. p. 3 tantundem

Ælianus
de var.
hist. li. 13.
cap. 32.

Dionysius
Halicarnassensis
lib. 1. anti-
quit. Ro.

Nonius
& Marcellus

tantundem illud significare ac scortari, vel prostitui. Turpiliius Acta (cuius meminit & Horatius) auctor est. *At qui scalis enim meretrice è nostro ornatus, per vias lupantur.* Et Gellius noctium Articarum libro sexto capite septimo: Accusata Larentia corpus in vulgus dabat: pecuniamque eneruerat ex eo quæstu vberem. Ea testamento Romulum regem vel populum Romanum bonis suis hæredem fecit. Et Lactantius Firmianus, libro primo diuinarum institutionum capite vigesimo. Larentia, inquit, fuit Faustuli vxor, & propter vulgari corporis vilitatem, lupa inter pastores, id est meretrix nuncupata est, vnde etiam lupanar dicitur. Idem auctor Flora, ait, cum magnas opes ex arte meretricia acquisiisset, populum Romanum scripsit hæredem, certam pecuniam reliquit, cuius ex annuo scenore suis natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Hæc Lactantius. Vt ad luparum reuertamur cognomen, Lupa pro meretrice etiam apud Ciceronem positum legimus, quod vt lupa cibi, ita hæc vel libidinis vel quæstus appetens sit.

Cicero in Milonia. Cicero oratione pro Milone in ordine 38. ante media, de Clodio sic loquitur: ille semper secum scorta, semper exotos, semper lupas ducere solebat. Vbi videre est luparum nomine meretrices infatigabiles facile intelligi. Exolcti autem dicuntur scorta mascula, quæ iam profectionis sunt ætatis. O impietatem & nefandissimam scortationem! Nonius Marcellus, inter meretricem & prostibulam hoc interesse scribit: quod meretrix honestioris loci est & quæstus: nam meretrices à merendo dictæ sunt, quod copiam sui tantummodo noctu facerent: Prostibula, quod ante stabulum stet, quæstus nocturni & diurni causa.

Pompeius Festus. Pompeius Festus dictione Aliciarum meretrices. Quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibulæ. Tam vilem ac putidam seipsam omnibus prostituentem, lupam scdam & rapacissimam, meretricem significo tibi, ô adolescens fuge.

Cicero pro Cælio. Caue tibi etiam ab ea sententia quam Cicero oratione pro M. Cælio circa medium, in scriptis posuit. Si quis est, inquit, qui etiam meretricis amoribus interdicitum iuuentuti putet, est ille quidem valde seuerus, negare non possum, sed abhorret non modò ab huius seculi licentia, verum etiam à maiorum consuetudine atque concessis. Quando denique fuit, vt quod licet non liceret? Si qua

non

non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditate, palamque se in meretricia vita collocauerit, virorum concussimorù conuiuuii vti instituerit, si hoc in vrbe, si in vicis, si in Baiarù illa celebritate faciet, si denique ita se gerat, non incesso solum sed ornatu atque comitatu non stantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, nauigatione, conuiuuiis, non solum meretrix sed etiam procax videatur: cum hæc si quis adolescens forte fuerit, vtrum hic tibi Heredes adulter, an amator, expugnare pudicitiam, ante explorandum voluisse videatur? Hæc tibi Cicero. Caue inquit, ne horum lenocinio verborum ab ethnico & infideli nomine dictorum scriptorumque vnquam capiaris. Quasi libere Christiano putes cum meretricibus scortari & lupanari. Quamuis enim cum huiusmodi rem habere non sit a peccato. Quamuis enim cum simplici fornicatione grauius) est tamen scortatio lege diuina vetita, tamen agentes peccatum nullum esse errore excæcati ac ignorantia dicerent & profiterentur. Idem apostoli (vt patet Actor. 15. sic declarauerunt & authenticè statuerunt, gentibus scribentes ad hunc modum. Visum est spiritui sancto & nobis, vt abstineatis ab imolatis simulachrorum, & fornicationem, quæ (ait ibidem doctor Liranus) erroneè licita esse putatis, & idem abstinendum est ab ea, non solum propter amicabilem societatem & conuictum seu cõuersationem cum Iudæis, sed propter necessitatem salutis. Scriptum est enim, Non mœchaberis. Quo in loco nedum adulteriũ, sed etiam quæcunque impuritas, mollicies, obcenitas, immunditia, & scortatio siue fornicatio, quantumuis simplex soluri cum soluta (vt dici solet in scholis) seuerè & discretis verbis, prohibetur. Ergo tertio iam replico, Meretricem fuge. Monstrum horrendum & perniciosum fuge: lupam que ad ossa deuorantem omnia, fuge ô adolescens. Quod quia non fecit hic incautus iuuenis, ne calcei quidem illi relicti sunt, sed à meretricibus spoliatus & omnino denudatus vestibus, argento, subitatis, annulis, & pretiosis quibusque, nudus ab eis tandem, diuina clementia, veluti à D. Chryseane faucibus erutus (Leæna enim scorti hieroglyphicũ & soss. to. 5. symbolum est: fuitque hoc nomine Attica vel Atheniensis ad populam quædam meretrix) tandem profugit pauper iste, & egenus li Antiochenus venitque ad patrem. D. Item Chrysostomus tomo 5. ad populum Antiochenum homilia 63. sub finem, si rectè ad-

monet. Nam qui meretricibus, ait, erogat, ridendus erit & rursus, & multa feret bella, & modicam voluptatem, imo verò neque modicam: quotquot enim fornicantibus dederit mulieribus, ei nullam habebunt gratiam. Dolium enim perforatum, est aliena domus: Alioquin autem impudens est huiusmodi genus, & inferno similem esse ipsius amorem, Salomon prouerb. 30. comparans dixit. Et tunc tantum desistit, cum omnibus nudatum amatorem esse viderit: quinimo neque tunc cohibetur, sed magis furatur, & insultat iacenti, & multum in eum commouet risum: & tantis eum malis afficit, quanta neque sermone possunt referri. Hæc eloquentissimus ecclesiastes & concionator Chrysostomus. Hæc omnia dixerim (beneuoli auditores) quia prodigus noster cum meretricibus substantiam suam dissipasse accusatus, & à fratre infimulatus fuit. Videor mihi audire vulgatum illum versiculum,

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

O adolescentes, sat prata biberunt plus satis voluptatibus indulistis: sat prata biberunt. Nimis hætenus genio & delitiis dediti fuistis. Sat quoque prata biberunt. De hoc parabolico exemplo huculque affatim à nobis dictum est. Claudantur itaque riuus, & vos o iuuenes, claudite riuos, hoc est aditum otio, luxui & intemperantiæ à cætero denegare & præcludite. Nobis similiter liceat paululum respirare, sicque hanc satis prolixam cõcionem claudere. Istius prodigi exemplo, ad veros penitentia fructus conuersi, procidentes coram patre misericordiarum, de profundis ad illum clamemus: Pater peccavi in cælum & coram te: & benignissimus ille ad conuiuium nos deducet cœlesti, ubi auditur Symphonia & chorus, concentus & melodia beatorum spirituum Deum collaudantium. In-

tra quorum nos consortiũ non estimator meriti, sed veniæ quæsumus largitor ad-

mitte. Per Christum dominum nostrum,

Amen.

*

DO

DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMÆ.

De Dæmonio per Christum eiecto. Matt. 12. & Luc. 11.

Et Iesus eiciens Dæmonium, & illud erat mutum: & cum eiecisset Dæmonium, locutus est mutus, & admirata sunt turba &c.



Vandoquidem 1. Ioan. 3. venit Iesus vt dissoluat opera Diaboli. Christus ideo eiciens Dæmonium hîc describitur. In hoc enim apparuit filius Dei, vt (sicut per Prophetam Zachariam cap. 13. ante vaticinatum fuerat) Dæmonium

ab homine eiiceretur & depelleretur: Sic enim scriptũ est: *disperdam nomina Idolorum de terra, & spiritum immundum operam de terra. Eu Dæmonis eiectio: Nunc princeps huius mundi eicitur foras, Ioan. 12.*

Sicut enim ex Philosophia, Cõtaria mutuo se expellunt, frigiditatem (verbi gratia) expellit calor: sic *φρὰ ἀνὸ ποτος* Christus, Dæmonẽ *μὴ σὰνδ ποτον* hoc est amator humani generis, olorem hominum, inimicum, & aduersarium nostrum, Diabolum. Sicut *Arca dei eiecit Da-*

gon, Reg. 5. *Dagon iacebat ante arcã pronus*: Sic modò Christus expulit Dæmonium. Quod mutum fuisse perhibetur. Nimirum ab effectu, quia hominem reddebat mutum.

Pallida mors apud Horatium li. 1. Carmin. Ode 4. dicitur: & li. 4. Carmin. Ode 7. *Bruma recurrit iners*. Dicitur frigidus piger, quia pigros & inertes homines efficit. Et apud Apostolum concupiscentia vocatur peccatum, eò quòd ad peccatum pellicit. Non quòd in renatis sit formaliter peccatum, sed quia est peccati pœna, & ad peccandum prouocat. *Concupiscentia*, ait D. Iacobus c. 1. *cũm cõceperit, parit peccatum. Dæmoniacus*, ait D. Matthæus, *oblatu est cæcus & mutus*. Vide astutiam satanæ. Cæcum reddit, vt lumen rationis per peccatum obrebebratum & obfcuratum intelligas: & mutum, ne vei diuinam queat implorare opem, vel Deũ laudare, vel (quod in primis fieri debuit) ne suum possit confiteri peccatum, ac veniam postulare & indulgentiam.

Lupus ouem strangulat: Coruus oculos statim effodit: Sic mysticus iste lupus, rapax Cæcodæmon, ouem statim strangulat, ne clamet ad pastorem & vindicem ac defensore suum Christum. Coruus ille oculos eruere comprimam studet. Cui myterio valde congruit & quadrat,

Pp 5 quod.

1. Ioan. 3

Zach. 13

Ioan. 12.

1. Reg. 5.

Horat. li

bro 1.

Carmin.

Ode 4.

& lib. 4.

Ode 7.

Iac. 1.

quod. i. Reg. ii. de Naas scriptum est, hoste populi Dei (erat is Ammonites) & rogantib. Galaaditis, ut eos haberet servatos, & servarent ei: Respondit inhumanè & atrociter in hoc feriam vobiscum fœdus, ut etiam omnium vestrum oculos detrahas, ponamque vos opprobrium in populo Israël: Sic vniuerso Israël mystico facit Diabolus hostis iuratus. Erucere nuntur oculos maximè dextros. Annon hoc fuit immanc facinus Philistinorum aduersus Sampsonem, Iudicum 16. ca. *Quem cum apprehendissent Philistinum, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vincitum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.* Applicatio est facilis. Nã ad hunc modum Diabolus erucere conatur oculos nostros, non cæcos quidem, sed magis interiores mentis oculos, vt videtes peccatores nõ videant: sicut diuina testatur scriptura. *Ex cæcavit eos malitia eorum,* Sap. 2. Quod lõgè deterius est talem inducit per peccatum cæcitatem, vt, sicut Christus Pharisæis dixit Ioan. 9. cap. *Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis, Quia videmus: peccatum vestrum non est.* Putant cæci peccatores lyncæos se habere oculos. Quenim maior cæcitas, quàm dum qui nihil videt, nescio quod delusus phantasia, & errore deceptus, putat se optime videre? Vel laborat cæcitate, & non sentit nec percipit: Vnde denique non per ignorantiam peccat, sed scienter? videtur maius peccatum habet. Seneca lib. 6. Epistolarum, epist. 104. sic scribit: Harpastem vxoris meæ fatuam, scis hereditarium onus in domo mea remãssisse. Ipse enim auerissimum ab istis prodigijs sum: si quando fatuo delectari volo, non est mihi longè querendus, me rideo. Hęc fatua subito cessit videre. Incredibilem tibi narro rem, sed veram. Nescio se esse cæcam, subinde pedagogum suum rogat vt migraret ad domum tenebrosam eisẽ. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi. Nemo se auarum esse intelligit, nemo cupidum. Cæci tamen ducem quarunt, nos siue duce erramus, & dicimus: Non ego ambitiosissimus, sed nemo aliter Romę potest viuere: Non ego sumptuosus, sed vrbs ipsa magnas impensas exigit: Non est meum vitium quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitę: Adolescentia hęc facit. Quis nos decipimus? Non est extrinsecus malum nostrum, contra nos est, in visceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad summam peruenimus, quia nos agrotare nescimus. Non verò nec querimus quidem medicum. Hęc ille. Videtur

1. Reg. 11
Iudic. 16
Sap. 2.
Ioan. 9.
Seneca. lib. 6.
Epist. 104.

quantæ tenebræ sint, dum nos esse cæcos pernegamus, & tamen clausos oculos habemus: ò hypocrita, ait Christus, ecce trabem de oculo tuo. Et Apostolus Rom. 2. *Confidis te* Rom. 2. *ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, &c. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces. Si cæcus cæco ducat te, & ambo in foveam cadunt,* Matth. 15. Et hæc de cæcitate. De loquelæ verò impedimento, Plinius Nat. Historiæ lib. 8. ca. *Lupi vocem homini quem priores contemplantur, adiuuant ad præsens.* Hinc Virgilius Ecloga. 9. *— Vox quoque Mœrim Lam fugit ipsa, Lupi Mœrim videre priores.* Theocritus Græcus Poëta Eidylio 14. circa exordium: *ἰ φθῆγῃ, λόνον ἄδεις.* Theocrit. Eidyli. 14. Hoc est: Non loqueris? lupum vidisti? Hinc (ait P. Ramus Commentarijs suis siue prælectionibus in dictam Virgilij Eclogam) proverbium natum est: Lupus in fabula, dicitur, cum lupu uenit is de quo loquimur, & nobis sui præsentia loquendi facultatem amputat. Causa physica est. Creditur enim Luporum visus esse noxius. Sic spiritualiter interpretando Lupus ille rapax, hoc est Diabolus, vocem homini adimit, & eum mutum reddit. *Et illud erat mutum* (ait præsens Evangelica lectio.) *Dæmon* (ait Ludouicus Granatensis) in sermone & silentio non struit insidias. Aliud mutum est, aliud loquax. Ad eodẽ punctis plena sunt omnia. Mutos efficit eos, qui detractores adiuuant, & nõ reiciunt. Mutos efficit qui confiteri renuunt: Contrã loquaces facit detractores, Deo odibiles siue exosos. De muto Dæmonio habetur hic exemplum, alibi frequenter de loquacibus. Nam *non sinebat ea loqui.* Luc. 4. & *Obmutece spiritus immunde &c.* loquaces reddidit blasphemos, qui nomen Dei impiè & sceleratè blasphemant. Aduersus quos Nabuchodonosoris edictum, & grauissimũ decretum extat, Daniel. 3. *Lingua que loquuta fuerit blasphemam contra Deum dispareat, & domus eius vastetur.* Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, Leuit. 24. c. Anales nostri Gallici (vt est apud Guaguinum lib. 7. de sancto Rege Ludouico) perhibent ab eo legem latam de execrabilibus iuramentis. Dum palatio egressus audisset blasphemum quendam, cãdenti ferro labia peierantis inurere iubet: ò linguam ferro meritò amputandam, quæ loquitur blasphemias contra Deum. Loquax illud Dæmonium non minus perniciosum est, quàm istud quod erat mutũ. Nota Christum

Matt. 15.
Plin. li. 8.
cap. 22.
Virgilius Eclog. 9.
Theocrit. Eidyli. 14.
Ludouic. Gran. in præsens Euange.
Luc. 4. & Luc. 4.
Dan. 3.
Leui. 24.
Guaguinus lib. 7.
Ludouic.

Christum sapissimè Dæmonium eiecisse ab obsecris corporibus, vt à filia Chananeæ (quemadmodum superiore Dominica dictum fuit) à lunatico, ab isto muto, & multis denique aliis.

Fiamma Fiamma sermone Etrusco elegantissimè ad hoc Euangelium animaduertit. *Nelli discorsi del fiamma sopra L'euangeli.* Vertam latinè propter Italicæ lingue imperitiam Animaduertit inquam, quomodo omnis peccati præcipuus author & causa princeps, non quidè efficiens sed deficiens est Diabolus (ipse enim primus peccauit.) Idcirco (foras.) Euangelista vndecim nominibus, hac breui historia Euangelica eum vocauit: Nempe appellans 1. Dæmonium, 2. murum, 3. Beelzebub, 4. Principem Dæmoniorum, 5. Regem, dum dicit: Omne regnum in seipsum, &c. quomodo ergo stabit regnum eius? 6. Satanam, dum dicit: Si Satanam in seipsum diuisus est, 7. Armatum, 8. Fortem, 9. Spiritum immundum, 10. Spiritum, 11. nequam, assumit, inquit, septem alios spiritus nequiores se. Cum autem comparatiuus præsupponat positiuum (vt argutantur Dialectici è grammatica) Nequiores igitur, præsupponunt illum esse nequam & spiritum malum, qui tales assumit. Quæ duo sunt vel epitheta spiritus, & immundus spiritus & nequam, vt vndenarius expleatur numerus. Quorum prius explicatur naturam spirituales, & materiæ expertè, posterius verò malitiam & peruersum illius ingenium. Hæc, inquam, vnde ostendatur nobis, quod sicut numerus vndenarius est positiuus Denarius primus, qui decadem terminum & perfectionem limitèmq; numerorum excedit: sic Dæmon est primus diuinæ legis præuaricator, quæ decem præceptis concluditur. Quemadmodum autem omnes numeri decimum superant, quæ capiunt transgressionis exemplum. Vnde Christus peccatoribus dicit: Vos ex parte Diabolo estis, Hoc est Dæmonem in operibus eius, imitami, sicut filij sunt patrum imitatores. Quod si quispiam quærat, cur Dominus nostris etiam temporibus, quosdam à Dæmonibus corporaliter obsideri & grauius vexari permittat: Respondendum quod ob id vel maximè, vt intelligamus quid in obsessis anima per peccatum, Dæmō operetur, cum quid efficiat in corporibus, perspicimus: vt videlicet ex corporalibus assurgamus mente & cōtemplemur spiritualia, & timeamus incidere in diuinum & horrèdum, iustum interim iudicium

amicamisque non segniter orare, Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Si corporaliter tantum diuexerit, & a malo tyranno non consentiat homo, exterius vexatus, sed ad instar Iobi, què à planta pedis vsque ad capitis verticem percussit Satan vlcere pessimo, Dei corroboratus gratia viriliter restiterit, multiplicabitur illi hæc tam celestis victoria ad coronam.

In Beelzebub principe Dæmoniorum eicit Dæmonia. Beelzebub erat idolum Accaron 4. Reg. 1. & idolum mulcæ vel posessor exponitur: A gentibus autè Priapus vocabatur, Nomen Baal mansit omnibus idolis commune: additis autem aliis nominibus discernebatur, vt Beelphegor de quo Hieronymus in Osee cap. 9. ad verba ingressi sunt ad Beelphegor, Beelphegor, inquit, idolum est Moabitarum, quem nos Priapum possumus appellare. Interpretatur Beelphegor idolum, tenigines habens in ore, id est, in summitate pellem, turpitudinem membri virilis ostenderet. Hæc D. Hieronymus. Idem tom. 2. Epistolarum lib. 1. aduersus Iouinianum numero 137. Phegor, inquit, interpretatur ignominia (propter quippe Phegor lingua Hebræa, Priapus appellatur.) Hæc ibi. Dicunt autem quidam, ex varia nationum dialectis, variis appellatum fuisse spurcissimum illud idolum Moabitæ Beelphegor: Accaronitæ Beelzebub: gentes autem loquentes Priapum. In idolatriæ detestationem ac detestationem dicebatur à Iudæis princeps Dæmoniorum. Sebastianus Munsterus in Euangelium secundum Matthæum, in lingua Hebraica, succinctis annotationibus in 30. cap. Notandum, ait, quod Baal generale est nomen idolorum, quæ colebantur ab infidelibus propè terrâ Israël. Habebant enim Ammonitæ suum Baal: habebant & Samaritæ suum: habebant quoq; reliquæ circumiacètes regiones suos Baalim. Osee 2. cap. *Auferam nomina Baalim, &c.* Sed habebat quisque Baal aliud superadditum nomen, quo ab alio discernebatur, vt Baalpeor, Baalzebub. Sonat Baal magistrum vel dominum. Baalpeor, magistrum apertionis, quod in honorem eius, ab insipientibus cultoribus, secreta natum distenderentur. Quare autem alius vocatus fuerit Baalzebub, id est magister mulcæ, non inueni apud Hebræos: Hæc Munsterus, quem non nisi ad confirmationem & explanationem eorum quæ Hebraismū sapiūt, eo quod Hebraicæ linguæ fuerit satis peritus, produco & cito testem: non in materia

D. Hier. in 9. cap. Osee. 2. Epist. contra Iouinianum.

Sebastia. Münster. in 10. ca. Matth.

Osee 2.

materia fidei, in qua nimium est suspectus, ne dicam aperte hæreticus. D. Hieronymus in beatum Martham decimo capite ad illud: Si patrem familias Beelzebub vocauerit: Beelzebub, inquit, idolum est Accaron, quod vocatur in Regum volumine idolum muscæ. Baalzebub autem musca dicitur, Principem ergo Dæmoniorum expurcissimi idoli appellabant vocabulo: qui musca dicitur, propter immunditiam quæ exterminat suauitatem olei. Hæc ibi. Quarta fortè lector, quo in libro & quoto capite libri Regum appellatur idolum muscæ. Respondeo 4. Reg. 1. Et licet in editione vulgata habeatur tantum Beelzebub Deus Accaron, tamè ex translatione 70. interpretum in græco expositio habetur Baal musca. Sic enim verterunt *βααλ μύαν*, id est, inquit, in Baal muscâ, Deus Accaron. Et paulò infra eodem, *βααλ μύαν* Baal muscam. Pierius li. 26. Hieroglyphicôn, de Musca: Dæmonum principis muscæ est hieroglyphicum. quod D. Hieronymus agnoscit. Nunquam enim cessat ille humanum genus modis omnibus infestare, & modò hos, modò illos ad perniciem laqueos tendere, ac omnes, quibus nos perdat, vni intèrre. Muscam vt sapiùs & assidue expellas, & à te sum mouere contendas, tanta tamen impudentia prædita est, ut idem idem redire & infestare te minimè vereatur, nullam tuorum commodorum rationem habeat, siue loquar, siue dormias, siue bibas, siue cibum capias, siue legas, scribas, parata semper adstat, vt in faciem insiliat tuâ, infesta, inportuna, incòmoda, nulli res nisi fastidio de se concitanda idonea. Hinc apud Ciceronem 2. de Oratore ridiculè dicitur: *Attu de molestissimo iuvene: Abige muscas puer.* Ergo inportunitas & impudentia per muscâ designatur. Hæc Pierius. Apud Ciceronem libro secundo de Oratore lóge post medium: *Quid enim est Vargula affecurus, cum eum candidatus à Semproniiis, cum Marco suo fratre còplexus esset, Puer abigè muscas: Risum quæsiuit, qui est mea sententia, vel tenuissimus ingenij fructus.* Hæc ibi. Volebat intelligere ac significare importunos rogatores, qui dicebat, Abige muscas. Isidorus Originum libro octauo in Erymologiarum cap. de Diis gentium: Bel, inquit, Idolum Babylonium est. Fuit hic Belus pater Nini primus Rex Assyriorum, quem quidam Saturnum appellant: Vnde & lingua Punica Bal Deus dicitur. Beelphegor interpretatur mulachrum ignominia, quem Latini Priapù vocat Deus

horrorum. Fuit enim de Lampfaco ciuitate Helleponti, quæ quæ puius est, & propter virilis mēbri magnitudinem, numerum Deorum suorum cum Græci transfulerunt, & in nomine sacrauerunt horroram. Vnde & dicitur præesse horis, propter eorum fecunditatem. Hic mihi considera obscenitates, spurcicias detestabiles, & impudentissimas horum veterum paganorum, qui vnde erubescere debuerant, inde maximè gloriabantur. Sequitur apud Isidorum vbi supra. Beelzebub interpretatur vir muscarum. Spurcissimum igitur idolum, idè vir muscarum vocatur, propter horum idololatriæ, siue propter immuditiã. Hæc ille. *Quid musca foediùs: Vbi semel carnibus infederit, veruccinis aut vitulinis, statim vermes procreantur. Sanie & vlcera quæ, sanguinem ex fugit & attrahit, insigit os & proboscide, quam & ipsa eodem modo habet vt elephanti, & imprimit verbes purfescitibus. Atque vt Lucianus to. 1. in muscæ Encomio scripsit, Dulcis & suavis est ipsi vel sanguis. Vnde bella comparatio illa Tiberij Cæsaris profecta, quam Nicephorus li. Ecclesiastica Historiæ 1. c. 17. sub finem sic expressit: Idem vt muscæ, quæ si lógius corporum vlcibus insideant, minus graues aut molestæ fiunt, quippe sanie vlcerum vsque ad satietatem refertæ: & eum qui vlcibus atreatur, durius acceptum afflictumque ini certum est, si sanis iã repulsis, famelicis alias ad vulnera admittere viderit. Sic ille scitè admodù, magistratus nò facillè mutabat, diuens: Natura esse omnes, qui rerù administrationi præstant, pecuniæ cupidos. Caterum si diutius in magistratu verentur, signiores ad quæstù faciendù fieri. Idem vt muscas. Hæc ibi. Eorum quæ dicta sunt applicatio est faciliòr. Quid importunius Dæmonibus? Infestant nos semper, nunquam quiescunt, semper in insidiis sunt. *Iob 1. Circumstrant me & perambulauit eam. 1. Petr. 5. Aduersarius vestri Diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuorare.* Et Dominus morti proximus dixit Petro: *Ecce Satanas expetuit vos, vt cribraret sicut triticum.* Luc. 22. Subdolosores humanæ salutis non in scitè appellaueris: hoc est qui saluti hominum insidiantur: subdolosores enim dicuntur Vegetio insidia, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale suspicans opprimi solet, Gallicè *embusches ou embuscades* appellamus. Vegetius li. 3. de re militari c. 6. post medium, Aduersarij in his locis quæ sibi importuna intelligunt, subdolos occultius collocant. Deinde Deprehen-*

Lucian?

Nicepho.

Iob 1.

Luc. 22.

Veget. li.

3. de re

mili. c. 6.

Deprehensa quoque subfessa, si circumueniatur vtiliter, plus periculi sustinet, quam parabat inferre. Aperta autem vis si preparatur in montibus &c. Et subfessores alienorum matrimoniorum à Valerio oculi dicuntur lib. 2. c. 1. de matrimoniorum ritu, qui pudicitia aliena coniugis insidiantur. Vbi Stephanus Pighius annotat sic: Subfessas Vegetius insidias in itinere positas appellat. Lucianus in Musca encomio, Musca, vt ait Homerus, quanquam est repulsa non desistit tamen, sed est appetens morsus. Morsus & cruoris aviditas musca inest. Fuit apud antiquos perinfectis Atheniensium meretrix cognomento Musca & de qua ait Poeta comicus: Ad cor vsque eum musca mordebat. Græcè sic *ἡμῶν ἰδιώτων ἀντὶν ἀχρὶ τῆς καρδίας*. Tragœdia de musca etiam meminit sicut in his. Græcè sic.

Valer. li. 2. cap. 1. & Step. Pighi. in Valer.

*Δενὶν γὰρ τὴν μύρῃ μύρον ἀντίμα σθένος.
 Ἡμῶν ἐπ' ἀνδρῶν σόμαθ' ὡς πλανθῆ φινυ.
 Ἀνδρας δ' ὀπίστας πολεμῶν τὰρ βῆν ἄβιν.* Hoc est,
 Graue quidem & molestum est, forti robore, muscam
 saltare in virorum corpora, vt eade impleatur:
 Viros autem armatos milites hostilem timere hastam.

Concludit Lucianus: Possent etiam multa dicere, sed sine orationem, ne videar secundum proverbum, *ἐλαττοῦ μύας ποίαν*, ex musca elephantē facere. ΩΡΟΥ ΑΡΟΛΩΝΟΞ πρώτος βιβλίου, hoc est, Ori Apollinis impressione de sacris notis & sculpturis, libro priore ex impressione Græca Vvecheli Parisiis anno 1548. folio 25. de musca sic Græcè habetur, *ἐταμίθητα ἢ Ἀνδοῖντες, μύαν ἰσπραφῆσαι σωμαχῶς ἐν βαλλομένῳ, δὲν ἦσαν τῶν παραγίνεταί.* Hoc est ad verbum: Violentiam siue impudentiam significantes, muscam pingunt propterea quod continuò frequentēque ab acta nihilominus reuertitur & rursus accedit. Quod per pulcherrime Homerus elucubrato opere Iliados carmine complexus est. Scribit igitur *Ἰλιάδος P.* hoc est Iliados 17. libro, approprando ad finem libri de Menelao & Minerva hos verba

Orus A-pol. lib. 1. hiero.

Homer⁹ Iliad. 17.

*Κοι δὲ μῆτις θάρσος ἐν ἰσθμοῖσιν ἐν ἡμεῖς,
 Ἡ τὸν ἐργασίαν μάχῃ τῶν Χρῆδος ἀνδραγαθία
 Ἰσχυρὰ δὲ δανείον, λαβὴν τὴν οὐκ ἀνδρῶν.* Hoc est,
 Et musca audaciam & confidentiam in pectoribus immittit
 Quæ quamuis depulsa frequenter à corpore humano,
 Appetit mordere, dulcisque illi sanguis hominis (est supplicium)
 Sicut verò musca sanguinis est appetens: sic & Demagogus humanum sicut sanguinē, cruore fuso maximè delectatur.

Hinc Ioan. 8. *Homicida est ab initio.* Humanas victimas & hostias cruentas, sibi apud Ethnicos & gentiles idololatrias procurauit. In hominis perniciem, nedum secundum animam (quam imprimis damnationi obnoxiam reddere mortem) sed etiam secundum corporis vitam, armat se Cacoethem, qui si bis vel ter superatus fuerit, & repulsam passus, non ob id laceffere desinit, & impugnare, imò expugnare etiā & præualere nititur impudentissimus tentator, qui retrò Dominum ipsum in deserto aggressus est, eo autem retrò Dominum peruenit, ac creuit, vt vix ac ne vix quidem, se victum fateatur. Quare iure longè optimo per multam symbolicam abumbratur, & Beelzebub, id est idolum musca vocatur. Fur non venit nisi vt mafcet & perdat, quo nomine indicatur Diabolus. Verum de abigendis muscis huiusmodi, quaestio non in tempestiua occurrit. Quo loco nobis depellenda est hostilis insultatio (*σαρκασμοῦ* Græci dicunt, id est iocum cum amaritudine, ironiam cum amarulentia) neotericorum hæreticorum, irridendum Catholicos se signantes & armantes salutari signo crucis. Dicunt enim nihil aliud se signando eos facere, quam muscas abigere. O impiam derisionem & diabolicum scōmalis autem Caiphas nesciens prophetauit: sic & isti licet hostili animo loquantur, veritatem tamen dicunt: Ab inuitis erenim pectoribus erumpit quandoque veritas. Dicunt Magdonaldi Gall. *C' est chasser les mouches*, cum primum cruentam tāquam trophæum quoddam & vexillum erigi, fronsque imprimi viderint à piis Catholicis. Respondebo illis nihil quod Christus Samaritanæ dixit, Ioan. 4. *Verè hoc dixisti, bene dixisti* (licet male uolo animo & planè atheo-gram & impiorum more id dixeris) Bene inquam dixisti, ò præterite: Quia se cruce cōsignare, est muscas abigere. Crucis siquidem trophæo fugatur Beelzebub princeps Demoni-orum, idolum musca, Deus muscarū, de quo vsu signandi se antiquissimo apud Christianos, necesse est nunc dicere. Et ab antiquioribus ducto initio, Prodeat primus Mar-

Ioan. 4.

Martial. ad Burdeg. §. 8. Petro. de Nat. l. 6. ca. 29. de S. Mar-

Q q & pri

& primus Apostolus, vicinarum quoque ciuitatum: Is inquam scribens ad Burdegalenses §. 8. sic hortatur: Crucem Domini in quem credidistis, Deum verum & Dei filium, semper in mente, in ore, in signo tenete (Nota hereticæ *συνήμαρτι*, crucis Christi impugnatorum & hostis, osor signaculi Christianorum, in signo semper crucem tenere) *εἰς τὴν κρίσιν*, in hoc vince, seu in hoc signo, crucis nimirum, vinces dictū fuit Constantino magno, vt scribit Euseb. de vit. Constant. l. i. c. 22. ex Christophorsoni versione. Crux enim Domini, prosequitur S. Martialis armatura vestra inuicta contra Satanam, galea custodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellēs, gladius iniquitatem & angelicas insidias peruersæ potestatis sibi propinquare nullo modo sinens: hoc solo signo cælestis victoria clauis est nobis: & per crucem baptisma Dei sanctificatū est. Hoc ille. Secundus obtinebit D. Polycarpus martyr, Epist. ad Philipp. (fuit is discipulus Ioan. Euāgelistæ) Qui non cōfiteatur inquit, misterium crucis, ex Diabolo est: Et qui detorserit eam quia Domini ad propria desideria, hic primogenitus Satanæ est. Hæc Polycarpus. Penes lectorem iudicium esto, Quæ lesnam sunt Hugonaldi, Anno primogeniti Satanæ: Annona ex Diabolo: cum illos falsare sacras scripturas, eaque detorquere luce meridiana sit clarius, cumque mysterium crucis non confiteatur, quos spiritu prophético præuidisse. Nemo postolum cum ad Philipenses quoque scriberet c. 1. Nemo dubitet, inimicos crucis Christi tales appellando. Quomodo autem faterentur mysterium crucis, qui perinde ab eo atque à furca abhorrent patibuloque: Cruces etiā lapideas aut ex alia exciratas fabricatæve materia, & in replis inuisque erectas, cōfregunt, exciderunt ac demoliti sunt. Nonne ipso facto quales ipsi sint, se se produnt, nempe ex Diabolo: vt ait S. Polycarpus. Videat Hugonaldus *μυστεριον*, hoc est crucis Christi osor & inimicus, cui? filius sic. Ignatius fuit coequalis ac contemporaneus D. martyr Ignatius Antiochenæ Ecclesie post Petrum Apostolum tertius Episcopus. Is Epistola ad Trallianos in ordine 2. circa finē, fugiendas impias & Deum abnegantes hæreses premonens. Si confitent, inquit, patris cælestis rami, vtique non essent inimici crucis Christi: sed rami sunt eorum qui occiderunt gloriam Dominum. Nunc autem crucem negantes, & passionē eius obescerentes, Iudæorum operiunt iniquitatē, eorum qui Deo rebelles exiterunt & Dominum occiderunt. Quid reuolunt

Polycarpus episcopus ad Philipp.

Ignatius episcopus 2.

frequentius apud Tertullianum quàm crucis signatio? Ille Tertull. libro de Corona militis circa principia, sic scribit: Ad omnem progressum atque promotum, ad mensas, ad cubacula, ad militarium, ad vestitū & calceatum, ad mensas, ad cubacula, ad militaria, quacunque (aduerbium est loci, hoc est per quæcunque locum) nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Vides beneuole lector, quacunque procederent Christiani, vlos libèter crucis signaculo & munimentum. Accedat testis & Arnobius Afer vetustus pariter ac laudatissimus scriptor, Lactantij præceptor ac institutor Commodianus in Psal. 85. postrema eius verba ibi sunt: Nos discipuli habebimus signum crucis Christi in bono, cum vniuersis qui credimus, ita vt videant in frontibus nostris signum tuum Domine, & confundantur, siue visibiles siue invisibiles inimici: In ipso enim signo adiuuas, & in ipso consolaris nos: *fac mecum signum in bono*, precabatur David tibi, vt videant qui oderunt me & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. Et Cyrillus Archiepiscopus Hierosolymorum Catechesi 13. illuminatorum, tenendo circa finem: Non pudeat nos Crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur, & in aliis omnibus crux fiat. In panibus comedendis, & in poculis bibendis, & in egressu & ingressu, ante somnum recubendo & surgendo, eundo & quiescendo. Magna hæc est custodia: signum fidelium & timor Dæmonum. Triumphauit enim de illis in hoc signo. Ostenta illud audacter. Quando enim viderint crucem, recordatur Crucifixi. Memorant eum, qui cōtriuuit capita draconis. Et multis interpositis sub finem concludit: Trophæum Iesu salutare, Crux ad hodiernū vsque diem curat morbos, Dæmones fugat, (Nota in istis qui amillaribus esse hoc abigere muscas) & veneficiorum incantationumque auertit imposturas: hoc cum Iesu apparerit in cælo: præcedet enim Regis trophæum, vt videant quem pupugerunt, & agnoscant quem contempserunt. Nos autem gloriemur in cruce, pro nobis crucifixū Dominum adorantes. Hæc ille. Hoc ordine cōmemorandus nobis est D. Gregorius Nazianzenus ad Nemesium, de seipso sic scribit: Ipse quoque qui Christo nomen dedi, augustum illud nomen vix plerumque pronunciaui, cum statim Dæmō non sine stridore grauissimoque dolore longissimè se proripit, Dei immortalis vim ac potentiam clamans. Quod etiam ipsam mihi sepe vsu venit, cum crucem ne in tabula quidem,

Arnobius in psal. 85.

Cyrillus Catechesi.

D. Nazian. ad Nemes.

fed in medio tantum aere descripsissem. Nam sola figura tropheum erexit; quemadmodum olim accidisse legimus, quum Moses manus in crucis formam composuisset. Annotauit ibi doctissimus & piensissimus Scholiastes Iacobus Billius Pium illum signadae frontis ritum ab ipsis Apostolorum temporibus ad nos usque perpetua successione transmissum, impios usque deque facere. Et idem ad priorem inuectiuam Nazianzeni aduersus Iulianum, numero 24. Salutifero crucis signo, inquit, quasi amuleto quodam nos aduersus quotidianos Demones incursumus communimus. Haeretici interim (vt in impietate mire faceri esse solent) nos muscas abigere dicunt. Hoc signum Demones ipsos perterrefacit, atque in fugam vertit, non horrore (vt dicunt infideles magi, & impij blasphemique haeretici) sed maioris licentia potestatis. Dicunt haeretici ad cuius erectum trophaeum Demones fugere non formidine, sed odio facti nostri; abominationi illis fuimus (inquit impius Magnus ad Iulianum signantem se apud Nazianzenum vbi supra) non terrori, sed inuiti ac coacti fugiunt, velint nolint ad crucis signum fugam arripiunt. Ergo crux Christi terror est Demorum. Prudentius Poeta Christianus, genere Hispanus qui floruit temporibus Theodosij Magni & filiorum eius, quibus Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Diui Ecclesiae sanctae Doctores floruerunt. Ille libro Cathemerinorum, Hymno ante somnum sub finem, sic Christiane admodum cecinit.

*Cultor Dei memento
Te fontis, & lauacri
Rorem subisse sanctum
Te chrismate innotatum (aliis innouatum)
Fac cum vocante somno
Castum petis cubilo,
Frontem locumque cordis
Crucis figura signet.
Crux pellit omne crimen.
Fugiunt crucem tenebrae.
Tali dicata signo
Mens fluctuare nescit.
O tortuose serpens:
Qui mille per Maandros,
Fraude, & flexuosas
Agitas quietas corda,
Discede, Christus hic est.*

*Hic Christus est, liquece:
Signum quod ipse nostri
Damnat tuam cateruam.*

D. Hieronymus to. 1. epist. ad Eustochium de virginitate seruanda, satis remote a fine: Ad omnem actum, ad omnem incellum manus pingat Domini crucem. D. Ambrosius sermone 66. Vbi signum crucis erigitur, statim & Diabolus iniquitas repellitur, & ventorum procella sopitur. Hoc est protectio non visibiles muscas, quae parum nocere possunt, sed inuisibiles & infernales, Demorum scilicet cateruas & Beelzebub exercitum, abigere & prosternere. D. item Augustinus vt bonus discipulus magistrum hunc sequitur; tom. 10. sermone de Sanctis 19. circa finem, de cruce sic dicens: Hoc signum presidium est amicis, obstaculum est inimicis. Qui hoc mare magnum & spatiosum, absque naufragio transire desiderat, crucem teneat, & eam non deserat, donec ad optatum salutis portum perueniat. Hoc cursum nostrum dirigit, hoc in luctamine adiuuat, hoc ad victoriam prouehit, hoc maleficia destruit, & omnia Demorum machinamenta ad nihilum redigit: & quod faciebat in terris corporis Christi praesentia, hoc facit cum fidelium inuocatione nominis Christi victoriosa crucis insignita memoria. Haec ibi. Ex Graecis Ecclesiae Doctoribus profertur D. Chrysostomum, qui to. 5. homilia 21. ad populum Antiochenum, de sectantibus ligaturas vel incantationes, quae cuncta Christianitati sunt aliena, sub finem illius conclusionis: Sine verbo hoc, inquit, numquam in forum prodeas, sed cum es ianuae vestibula transgressurus, hoc prius ioculare verbum: *Abrenuncio tibi Satana, & conuocor tibi Christus.* Nec vnquam absque hac voce exeat: Haec erit tibi baculus, haec armatura, haec turris inexpugnabilis. Cum hoc verbo & crucem in fronte imprime: Sic enim non tantum homo occurrens, verum nec ipse Diabolus te quicquam laedere poterit, cum his te cernes armis vbique apparentem. Ioannes Cassianus, B. Chrysostomi quodam auditor atque discipulus in Collationibus patrum, Collat. 3. litera S. quaedam mirandam sane & consolationis plenam, ad propositum nostrum historiam Ecclesiasticam recitat: Quomodo duo Philosophi magicis artibus decaiti beatorum Antonium desipientes tanquam imperitum illiteratumque virum, & cupientes eum saltem de cella sua expellere praestigiiis magicis ac Demorum dolis, si eum plus laedere non valerent, miserunt

miserunt ad eum nequillimos spiritus: Cumque Antonius ante crucis signaculum imprimeret fronti suo ac pectori, nunc Deum suppliciter exoraret, durissimi Demones nequaquam audebant appropinquare eidem, sed sine effectu redierunt ad magos. Qui protinus direxerunt ad Sanctum Antonium spiritus maligniores. Quibus cum abbas Antonius modo praeracto resisteret, & illi inaniter laborarent, atque ad magos victi redirent, miserunt magi tertio spiritus potentiores ac nequiores. Quibus nihil proficientibus contra Sanctum Antonium, didicerunt magi illi & euidentissimè cognouerunt, magnam inesse virtutem Christianae professioni, qua ita refrenatae sunt virtutes illae contrariae tam feroces atque potentes, ut non solum laedere non valerent Antonium, sed nec ad punctum potuerunt cum de cella sua elicere, cum tamen magi putarent quod daemones illi terrimò missi poruissent obducere quadam caligine Solis & Lunae, si ad eos fuissent directi. Ibidem litera T. Pharisaei arbitrabantur Dominum Saluatorem magica arte imperasse daemones, dicentes: In Beelzebub principe demoniorum &c. iuxta illam videlicet consuetudinem qua uenerant ceteros magos suae maleficos tanquam domesticas potestatem habere in daemones principi demoniorum subiectos per inuocationem ipsius, aut per ritum sacrificiorum quo eum delectari cognoscunt. Haec Cassianus super illud Gregorius Magnus, imò ter maximus producendus, ut illud quoque ferat suffragium. Sed D. Antonio ad dicendam sententiam, pro antiquitate sanctimonie coniuncta, cedens loco lubens consentit. D. Antonius abbas ut habetur apud Surius to. 1. in vita eius, ab Athanasio Episcopo Alexandrino conscripta & Euagrio presbytero e Greco in Latinum translata, 17. Ianuarij eius celebris est memoria: Contra diabolicas illusiones & varia demonum phantasmata & spectra seu terribilia oculis ipsius obiecta, victor per Dei gratiam remansit & demonibus superior B. Antonius, & dixit, illis exprobrans, Cur frustrà nitimini? Signum enim crucis & fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra Sanctum Antonium minantes fremebant dentibus suis, quod nullus eorum tentamenta sequebatur effectus, sed maximè e contrario gigneretur illud. Ibidem: Cum daemones Antonium in quodam veteri caestello deserto inclutum, ibique habitantem infestarent, fratribus qui foris erant per cauernam introspicentibus

D. Greg.

D. Anto.
abbas a-
pud Su-
rium to.
1. in eius
vita.

oculis inique praeter Antonium videntibus, cum tamen voces cumultuantium in illo loco exaudissent intelligentes illis facile daemones contra eum contendere, nimioque metu perterritis dixit beatus Antonius ostio propinquans ad eos consolandos, Signate vos, inquit, & abite securi, ipsosque semetipsos finite deludere. Audis D. Antonium monentem fratres ut se signarent. Idem Diuus in Concione ad discipulos exposita diuersa daemorum nequitia sic dicit: Necessarium est, donum spirituum discernendorum à Domino petere, ut possimus tam fraudes eorum, quam studia prauidentes aduersum disparem pugnam, quam Dominicae crucis eleuare vexillum. Hoc munere Paulus accepto, dicebat: Non enim eius ignoramus astutias 2. Cor. 2. Solent aduersus pios decertare, fidelium aures orationibus atque ieiunijs ad Dominum statim corrunt. Nec tamen si paululum cessauerint, profusus plenae uictoriae esse victoriam. Solent faucij grauius assurgere, & mutata arte pugnandi, cum cogitatione nihil egerint, pauore terrent, assumptas nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, nec non & ingentia quaedam corpora, & vique ad rectum domus porrectum caput: Infinitas species etiam & militum cateruas (Reuoca in mentem, quae de impudentia muscae supra protulimus, & applicabis facile, videbisque haec inter se maximè coherere ac quadrare.) Quae omnia ad primum quoque crucis signum eualescunt. Solent, ait idem B. Antonius, nocte venientes Angelos Dei se fingere, futura praemia polliceri. Quos cum videritis, tam vos quam domos vestras crucis armate signaculo, & confestim soluentur in nihilum, quia meminit illud trophaeum, in quo Saluator aereas expoliatus potestares, eas fecit ostentari. Ibidem: Vidit semel D. Antonius pubertem humanam faciem praefertentem, quae exinde in animam sinebarur. Post cuius aspectum vexillum crucis in fronte sua pingens hoc tantum ait: Christi seruus sum, si ad me missa es, non fugio. Nullum in medio spatium, & statim informe prodigium quatuorcyas cum iacellum turba fugit, & in medio cursu ruens, extinctum est. Idem aduersus duos philosophos gentiles disputans, dixit: Crucifixum nominamus, & vniuersi daemones, quos vos ut Deos colitis, pugnant: atque ex obsessis corporibus ad primum Dominicae crucis signum fugantur. Deinde dixit: Adhuc patientes à daemionibus vexari: quos cum in medium produxisset,

2. Cor. 2.

Nunc vos, inquit, expellite: si enim non potestis, victas submitte manus, & ad Christi trophæa confugite. Dixit, & statim inuocato nomine Iesu, cum vitale signum in seculo numero trinitatis pressisset in frontibus, vna cum expulsis dæmonibus, vana presentium philosophorum cōsultata sapientia est. Hactenus de sanctissimo Antonio relaxa sufficiant. Nunc ad D. Gregorij quam descripsi narrationem accingo. Ille igitur lib. 3. dialogorum cap. 7. Quadam die, inquit, Iudæus quidam ex Campania partibus Komæ veniens Appia carpebat iter: qui cum iam diem vespertescere cerneret, & quod declinare posset minimè reperire iuxta Apollinis templum fuit, ibique se ad manendum contulit. Qui ipsum loci illius sacrilegium pertimescens, quamuis fidem crucis minimè haberet, signo tamen in crucis munire curauit. Nocte autem media ipso solitudo nis pauore turbatus peruigil iacebat, & repente conspiciens, vidit malignorum spirituum turbam quasi in obsequium cuiusdam potentis præire, eum verò qui carere præerat, in eiusdem gremio loci confedisse, qui ceperat singulorum spirituum obsequentium sibi causas actulorum discutere, quatenus quantum nequitiae vniquisq; gessisset, inueniret. Cùmque singuli spiritus ad inquisitionem eius exponeret quid operati contra bonos fuissent, unus in medium profiliit, qui in Andrea Episcopi Fundanae ciuitatis animum per speciem sanctimonialis sceminae, que in episcopio eius habitabat, quantam tentationem commouisset, aperuit. Cùmque Iudæus qui aduenerat, vigilans cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitarer, ab eodem spiritu qui cunctis illic obsequiibus præerat iustum est vt requirerent quisnam esset ille qui iacentem templo eodem præsumpisset. Quæ maligni spiritus presentis, & subtilius intuentis crucis mysterio signatum viderunt, mirantesq; dixerunt: *Vas, vas, Vas vacuum est signatum.* Quibus hoc renunciantibus cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit. Iudæus verò qui hæc viderat, illis surrexit, atque ad Episcopum sub festinatione peruenit. Quæ in Ecclesia sua reperiens seorsum tulit, & ei vniuersam tantam tentationem funditus caruit, & Iudæum cuius incognitione saluatus est, ad æternam salutem traxit, atque aqua baptismatis emundatum, ad sanctæ Ecclesiæ gremiū perduxit. Hæc testis fide dignissimus Sanctus Gregorius. Non ha-

D. Greg.
li. 3. dial.
ca. 7.

repero quod Ecclesiastica narrat historia de Iuliano Apostata, qui in spelunca quadam (vbi magicis artibus dæmonia auocabatur) cū incantatore & mago existens, horribili figura cacodæmō comparens, ita illi sceleratū ac atheon conterrui, vt iuxta Christianorum morem frequentissimum (quem etiam antequam Christum abiurasset, habuerat) signaret se salutis signo, & statim malignus disparuit: Quandoquidē hæc historia obuia est omnibus & peruulgata, fide interim dignissima, quantumcunque cauillatur heretici: quàmque D. Gregorius Theologus, *not' i' fo-* dictus, (Nazianzenum intellige) Oratione 1. in Iulianum, & Theodoretus Histor. Eccles. lib. 3. cap. 3. conscribunt. Crucis se signaculo muniens, confestim dæmones euacuant, aiunt illi. Modò ad Alcimi Viennenfis Gallia Episcopi, grauissimi Poëtæ & disertissimi, qui floruit anno 500. testimonium me confero. Is libro 5. de Transitu maris rubri, collatione facta inter sanguinè agni Palchalis & Christi, exponens quomodo signabat sanguis ille postè domus Israelitarum, & à percussore seruabat, subintulit lōgè post principia, sicque cecinit:

*Sic nos Christe tuum saluet super omnia signum
Frontibus impositum.*

In què locum Moltherus Augustanus, Commentariis editis ad illū librū, impressisq; Basileæ anno 1545. ita obseruauit: Signū frontib. impositū, signū crucis intelligitur, citat ibi Tertullianū de Corona militis, nos suprà verba protulimus. Liqueat, inquit, ob baptismi recordationem apud veteres in vsu fuisse, vt crucis signaculo se frequenter signarent. Citat Prudentiū hymno ante somnū: suprà etiā recitauimus: Disputabā olim, ait ille, cū domino Cōrado Peuzingero, quo signo olim Christiani sint cogniti. Ego dicebā quòd signo crucis sc̄ signare soliti fuerint. Ad cuius rei cōprobationem librū vetustissimis characteribus scriptū exhibeo. Persuasissimum mihi erat, aureā illiam & felicissimam antiquitatem plurimūm fidei, dubietatis prorsus nihil, habiturā. Et certe sic erat: Locus erat in relatione passionis Diuæ Hilariæ matris Diuæ Aphræ, quam Augusta olim tutelarem, non dicā Deam, sed patronā & aduocatam agnouit, quæ à Sancto Narcisso episcopo, cum puellis suis baptizata est: & sub Diocletiano in cōfessione Christi peruerans, ad martyrij triumphum felicissimè peruenit. In hæc, inquam, relatione scriptum erat, Paganos Aphræ do-

Nazian.
or. 1. in Iulianum.
Theod.
hist. lib. 3.
ca. 3.
Alcimi
lib. 5.

Moltherus
in Al
cunum.

mum ingressos Narcisum Episcopum Christianum, & Ecclesiam diaconum suum quassisse ac dixisse, ubi sunt viri qui ad te sunt ingressi: Christiani certe sunt, Nam singulis horis crucifixi signo frontes suas signabant. Aphra vero p[re]dicam illam Rahab sequuta veri leui legatos, ad persecutionis supplicium quassitos, sub lini fasciculis superna civitatis futura cuius occultarat. Hec mihi in Christiana antiquitate gratiam, operepretium visum est annotare, ut appareat quantum discriminis sit inter veteres illos Christianos, & inter eos qui hodie hoc nomine gloriantur (arrigite aures o Hugonaldi) factis autem negant. Hec ibi. Apud Surium tom. 4. ex prima impressione anno Domini 1573. in Historia Sancte Afræ, antea quidem meretricis, sed postea sanctissimæ Martyris ex antiquis Ms. hoc est manuscriptis libris 5. Augusti, Narcisus refertur ad Afram hospitij gratia diuertisse, & pernoctasse in oratione. Mane Sole ortu Afræ à satellitibus iudicis, his verbis cõpellatur: Vbi sunt viri, qui nocte ad te venerunt? Illa respondit: Amatores mei fuere, abieruntque sacrificatum. Id illi audientes cõfesserunt. Mansit tamen vnus ex illis, isque dixit. Afræ: Ego novi Christianos eos esse: Semper enim frontes tuas consignabant cruce, in qua Christus eorum passus est. Mox ei Afræ: Itane ad scortum illi ingressuri erant, si Christiani fuissent? Ad me non veniunt, nisi similes mei. Atque ille, & renunciauit iudici omnia. Porro Afræ cum abiecerat sanctos Dei in domo sua, abiit ad matrem suam Helariam, dixitque ei: Episcopus Christianorum venit ad me, nesciens quod se conferret. Tota nocte psallens Dominos vna secum voluit orare: Dixitque ei: Magna te iniuria affecisti Domine, quod ad me diuertisti, sum enim peccatrix & impura nimis. Ille respondit: Quod me misit Dominus meus, illuc ingressus sum. Deinde mane venerunt satellites imperatres ut eos producerent iudici sitendos & necandos: Ego verò sub lino abscondi eos. In summa, Helaria mater, & Afræ filia eius cum tribus puellis & pedile qui baptizate sunt, & omnes ad Christum cum palma martyrij (Siquidem cunctæ incensæ sunt igni, viuej; pro Christo concremate) feliciter peruenerunt. Hæc ex Surio, quod eò prolixius retractaui, id est denuò & diligentius tractaui, ut videas (lector) consonantiam & concordiam editionis recentis cum veteribus exemplaribus Ms. sanctam & venerandam antiquitatem! Confundamur

Surius
tom. 4. in
hystor. S.
Afræ.

heretici, & pudeat illos hæc vomere irrisoria verba: *Quæ* *Ad hæc*
seruice signat, muscas abigit. Verum quidem dicunt, sed anti-
mo planè impio & blasphemò. Timet vester possessor, qui-
nus vos obidet, sanctæ crucis virtutem. Beelzebub ido-
strophæ,
hoc est,
sermonis
cõuersio.
lum musca, qui vos agit, reformidat ex vobis eiici, non
vult se muscam impudèrissimam & importunissimam abigi.
Ideò in ludibrium hoc sanctæ crucis signaculum conuer-
tere gessit, cupit imprimis, & incredibili ardet desiderio,
perque iuratos suos clietres (vassallos vulgò vocamus) qui
eius obseruantiam ac obsequium, (quod homagium dicunt)
profitentur: omnia scurrilia verba & scommata cõtra fan-
ctam crucem (qua semper hostis noster expugnata) eru-
tari procurat. Hæc sunt artes & stratagemata Sathanæ. Ut
quiescant porro, moneo, & desinat maledicere. Innumera
sunt quæ de salutari crucis signo dicere possemus, sed ad
alia properandum nobis est. Finem imponam ubi ex iure
civili quæ ad hoc faciunt argumentum attingero. Lege De-
ceatimus, de episcopis & clericis, Imperator Leo ibi vene-
rabilem crucem vocat. Venerabilem rem: & omni honore
dignissimam vos de honestatis & inhonoratis: imò omni
contumelia & iniuria afficitis o heretici *σαυρομαχι!* Quid
nisi leuera vos vltio Dei, & æterna damnatio (nisi respici-
tis tandem, satius autem fuerit, licet serò quam nunquam)
manet, o infelices: Scribitur item lege II. C. de Iudæis &
Cælicolis, Quod Imp. Honorius & Theodosius AA, id
est Augusti, sic rescripserunt: Ne Iudæi locis suis, in contem-
ptum Christianæ fidei, sanctæ crucis fidei nostræ signum im-
miscant. Vides crucem cesseram esse & notam ac symbolum
Christianorum. Iustinianus autem in authenticis Col-
lat. I. Constitutione 5. c. r. de Monasteriis & eorum edifica-
tione agens: Episcopus, inquit, per orationem locum conse-
crauit Deo, signis in eo salutis nostræ signum (dicimus au-
tem adorandam & honorandam verè crucem) sicque in-
choet edificium, bonum utique quoddam hoc & decens fun-
damentum ponens. Græcè sic: *τὸ τῆς ἡμετέρας σὺμβόλου σωτη-
ρίας (σώζον δὲ τὸν προσκυπτόν ἐν τιμίῳ ὄνομα σαυρῶν.)* Ecce si-
gnum salutis nostræ. Audis verò adorandam esse crucem: Cur
ergo hostis & inimice Dei, ignominia eam afficitis? & purio-
nis Christianitatis reformatæque religionis tibi arrogas &
vindicare vis ritualum? Idem Collatione 4. Nouella Cõsti-
tutione 28. ca. r. Helena piētissima mulieris meminit, Quæ
nobis etiam, ait, Sacrum Christianorum signum inuenit.
Græcè

Gracè habetur, τὸ θεῖον ἔχοντες ἑξῆς οὐκ ἔσονται. Divinum symbolum appellat, & notam qua veri fecernuntur & recognoscuntur Christiani. Vos ergo qui estis? qui hoc veneratione adeò symbolum contemnitis, nec agnoscere vultis, insuper etiam laceraris, conspuitis, omni ludibrio exponitis & convitiis proscinditis? Remitto vos ad comparationem vel similitudinè illam, quam supra ex Concilio Ephesino produximus, de charta imperiali quam sacram vocat, illam qui discerperit, vt læsæ maiestatis reus extremæque capitale meritò luit supplicium, an non eorum finis, interitus, qui vexilla Regis, id est insignia τὸ εὐαγγέλιον ἑσθλὸν, hoc est vivifica crucis (quo modo eam Manuel Comnenus sive Emanuel Græcorum Imperator religiosus, Constitutione sua imperatoria de feriis appellavit) quo iusmodi scitum prudens deturparit, & deriserit? Vnum hoc vobis dicam Hugonaldi: Qui à Christi cruce cuiusque salutari signaculo abhorret, hoc ipso prodit se ad vitam venturam non

Ruffinus pertinere. Narrat Ruffinus Ecclesiastica Historia libro 11. cap. 29. Signum crucis inter *ἱερωτάτας*, id est, sacerdotes literas, quas Ægyptij habere dicuntur. Hanc ipsorum affectione habere interpretationem Vita vêtura †. Idem *Socrates* ficare scribit Socrates Historia Ecclesiastica libro 5. cap. 17. Gentiles, inquit, qui literas hieroglyphicas novæque Crucem interpretantur, Vitam venturam. Id etiam refert

Ficinus Marfilius Ficinus, De triplici vita, De vita sana, de vitæ tripla, & de vitæ cœlitus comparanda, qui postremus liber ter Commentaria eiusdem in Plotinum habetur. Huius libri cap. 18. in principio: Antiquiores, inquit, figuram crucis cunctis anteponebant. Inter Ægyptiorum characteres Crux vnus erat insignis: Vitam (eorum more) futuram significans, eamque figuram pectori Serapidis insculpsit. Ego verò quod de crucis excellentia fuit apud Ægyptios ante Christum, non tam numeris stellarum testimonium fuisse arbitror, quàm virtutis prælagium, quam Christo fuerat acceptura: Astrologos autè qui statim post Christum fuerunt, videntes à Christianis miranda per eam fieri, nescientes autem vel nolentes in Iesum translatæ, in cœlestia retulisse. Quamquam considerare debebant per crucem ipsam absque nomine Iesu miraculorum nimè perpetrari. Hæc Marfilius Ficinus ibi. Quæ hæc de cruce dicta sunt, tibi sufficiant, Theophile lector: Aliter namque occurret de cruce prædicanda opportunus locus.

Conti

Confutationes blasphemiarum in Christum, ab eodè contra Phariseos in medium productas iam audiamus.

Omne regnum in seipsum divisum desolabitur, &c. Sic autem ratiocinatur Christus: Si Satanus Satanam eiecerit, inter illos discordia (quantum ad hoc quod est in hominibus conitrasse perniciem) existeret, & irreconciliabile bellum. Quo dato ac concesso, rueret eius tyrannis & violentum imperium, quod tamen quantum potest maximè, stabilire & firmare nititur: tantum abest vt alter alterum propellat & deficiat. Diaboli semper ad nocendum hominibus concordes sunt, licet forsitan subinde inter se dissideant, ait Hellelius in Marth. 12. *Quorum exemplo facti sunt amici Herodes & Pilatus, vt Christum interficerent, cum antea inimici essent ad invicem.* Itaque cum inter se aduersus hominum salutem sint valde colligati, & de vanitate conueniant in seipsum, vt de malis à diuino vate pronunciat: *Instar vulpium Sampsonis, quarum capita quidem erant separata, sed cauda erant ad invicem coniunctæ*, Iudic. 15. Consequitur itaque quòd in Beelzebub principe dæmoniorum (vt me facere blasphematis) nunquam euicio dæmonia. Hoc enim in confesso est, & tanquam primum principium (quod negare nefas) ab omnibus conceditur. Nempe, *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet.*

Hic locus se offert per opportunus dicendi de Concordia & eius contrario Discordia. Quod argumentum quàm late pateat ex subiectis historiis subditisque exemplis clarè euadet. Refert Haitonus libro de Tartaris cap. 17. de Changio Can primo Imperatore Tartarorum: Changius, inquit, lecto decumbens mortique vicinus, cõuocauit ante se duodecim filios suos quos habebat, & monuit eos, vt semper essent vnanimis & cõcordes, & dedit eis tale exemplum: Præcepit enim quòd vnusquisque filiorum portaret vnâ sagittâ, & cum simul adessent omnes, præcepit maiori vromnes simul frangeret si valeret: Ipse verò accipiens sagittas duodecim, conatus est illas frangere, sed non potuit nullo modo: Deinde tradidit sagittas secundo filio & tertio & sic de singulis; sed nullus fuit, qui frangere posset illas. Hoc factò, præcepit quòd diuiderentur sagittæ, & iussit minori filio, quòd diuisum sagittas acciperet & frangeret vnâquamque, & ille faciliter omnes fregit: Tunc Changius Can vertit se ad filios suos, & ait: *Quare, filij mei, non potuistis*

Iudic. 15.

Haiton^o li. de Tartaris c. 17

potuistis frangere sagittas, quas vobis dedi frangendas
 At illi dixerunt; Domine, quia erant plures simul: Et quare
 fregit illas iste minimus frater vester? Domine, quia sin-
 gulariter & diuisim. Ita erit de vobis, ait Changius Can,
 quandiu eritis vnanimis & concordēs, durabit imperium
 vestrum semper: Sed quam cito eritis diuisi, domitia ve-
 stra ad nihilum reducentur. His finitis Changius Can re-
 quieuit in pace, & filius suus Hoccota Can fuit positus in
 sede imperatoria patris sui, qui occupauit regnum Tur-
 quiae, vt idem Haitonus c.18. in fine, dicit: anno Domini
 millesimo ducentesimo quadragesimo quarto. Multis an-
 norum centenariis ac saeculis Scilurus Scythae fecisse simi-
 le memoratur, vt consequenter scribemus. Sed prius refer-
 remus Aesopi Apologum huic rei valde conuenientem.
 Igitur Aesopi Fabula de Agricola & filiis Runicio inter-
 prete: Agricola quidam, ait, quam plures habuit filios
 continua seditione discordes, ac eius admonitiones pe-
 petuo negligentes: Cum fortuna vnà domi omnes sedu-
 rent, iussit pater virgarum fascem coram deportari, a
 que natos cepit hortari, vt integrum fascem disrumpe-
 rent: Cum igitur fascem cum totis vitibus frangere non
 possent, genitor praecipit, vt soluto fasce, singulatum fra-
 gerent virgas? Cum quisque facile hoc perficeret, tunc
 facto silentio pater ait eis: Si quando animis idem scab-
 ritis, nati mihi charissimi, nec ab inimicis superari possi-
 ritis: Sed si inter vos seditiones seruabitis, qui vobis
 facile vos perdet. Hæc ille insignis fabulator. Hæc signifi-
 cans fabula & admonens quod fortior est vnio, quam
 ditio quæ est imbecillitas. Gabriæ Græci Tetrasticha, &
 bulas seu apologos continentia, sunt cum fabulis Aesopi
 Græcolatinè impressa. Ibi de tribus bobus concordibus
 inde discordibus, & leone, habetur illud tetrastichon
 Græcè sic:

*Aesopus
in Fabu-
lis.*

*Gabrius
Græcus.*

Ὁ μίσηπος νίμυτο τρεῖς ἐμὲς βόες,
 Ὅς ἄδ' ἐθρ' ἰβραητε πολλάνυς λέων.
 Ἐχθρὰς δὲ μίσημυ μάλυς διασχίσας.
 Ἐκαστὸν ἰκέρωνε γυμνὸν ὡς ἔπα.

vt ibi conuersum reperi:
 Concordes pascebantur tres simul boves,
 Quos no ferus quidam ladebat sapennero leo:
 Cum vero inimicitiarum odio & pugna discessissent,

Singulos deuorauit nudos vt vnus. Hæc ibi.
 Plutarchus tom. 1. Opusculorum in Apophthegmatibus
 Regum: & Imperatorum, & tom. 2. Opusculor. de Garruli-
 tate, Scilurus Scytharū Rex, inquit, à filiis suis, quos octo-
 ginta reliquit, petiit moriturus missilium fascem, quem al-
 tum accipere iussit eos, & confringere sic colligatum ac-
 densum. Quum autem se posse negassent, ipse singula or-
 dine extrahens, omnia facile confrigit, cōsensum illorum
 concordiam robustam fore demonstrans, & iniuctam:
 Separationem autem infirmam neque stabilem. Nam, vt
 ait Salustius in bello Iugurthino post principia: Micipsa
 morbo atque arate confectus, conuocatis filiis huiusce-
 modi verba cum Iugurtha fertur habuisse: Equidem ego
 vobis regnum tradō firmum, si boni eritis: si mali, imbe-
 cillum. Nam concordia parua res crescunt, discordia maxima
 dilabuntur. Hanc Salustij sententiam, suppresso eius no-
 mine citauit D. Hieronymus Commētariis in Matthæum
 cap. 12. ad præsens Euangelium. Item Salustius in Oratio-
 ne ad C. Cæsarem de Republica ordinanda post initia e-
 iam: Ego sic existimo, ait, quoniam orta omnia inter-
 eunt, qua tempore vrbi Romæ fatum excidij aduentu-
 rit, ciues cum ciuibus manus conferturos, ita defessos &
 exangues Regi, aut nationi prædæ futuros: aliter non or-
 bis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ mouere,
 aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur
 sunt & concordia bona, & discordia mala expellenda.
 Hæc Historicus Romanorum clarissimus. Appianus Ale-
 xandrinus de bellis Punicis, dicit Carthaginem 700. an-
 nis perdurasse, postea euersam fuisse. Paulus Orosius Hi-
 storographus Christianus, presbyter Hispanus D. Augu-
 stini contemporaneus lib. 4. cap. 6. circa exordium: Cartha-
 ginenses vernaculam atque intestinum semper inter se ma-
 lum habuere discordiam: qua infeliciter exagitante, nulla
 inquam tempora, vel foris prospera, vel domi quæta du-
 rerunt: Idem lib. 5. cap. 8. Euersa & combusta per ipsos ha-
 bitatores Numantia, Scipio Tiresum quendam Celticum
 principem consuluit: Qua ope res Numantina aut prius
 iniucta durasset, aut post fuisset euersa. Tiresus respondit:
 Concordia iniucta, Discordia exitio fuit. Quod Romani
 tanquam sibi ac de se dictum, exempli loco acceperunt,
 quippe quibus iam de seditione discordantis totius vrbis
 Numantiabatur. Hæc ibi. Plutarchus tom. 1. Opusculorum in
 Apophth.

*Plutarc.
tom. 1. opu.
in apoph.
Reg. &
ra. 2. opu.
de Gar-
rulitate.
Salust.
de bello
Iugurth.
& ora-
tione ad
C. Cæsa-
rem, de
Rep. or-
dinanda.*

*Appian.
de bellis
Punicis,
& Pau-
lus Oro-
sius, lib. 4.
c. 6.*

Hoc est

Sing

*Plutarc.
tom. 1. o-
pantiabatur. Hæc ibi. Plutarchus tom. 1. Opusculorum in
Apophth.*

Apophth. Apophth. Græcorum, & in Laconicis etiam repetit: Agef-
Græc. & laus audito pugnarum esse apud Corinthum, & Sparano-
Lacon. rum planè paucos, Corinthiorum, Athenienfium, reliquo-
 rumque sociorum permultos occubuisse, nullam in vuln-
 lantiam, aut ob victoriam animi elationem præ se vultu-
 sed altè ducto gemitu, ô infelicem, dixit, Græciam, quæ
 tantum hominum ipsa sibi interemit, quantum satis erant
 ad vniuersos vincendum Barbaros. Quoties memoria re-
 peto hoc sapiens sapientis Agefilai responsum, & apoph-
 thegma luculentum, toties mihi ob oculos verfatür tra-
 gædia bellorum ciuiliū, nostra ætate gestorum. Quibus
 in bellis sacris ex vtraque parte tot ceciderunt, quor ad de-
 bellandos expugnandōsque infideles Mahumeranos, &
 insensissimos Christiani nominis hostes, Turcos, suffico-
 rent. O infelicem ergo Galliam, quæ tantum hominum
 ipsa sibi interemit, quantum sufficeret ad vniuersos vin-
 cendum Barbaros. Plutarchus tomo 3. Opusculorū, de Ci-
 uili institutione, seu Politicorum, ad Traianum Imperato-
 rē ætæ dimidium: Venit olim Athenas, inquit, Leo Byzan-
 tius, populo inter se dissidenti de concordia suaturus: vi-
 visus pusillus derisui habitus est: Id vt ille animaduertit,
 per occasionem, Quid, dixit, viri Athenienses si vxorē
 videritis: Quid si se vestris illa subiiciat oculis: quæ tan-
 la est, vt vix me genu tenus pertingat. Maior hinc sublatum
 est risus. At ait excipiens tantopere pusillos & breues, si in-
 ter nos dissidium esset, vix oppidum Byzantium capere
 posset. Erasmus Apophthegmarum libro 8. In Leone By-
 zantio sophista, idem ex Plutarcho refert in præceptis po-
 liticis, & addit: Sed eandem multo aliter narrat Philostratus
 Leone Bizantio. Nempè cum prodisset ad populum, dice-
 rus de Concordia, ipsa statim specie risum mouit populum,
 quòd obesus esset, ac ventre prægrandi. At ille nihil turbatus
 risu multitudinis: Quid, inquit, ridetis viri Athenienses?
 Vxor mihi est me multo obefior, & tamen concordēs vni-
 capit lectulus, discordes ne tota quidem domus. Quod re-
 fert Philostratus, & probabilius est & festiuus. Hæc Era-
 mus. Suidas in Historicis, dictione Leon Byzantius: Philo-
 sophus Peripateticus & Sophistes fuit, discipulus Platonis,
 aut vt quidam tradunt Aristotelis. Hic legatus Athenas
 missus, cum admodum obesus esset, Atheniensibus risum
 mouit: Quo nihil turbatus legationem peragens: Quid
 inquit, ridetis Athenienses: an obesitatem meam? Est mihi

vtor longè obefior: ac concordēs nos lectulus capit, dis-
 cordēs nec tota domus. Hoc opportuno dicto efficit,
 vt consentiret populus Atheniēsis. Hæc Suidas. Athenæus
 Dipnosoph. lib. 12. cap. 28. Python Byzantius orator valde
 terrore erat corpore, vt testatur Leo eius conciuus: ac orta
 inter Byzantios aliquando seditione, ciues ad pacem ex-
 hortas dixisse fertur: Videtis, ô ciues, cuiusmodi meum sit
 corpus, sed mulierē habeo multo me crassioem: Quando
 agitur sanus concordēs, quiuis grabatus nos excipit, at v-
 ni dissidemus, nec tota quidem domus. Hæc ibi. Sic Eras-
 mus li. 6. Apophtheg. retulit. Pytho Rhetor Byzantius, cum
 esset supra modum obeso corpore, prodissetque in concio-
 nem, suaturus concordiam Byzantiis seditione ciuili tu-
 multuantibus, statim populi risus obortus est ex ipso cor-
 poris habitu: at ille risum vertit in rem seriam: Ridetis, in-
 quit, ciues? Cum tale corpus habeam, vxorem habeo mul-
 to me obefiorem, & tamen cōcordēs quoduis grabatulū
 me obefiorem, & tamen cōcordēs quoduis grabatulū
 capio ambos, discordēs ne tota quidem domus. Hoc præ-
 ceptio vsus ingressus est orationem. Hoc Erasmus Apologum
 Menemij Agrippæ de discordia & schismate membrorum
 corporis, contra vnum vërem. Vnde factò dissidio & con-
 tentione partium humani corporis aduersus se, contabuit
 & morti proximus fuit homo: nos supra commemorauim-
 us. Vnde rectè monet Apostolus 1. Cor. 12. Ne sit schisma in
 corpore: & ad Gal. 5. Si mordetis, videte ne ab inuicem consueta-
 mini. Sertorij illustre stratagemata clarè ostendit cōcordiam
 & vniōnem esse fortem: Diuisionem autem debilem. Nar-
 ratur à Plutarcho tom. 2. vitarum in Q. Sertorio circa me-
 dium, & à Frontino lib. 1. Stratagematum cap. 10. Q. Serto-
 rius, ait iste, adductis in conspectum Barbarorum duobus
 equis, altero præualido, altero admodū exili, duos admo-
 dum similiter affectos, robustum & gracilem sistentes cu-
 iuit, ac robustiori imperauit equo exili vniuersam cau-
 dam abrupere, gracili autem valentioem per singulos
 illas singula vellere: cumque gracilis fecisset, quod impe-
 ratum erat, validissimus cum infirmi equi cauda sine effe-
 ctu luctaretur. Iam, inquit Sertori⁹, Romanarū cohortium
 per hoc vobis exemplum ostēdi milites insuperabiles sunt,
 vniuersas agredientibus: easdem lacerabit & carpet, qui
 per partes attentauerit. Plutarchus verò sic: Concione ad-
 vocata totius exercitus duos equos introduxit, infirmum
 proflus alterum & annis iam confectum, alterum ingētem

& validum, caudæque densitate & pulchritudine fetarum
 insignem: Assisteat infirmo vir ingens & robustus, valenti
 alter pusillus & nulla specie roboris. Signo his dato, fors
 ille caudam pariter ambabus manibus quasi euulsum eam
 ad se magna traxit vi, imbecillus minutim carpsit eam.
 Quum ille ingenti labore nequicquam confecisset se, ex-
 citatoque magno spectatorum risu fatigatus esset, imbe-
 cill⁹ verò breui spatio citra negotium denudasset caudam
 fortis equi fetis, exurgens Sertorius, Cernit sine, inquit, in-
 cij perseverantia plus efficit quàm violentia, multatque ne-
 simul opprimi nequeunt, atteri paulatim? Hæc ibi. Q. Cur-
 tius, vel melius Supplementum in Q. Curtium de rebus
 Alexandri Magni Macedonum li. 1. per Christophori Bru-
 nonem, paulò ante medium, Quod Paulus Orosius lib. 3. c.
 12. commemorat his verbis. Cum Philippum Macedoniam
 Regem fratres duo Thraciæ Reges de regni terminis am-
 bigentes, iudicem ex consensu præoptauissent, Philippum
 more ingenij sui ad iudicium tanquam ad bellum, cum in-
 structo exercitu ingressus, inscios iuvenes regno vitæque
 priuauit. Hæc ibi. Curtius autem sic: Cum Philippum fratrem
 duo, Thraciæ Reges, de terminis regni ambigentes, discer-
 tationum suarum iudicem eligeret: Philippus ad iudicium
 velut ad bellum, inopinatibus fratribus instructo exercitu
 venit, & vtrumque regno de quo disceptabant spoliavit.
 Omnes sanè principes docens, Concordiam maximum ad conser-
 uanda imperia, atque principatus stabilendos admiculum esse
 fratrum, amor proximorum, vir & mulier bene sibi consensum
 & Prouerb. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas
 Eccle. 4. ma Et Ecclesiastes 4. dicit: Si quispiam præualuerit contra
 num, duo resistit ei. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Narrat
 Pluta. 10. Plutarch⁹ to. 1. Opusculorum in Apophthegmat. Laconia
 1. in Apo paulò ante medium: Fratrib⁹ inter se litigantibus, pater
 pbr. Laco multauerunt Spartani vel Lacedæmonij, quod diffidit
 nicis. & hos pateretur. Idem to. 2. Opusculorum de fraterno amore
 to. 2. O- circa initia: Quemadmodum, inquit, in eodè corpore
 pucuf. de mida & sicca, frigida & calida si concordent ac consolen-
 fraterno optiam ac iucundissimam temperiem generat & harmo-
 amore. niam: si verò seditione inter se conficiantur, turpissimas
 perdunt confunduntque animal: ita fratrum ex concordia
 & genus & domus valet ac floret, at in dissidio contra
 den

Q. Curt.
 us Paul.
 Oroj. lib.
 3. ca. 12.
 Christop.
 Bruno.
 Eccl. 25.
 Prou. 18.
 Eccle. 4.
 Pluta. 10.
 1. in Apo
 pbr. Laco
 nicis. &
 to. 2. O-
 pucuf. de
 fraterno
 amore.

em: Apollonida Cyzicenam Regis Eumenis matrè atque
 horum trium se se beatam prædicasse ferunt, semperque
 diis gratias egisse, non propter diuitias, neque propter re-
 gni potestatem, sed quòd tres vidit filios, maximum na-
 facellium more stipantes, atque illum inter eos hastas
 gladios gestantes intrepidè viuentem. Quemadmodum
 contra Xerxes cum tenuisset Ochum fratribus struxisse in-
 illas, præ animi mœrore mortuus est. Cum enim fratrum
 illa laqua sint (iuxta Euripidem) ipsis parentibus sequissima
 ant. Rursum, Cretenses cum frequenter seditionibus bellif-
 que intestinis inter se pugnarent, inuadentibus extrinsecus
 hostibus rem componebant ac sociabantur: & hic erat ab
 is vocatus Syncretismus. Hæc Plutarchus. Iulius Fronti-
 us Strabonem lib. 1. c. 10. simile quid narrat Scorylo, r. cap. 10.
 inquit, dux Dacorum cum sciret dissociatum armis ciuili-
 bus populum Romanum, neque tamen tentadum arbitrare-
 tur, quia externo bello posset cõcordia in ciues collescere,
 quos canes in cõspectu populorum commisit: hisque acer-
 tate inter ipsos pugnantibus, lupum ostendit. Quem proti-
 nus canes, omissa inter se ira aggressi sunt. Quo exemplo
 prohibuit Barbaros ab impetu Romanis profuturo. Hæc
 Osi si saperemus, cum inter nos lites & iurgia fouemus,
 magis ac magis in inuicem pugnamus, Lupusque Dia-
 bolus communis hostis, tunc magno in nos fertur impetu,
 atque aggreditur, reconciliaremur subito, & omissa perpe-
 tuæque obliuioni tradita, quæ inter nos prius fuit, ira, con-
 Diabolum cum Dei adiutorio insurgeremus, fraternum
 que foueremus amorem. Alias, Omne regnum in se diuisum
 & domus supra domum cadet. Ex lacris didicimus
 Historiis, ex schismate & diuisione regni Israël, in regnum
 iuda & in regnum Israël, in Reges Hierusaiè & Samaria,
 in duas tribus & in decem, idoloatriam inualuisse ac procel-
 lisse, Reg. 12. Item in profana Historia: Græcis principibus
 quod Troiam olim dissentientibus, Agamemnone videlicet
 & Achille, clades fuit. Graiis illata, omni calamitate
 calamitosior, Ex Homero. Xenophon lib. 4. de factis & di-
 citis Socratis, circa medium: E concordia maximè esse ciui-
 um bonum videtur, plurièscque & Senatus & viri optimi
 ad eam ipsam hortantur totaque in Græcia lex posita est, vt
 ciues ad concordiam iureiurando conueniant, atque vbique
 ubi inter se præstent: & (paucis interiectis) sine cõcordia ne-
 que ciuitas benè gubernabitur, neque domus benè habita-
 bitur.

Front. li.
 r. cap. 10.
 3. Regul.
 12.
 Xenoph.
 li. 4. de di-
 ctis So-
 cratis.

Isoocrates bipur. *Isoocratis* Nicocles siue consilium Oratione 3. in ordine, circa medium: Est autem, inquit, bonorum Regum officium dare operam, non in urbibus tantum, sed in suis etiam aedibus, atque in quibus confedere locis concordiam vitant. Ideo nedum de discordia regnorum agit in textu, sed de familiari etiam diffidio & domestica dissentione. Hinc apud *Plutarchum* to. 1. Opusculorum de discrimine adulteris & amici, refertur quomodo *Demaratus* Corintho venit in Macedoniam per id tempus, quo cum vxore filioque diffidium *Philippus* habebat. Rogatus quomodo inter se concordarent *Græci*, respondiisse ferunt *Demaratum*, vt beneuolentiam ac familiarem *Philippo*: Planè, *Philippe*, pulchre decere de Atheniensium *Peloponnesiorumque* concordia precantari, cum tuam ipsius domum negligas tanta seditione tantoque diffidio refertâ. Hæc ibi post medium remotissime. Idem to. 1. Opus. in coniugalibus præceptis circa finem, *Gorgia* Oratore *Olympiæ* orationem recitante, qua concordiam *Græcis* suadebat, *Melanthius*, Hic, inquit, nobis de concordia consilium dat, qui sibi ipsi, vxori, & ancillis, tribus duntaxat priuatum hominibus, concordiam non persuasit. Videbatur enim amare ancillam *Gorgias*, & ancillam ea de causa obtrextare vxor. Ergo probe concinnatam habeat familiam oportet, qui concionem aut amicos concinnare conatur. Hæc *Plutarchus*, de discordia domestica, sic in re familiari. Annon ex sacris edocemur *Historiis*, quod ex diuisione regni *Alexandri*, idololatriæ germinauit & grassata est pestis in *Iudæa*, tempore *Matathiæ* & filiorum eius *Machabæorum*? Inde processit, & regnum obtinuit *Antiochus radix peccati*, qui *Iudæos* tam grauiter afflixit, quo templum profanauit & diruit, qui *Iudæorum* auitam regionem & legis caeremonias proculcauit, ac longè detestacionem fecisset quam quæ fecit, nisi *Machabæi* forti animo contra eum se opposuissent. *Nostri Annales* nonne aperte describunt 4. filiorum *Clodouei* primi *Francorum* Regis *Christiani*, atrociam inter se bella? Nam quilibet post mortem patris regni diadema sibi imposuerat; vnus *Rex Aurelianensis*, alter *Parisiensis*, tertius *Suessonensis*, & quartus *Mercensis* *Rex* nuncupabatur. Grauiissima deinde inter fratres orta discordia, causa desolationis *Gallici* regni exitit. *Virgilius* lib. 7. *Aeneidos* ante medium, quid excindere soleat populum ac regna sub poetico velamento ostendit de *Alecto* canente

Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:

Tu potes unanimes armare in prælia fratres
Atque odium versare domos, tu verbera totis
Emeres, que inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: facundum cocute pectus (hoc est malitiæ plenum)
Dysice compositam patem; sepe crimina belli
Arma velit, poscatque simul, rupiatque inuētus. Hæc *Virgilius*.
Alecto quæ est vna infernalibus furiis, & Latine incefans interpretatur, siue indefinens, & vt clarissimo verbo expressit *Fulgentius* libr. i. *Mithologiarum*, in furiis, ælium impauulabilis dicitur *Discordiam* aptissime adumbrat ac significat. Nam vt sæpe apud *Poëtâ* me legisse memini. *Vexat discordia ciues.* Et *Christus* præsentis *Euangelio*, *Domus supra domum cadet.* Si vir & vxor non bene conueniant: Si inter coniuges sunt contentiones, iurgia & lites, quid miserius videri solet ac infœlicitius? Ideo *Imperatores* *Valerianus* & *Gallienus* rescripserunt legem reprehendendam, C. de institutionibus & substitutionibus: *Oportueat præferre lucro concordiam maritalem.* Nos *Gal.* dicimus. *Entre un bon mesnage ensemble.* Quid apud *Poëtâ* decantatur magis quam *Eridis* pomum? *Græcè* certatio dicitur seu discordia: *Hyginus* in fabulis. fab. 91. de *Paridis* iudicio sic scribit: Cum *Thetis* *Peleo* nuberet, ad epulum omnes *Dij* conuocati fuerunt, excepta *Eride*, id est discordia, quæ cum postea superuenisset, nec admitteretur ad epulum ab ianua misit in medium malum. Dicit quæ esset formosissima attolleret. *Iuno*, *Venus*, *Minerua* formam sibi vendicare cœperunt. Inter quas magna discordia orta, veniunt ad *Alexandrum* *Paridem*, eumque iubent iudicari: Cui *Iuno* si secundum se iudicasset, pollicita est in omnibus terris eum regnaturum, diuitem præter ceteros præstaturum: *Minerua* si inde victrix discederet, formosissimum inter mortales futurum & omnium artificiosissimum: *Venus* autem *Helenam* *Tyndari* filiam formosissimum omnium mulierum, se in coniugium dare promisit. *Paris* dum posterius prioribus anteposuit, *Veneremque* pulcherrimam esse iudicauit. Ob id *Iuno* & *Minerua* *Troianis* fuerunt infestæ. *Alexander* autem *Helenam* *Veneris* impulsit à *Lacedæmone* ab hospite *Menelao* *Troiam* abduxit, eamque in coniugio habuit. Hæc *Hyginus*. *Ecquis* nescit huius occasione raptus, bellum exarsisse funestissimum, *Græcorum* penè omnium, & *Troianorum*, ac totius ferè orbis? Et describitur elegantissime tota *Iliade* ab *Homero*. Hinc

Rr 3 manauit

manauit prouerbiū, *Ilius malorum*. Causa deterrima bellique fuit nisi *spis*, id est Discordia? Vnde Chaos illud amicitiam, nisi ex discordia elementorum? Ouidius etiam cecinit lib. i. *Metamorphoseōn* initio:

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia, cœlum,

Vnus erat toto natura vultus in orbe,

Quem dixere Chaos, rudis, inægestæque moles,

Nec quicquam nisi pondus iners, cogestæque eodem

Non bene iunitarum discordia semina rerum. Deinde,

Obstabatque aliis aliud: quia corpore in vno

Frigida pugnabant calidis, humentia sicci,

Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Hanc Deus, & melior litem natura diremit. Deinde,

Dissociata locis concordia pace ligauit.

De ventis postea ibidem non tacuit. Sic enim scribit:

— Vix nunc obstitit illis,

Cum sua quisque regat diuerso flamina tractu,

Quin lamient mundum: Tanta est discordia fratrum.

Apoc. 12 Vnde, quæso ruinae angelicæ nisi ex discordia & præiudicio Angelorum? De quo **Apoc. 12.** *Factum est prælium magnum in cœlo: Michael & Angeli eius præliabātur cū dracone. & cetero pugnat & Angeli eius, & non valuerunt, neque locum inuentus est eorū amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, pater antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui seducit vniuersum orbem.* initio primitiue Ecclesie, vt Acta referunt.

Psal. 132 *Multitudinis credentium erat cor vñ & anima vnica de concordēs.* Psalmista: *Ecce quàm bonū & quàm iocundū habitare fratres in vñ.* Et rursus: *Qui habitare facit vnus, & cetero vnanimis & concordēs in domo.* A principio conditiōnis hominis, beneficio iustitiæ originalis, tanta erat harmonia, tantisque concentus ac concordia virium inferiorum cum superioribus, & rationis cum Deo, vt pax ac tranquillitas quædam summa esset. Sed peccati demeritis oblatā est hæc concordia foelix, & discors membrorum à lege mentis exorta est. Vnde scribit Apostolus: *Carnis concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: utraque vult is, illa faciat. Ac rursus: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Concordia nescia vinci, at discordia, nullo negotio superabilis est. Perit in historia quam mox subiiciam. Quid enim aduersus se videtur & inuictum hoc in mundo reperias, quin diuisum dispersum in plures partes, non reddatur minimum &...

ius ferè roboris ac virtutis? Sic ex magnis fluuiis in multos diductis ac separatis alueos, sūt minimi riuuli, vt narret Herodot. lib. i. circa fines illius libri, de Cyro, qui Gyndem amnem (qui non poterat nisi nauibus traici, in quo etiam quidā è sacris equis caudidis submerus fuerat) sic tenuem reddidit, vt in posterū facile vel à mulieribus transiret possent ne genua quidē tingentibus. Cyrus ergo id præstitit, Gyndem magnum fluuiū in trecentos & sexaginta riuos diducens, quod idem author lib. 5. longè ante mediū sic reperit: Gyndē Cyrus aliquando in 360. diduxit alueos. Vnde patet quòd diuisio fluuij illum vadofum effecit, quū tamen antea ibi vado nusquam transitus esset, aut vado transiri non posset, & facile vadari non valeret. (Quod Gallicè dicimus, *Passer à gué, estre gueable par tout.*) Seneca lib. 1. de ira c. 21. Cyrus cūm Babylonē oppugnaturus festinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occasionebus sunt, Gyndem late fusum amnem vado transire tentauit, quod vix tutum est, cūm etiam ad minimum deductus esset. Sibi vnus ex his equis, qui trahere regium currum albi solebant abreptus, vehemēter commouit Regem. Iurauit itaque amnem illum eò se redacturum vt transiri calcarique etiam à fœminis posset. Quem diuisum alueum in 360. riuos dispersit. Sed nos hanc historiam Concione de Naui superioribus, satis tractauimus.

Si ergo *Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius?* Magna inde Catholicis spes effulget & cōsolatio, quia nō erunt durabiles hereses, cūm quot sunt capita, tot sensus, sint, iuxta prouerbiū, & sectæ dissectæ. Ergo cessabit, seipsa; interimēt: quia, *Omne regnū in seipsū diuisum desolatur, Et si Satanā Satana eicit, quomodo stabit regnū eius?* Hereticorum bellum pax est Ecclesie, vt colligitur ex lib. 7. de Trinitate D. Hilarij Pictauiorū Pontificis, & celeberrimi Ecclesie doctoris. Ille igitur circa libri exordia, sic dicit: Heretici omnes contra Ecclesiā veniunt: sed dū heretici omnes se inuicē vincunt, nihil tamen sibi vincūt. Victoria enim eorū Ecclesie triūphus ex omnibus est: dū in cōhæresis contra alterā pugnat, quod in hæresi altera Ecclesie fides damnat. Nihil enim est quod hereticis cōmune est: Et inter hæc fidem nostram, dum sibi aduersantur, affirmant. Hæc ille. Sic Diuus Hieronymus in Matth. 12. cap. Aduersariarum potestatum, inquit, inter se bellum pax hominum est. *Contrā verò in Ecclesia est symphonia &*

Luc. 15.

Irenæus.

chorus, maximâque concordia ac consensus. Luca decimo quinto. Diuus Irenæus libro quarto cōtra hæreses capit. 69. circa finem: Nos vnum & solum verum Deum doctorem sequentes, & regulam veritatis habentes eius sermones, de iisdem semper eadem dicimus. At verò hæretici, inquit paulò suprâ, semetipsos arguunt de iisdem verbis non consentientes. Et adhuc superiùs: Tantæ sunt de vno inter eos diuersitates, de iisdem scripturis varias habentes sententias &c. Postea subdit: Cum igitur inter eos cōuenerit, de his quæ in scripturis sunt prædicta, tunc & a nobis confutabuntur. Hæc ille. Concordent igitur Calvinus cum Sacramentariis, & Lutherus cum suis, de præsentia reali corporis Christi in sacra Eucharistia. Et tunc confutabuntur etiam à Catholicis. Sed seipos satis mutuis cedunt vulneribus & scriptis, ac disputationibus sicuti de huiusmodi Ecclesiæ hostibus, in Ammonitis contra Iosaphat religiosum Regem iimicantibus, figura & typus præcessit, 2. Paralipomenon 20. *Vertit Dominus visibilia eorum in semetipsos: Quinetiam in semetipsos versi, multis occiderunt vulneribus.* In lucem prodierunt Vveitphali contra Calvinum de re Sacramentaria, & sacra præsertim Eucharistia disputationes: Item Tilmanni Hestuffij contra Calvinum, Bezam & alios nebulones eiusdem factionis conuersiones. Penes me habeo (cum licentia tamen Sanctissimi Domini Pij 5. Pia memoria Pontificis Maximi) libros supra commemoratos, contra Calvinum & Bezam à Lutheranis conscriptos. Nec acrius fortassis, licet longè doctiùs & veriùs ac multò melius & neruosius, Catholicos eodè in argumento versati, contra Sacramentarios, hæreticos metonymicos expugnât, præsentiaq; ac realè corporis Christi in Sacramento astruunt atque confirmant.

Filij vestri in quo eiciunt. Ab exemplo hîc Christus ratiocinatur in hanc modum: Filij vestri, mei nimirum Apostoli, & vestri exorcistæ Dæmones eiciunt ab obsessis corporibus. Vel ergo in digito Dei, hoc est, eius virtute, vel in Beelzebub. Non postremum: Suprà enim satis probauit dæmonem vnum alterum non expellere. Ergo id est cum Dei adiutorio speciali. Quid ergo vos mouet, vt de me aliud credatis, quàm quod de illis creditis? Hoc profectò ex eo quod flagrat in me odio proficiscitur, non ex suspitione iusta, cum circa idem opus cum iisdem factum circumstantiis, benè quidem ac magnificè de illis

sententias, de me verò pessimè. Cur non faciam ego in Dei gloriam & hominum salutem, in digito Dei, nō mutuata virtute, quod in meo nomine Discipuli mei vestriq; exorcistæ faciunt? Apostolos eiecisse Dæmonia sacra testatur Evangelica Historia: Apostolica etiam narrat quosdã apud Iudæos exorcistas fuisse, Actorum c. 19. *qui in Iesu nomine Dæmonium expellere tentarunt.* Doctus Iansenius ad eum locũ, *Filij vestri in quo eiciunt?* Rectius, inquit, intelligitur exorcistæ gentis Iudaicæ ante Christũ ex institutione Salomonis. Vnde & Iosephus lib. 8. Antiquitatum c. 2. post principia: Salomõ, inquit, eam rem diuinitus consecutus est ad virtutem & medelam hominum, quæ aduersus Dæmones est efficax: Incatationes enim composuit, quibus morbi pelluntur: & cõiurationum modos scriptos reliquit, quibus cedentes Dæmones ita fugãtur, vt in posterum nũquam reuerti audeant: atque hoc sanationis genus nũc vsq; plurimum apud nostrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quẽdam Eleazarum, in præsentia Vespasiani, multos arreptos percurantem. Modus verò curationis erat hic: Admoto naribus Dæmoniaco annulo, sub cuius sigillo incisa erat radicis species à Salomone indicatæ, ad eius olfactum per nasum extrahebatur Dæmonium: & collapsus mox homine, adiurabat id ne amplius rediret, Salomonis mentem metionem faciens, & incatationes ab illo inuentas recitãs. Volês dein Eleazarus, his qui aderãt ostẽdere quæ artis efficaciam, nō longè inde ponebat poculũ aut petribrum (vel peluim) aqua plenum, imperabatque Dæmonio hominem exeũti, vt his subuersis signum daret spectãtibus, quòd reliquisset hominem. Quo facto nemini dubium erat quãta fuisset Salomonis sciẽtia & sapiẽtia. Hæc Iosephus. Quod verò rectè & fortassis rectius de exorcistis huiusmodi ante tempora etiam Christi in carne intelligatur, patet ex eo quòd similem calumniam passuros Apostolos pronunciat Christus: *Si patrem familias Beelzebub torauerunt, quanto magis domesticos eius?* Matth. 10.

Sim digito Dei. Scribarum insinuassè malitiam videtur, vt qui digitum Dei agnoscere noluerint, quem agnouerũt magi Ægyptiaci, exclamantes: *Digitus Dei hic est.* Exod. 8. Spiritu sanctus sic agnominabatur propter partitione doctorum & distributionem charismatum. In nullis enim membris magis apparet partitio, quàm in digitis. *Diuisio-gnatarum sunt, idè verò Spiritus,* ait beatissimus Paulus.

R. 5 Matthæus

At. 9.
Iansenius
in Concord.
Euang. ad
præsens
Euang.
Ioseph.
lib. 8.
Ant. c. 2.

Matt. 10

Exod. 8.

Matt. 12. Matthæus dixit c. 12. *Si in Spiritu Dei eiicio Demones, pervenit in vos regnum Dei*, id est Messias, qui regnum Diaboli minuit, & per quem homines Deo subduntur, in quibus **Hesseli⁹** ipse regnat. Quasi dicat, ait Hesseli⁹ in 12. c. Mat. Certo ex illo colligere ac cognoscere debetis, Messiam qui regnum Diaboli cõterit, & Deũ in hominib. regnare facit advenisse. Nam dissipatio regni Diaboli, est adauctio regni Dei, & cõtrã. Hoc enim tãquã signũ aduētus Messie à Prophetis predictũ est, ut suprã huius cõcionis initio citauimus. Idẽs Christo in carne nato statim cessarunt porfana Dæmonum responsa, conticuerũt oracula, Dæmones nõ sinebat loqui incarnat⁹ Christus. **Nicephorus** li. 1. Ecclesiastica Historie c. 17. narrat quõ Cesar August⁹ ad oraculũ Pythij Apollinũ venit, & sacrificio omniũ maximo, quod Hecatõbe dicitur Dæmoni oblato quesivit, Quisnã post eũ Romanũ admittatur stratur⁹ esset imperiũ? sed tacente Oraculo & iterato sacrificio, ad extremũ ad hunc modũ respõdit Græcis verbis

*Παῖς ἑβραῖος κέλευτά μὲ θεὸς μακάρεσσιν ἐν ἁέσσω
Τὸν δὲ Δίμου προσηπῶν ἰεὺς, ἠγεῖ δὲ θεὸς αἰετῶν ἰεροῦσα
Λοιπὸν ἀπὸ τῆς σιγῆς ἐκβοῶν ἡμετέρων.*

Latine ibi sic versum reperi. **Suidas** in dictione *Αἰετῶν*
*Me puer Hebraeus diuos Deus ipse gubernans
Cedere sede iubet, tristẽmque redire sub Orcum:
Aris ergo dehinc tacitus abscedito nostris.*

Tali responso accepto, Cesar Romam est reuersus, atque ibi in Capitolio aram maximã extruxit, cum eiusmodi Latina inscriptione: Ara primogeniti Dei. **Suidas** Latine uersus sic habet vbi supra, quasi verbum verbo.
*Puer Hebraeus iubet me Deus beatis imperans.
Viderur legisse beatis, non beatis,
Hanc ad eam relinquere, & in Oracũ redire:
Iam abito tacitus ab aris nostris.*

Et extruxit Romæ aram Augustus, quã Romanis hæc inscripsit, Hæc ara est primogeniti Dei. Hæc ibi hæc tam celebrem aram, vulgõ Ara cœli etiamnum appellatam, ego tempore Generalis nostri Capituli Romani, anno Domini 1571. his vidi oculis. Est enim ibi in Capitolio constructum Monasterium, seu Conuentus noster, & significis admodum adibus & adificiis. Vbi & videtur illa seu altare cancellis inclusum ferreis circa chori & sacrarium. **Georgius Cedrenus** in Compendio Historie

folio 150. Eusebius Pamphili narrat Augustum Deiphos profectum, de successuro sibi oraculum cõsuluisse: & cum vates nihil responderet sciscitatum, cur oraculum conticuerit, hoc responsum tulisse. Græcus versus medius paululum variat è recitato suprã, itẽmque tertius, primus autem in vniuersum consentit. Sic ibi.

*Ἰὼν δὲ Δίμου προσηπῶν, ἰεὺς ὄδδεν αἰετῶν ἰεροῦσα
ἠπὸ τῆς σιγῆς ἐκβοῶν ἡμετέρων.*

Latine ibi sic tralatum inuenio carmine satis venusto, **Gui- Gui. XII.**
Helmo Xilandro interprete:

*Me puer Hebraeus iubet hoc discedere templo,
Rex Diuum, & Stygum rursus remeare sub Orcum.
Tu tacitus nostra hæc iam nunc altaria lingue.*

Ex quibus versibus Græcis Cedreni, emendare poteris Græcè editos in Nicephoro Latine conuerso: Mendosos enim & in multis vitiatos comperies, ex impressione Parisiensis librarij (ut puto) vel incuria vel imperitia. Penes Græcè linguæ peritos iudicium esto. Nunc ad propositũ regressor: Si in digito Dei, ait Sanctus Lucas, &c. Quo digito talibus duæ legis data Moysi conscriptæ fuerũt, per quod significabatur lex gratiæ seu Christi per Spiritum sanctum in cordibus nostris scribẽda: iuxta promissionẽ Dei per Prophetam Hieremiam in vtero sanctificatũ ca. 31. *Dabo legem* **Hier. 31.**
meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Et sicut digitus est eiusdem substantiæ cum manu: sic Spiritus sanctus vnum patri cum filio in Ecclesia proclamatur. Et filius eadẽ ratione manus Dei patris dicitur, quia eiusdem est substantiæ cum patre, sicuti manus cum toto brachio. Hæc Hesselius. Notissimum est quod in illo hymno, *Veni creator spiritus, &c.* de spiritu almo canit mater Ecclesia:

*Tu septiformis munere
Dextra Dei tu digitus, &c.*

Profectõ pervenit in vos regnũ Dei. Hic animaduerte quod quia locutus est murus, signũ & omen optimũ fuit. *Pervenit in vos regnum Dei*, ait Christus. Aliquando murum subito & insperatõ loquutũ fuisse, res fuit mali ominis, & perniciem exitiũque attulisse memoratur. Apud Herodotũ **Herodo-**
lib. 1. ante medium. Cræsus erat filius habilis ad cætera, sed murus: ad cuius vitium emendandum Cræsus pro viribus omnia fecerat, cum aia excogitãdo, tũ verõ Delphos mittendo, ad oraculum sciscitandum, atque ei Pythia talibus respondit, Cuius oraculi Græca subscribam carmina:

Δὲ γένος, πολλὰ δὲ βασίλει, μέγα γήθη Κροῖσι,
μηδὲ βόλων πολέων. Τον δὲ ἀνὰ δόματ' ἀνθεῖν
παῖδος φθγγόμενου, τὸ δὲ σοὶ πολλὰ λυῖον ἀμφὶς
ἔμμεναι. ἀνδρὶ σὶ γὰρ ἐν ἡματι πρῶτον ἀνάλω.

Ad verbum: Illud tibi multò melius vtrinq̄ue manere. Lo-
quetur enim primùm in die infelici siue infausto. ad ver-
bum hæc. Latine sic transtulit Laurentius Valla, ex impre-
sione Henrici Stephani Gracolatina.

Lydæ genis, Rex multorum valde in scie Cræse

Ne cura gnati exoptatum audisse loquentis

Intra ades vocem, sine qua potior tibi longe:

Ille diè quoniam primùm infelice loquetur.

Porro captis mœnibus quidam Persa in Cræsum in-
ignotum vt occisurus vadebat. Quem inuadentem se Cræ-
sus; quum videret, tamen præsentī clade affectus, deuotè
negligebar: nihil putans differre an percussus oppeteret
mortem, an non. Id vbi filius eius mutus conspexit, timorè
patri erupit in vocem inquit: ἀνδρῶπι, μὴ κλέυε Κροῖσον.
Homo ne perimas Cræsum. Atque hoc ille primùm e-
xitio, postmodum per omne vitæ tempus vocalis exitio. Ro-
sæ & Sardibus portiti sunt, & Cræso viuo; amisso mæ-
imperio, vt ei fuerat respõsum. Eum captum Persæ ad Cræ-
sum perduxerunt. Hæc Herodotus. Cicero de Diuina
ne libro 1. ex Herodoto idem refert: Cræsi filium cum
set infans: interpretor non ab ætate, sed quasi non fans
loqui non potens, locutum. quo ostento regnum patris
domum funditus concidisse. Aulus Gellius lib. 5. Noct. 1.
tic. cap. 9. Filius Cræsi Regis, ait, quum iam per ætatem
ri posset, infans erat: & cum iam multum adoleuisset, in-
nihil fari quibat. Quum verò hostis gladio educto Regem
esse ignorans inuaderet, didixit adolescens os, clamare
tens: eoque nixu atque impetu spiritus vitium, nodum
linguæ rupit, planèque & articulatè locutus est clamans
hostem, ne Rex Cræsus occideretur. Herodotus huius
storiæ scriptor est, eiusque verba sunt, quæ prima dixit
lium Cræsi refert ὁ ἀνδρῶπι μὴ κλέυε Κροῖσον. Heus homo
ne occide Cræsum. Sed & quispiam Samius athleta, in-
men illi fuit Ἀθύλας, quum antea non loquens fuisset, ob-
mitem dicitur causam loqui cœpisse. Nā cum in sacro ce-
tamine sortitio inter ipsos & aduersarios non bona
fieret, & sortem nominis falsam subijci animaduertisset
repente in eum qui id faciebat sese videre quid faceret

Cicero.

A. Gell.

magnum inclamauit. Atq; is oris vinculo solutus, per om-
inde vitæ tempus, non turbidè neque adhæsè locutus
est. Hæc Gellius. Ego, vt de me verum dicam, cum annos
triciter decè natus essem, & verba satis articulatè iam for-
marem, non poteram tamen quocunq; artificio & indu-
stria adhibita, ac prouocatione necessariorum, parentum-
que meorum proferre R. literam caninam vulgò dictam
(Rixa enim canum ab illa etiam litera incipit.) Sicur de
Demosthene narratur, quòd eius artis quam proficiebatur
(Rhetoricem intelligo) primam literam pronunciare ne-
quibat. Contigit autè mihi vt cum sub mensam ad aliquid
quod ex parentis manu tum decidisset subleuandum, me
inclinassem, canis domestici, qui sub mēsa nescio quid ro-
debat, metu ac terrore ne me morderet, percussus ad abi-
rendum canem (vt pueri facere solent) exclamare cœpi, &
R. R. R. perfectè quidem tunc deincepsque semper facil-
limè & distinctè pronunciaui. Valerius Maximus lib. 5. ca.
de pietate in parentes, de Cræsi filio idem prorsus cum
superioribus narrat; addens etiam; Ita qui ad id tēpus mu-
tus sibi vixerat, salutē parentis vocalis factus est. Tamen
infelix infaustumque fuit parenti portentum, ex oraculo
supra citato, nihilominus tamen proficuum & patri saluta-
re quoad vitam: prognosticum interim signum & veluti
quoddam prælagium imminentis captiuitatis patris, amif-
tionisque regni. Secus autem aliterque hîc res se habet.
Nam affirmat Christus ex hac Dæmonis eiectione, eiusque
qui mutus fuerat perfecta locutione, quod peruenit in eos
regnum Dei. Pergamus ad reliqua.

Valerius

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt om-
nia que possidet. Quonam pacto in pace: Tollit, ait, de Pa-
tacio in Matthæum 12. cap. ab homine peruerso quantum
potest remorsum conscientie ac scrupulum. Velut latratum
canum oderunt lupi, & quantum in eis est, lupi ne canes
terrare valeant præpediunt. Procurat Dæmon (cum ani-
mum nostrum possidet) omnia peccata reddere, omnem
scrupulum (velut latratus canum) remouere, vt animam
securus possideat. In pace ergo sunt omnia. sed va, quia in
pace est amaritudo amarissima, Isaia 38. Tenet adeò ob-
curatos peccatum oculos nostros, vt eam captiuitatem,
pacem putemus. Occurrit memoria: apologus quo vsus est
Demosthenes, vt citatur à Plutarcho tom. 3. Vitarum in
vita, post media: Deposcit per legatos Alexander

De Pal.
in 12. ca.
Matth.

Plutare.

magnum

Magnus,

Magnus, infensus A. henienfibus ex oratoribus decem vel octo, inter quos primus nominabatur Demosthenes. Ibi fabulam Demosthenes recensuit de ouibus: Quemadmodum lupis canes dederunt, qua se sociisque canibus assimilauit, pro populo propugnauit: atque Alexandrum Macedonem unicum lupum appellauit: Sic, inquit, nos opinantes ipsi proditis, hæc est pax ouium & luporum, si tamen vlla vnquam inter hæc duo animantium genera querelæ interducat, hoc est, naturalem dissidentiam habentem, pax coire potest, & firma minimeque infidiosa conciliata amicitia. Maximus Planudes Scriptor Græcus, in Vita Aesopi fabulatoris à se conscripta longiusculè à medio: Cæcus, inquit, legato ad Samios misso, dedi sibi petebat Aesopus in media concione, inquit: Viri Samij: Ego per vos facio ad Regis pedes proficisci, sed volo vobis fabulã valedicere. Quo tempore animalia inter se loquebantur, lupi bellum ouibus intulerunt: Vnã verò cum ouibus canibus præstantibus, ac lupos arcentibus, lupi legato misso dixerunt ouibus, si voluerint viuere in pace, & nullum suspicari bellum, vt canes sibi traderent: Oues verò cum ob studiũ persuasã essent, & canes tradidissent, lupi & canes dælacerarunt, & oues nullo negotio interemerunt. Samij igitur fabulã sensu percepto, decreuerunt apud se dædicare Aesopum. Hæc Planudes. Fortis armatus dicitur etiam in fortis ore: Iob quadragesimo primo. *Non est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeat.* Fortis est siquidem & natura sua, vt potè supremus summæ hierarchiæ Angelus Lucifer, item culpa nostra, igitur uia ac pusillanimitate. Armatus est technis & artibus longo rerum vsu, summo nostri odio. Nos etiam ei armis suppeditamus, ignorantiam nostram, cupiditatem, neque pietatem. Hæc de Palacio. *Custodit atrium suum sicut Perseus in carcere custodiebatur ab armatis militibus.* A. 12. Dicitur in *Auto.* Antonius Paduanus Dominica tertia in *Quadragesima* sic explicat: Atrium Diaboli ante Christi aduentum erat totus mundus? Non creatione, sed primi parentis peccato. Ob cuius inobedientiam, id eius posteritatem Dei permissione habuit potestatem. Et sic omnia possidebat in pace: *Quia non Moyses, nõ Helias, nec Hieremias nec aliquis ex Patriarchis veteris Testamēti, eum ab atrio expellere potuerunt. Venit ergo à regalibus sedibus, id est*

M. Plan.

Iob 41.

A. 12.

D. Auto.

in Euan.

Dominica

3. in

40.

Sap. 18.

patris durus debellator, sapientiæ decimo octauo ca. *in mediam exterminij terram* (quam scilicet Diabolus exterminauerat) iunctis duobus pedibus, humanitatis & diuinitatis profiliuit, Ibidem. *Et sic l. beuauit eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti*, vt scribit ad Hebræos 2. cap. B. Paulus. Vnde sequitur: *Si fortior illo superueniens, &c.* Fortior illo est Christus: *Dominus fortis & potēs, Dominus potens in pralio.* Hæc Diuus Antonius quã elegantissimè. Argumentatur hic Christus à simili: Quemadmodum si quem fortem armatum in munitissimo castro conclusum; expugnare opus est, ad arcis & castelli expugnacionem, necesse est vt fortior illo dux & imperator accedat qui illum decurbet ac deiiciat, vt potius rerũ vniuersa arripere alterius diripiat: Ita expellere nemo potest Daemonem qui non sit eo potentior, & maiore præditus virtute. Ego vero Demoniu eiicio, & armis suis illud expolio: Ego proinde eo sum fortior: & per consequens nõ ego eius admitticulo, vel opera ad eiiciendũ illud ex hoc obfesso corpore. *Qui non est mecum, contra me est.* Disputat postremò ratione manifesta: Quorum varij sunt fines contrariæ etiã intentiones, & opposita opera, non iuuant se inuicem: Contraria enim à contrariis iuari non possunt, sed sibi mutuo aduersantur, & vnum aliud persequitur ac insectatur. Hæc ergo autem cõtrariam voluntatẽ, contrariũ finem, & cõtrarijs operationes, intẽtioni, volũtati & operibus Satane: Summus igitur inuicẽ inimici: Nihil ergo mihi confert in meis operibus, nec mihi suas locat operas. Ille dispergit, ego cõgrego: Quomodo ergo non essemus contrarij? Argumentum hinc sumitur contra Neutrales (vt ita loquar) qui vniuersaque tam ex parte Catholicorum, quã ex parte hæreticorum s; velut medicus ac participia interponit: aut, minus, nullius religionis nec veræ (quæ vnica est Catholica, apostolica, & Romana) nec præterita studio ducuntur; nec *ignis nec calidi, sed tepidi*, vt scribitur Apocal. 3, ideòque comendi ex ore Domini. *Nec mas nec famina* dicitur neutralis, sicut de Eunuchò dicitur apud Valerium li. 7. cap. 7. *Vale. lib.* de testamentis rescissis: Genucius quidam Marris magnæ callus (castratum intellige) sententia Mamerci principis venatus, ad quem à pratore vrbs prouocatum & appellatum fuerat, declaratus fuit, amputatis sui ipsius ipõte genibus corporis partibus, neque virorum neque mulierum numero habendus. Tales iure longè meliøre cẽsẽdi sunt neutri

Heb. 2.

Apoc. 3.

Vale. lib.

7. c. 7.

neutri isti, nullo pacto inter Catholicos numerandi, sed potius inter Atheos & infideles, Academici dicendi, tanquam gladij ancipites vtrinque scindentes, in duas partes claudicantes, & Euripo mutabiliores. Varium & mutabile semper Adulatio, à qua minimè tales absunt, vtrique parti placere cupientes, neutram ledere vel offendere volentes, hac illacque circumcursantes, cum tamen Dominus dicat in Euàgelio, *Nemo potest duobus dominis seruire. Non potest*

Matt. 6. Deo seruire & Mammonæ. Matth. 6. Nicephorus lib. 10. cap. Niciph. li. 42. in fine: Themistius Philosophus apud Græcos celebris,

30. c. 4. 2. in oratione ad Iouinianum Imperatorem Christianum, scripta (quam cõsularem nominauit) adulatorem perquam faceret & luculenter irridens, ex moribus eorum deprehendit, di ait, purpuram ipsos magis quam Deum colere: neque aliqua re ab Euripo differre, nunc huc, nunc illuc, atque contrarium ad eò momentum resuente. Hæc ibi. Bella non collatio erit neutrorum seu indifferentium huiusmodi in religionis negotio, & Euripi. Contra hos dicit Christus

Plut. 10. Quis non est mecum, contra me est. Plutarchus tom. 1. Vitæ in x. Vit. in Solone, & tom. 3. Opusculorum de ciuili institutione Traianum. Priore quidem loco sic dicit: Ex legibus Solonis & 10. 3. ista est singularis imprimis, quæ eum qui fuisset in seditione neutram partem secutus infamia notat. Vult enim neutrum non permoueri vel sentire rebus in tuto collocatis suis, incommoda publica, neque eo se venditare, quòd patriæ dolore vel morbo non tãgatur: sed vt illicito partibus se melioribus & iustioribus associet, cumque his periculo offerant se potius, & succurrant his, quam operiantur: unde stet victoria. Posteriore autem loco idẽ sic scribit: Solon lege cauit qui scissa ciuitate per seditionem partem faciam, neutri se parti addixerit, inter ignominiosos esse oportere referri. Hactenus Plutarchus. Quæ maximè con-

Liuius li. 3.

3.

drant ad præsens propositum. Narrat Titus Liuius lib. 3. Tulli iussu aduersus Metium supplicium singulare: Tullius Metio exercitūque eius ab Alba accito, cõtra hostes Etrurios, qui à Romanis apertè descuerant, ducit exercitum Albanum ductu & proditione Metij Suffetij Albanorum ducis, etatoris sensim ad montes succedunt, ac focios deserunt. Consilium erat qua fortuna rem daret, ea inclinare vultum. Tullius Albanus exercitus spectator certaminis, post partem victoriam in qua Romani superiores fuerant, & Fidenes fusi, Romanis se se adiungit. Metius Tullo deuotus

hostes gratulatur: Sed Tullus Romanorum Rex conuocata concione inter cætera sic orasse perhibetur: Cum proditione ac perfidia fociorū heri decertauimus. Nam iniuria in meo Albani subiere ad montes, nec ea culpa, quam arguò, omnium Albanorum est: Ducem secuti sunt, vt & vos, si quò ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis. Metius ille est ductor itineris eius, Metius idem huius machinator belli, Metius fœderis Romani Albanique impator. Audeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne iam documentum mortalibus dederò. Centuriones armati Metium circumsunt: Rex cætera, vt orsus erat, peragit. Quod bonum, faustum, fœlixque sit populo Romano, ac vobisque Albani, populum omnem Albanum Romanam traducere in animo est, ciuitatẽque dare plebi, primores in patres legere, vnam urbem, vnam rempublicam facere, vt ex vno quondam in duos populos diuisa Albana res est, sic nunc in vnum redeat. Tum Tullus, Meti Suffeti, inquit, si ipse discere posses fidem ac fœdera seruare, viuo tibi ea disciplina à me adhibita esset: Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, tu tuo supplicio donec humanum genus ea sancta credere, quæ à te violata sunt. Vt igitur paulò ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem gessisti: ita iam corpus passim strahendum dabis. Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum illigat Metium: deinde in distentum iter equi concitari, lacerum in vtroque curru corripas, quæ inhæserant vinculis membra, portantes. Auertẽte omnes à tanta fœditate spectaculi oculos. Primum vltimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum in memoris legum humanarum fuit, in aliis gloriari libet, nulli gentium minores placuisse pœnas. Hæc Liuius lib. 1. circa medium. Dionysius Halicarnassensis Antiquitatum Romanarum li. 3. circa media idem de Suffetio refert, Halicar. lib. 3. dicens sic: Bigis admotis ad alteras ex brachijs, ad alteras pedibus loris longis reuinctus est. Deinde aurigis inuictas eas agentibus, humi recumbẽs, moxque à nitentibus in contraria discerptus est. Hic fuit Suffetij exitus turpis, simul & miserabilis. Hæc ibi. Contra proditores ac desertores singulare supplicium, & memorandum exemplum: quoniam vt Christus nunc dicit: huiusmodi ancipites & dubiæ fidei homines, inter duas aquas (vt communi prouerbio dicitur) natantes, in duas partes claudicantes, arundini

dini vento agitate merito comparati à Christo, sicut parui fluctuantes, qui circumferuntur omni vento doctrina: Tales, inquam, non cum Christo, sed potius contra Christum facere dicendi sunt.

Luc. 9. *Qui non est mecum, contra me est, inquit ille, Et qui non colligit mecum, dispergit.* Dicit aliquis, Quomodo Luc. 9. de non sequente Christum, tamen in nomine eius eiiciens demones, dictum fuit: *Qui non est aduersum vos, pro uobis est.* hic autem videtur oppositum dixisse. Respondit Iansenius in Concordia Euangelica, ad huius loci explicationem: Singulariter de diabolo est hoc loco sermo, quasi dicat: Ille non solum non est mecum, sed etiam contra me. Ex operum contrarietate constat inter me & Satanam nullam esse concordiam. Tamen generaliter vera est sententia hæc. Quia non est medium inter amare Deum, & aduersari Deo. Addo & istud. Dicunt Theologi gratiam & peccatum esse opposita non ex natura rei, & ita immediate, ut per Dei absolutam potestatem non possit esse aliquis in puris naturalibus, neque in peccato, neque in gratia, sed de lege hæc sunt opposita, Gratia & peccatum, sed ut quicumque non est in gratia, sit in peccato, & contra, qui non est in peccato, sit in gratia: nec possunt simul stare, neque compossibilia sunt in eodem hæc duas. Vsurparur sententia, *Qui non est mecum*, contra Hæreticos, Paganos & Iudæos. De homine autem dicitur, *Qui non est aduersum vos* &c. De demone autem Christus dixit, *Qui non est mecum* &c. Hactenus ille. Obseruandum quod qui in Christi nomine eiiciebat demones, licet corpore non esset cum Apostolis in societate eorum ac Christi, copulabatur eis tamen, voto, affectu, & interpretatiue seu virtualiter, in eiusdem ministerij cooperatione. Dæmon verò nullo modo nec formaliter vel expressè sed nec interpretatiue quidem, seu virtualiter concordat cum Christo: consensus nullus inter hos omnino esse potest. 2. Corinth. 6. *Quæ participatio iustitiæ cum impietate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem communicatio Christi ad Belial? Qui autem consensus templo Dei cum idolis?*

Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida &c. Cum per gratiam Sancti Spiritus & veram poenitentiam à corde impij alicuius eiectus est diabolus circuit, in cordibus iustorum commorari cupiens. Luc. 11.

enim arida, iustorum hominum corda sunt, nihi molle vel dissolutum habentia: quærens requiem, & non inuenit; id est, non permittitur à Deo, eorum corda intrare. Tunc dicit: *Reuertar in domum meam* &c. Occupabo rursum illius hominis cor, unde eiectus sum, & veniens per tentationes scilicet, inuenit vacantem, id est, non habentem Spiritum sanctum stabiliter inhabitantem, bonis operibus parum diligenter instantem, vanis potius curiosisque deditum, scopis mundatum foris, & externis tantum quibusdam obseruationibus deditum, quibus iustus & sanctus hominibus apparet, de interno autem & vero coram Deo ornatu minimè sollicitum. Tunc assumit alios secum spiritus septem, aliquot alios demones? Nam in Scripturis frequenter septenarius pro multitudine ponitur? Nequiores se ad maiora peccata pertrahentes. Possent etiam maiora peccata mortalia septem, donis contraria septem Spiritus sancti intelligi: quæ quidem homini prius habebat, sed nunc à primo spiritu dicuntur assumi, & spiritus esse illo nequiores. Quia iam vitia illa in eo regnant, ac dominantur sub specie simulatae iustitiæ. Multò autem peius est, iniquum esse & simulare iustitiam, quàm aperte præferre. Simulata enim æquitas, duplex est iniustitia. Et habitant ibi, octo nimirum illi spiritus. Nouissima hominis illius peiora prioribus. Longè etenim melius fuisset nunquam ab immundo spiritu liberatum fuisse, quàm post liberationem rursum ab eodem spiritu occupatum esse: iuxta illud Diui Apostoli: *Melius erat eis ueritatis uiam non agnoscere, quàm post agnitam retrocedere. Ergo qui stat, videat ne cadat.* Hæc ex Hesselio in Matth. 12. transcripsi, ad literalem huius loci intelligentiam. D. Antonius Paduanus ad hæc uerba: Scopis mundatam: Nota, inquit, quod triplex est scopa: Contritionis, Confessionis, & Satisfactionis: De prima Psal. 76. *Exercitabar & scopabam spiritum meum.* Ille spiritum suum scopit vel scopat (verumque enim tam in prima coniugatione quàm in tertia congruè dici arbitror) qui sordes immundæ cogitationis & puluerem mundanæ uanitatæ, à facie suæ animæ scopæ contritionis emundat. De scopæ confessionis & satisfactionis dicit Dominus Isaia 14. loquens de Babylonia: *Scopabo eam in scopæ terens, dicit Dominus exercituum.* Babylonem Dominus scopat, cum animam peccatoris confusam confessione à peccatis emundat. In scopæ terit,

Hessel. in
Matth.
12. cap.
D. Anto.
ad præf.
Euang.
Psal. 76.

cum satisfactionis flagellis percutit. His tribus scopis dominus, id est, anima hominis emundatur. De qua munditia
Isaia 1. *Isaia 1. Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quoad primam scopam: Deinde, Quiescite agere peruersae, emundati secunda scopa: Diserte tandem benefacere, tertia scopa castigati. Sed quia ex bonis operibus solet oriri securitas vana, & otiositas, quae*
S. Fran- (vt dicit Beatus Patriarcha noster & antesignans in sua
eiscus in Regula, de modo laborandi capitulo 5.) est animae inimica
reg. ca. 5. ca, Excluso, dixit, *otio animae inimico. Ideo additur in Evangelio, Inuenit eam vacantem & ornatam. Omnium (inquit Bernardus) tétationum & cogitationum malarum & infortitium sentina, orium est. Vnde quia David, vt dicitur, 2. Reg. 11. Reg. 11. remansit in Hierusalem, & non processit ad bellum marcens orio, cecidit in adulterij crimen. Hæc D. Antonius. Rectè S. Hieronymus tom. 1. Epistolarum, de viuacitate forma, ad Rusticum Monachum, circa Epistolæ medium, Nec vacet, monuit, mens tua variis perurbationibus. Quæ si pectori infederint, dominabuntur tui, & te delibent ad delictum maximum. Facito aliquid operis, vt semper Diabolus inueniat occupatum:*
Ouidius. *Ora si tollas perire Cupidinis arcus, ait Poëta. Verùm de otio aliàs Deo bene propitio sermone nos dicturos.*
D. Anto. *Septem spiritus nequiores: qui sunt: Quæret aliquis. Dicitur Antonius vbi supra obseruat quòd illi septem spiritus sine illa Gen. 41. septem boues seu vacca, de quibus Genes. 41. quæ erant depesmes & confecta macie, quæ deuorauerunt septem alias: quæ mira species & habitudo corporum erat. Item isti sunt septem spica, percussa vredine, deuorantes. septem aliarum plenitudinem & formositatem: Et sunt septem anni sterilitatis nimicitius magnitudo septem annorum abundantiam conuincit. Septem boues pulchræ & crassæ nimis, & septem spicæ plenæ & formosæ, & septem anni fertilitatis magnæ, septem significant spiritus sancti dona, de quibus Isaia 11. Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Hæc dona dicuntur boues pulchræ, & crassæ propter morum plenitudinem, & virtutum fecunditatem, quas illi, super quem requiescunt, proferunt spicæ plenæ & formosæ, propter fidem Christi, qui fuit granum frumenti per plenitudinem*

inimica; geminæ dilectionis Dei & proximi maturitatem. Dicuntur etiam septem anni fertilitatis magnæ, quia in huius mundi peregrinationis septenario, mentem super quam requiescunt donâ septiformis gratiæ abundantia fertilitatis magnæ faciunt abundare. Sed heu! septem vaccæ deformes & macilentiæ, septem spicæ percussæ vredine, septem anni sterilitatis nimia, septem spiritus mundi nequiores, domum vacantem & ornatam intrant, & septem spiritus dona deuorant: & sic fiunt nouissima hominis illius prioribus. Ideo dicuntur nequiores ab effectu, quia nequiorem hominem reddunt, quam prius fuerat. Dicuntur verò illi septem spiritus nequiores, septem vaccæ deformes, & macilentæ propter similitudinis & imaginis Dei deformationem, & charitatis (quæ est pinguedo animæ) deformationem: spicæ percussæ vredine (quæ est fœtor rei adulteræ) propter criminum fœtorè: anni sterilitatis nimia, propter boni operis sterilitatē. Quæ mala omnia miseræ menti inferunt, quam miserabiliter detinent occupatam. Benè ergo dicitur: *Et fiant nouissima illius peiora prioribus.* Hæc viuacis & non marcescentibus, sed nouis semper ac recentibus florulis insignita & exornata ferta contulit ex sacrarum Scripturarū horto fertilissimo D. Antonius Paduanus, iuxta nominis sui etymon flos nouus. Nam *αἰθῶς, εὐος, τὸ* flos dicitur. *Νεὸς, ὁ* recens, nouus, iuuenis, quasi appositissima compositione dicas, Nouellus flos ac recens & semper floridus. *Flamma* Eruisco sermone in libro iam citato, *Discorsi della fiamma*, sic hos septē interpretatur spiritus nequiores (veritam latinè in gratiam eorum qui Italicè non nouerunt) illos esse nimirum, de quibus dicitur in Prouerbis c. 26. sub finem, de inimico ibi fit sermo: *Ne credideris ei, quoniã septem nequities sunt in corde illius.* Prima nequitia & primū dæmonium est illud, quod facit nos soluere seu frangere fidem, violareque fœdera & pacta conuenta cum Deo, nos fore templum eius ac domicilium seu tabernaculum, & nolle sequi amplius inimici infernalis voluntates. Auertuntur & sic non seruauerunt pactum, Psalm. 77. Secunda nequitia est contempnus diuinæ bonitatis: idcirco quòd negligere gratiam quam dat Dominus, nihil aliud sit, quàm diuinam spernere misericordiam. Tertia nequitia siue malitia, est crudelitas, qua homo aduersus seipsum vitur, cum dedicatione facit hosti, æternam ipsius mortem procurati. Quarta, est proditio diuinæ maiestatis, ex propriis ædibus ac domicilio

domicilio eiciendo eam, & introducendo Diabolum, hostem eius capitalem. Hæc mihi videtur summa esse proditio, sicut Christum Iudas tradidit & prodidit aduersariis ac inimicis eius infensissimis. Quinta, est ingratitude: quoniam homo ingratus, recordari dedignatur se liberatum fuisse à longâ inimicorum obsidione, Christi opera & adiutorio, sicq; omnino obliuiscitur benefactoris sui. Vnde

Psal. 30. per Psalmistam cõqueritur Dominus *Psal. 30. Oblivioni datus sum tãquam mortuus à corde.* Ordo inuersus: Traditus su-

Genebr. obliuioni à corde siue cordis & animi, tanquam mortuus. Vt mortui traduntur obliuioni animi, sic & ego. Hæc Genebrardus ibi dilucidauit. Sexta, est libera atque voluntaria perditio siue amissio operum ac meritorum, in tẽpore gratiæ comparatorum ac factorum. Et est nouissimum error peior priore. Id enim manifesta videtur insania, & ætate beatitudinis nimia contemptio, ac recusatio. Septima, & postrema, est resistentia quæ fit spiritui sancto, contra id quod beatus Paulus scribit. *Nolite contristari Spiritum sanctum, in quo signati estis*, Eph. 4. Fortassis etiam princeps cum rector tenebrarum harum intrat in cor iam obsessum cum septẽ peruerfis spiritibus, vt vndecũque illud obsideat, & ex quocunq; loco. Primum statuit in corde, vt extirpauerit ipsum ad quærendum ex toto amore mundum ac res miserabiles. Secundum collocat in memoria, vt iniuriarũ recorderetur, & hominẽ ad vindictã sollicitet. Ad oculos tertium apponit, vt semper sint intenti vanitati. Quartũ constituit ad auditũ, vt sit homo sicut aspis surda obturãs aures suas ad prædicationes, & non nisi noxia auscultet. Quintũ apponit ad linguam, vt cũ adulationibus, cũ detractiõibus, omnibusq; aliis sceleribus & peccatis quæ lingua perpetrari solent, seipsum inficiat, & maculet, sicq; schandalo & offendiculo proximo suo. Sextũ collocat ad manus, vt in eis nisi malè operentur. Septimum applicat ad tactũ, quatenus ipsum præcipitet in omnes obscænos turpesq; mores, quæ ex luxuria nascuntur. Ecce, auditores, quò in summo discrimine ac periculo versatur, qui nõ agnoscẽtes gratiã & fauores Christi, post pœnitentiã relabitur, & intra se inimicũ eũ recipiunt. Fugite has calamitates & miserias. Hæc enim

D. Hier. Flãma flammantibus accensus verbis, politissimus cernit ex quo *Sic erit generationi huic pessima.* Hesselius in Matth. 12. cap. Immu-

Hessel. in Commentariis D. Hieronymi in Matth. 12. cap. Immundus spiritus à Iudæis exiuit, quando de Ægypto eductus fuit

scilicet, & lege accepta amplius idolis Ægypti non seruiert: Electus autem ab ipsis per gẽtium solitudines ambulauit: Posteaquam verò gentes Domino crediderũt, in ipsis stabilẽ sedem non inueniens, ad Iudæos reuersus, eos habitatore spiritui sancto desertos, sine fide Christi, superfluis legis obseruationibus, atque externis Pharisæorũ iustitiis habitos reperit: Vnde in illis sedem fixit, & pristinam domum inhabitauit. Et sic facta sunt nouissima peiora prioribus, quia videlicet multò maiore Dæmonum numero possessi sunt, in synagogis suis Christum blasphemantes. Quod hic vni generationi tribuitur, toti hominum generi tribuendum existimetur. Hæc ille. Nota mecum, lector, et Marci 16. id est, vltimo cap. Quòd Dominus de Maria Magdalena eiecerat septem Dæmonia, per quæ septem crimina peccataq; mortalia, siue vniuersa etiam designantur peccata: à quibus illa liberata si (quod non fecit, diuina sibi assistente gratia, cui cooperata est vsque in finem) relapsa fuisset, fuissent haud dubiè nouissima illius peiora prioribus. Quod de iis qui conualuerunt de infirmitate, & iterum in pristinum labuntur mörbum, nos prouerbio dicere solemus Gallicè, *La recheute est pire que la premiere maladie.* Sed horum verborum occasione, *Reuertar in domum meam vnde exiui.* Quæstio emergit à scholasticis exagitata in 4. sententiarum, Distinctione 22. Scotus noster ibi subtiliter (vt omnia) discutit illam quæstionem, vtum peccata per pœnitentiã dimissa, in recidiuante redeant eadem numero? Resoluit autem in 3. articulo quomodo, de facto in recidiuante peccata semel dimissa redeant, hoc est, quomodo immundus spiritus qui ab homine expulsus fuit, iterum reuersus ad eundem hominem, habitet ibi, & fiant nouissima peiora prioribus. Dico, inquit, Scotus, quòd peccatum dimissum redit tanquã circumstantia aggrauans hoc peccatũ quo recidiuat. Idq; dupliciter: prima quia quanto aliquis recipit ab alio beneficiũ sibi magis indebitũ, tantò sibi imago tenetur lege gratitudinis: Sed existenti in peccato mortali nullius rei est Deus debitor, nisi pœnæ: Igitur si sibi gratiam confert, hoc erit donũ maximè grauiter & liberaliter datum: Igitur iste ex lege gratitudinis est Deo specialiter obligatus, propter hoc donum liberaliter collatũ, & per cõsequens potest ea offendens contra eũ grauius peccat propter ingratiudinem. Secundo quia quanto aliquis tenetur pluribus obligationibus ad aliquid, tantò si

Scotus li. 4. Sem. Dist. 22. art. 3.

transgreditur, grauius peccat: Sed poenitens quotiescumque dignè poenitet eum admissi sceleris, obligat se saltem voto & proposito ad non peccandum in posterum (quia si non tali proposito non est digna poenitentia) & præter hoc est adstrictus ad non peccandum eadem lege qua in peccato qui scilicet actualiter, mortaliter nõ peccauit: si igitur postea peccet, transgreditur duplicem legem obligatam ad non transgrediendũ, scilicet & illam generalem, & istam specialem, de promisso seruando, quod maximè obligat de promisso facto Deo, & de aliquo pertinente ad honorem Dei. Ergo quantum est ex parte istius circumstantiæ ingrati tudinis, & multiplicioris obligationis, grauior est recidendi ratio peccati. Implicite enim & interpretatiuè (licet nõ sententia formaliter & elicitiuè siue deliberatiuè) peccatam post poenitentiam, & peccati habitam veniam & condonationem, concomitantur contemptus Dei, ingratitude & inobedientia, violaturque nedum lex communis, sed etiam lex gratitudinis & lex promissi. Et concedo (ait Scotus) quod ista circumstantia ingrati tudinis & promissi aggrauat, & tantò grauius, quanto fuit prius collatum bonum magis indebitum: quod erat regulariter in eo qui grauius peccauerat, & quanto pluries promisit: quod regulariter accidit in eo qui pluries poenitentiam egit. Cõcurrunt enim hæc duo præcepta maximè obligantia, *Serua promissum & gratus esto benefacienti* secundum gradũ eius in beneficiendo. Quæ qui post veniam acceptã violauerit, reus magis efficitur, grauiusque delinquit, Hactenus Scotus. Notabis autem peccata semel dimissa, iuxta illud Psalmistæ *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tibi sunt peccata*. Id est, non amplius videntur ad vindictã non reuerti in se, secundum actũ, qui actus est transiens. Nã transiens actus peccati, vt potè luxuriæ & adulterij, remanet solũ reus, hoc est obligatio ad poenam aternam subeundam, nisi maturè poenitentia egerit. Sed ille actus non redit ita numero, quia quod transit, non reuocatur: & vt dici solet ad præteritum non est potentia. Reuertitur autem secundum circumstantiam ingrati tudinis. De potestate Dei ordinata, etiam dicit 2. articulo præfatę distinctionis Scotus quod non potest redire obligatio eadem nec ad eandem poenã, postquam est extincta in poenitente, vt habetur de poenitentia distinctione 4. Cano. diuina clementia, inquit Gelasius Papa: Diuina clementia dimissa peccata in vltimo

Scotus in
4. Sent.
vbi supra
articulo 2.
Decre-
tum.

ac vltius redire non paritur. Et apud Prophetam Nahum *cap. 1. Non conserget duplex tribulatio*. Deinde ibidem: *Affixi es, & non affligam te vltra, vulgò citari solet, Non iudicabit Dominus bis in idipsum*. Quod hic ponit Scotus, & sumitur ex versione seu translatione septuaginta interpretum: sic legitur Græcè apud eos: *Nahũ. 1. Æn iudicabit bis idipsum in afflictione*. Magister sententiarum li. 4. Distinctione 22. Si peccata dimissa redeant, c. 1. moralitè satis examinat, & resoluit sic litera B. Quia absõnũ videtur vt peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam neminem, pro peccatis semel dimissis, de quibus videlicet poenituit & indulgentiam accepit, iterum a Deo puniri. Videretur enim Deus bis in idipsum iudicare, & duplex tribulatio cõsurgere, quod scriptura negat: Sed idõ dicitur dimissa redire, & imputari, quia propter ingrati tudinem ita reus & peccator constituitur vt antè fuerat. Sic enim quod dimissum fuerat dicitur exigi, quia remissionis perceptæ ingratus, ita reus fit vt antè fuerat. Hæc Magister, subiiciens ibidem: His qui dicit peccata dimissa redire in relapsis, & non in poenitentia semel suscepta perdurantibus ac perseuerantibus: nihil præiudico, sed studiose lectori iudicium relinquo: addens, Mihi tutũ fore, ac saluti propinquum sub mensa dominorum micæ edere. Si quis meum quærat suffragium, & sententiam velit, ego supra cum doctore subtili me sentire professus sum & profiteor. Timeamus igitur, dilectissimi, post dimissũ peccatum in idipsum denuò concidere seu relabi? Recidens eadem post casum restitutus, grauius vti que læditur, & veluti scabres reciduat, in quas scilicet secundò recidimus, quum morbo liberari denuò in eundem relabimur, sunt periculosiores. Sic de peccatis in recidente existimandum est. Vide, ait Iesus Paralytico, *Ioã. 5. Noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Isti sunt spiritus nequiores*.

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, &c. De laude virginis matris est sermo, à deuota quadam fecunda dictus, palam & publicè, non per concionis modum, sed hæc homilia ad populum, sed per formam insignis cuiusdam commendationis, illibati & virginalis ventris, atque etiam fructus illius benedicti. Magna igitur libertate proclamatur, & se opponit calumniantium & blasphemantium ludæorum impudentiæ: *Beatus venter*, inquit, *qui te portauit*. O quàm verè dictum est de hoc sexu, *Pro deuoto fo-*

mineo sexu. En viri calumniantur & blasphemant contra Christum, in Beelzebub principe Daemoniorum eicit Damonius.
Catal. & ecce mulier de turba dixit illi: *Beatus venter qui te portauit.* Quanam fuerit illa mulier, de turba, acta nimirum & diuino spiritu afflata hæc locuta, in Catalogo sanctorum **cap. 152.** li. 6. c. 152. exprimitur sic: Marcella Marthæ pedisequa, mulier illa fuisse perhibetur, quæ Luc. 11. extollens vocem, venter qui Christum portauit, & vbera quæ illum lactauerunt, beatificare promeruit. Hæc cum domina sua à Iudeorum sinibus propter Christum expulsa Massiliam deuenit, & domum suam usque ad eius obitum non dimisit: ipsiusque vitam & gesta descripsit. Hæc Petrus de Natalibus Episcopus Equinus vbi supra. Dominus Gerson 4. parte, Domin. 3. Quadragesimæ, dicit feminam illam dictam fuisse Marcellam, fuisseque ancillam sanctæ Marthæ. Et facile, inquit, credi potest sanctam Marcellam fuisse in turba quæ sequebatur Christum tunc, vel ad sustentandum cum bonis suis, vel ad audiendum doctrinam eius. Subscribit Reuerendus pater in Christo, Cornelius Episcopus Bitontinus, ex ordine nostro ad Episcopatum assumptus (quem honoris causa nomino) qui Tusco idioma Conciones non vulgares scripsit, inimitabili artificio adeo elegantis & venustus est eius sermo, & iuxta Poëtam,

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

Is tertio libro, Concione vltima, inscripta Italicè, *Dati purita & santita di Maria madre, & di Christo verbo di Dio.* parte sic ad verbum sua lingua pronunciat: *Nò puo esser heretico chi è diuoto di Maria. È erò quella sancta Marcella amica, & còpagna forse anco domestica di sancta Marta, mètre Christi. Predica hog gi à quelle turbe non voglio dire infedeli, ma vna mètre heretiche. Perche intèdenano le scritture sacre, che parlano no chiaramète di Christo, & pure le interpretauano contra Christo. Nò lauda Christo, nò ma lauda Maria, & laudada Maria le pare di lodar, Christo Nò vaitè quelle sue alte parole.* Sed ne referendo Italica eius verba (quæ multa sanè reterenda essent) molestior nefcicibus vel non intelligentibus legentibus, videar: transferam & conuertam fideliter in latinam gratiam (licet vni facundiam assequi, nequeam) quæ ibi concionatur quam elegantissimè: Non potest esse hereticus qui Diuæ Virgini extiterit deuotus. Ideò sancta Marcella amica, & (forte) socia etià familiaris & domestica sanctæ Marthæ, dum Christus hodie prædicat turbis istis, nolo dicere infidelibus, sed verè hereticis: quia cum scripsit

factas quæ de Christo loquebantur, intelligeret, nihilominus contra Christum eas interpretabatur: Non laudat ipsa Christum, non inquam, ipsum, sed Mariam laudat: Mariam verò laudando, sibi videretur Christum ipsum laudare: Non enim auditis verba eius sublimia, *Beatus venter qui te portauit* & vbera quæ suxisti: Ecquis est, qui si aliquando de sua redemptione cogitet facta per Christum, non debeat ætèrnum laudare Mariam, in qua Christus posuit vniuersum pretium huius nostræ vniuersalis Redemptionis: Qualem est pretium, o Christiani, cum quo redempti fuimus: Ipsa mater clamat Ecclesia & agnoscit, dum sic canit: *Nos quoque sancto tuo redempti sanguine sumus.* Hoc scilicet fuit pretium nostrum. Caro Christi, anima Christi, persona Christi. Hæc omnia posuit in Maria. Ipsa etenim verè *Dei uero* & Deipara, quæ verbum peperit in carne. Quicquid igitur boni habet homo, illud habet per Mariam: Omnis gratia, omnis salus, omnis spes redundat à Christo per Mariam. Christus est filius, Maria est mater. Christus pulcherrimus & speciosus forma patris filii hominum. Maria etiam pulchra est & decora. Non audis in Canticis: *Ecce tu pulcher es dilecte mi,* & tota pulchra es dilecta mea, amica mea. & macula non est in te? Cant. 4. Et macula non est in te, iterum dico. Tu pulcher es per naturam & per essentiam, o Christe: Maria vero pulchra est per gratiam. Mitto plurima quæ illic dicuntur, ad 2. partem illius Concionis deuenio.

Beati qui audiunt verbu Dei & custodiunt illud. Sic Christus respondit sanctæ Marcellæ. Notanter dicitur. Verbum Dei. Prædicat hereticus verbum suum, non verbum Dei. Non potest illud esse verbum Dei, quod est contrarium & aduersatur Ecclesiæ sponsæ Dei: Catholicus verè docet verbum Dei, quia interpretatur secundum spiritum sanctæ matris Ecclesiæ, quæ est sponsa Dei. Falsò gloriatur de verbo Dei hereticus, frustra que iactat illud, quia interpretatur secundum spiritum hominum rebellium Ecclesiæ. Estote cauti & prudentes, o Christiani, iterum dico prudentes estote. Non in litera consistit scriptura: consistit in sensu. *Literam occidit, spiritus autem viuificat.* Nec debet ex nostro cerebro confingi, ac fabricari sensus: sed explicari debet & debet declarari per Ecclesiã. Sponsa nouit arcana & secreta dilecti sui sponsi: Ad hanc nos conferre oportet, huic credere, Ecclesiam audire: *Credo Ecclesiã Catholicã,* profitetur verus Christianus: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus,*

blicanus, ait, Christus Dominus noster. *Verbum Dei* numero singulari dixit, nō, verba mea. *ἀπό τῆς θείας*, Omnia verba unū verbum. Quodcunque mandatū in hoc verbo inflatur, *Rom. 13.* Diliges, &c. *Rom. 13.* *Omnia lex in uno sermone completur.* *Plurimū ergo legis est dilectio.* Ibidem. Non potest esse haereticus, qui benē & quomodo oportet, amat. Vnit & copulata amor, haereticis disiungit & separat: quae typo perfidiae, *3. Reg. 3.* meretricis illius, de qua *3. Reg. 3.* delineatur, quae dicebat: *Nec mihi nec tibi, sed diuidatur.* Non aliunde orta est haereticis quam a studio partiū seu singularitatis. *Singulari sermone de peccatis est vinea*, inquit, David. *Qui amat, cōsentit cū omnibus*, *1. Cor. 13.* *Charitas non inuitur propriis prudentia, inquit, quae sua sunt, congaudet veritati, omnia credit, omnia sperat.* Haec tenus excerpti ex Cornelio, & huc transumpti. *Helmesius* Helmesius ordinis etiā nostri, de verbo Dei libros *de verbo* Coloniae anno 1560. impressos, scripsit nō penitendos, *Dei* li. 2. medio illorū ca. 1. hanc periodum explicat, *Beati qui audiunt* c. 1. *Et li. verbū Dei* &c. Omnes beati esse cupimus, sed rarus est *3. c. 33.* et vias, quibus ad beatitudinē peruenitur ambulare velit. *cap. 35.* sunt hic & in futuro, hic scilicet in spe, illic in re & possessione, qui audiunt verbū Dei & custodiunt illud. Et *lib. 33.* Verbū Dei sic est audiendū, vt *Maria sedens secus pedes Domini* *audiēbat verbum illius.* Audiens verbum debet humilitate mentis habere, vt sedeat non in Aquilone, vt *Luce 10.* voluit, frustra inflatus superbia, nec in culina (Caluinae *men inuersum*) voluptatis, super ollas carniū, vt ingrati *daei*, qui flagrabant desiderio carniū. *Et quando sedens* *manducare & bibere & surrexerunt ludere.* *Exod. 32.* Nec in teloneo iniquitatis & iniustitiae, vt *Matthaeus*. Vnde *etiam* *ex malo, congerendo diuitias, seruido iniquo* *monē, vt etiam numularij, sedebant in templo.* Sedeat *prope* *de non in cathedra pestilentiae, sed sub vmbra illius quē* *fiderat, ad pedes Iesu humiliter.* *Vbi nauis humilitatis,* *Prou. 11.* *sapientia, Prouerb. 11.* *Deut. 33.* *Qui appropinquant pedibus* *accipient de doctrina illius.* *Abscondisti haec a sapientibus &* *Matt. 11.* *lasi ea paruulis,* id est, humilibus, *Matt. 11.* *Hinc Psal. 118.* *Do-* *Psal. 118.* *claratio sermonū tuorū illuminat, & intellectionē dat paruulis.* *Do-* *dicendum est etiam discretē, ait, idē cap. 35.* *Separando* *sum a vili, reprobando malum & eligendo bonū.* Ideo nō *dic-* *tur simpliciter audisse verbum, sed specificando addit* *Ioan. 6.* quod est spiritus & vita *Ioan. 6.* Alij audiūt curiosa, vt *Actus* *niceles, de quibus in Actis Apostolicis: Alij fabulas, &*

Actus 2. *Timoth. 4.* *A veritate quidē auditū auerterent, ad fabulas* *2. Timoth.* *autē cōuertitur.* Narrat *Diogenes Laërtius* li. 6. in *Diogene* *Cynico* (vt istud interseram) quod cū ferio quandoque lo- *4. Laërt.* *queretur, nemōq; sibi intenderet, se se ad sonū musicū con-* *lib. 6. in* *gregaret, sine cātare occorripit. Congregatis autē ad se plurimis,* *Diogene.* *solite, sine cātare occorripit. Congregatis autē ad se plurimis,* *reprobauit quod ad inepta studiosē cōcurrerēt, ad ea ve-* *ro que graua essent & vtilia negligētē cōuenirent. Quod* *fecit Diogenes, fecit similiter Demosthenes fabulā de Asi-* *ni vmbra eo consilio confictā, Atheniensibus pro cōcione* *enarrando atque recitando, vt eos attentiores in posterum* *redderet. Refertur sub finē operū Demosthenis, ex versio-* *ne Hieronymi Vvolfsij, & impressione Veneta anno 1550. in* *vita Demosthenis à Plutarcho adolefcente, vt videtur, cō-* *Plut. in* *gesta potius quam digesta: ibi circa finē, sic legitur: Cū* *vita De-* *Atheniēses Demosthenē aliquando in cōcione dicere pro-* *mo-* *hiberent, pauca se dixit apud eos velle dicere. Cum igitur* *acculissent: Adolefcentes, inquit, estiuo tēpore Megara profes-* *surus, conduxit asinū: Circa meridiē autē in maximo ar-* *borē solis, eorū vterq; subire vmbra asini voluit, atque al-* *ter alterū prohibuit: Hic se locasse asinū, non vmbra dicēs:* *vero qui cōduxerat, se omnē habere potestātē. His dictis* *pro-* *hibuit. Detinentibus autē eū Atheniensibus & rogantibus* *vt sermone cōcluderet: Itane, inquit, de asini vmbra vultis* *audire. de grauibz autē rebus differentē non vultis? Hæc* *Asini.* *Natū inde prouerbiū, De asini vmbra, Υπερ ὄντων οὐκ ἔστι.* *Super asini vmbra, apud Erasmus in Adagijs, Chiliadis 1. Erasmus.* *Cent. 3. Adag. 52. vbi ad longū fabulam illam Demosthenis;* *in Chil.* *narrat, citatis Plutarchi in vita Demosthenis verbis græcis,* *ἰσὶν ἡμῶν ὄντων οὐκ ἔστι βέλτερον ἀνθεῖν, λέγοντος δὲ ὑπερ σπαν-* *ταῦτα πραγμάτων ἐβέλτερον, id est, Itane, inquit, de asini um-* *bra audire cupitis, de seriis rebus loquentē auscultare non* *vultis? Apuleius in Asino iocatur ex se se natū: Sed iam du-* *dam tēpus est, vt ab asini vmbra degrediamur, ne quis iu-* *re nos rideat περὶ ὄντων οὐκ ἔστι pl⁹ satis curiosos. Hæc Erasmus.* *Et custodiunt illud.* *Helmesius* lib. 3. cap. 42. de verbo Dei: *Helmes.* *Audire verbum Dei multorum est: Custodire non ita. Cu. li. 3. c. 24.* *audiendum est verbum Dei in corde bono & optimo, vt de Verbo* *fructum adferat in patientia. Psal. 118. In corde meo abscondi Dei.* *iniqua tua, vt nō peccem tibi.* Custodiendum verbum Dei in *Psal. 118.* *memoria, vt Maria conseruabat omnia verba conferēs in* *corde suo. Seruandū est verbum Dei in opere, moribus, &* *implectione. Quia seruus sciens voluntatem Domini, & non* *faciens,*

faciens vapulabit plagis multis. Nec auditores legis, sed factores legis iustificantur, ait, D. Apostolus. *Et ex fructibus operum, non ex foliis verborum arbor cognoscitur.* Cōcedat nobis benedictio lectoris patientia, vt de sacris Beatæ Virginis vberibus, de cœlo plenis, quæ Christū lactauerunt, aliquid fufius, & et digressione, de Matribus quomodo suos lactare debeant, filios, in præsentiarū dicamus. Gregorius Magnus ad vndecim interrogationes Augustini Cantuariensis Archiepiscopi, c. 10. sic scribit: Prava in cōiugatorū moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnunt, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradunt. Quod videlicet ex sola causa incontinentiæ videtur imbitum, quia dum se continere nolunt, despiciūt lactare quos gignunt. Et D. Ambrosius lib. 1. de Abraham Patriarcha, c. 7. ad hoc: *Dixit Sara, Quis annuntiabit Abraham, quoniam lactantem Sara?* Moraliter locus. Prouocantur feminae meruisse dignitatis suæ, & lactare filios suos. Hęc enim mater gratia, hic honos, quo se propriis commendent viris. Dicitur que eos plus amare filios solent quos ipsæ matres lactauerunt vberibus suis. Plinius lib. 28. ca. 9. Lac vtilissimum que maternum: Concipere nutrices exitiosum est, denique lacte in casei specie. Cornelius Tacitus libro de Moribus Germanorū ante medium: Sua quemque mater vberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Diuinus Plinius ante hos omnes sic Dialogo 5. de Republica: Matres, si minus suffecerint, aliās insuper lacte plenas adhibent.

D. Greg.
ad vnde
cim inter
rog. Au-
gust. c. 10

D. Amb.
lib. 1. de
Abrah.
cap. 7.

Plin. libr.
28. ca. 9.
Cornel.
Tacit. li.
de mori-
bus Ger.
Plat. dia
log. 5. de
Repub.

Gal. 4.
claf. li. 1.
de sanit.
tuenda.

Plutarc.

Nota verò quod sicut Sara illustris claraque matrona materfamilias, lactare voluit Isaac quem pepererat, nonne ingenti miraculo, Genes. 21. ita dignissima virgo lactauerit quem voluit Christum, quē longē maiore miraculo pepererat & pepererat sine dolore & in æternum permatrem virgo. *Beata vbera que suxisti,* ait, ista mulier Euangeli- da lib. 1. c. 7. *Qui matris lacte pueri aluntur, ij iam nobis lūm consueto, verūm etiā maximē proprio vtuntur alimen- to.* Cap. 9. ibidem: A Venere omnino nutrice abstinerē debere, quæcūque lac præbebit moneo. Plutarchus in Opusculorum, De liberis educandis. Mea quidem sententia, matres ipsæ nutrire infantes atque lactare debent. Mater enim cū affectu animi alent eos, maiorēque studio. Nutricum enim amor subdititius atque ascititius est, vt per mercedis gratia diligentium. Sed & ipsa natura docet

matribus lactandam esse atque alēdam suam prolem. Ideo enim cuius animali parienti alimentum lactis suppeditatur: Sicque matres redderentur liberis beneuolentiores, amorēque erga eos maiorē conciperent. Maximē tētandam hoc est, vt ipsæ matres mammam suis præbeant infantibus: Sin id præstare nequeant, vel ob corporis inuoluntatem (vñ enim hoc venire potest) vel quia ad nouæ sobolis festinant procreationem, saltem nutrices non quafuis, sed quā fieri potest maximē probas, deligamus. Gellius *Gell. lib. 12. c. 1.* denique (vt hoc absolua argumentū) libr. 12. cap. 1. Phavorinus Philosophus, inquit ille, cūm adhibendas puero nutrices aliqui dicerent, aliās à matre, respondit: Si nato nutrices aliqui dicerent, aliās à matre, respondit: Si nate eam totam ac integram esse matrem filij sui. Quod est enim hoc cōtra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus, peperisse, ac statim ab se se abieciisse: An tu putas naturam feminis mammarum vbera, quasi quosdam nauulos venustiores, non liberorum alendorum, sed mandandi pectoris causa dedisse? Pleraque iste prodigiosa mulieres fontē illum generis humani educatorem arefacere, & extinguere laborant: tanquam pulchritudinis sibi ingenia deuenustet. Sed nihil interest, (hoc enim dicitur) dum alatur & viuat, cuius lacte id fiat. Lactis virtus & efficacia non minima esse censetur: sicut vis & natura feminis, ad fingendas animi atque corporis similitudines valet. Non locus ad eandem rem, lactis quoque ingenia & proprietates valere non frustra creditum est. Neque in hominibus solum, sed in pecudibus quoque animaduersum. Nam si onium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur: constat fermē in his lanam duriorē, in illis capillum gigni tene-riorem. Multum interest si improba, si impudica, si temerata est mulier nutrice & lactas. Id hercle ipsum est quod repenmero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos, parētum suorum neque corporibus, neque animis similes existere. Hinc Virgilius *Æneidos* lib. 4.

— *Hyrcanaque admorunt vbera tigres.*

Quoniam videlicet in moribus magnam ferē partem, ingenium altricis, & natura lactis tenet. Neque matris ad filios, neque filiorum ad matrem tantus amor est naturalis. Hęc Phavorinus dixit Græca oratione. Gellius autem Latine trāstulit. Macrobius lib. 5. Saturnaliorum cap. 11. idem morsus de eo dicit, *Hyrcanaque*, &c. & de onium lacte & caprarum similia recitat. Haussisse videtur ex Gellio.

Beatus

Virgilius
Æneid.

Macrobius

Beatus venter qui te portauit: In præterito dictum est. Nodum enim Beata ante partum, imò etiam ante conceptum ab Archangelo, Luc. 1. prædicata est: *Benedicta tu in mulieribus. Et ab Elizabeth antequam peperisset virgo, Beata quique dicitur: Et benedictus fructus ventris eius.* Sed etiam postquam peperit, & cum Christus excessisset tricimum annum: *Beatus adhuc venter Virginis, qui Christum iam dudum portauerat, & beata vbera quæ ipse fuxerat ab ista sancta femina palàm proclamantur.* Et merito quidem. Sicut enim, ut ait Poëta Horatius lib. 1. Epistolarum, Epistola 1. *Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu.*

Et quidam versificator ait:

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Si, inquam, fragrans & suaue olés vnguentum in quodam vasculo vel in pixide reposueris, illo etiam inde effusa amoto, nihilominus odorem de se emittit vas, liquecisset vacuum & destitutum, suauissimum & fragrantissimum quem longissimo redolet tempore. Ita sanctissima Dei genitrix, etiam postquam Christus ex eius virginali partu fissit thalamo & utero, nihilominus tamen ipsa erat tam odore omnino perfusa, & (vt Euangelicè dicam) tota domus illa & habitaculum Dei, sacra, inquam, illa domus dici pectoris templum repente facta Dei, impleta est odore vnguenti: & permansit bonus ille, odor Christi, & gratia ritus sancti semper in Virgine, vt nunquam ab illa recedit. Quod ita amplificare & dilatare argumentum vobis animo & pio consilio, vt blasphemias impiissimi Constantini Iconomachi, Leonis Iconomachi filij, refelleret. De illo Constantino, cui fœdè cognomen à stercore deditur fuit (Copronymus enim latinè illud importat) scribitur in Cordi stylo tres Authores Græci, Suidas in Historicis, & Cedrenus in Historiarum Compèdio folio 378. Item Michaël Glycas in Historiarum part. 4. fol. 396. Suidas quidè sic narrat: Adiecit illi nomen profanus, ne Mariæ quidè, nedum aliorum Sanctiorum tercessionem quisquã petat, neque enim eã iuuare quisquam possit: Neque etiã hæc Deipara nominetur. In maiestatem itaque sumpto sacculo auri pleno, & omnibus monitis rogauit quanti esset: Qui cum dixissent, Magis: Rutile sacculo auro quæsiuit, quanti esset: Qui cum dixissent, Magis: Rursus effuto auro quæsiuit, quanti esset sacculus: Cuius

Suidas.
Cedrenus
& Mich.
Glycas 4.
par. 4.
Suidas quidè sic narrat: Adiecit illi nomen profanus, ne Mariæ quidè, nedum aliorum Sanctiorum tercessionem quisquã petat, neque enim eã iuuare quisquam possit: Neque etiã hæc Deipara nominetur. In maiestatem itaque sumpto sacculo auri pleno, & omnibus monitis rogauit quanti esset: Qui cum dixissent, Magis: Rutile sacculo auro quæsiuit, quanti esset: Qui cum dixissent, Magis: Rursus effuto auro quæsiuit, quanti esset sacculus: Cuius

respondissent, Nullius esse pretij: Sic, inquit, Maria etiam (Nec enim Deiparam miser illam vocari voluit.) Dum enim Christum in se haberet honorata fuit: postquam autem eam peperit, nihil ab aliis differt mulieribus. O audacem blasphemiam Saracenica religionis (melius dixerim impietatis) & audacem sententiæ. Venerem enim colebat, & humanas hominas immolabat, vltra urbem. Hæc Suidas. Quàm absfona sit impertinens Copronymi illius, hoc est stercoreosi & impii hominis similitudo, quis non videat? Quasi verò Christus per Mariam transfisset, quasi per sacculum vel marsupium & crumenam solet argentum vel aurum pertransire: Sic, inquit, iste cum Hæretico Valentino sentiebat, Per Mariam pergit per fistulam arque canalem quandam, Christum pertransisse, nihilque ex ea sumpsisse. Vnde postquam Christus illa egressus esset, nullum honorem, virgini impendentem exhibendumque infœlix dogmatizabat. Nos contra ratiocinamur: Christi caro, est caro Virginis, de carne & sanguine illius sumpta: Sed Christi caro est honore dignissima: Ergo etiam maternus venter in quo de purissimis tantum sanguinibus Beatæ Virginis Spiritus sancti opere formata est & instanti organizata sanctissima Christi caro, meritisimè & merito celebratur. *Beatus venter* (ait sancta femina) *qui te portauit.* Glycas Copronymi describit exitum, siue ex hoc sacculo infelicem transiitum. Hic Tyrannus, ait, carbunculum morbum in pedibus sensit, sicque vitam finiuir, dicens: *Propter insaniam meam viuus inextincto igni trador.* Cedrenus autem fol. 384. de eodem negotio sic retulit: Carbunculi pedes eius inuasert & febris ardentissima. Sicque animum & corporis mortem obiit, vociferans atque dicens: *Vniuersum inextinguibili igni traditum esse, propter Mariam Deiparam, iubensque eam exinde honorari ac celebrari vt verè Deiparam.* Iterum fol. 385. Corpus Copronymi sepultum in ecclesia de Sanctorum Apostolorum imperante Michaëlo Theodoro imperatoris amorum, & in foro publico crematum est. Hæc illi, de impij, & blasphemij viri miserissimo exitu. Reliquum est (Fratres amantissimi in Christo) quod ad alieno periculo facti cautiore ac prudentiores, iuxta illud

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Conuersi ad Deum peccata nostra desicemus: nec pharizæorum malo exemplo contra Christum, vel Iconomachi crudelitissimi & putidissimi contra Beatissimam Mariam matrè

Eius, vnumquam blasphememus: Absit & haec à nobis in-
 nam auerrat Deus. Quinimo Dei Verbum, eiusdem
 meratae virginis exemplo laudabili audiamus, nedum
 corporis, imò verò magis aure cordis: & obediamus
 mandatis, fidem habentes rectam, bonis comitaram ope-
 bus: *Quia fides sine operibus mortua est. Beati autem qui
 diunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Nunc quidem
 in spe (vt dictum est) Tunc verò in re. Quam nobis foli-
 ratem solidam veramque beatitudinem, precibus Beatae
 riae virginis, & omnium Sanctorum, concedat Domini-
 ster Iesus Christus in regno caelorum. Amen.

FERIA II. POST DOMINICAM TERTIAM
 QUADRAGESIMAE.
 De patria Christi Nazareth, Luc. 4.

*Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura te
 Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac
 hic in patria tua: &c.*

Mar. 6.

Mar. 13.

Rxponenda est in primis occasio quare Do-
 nus in patria sua Nazareth miracula frequen-
 ter non fecerit. Nimirum vt apud Matth. 13.
 17. legimus, non fecit ibi virtutes propter
 litatem illorum, & Marc. 6. Non poterat ibi
 tutes facere. Vides quomodo infidelitas im-
 dit in nobis fructum miraculorum. Id verò non penderet
 Christi impotentia, cum sit omnipotens, sed ex dignitate
 incapacitate eorum apud quos erant facienda miracula,
 incapuit itaque pro rei decentia ibi miracula facere. Nō quia
 deesset ei potentia, sed qui illi non erant capaces. Non
 rat itaque, id est, non erat consentaneum, vt in Marco
 est locutio: *Non possunt filij sponsi ieiunare, quādiu cum
 sponsus.* Similitudo, vt populo nos accommodemus. Sumus
 valde familiaris, & exemplum ab eo, qui non habens suam
 mus clauēs, & inueniens clausum ostium, se non posse
 ret, intrare in domum suā, idque de potestate ordinaria. Sed
 autem est de absoluta potestate. Nā in eius situm est audire
 rate fores effringere, sicque ingredi. Dominus enim domum
 est: non tamen decet, sed potius adhibitis clauibus, & medi-

linariis intrò se recipere: Ita si de potestate Christi abso-
 nra loquamur, Nil quidē impossibile est: Si autem de ordi-
 naria est sermo bene dicitur, *quia nō poterat ibi virtutes face-*
 Quoniam ad faciendū miracula duo requiruntur. Virtus in
 gente, & idonea dispositio in suscipiente. *Actus actiuorū sunt
 patiente disposito,* inquit, Philosoph⁹ 1.2. de anima, ex vere-
 translatione citari solet. Sic autem habetur. Actus venius
 inque videtur in patiente, & disposito in esse. Recetior au-
 verio lib. 2. de animo, ca. 2. sub finem sic habet. Venius cu-
 que perfectio in eo quod vim habet, & in accommodata na-
 materia solet existere: Idēō Christus interrogabat: *Credi-
 quia hoc possū facere vobis?* vt patet in Euang. Carebāt autē
 terranei Christi, & cōtribules. Nazareth. fide in Christum
 caica idēō inter eos, & apud eos faciebat miracula. Cumque
 uissent ei obicere, *Medice cura te ipsum:* Vnus est Christus
 occupatione: Luc. 4. *Vtique dicetis mihi hanc similitudinē:
 Medice cura te ipsum. Quanta, &c.*

Aristote-
les.

Medice &c. Alludit ad verba Esaiæ, quæ ipse legerat in sy-
 goga, *Sanare contritos corde.* Vel ad sensum popularium &
 contribulium Christi. Ironia quædam est: quasi diceret, Egre-
 gius medicus es. scilicet? qui ne te quidem, tuòsve sanare va-
 les. Vix credimus vera esse quæ de tuis miraculis & prodigiis
 fama percubuit? Si enim non vanus esset rumor, sed quid
 eum, in patria tua simile quidpiam faceres. *Fac ergo in pa-
 tria tua.* Nemo enim sibi secundus, & præferendi sunt alienis
 mellici. *Si quis suorum maximè domesticorum curam nō ha-
 bit, fidem negauit, & estque infideli deterior.* Obserua quod Chri-
 stus est & *propheta,* verus medicus, & medicorum princeps. Nos
 autem ægrotamus omni ex parte, *Isaia primo à planta pedis
 que ad verticem capitis, non est in nobis sanitas, Omne caput
 indurum, & omne cor mœrens.* D. August. 10. 10 serm. 9. de ver-
 bus Apostoli, in principio. *Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla
 causa est medicina. Non est opus valentibus medico, sed malè ha-
 bentibus, at Christus, Matth. 9. Si veni de caelo magnus medi-
 cus, magnus per totum orbem terre iacebat ægrotus, ipse ægro-
 bus, genus humanū est. Hæc ille. Neque herba: neque malagma
 sanauit eos, sed sermo tuus, que restaurat vniuersa,* Sap. 16. En
 Christus, de quo c. 18. *Omnipotens sermo tuus Domine, &c.* Hic
 est noster medicus: vnguento humilitatis sanat capita superba,
 Aqua amoris, oculos inuidos, Rhabarbaro pacis, pectora irata
 Oleo sancto Eleemofynarum, manus auaras. Diata ieiunii,
 reures gulosos, Refrigeratione cōiuentiæ renes luxuriosos,

Isa. 1.

D. Aug.
10. 10 ser.
9. de ver-
bis Apo-
stoli Mat-
th. 9.
Sap. 16.
Sap. 18.

Luc. 1.

Exercitio bonorum operum pedes pigros. Instar medici Christus nos visitavit oriens ex alto, Luc. 1. per incarnationem. Tertium quidem cuiuslibet, predicando & arguendo liberè vnumquemque, præscripsit etiam viuendi methodum & formam. Dicamus ei, ô medice qui totum hominem sanas, in corpore & anima. Cura, non te ipsum. Nam non es obnoxius infirmitatibus peccati: Voluit siquidem fratribus assimilari per omnem absque peccato. Sed cura nos, qui lecto decumbimus, & grauius laboramus, & nisi inuiseris nos, sanari non possumus. Si ne auxilio tuo speciali curari non possumus. Celebratur Homeri versus. quem Stobæus sermone 100. de medicis refert, & habetur apud Homerum Iliad. λ. id est, lib. 11. Iliados, post medium,

Homerus Iliad. λ. Stobæus serm. 100.

Ἴτρος γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. id est, Medicus vir multis comparandum aliis, seu comparandum multis aliis. Vel, aliorum instar multorum est. Erasmus Chiliad. prima Ceter. 8. adag. 13. Nec vno dignus, vel vno dignum dicitur, in quo μὴδὲς, id est, vnionis numerus infimus est. De homine nullius pretij nos Galli dicere solemus, ἢ ne vna pas vn as. Sic in talorum & alexæ lusu vnicum punctum nominamus, ἢ vn as, Ex aduerso ait Erasmus, quem multi pres significant, hunc πολλὰ τινὲς ἀξίον, id est, multa re dignum trita figura Græci dicunt. Ideo Homerus Iliad. λ. quum medici dignitatem explicare vult, ait,

Erasmus infra in Chiliad.

2. Reg. 38.

Ἴτρος γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. id est, Vnus homo medicus multis aquandus honore est. Quasi dicitur ille pro pluribus aliis æstimandus est. Nota in sacra Regum historia simili loquendi formula dictum ad Davidem 2. Reg. 18. Tu vnus solus pro decem millibus computaris. Et cum ille percussisset gigante[m], ac cum triumpho ingrederetur Hierusalem, precinebant mulieres dicentes: Percussit Saul mille, & David autem millia; quia vnum illum Goliath suo ipsius cõfecerat, & interfecerat gladio, quem Philistæi pro decem millibus computabant, & cum pluraquam decem millia ex aliis, israeliticæ fortitudinis dabant. Scriptura autè sacra Eccl. 38. Honora medicum, aut propter necessitatem. Etenim illum creauit altissimus. A Deo enim omnis medela. altissimus creauit de terra medicinam, & prudens non abhorrebit illã. Obserua istud, Medice cura te ipsum.

Ecclesia. 38. Polydorus Vergilius a-

agrotos rectius curet, quã seipsum, quod vim morbi in altero corpore

corpore facilius deprehendat, & si consentaneum est vt sibi curatius mederi, quàm alij. In hanc sententiam Chirugis hoc prouerbum citauit, cum accusaretur vt ingratus, ex quo quod plus miraculorum alibi, quàm apud suos ederet. Sed festiuor sensus est, cum quis vitium damnat, quo ipse laborat, perinde ac si medicus ipse morbo tentatus, ægrotantem quempiam curare nitatur. Respondit Christus tacitè obediõioni, Nemo propheta acceptus est in patria sua. Idem Polydorus adagio 100. Ecce, ait, cur Iesus apud Nazarenos Polydorus diuertiretur, mihi vte signa faceret. Et dicitur de iis, quorum singularis victus quantum sibi inuidiã in natali solo, quod beneuolentiã alibi cõsiliat, vt quã pluris apud externos estimatur, quod aut humilitas originis læpe hominem comitatur, aut propemodum naturale sit ciuem inuidere ciui. Hæc Erasmus Chiliad. 2. Centur. quinta ad 38. Aliorum medici, ipse vlceribus scates, in eos torquendus est. Senarius Græcus, quem mox describam, qui errata castigant in ceptis, queque aliena: intercutibus vitiiis ipsi madentes. Illud vulgã Apologia de fuga sua, ἡτὸς παροικίας τῶν ἰσθ θιουαδῶν, ἄλλοις ἀπολογίαν προελ effugiamus aliis mederi parantes, ipsi scates gentibus. Plutarchus tom. primo opuscul. de utilitate ex iniuriis capienda circa medium, sic scribit: Fac descendas in teum ipsius pectus, ac diligenter circumspice, ne forte sit tibi maledicus aliquis tacitè secum conuicium illud sumum è tragœdia possit obiecere:

Medetur aliis ipsus vlceribus scaturiens. Græcè sic legitur apud Plutarchum, Ἄλλων ἰατρος, ἀντὶς ἑλκεσι βούων. ad verbum sic verri

Medetur aliis ipsus vlceribus scaturiens. Græcè sic legitur apud Plutarchum, Ἄλλων ἰατρος, ἀντὶς ἑλκεσι βούων. ad verbum sic verri potest, Aliorum medicus ipse vlceribus scaturiens. D. Gregor. Nazianzenus theologus in apologetico post apologia paulæ longius, in quo rationem reddit cur in Pontum de fugã egerit: Sic habetur ibi ex versione Billij, num. decimoquartatoque in illud prouerbiale incurramus: aliis mederi tentamus, cum ipsi vlceribus scateamus. Scholium ibi tale est. Hoc prouerbum de iis dici consuevit, qui aliorum errata infestantur, cum ipsi grauisimisque vitiis laborant. Laërtius in Diogene refert libro sexto circa principium. Calcans aliquando Platonis stratum præsentibus lib. in Dionysij amicis, quos ille inuitat, dixit Diogenes, Calco Diog.

Erasmus in Chiliad. Nazianzenus de fuga sua. Plutarchus tom. primo opuscul. de utilitate ex iniuriis capienda circa medium. Grego. Nazianz. Nazianzenus de fuga sua. Laërtius in Diogene. Calco Diog.

Platonis inane studium : ad quem Plato : quanto , inquit , Diogenes , factu tumes , dum superbiā te calcare putas : Diogenem hoc dixisse ferunt , Calco Platonis factum , illumque respondisse , at factu alio Diogenes . Hæc Lærtius . Hæc ipsum de Platone & Diogene Erasmus libr. tertio apophthegmatum in Diogene Cynico , apophth. vndecimo sic expressit : Plato frugalis quidem erat , sed tamen amans mundiciū , contra Diogenes sordidus . Itaque calcans Platonis calcem præsentibus aliquod Dromisij amicis , quos Plato invitavit conuiuium , Dixit , Calco Platonis ambitionem . Mox Plauto . At quanta superbia tumes ipse Diogenes dum alienam superbiā te calcare putas : hoc ipsum ab aliis narratur lepidè Diogeni dicenti calco factū Platonis . Calcas , inquit Plauto alio factu . Nam hoc ipsum factus erat , quod iactabat munitici contemptum . Et qui sordibus gloriantur , non munitici sunt , quā quā splendide vestiuntur . Turpior est ambitio ex furo virtutis laudem captans . Hæc Erasmus .

Erasmus
li. 3. apo.
in Diog.

Turpe est doctori quum culpa redarguit ipsum , ait Petrus . *Medice cura te ipsum* , ait Chriftus . Notabis in superbiarum pluralitatem ægrotō nocituram magis quāā profectam . Scribit Xiphthalmus ex Dione in Adriano Imperatore quod is moriens exclamauit illud peruulgatum .

Xiphthalmus
in Adriano
Imper.
Martia.
l. 5. Epig.
9.

Πολλὰ ἰατρὸι βασιλείᾳ ἀποδίδουσι , id est , multi Regem sustulerunt . De medicorum pluralitate Martiana Poëta facit illimè in Symmachum medicum , epigramma libro 5. sic scribit , Epigrammate 9 .

*Languebam , sed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum , Symmache , discipulis .
Centum me tetigere manus Aquilone gelata :
Non habui fibrem , Symmache , nunc habeo .*

Non igitur medicorum turba nobis quærenda est , exitio , inuisque causa mortis esse solet . Quod nobis mysticum sensum accommodabitur , nos pluribus medicis non indigere , sed animarum nostrarum curam vno optato nobis medico Christo . Ille enim nostris vulneribus medari nouit . Ille *ἀνεψιμῶνος* , hoc est malorum depulso auersio iure nominandus , qui sanat omnes in firmitate fratras aut Pistrintra , qui languores nostros ipse uulit , ait Augustinus . Propheeta Artis medicæ peritos *τὸν ἰατρὸν πᾶσι δίδουσι* , filios medicorum vocabant . Olim siquidem ars medicæ successione quadam hæreditaria à parentibus propagata sur in liberos ad Hippocratem vsque .

Neque verò licebat cuiquam communicare , qui ab eodem non esset genere ortus , medicorum scilicet . Medicus enim est minister naturæ , & veluti organum & instrumentum , quo Deus auctor naturæ uti haud dedignatur ad sanandem conciliandam , morbosque pellendos . Non igitur solum sit instrumentalis causa tantum ; non autem causa princeps , sibi ob curam nimis arroget , instar Menecratis , de quo apud Plutarchum tom. 1. opuscul. in Apophth. Laconicis Agésilao magno . Menecrates medicus , inquit , quia in Agésilao desperatis morbis vsus erat successu felici , conuulsam desperatis morbis vsus erat successu felici , conuulsam nominabatur Iupiter : quo titulo quum vteretur importunitatis , & ausus fuisset ad Agésilao scribere , Menecrates Iupiter Agésilao regi Salutem : non lectis reliquis , rescripsit Rex Agésilao Menecrati sanam mentem . Græcè sic apud Plutarchum legitur : *Μενεκράτης τῶν βασιλέων Ἀγισιλάου ἰατρὸς . ἔν ἀναγκῆς τὰ λοιπὰ , ἀνέγραψε . βασιλεὺς Ἀγισιλάου Μενεκράτη ὑγιάνειν .* hoc est Menecrates Iupiter regi Agésilao scribere , non legens reliqua , rescripsit : Rex Agésilao Menecrati sanum esse . Notabis , tria fuisse Græcis salutandi genera , tribus infinitiuis designata , *ἰσπάρτεον* , bene agere , *ἰσπάρτεον* , gaudere , *ὑγιάνειν* , valere , siue sanum esse , sanitatem exoptare . Quam acutè Agésilao hominis stupiditatem , insolentiam notauit & redarguit ? medico alios se curare gloriantur , desiderans optansque sanitatem , seu mentem sanam . Cui optimè istud prouerbij conueniat : *Medice cura te ipsum* . De Menecrate scribit Suidas in Historicis , dictione Menecrates . Menecrates , ait , Syracusanus medicus , qui sanam morbum curabat , nullam mercedem accipiebat : sed à medicis postulabat , ut se ipsius seruos esse faterentur , seque suam , appellabat , & Deos quos sanauerat , nomine cuique inuito , alij Mercurij , alij Apollinis . Hæc Suidas . Quid Philippus Alexandri pater , eidem Menecrati fecerit , diximus in concione de Centurione ,

Plut. 15.
1. opuse.
in apophth.
Lac.

Suidas.

Lex.

Imperatorum Valentiniani & Valentis rescripto, ut habetur in lege archiatrii, C. eodem. Archiatri, inquit, scientes an nonaria sibi commodè à populi commodis ministrari, necesse obsequi tenuioribus malint, quàm turpiter seruire diuitibus: quos etiam ea parimur accipere, quæ sani offerunt pro obsequiis; non ea quæ periclitantes pro salute promittunt. Hæc ibi. Eximij fuerunt medici, & sanè diuini nominis, Cosmas, & Damianus, quorum apud Græcos ceteris celebris erat memoria primo Nouembris die, ut habetur in feriis, Constitutione Imperatoris Manuelis Comneni, ubi appellat τὸς θεοματωρῶς ἀναργύρους Κοσμάου καὶ Δαμιανίου hoc est, miraculorum opifices, miraculosos viros, ab impedienda pecuniæ argentiuæ pretio vllò curantes, gratis medicinas facientes. & ibidem paulò inferius. Primo Iulij die sancti archiatri domini Christi, quo ad fieri potuit, imitati, ab his quos corporaliter sanabat, nihil accipiebat. Tamen abfuit, ut sanitatem in vtroque homine ad se recurrentibus obicemque non ponentibus, liberalissimè benignissimè conferret. Cuius tot leguntur in Euangelica historia miraculosa sanitates, ut eas in medium proferre, nihil aliud curaret, quàm λέγειν ἐν μισθούσῃ, ut est in prouerbio: hoc est cernam in meridie (supple accendere.) Matth. 11. Cæci caeci claudi ambulantes, surdi audiunt, leprosi mundantur, mortui surgunt, &c. Hactenus de medicis, occasione horum verborum Medicæ cura te ipsum.

Matth. 11.

Porphyrius in quinque vocib. c. 7. Cic. li. 1. offic. ex Pla. epist. 9.

Cic. li. 2.

de finib.

Fac & hic in patria tua. De patriæ amore est hic temperata & valde opportuna narratio. Porphyrius institutionibus quinque vocibus, agens de genere, cap. 1. Dat, ut patet, xit, sic patriam, ortus cuique initium. Cicero lib. 1. offic. lib. 2. clarè, inquit, scriptum est à Platone, Non nobis solum patri sumus, ortusque nostri partem patriam vendicant, partem parentes, partem amici. Hoc scripsit Plato Epistola 8. ad Chitam Tarentino. Illud quoque te considerare oportet, quod solum nostrum sibi soli natum esse, sed ortus nostri partem patriam vendicare, partem parentes, partem amicos, partem diuinum, expresso citatoque nominatum loco: hic ut ad Chitam scripsit Plato, non sibi se soli natum hominem putauerit, sed patriæ & suis, ut perexigua pars ipsi relinquenda

Hæc ibi. Idem Plato dialogo 4. de legibus pro patria & nequitate, iugoque seruitutis subiectam peioribus gubernari, fugam ipsam deserere. Hinc Horatius libr. 3. carminum, od. 2. cecinit. Dulce & decorum est pro patria mori. Item eodem lib. od. 19. Codrus pro patria non timidus mori.

Cicero de somnio Scipionis. Quod sis Africane alacrior ad defendendam Reipublicam sic habeto. Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in celo ac firmum locum, vbi beati sempiterno æuo fruantur. Nihil enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, ceteraque hominum iure sociari, quæ ciuitates appellantur. Item libr. 1. officiorum. Pro patria quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Item Tusculanarum quaestionum libr. 1. sub finem, clarè moites pro patria oppetitur non solum gloriose Rhetoribus, sed etiam beatè videri solent. Reperunt ab Erictheo, cuius etiam filia cupide mortem oppetuerunt, pro vita ciuium. Codrum, qui se in medios missit hostes, famulari veste ne posset agnosci, si esset orator regio: Quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset victrices Athenas fore. Menecheus verò non prætermittere, qui oraculo edito largitus est patriam suam sanguinem. Item Cicero, de se protestatur, Philippica 2. in M. Antonium sine. Ego, inquit, de me ipso profitebor. Defendi Rempublicam. adolescens, non deseram senex: Contempsi Catilinam gladios, non pertimescam tuos, quin etiam corpus libenter obtulerim, si representari morte mea libertas ciuitatis potest, ut aliquando dolor populi Romani pariat, quod iam diu paruit. Et enim si abhinc annos prope viginti, hoc ipso in templo negaui, posse mortem immaturam esse consulari, quauò verius nunc negabo seni? Hæc Cicero, In quo boni cuius imago delineatur. Homerus Odyssæas 1. Odyss. libr. 9. introducit loquentem Vlyssem.

Idem li. 1. offic. & Tuscul. 1. ac philipp. 2.

Lucianus in patria Encomi.

Homerus Odyss. li. 9.

Lucianus in patria Encomi.

Lucianus in patria Encomi.

T t 5 que

Plato dialog. 6.

Horat. li. 3. ode. 2. & 19.

Cic. de som. Scipionis.

Idem li. 1. offic. & Tuscul. 1. ac philipp. 2.

Homerus Odyss. li. 9.

Lucianus in patria Encomi.

que memorat, *κεῖ δ' τῆς πατρίδος κείνου λαμπρότερος ἀπὸ θύρας τῆς παρ' ἄλλοις πόρε*. Id est, Et patriæ fumus ipsi splendidior esse videbitur alieno quouis igne. Eleganter hoc ipsum ecci-

Ouid. li. 1. de Ponto, Eleg. 1. de Ponto, Eleg. 4. *Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat Fumum de patriis posse videre focus.* Rursus ibid. *Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui.*

Iuvenal. saty. 14. Iuuenalis satyroglyphus satyri 14. longe post medium, con-

Quantus erat patria Deciorum in pectore, quantum Dilexit Thebas, si Gracia vera, Menœceus.

Aelianus li. 12. cap. 28. Aelianus de varia historia libr. 12. cap. 28. Leocotion Athenis erat templum filiarum Leo sic dicti viri, has pro salute civitatis Athenarum occisas esse fama est. Cum Leos pariter eas tradidisset propter oraculum Delphicum, quod non habebat aliter non posse servari urbem, nisi illæ mactarentur, id est, puellas illius viri Leo, tres numero ex pre-

Vale. Max. li. 5. c. 6. et Livi. li. 7. *Vale. Max. li. 5. c. 6. et Livi. li. 7.* De Romanis viris Valerius Maximus non nominat, sed pro gentis gloria referit libro quinto capite 6. de pietate erga patriam ex Livio. li. 7. Cum, inquit, repentino hiaru terra subsideret, responsumque esset, illum tantummodo compleri posse, quod in vnum. Cuius morte vivimus: & nisi moreretur pro populo Romanus plurimum valeret. Curtius & animi generis nobilissimus adolescens: interpretatus urbem nostram stram virtute armisque præcipue excellere, militaribus insignibus ornatus equum conscendit, eumque vehementer admoris calcaribus, præcipitem in illud profundum egit super quem uniuersi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt, continuoque terra pristinum habitum recuperavit. Hoc fuit pietatis erga patriam clarissimum exemplum. Idem recitat Paulus Orosius libro tertio capite 5. de Marco Curtio. Valerius loco commemorato, Decionem narrat historice patris scilicet & filij ex Livio Romane historice scriptore. Pater quidem consul existens cum Latino bello Romanam aciem inclinatam & pene iam prostratam videret, caput suum pro salute Reipubl. deuouit, & procius coniecto equo, in medium hostium agmen, patriam salutem, sibi mortem petens, irrupit, factaque ingentis strage, plurimis telis obrutus, supercorruit. Ex cuius vinctibus & sanguine insperata victoria emerfit: filius vero in quarto consuiatu patris exemplum secutus, ob uotione simili æque strenua pugna, consentaneo exitu, lib-

Paulus Orosius li. 3. ca. 5. *Valer. ex Livi.* *Paulus Orosius li. 3. ca. 5.* *Valer. ex Livi.*

antes perditasque vires vrbs nostræ correxit. Vita Decionem ducum ne Romana ciuitas vinceretur, obtulit, mors scilicet ut vinceret. Ibidem ex Livio libro 22. de superiore Scipione Africano, notandum commemoratur exemplum his verbis apud Livium: postquam in bello Cannensi, Romano victi ab Annibale de deserenda Italia consultarent: Scipio stricto super capita consultantium gladio, ex mei animi sententia, inquit, iuro, ut ego Rempublic. non deseram, neque alium ciuem Romanum deserere patiar. In hæc verba qui non iurauerit, in se hunc gladium strictum esse sciat, haud secus pauidi, quam si victorem Annibalem tenerent, iurant omnes, & semetipsos contra Annibalem Scipioni tradunt. Stricto gladio, ait Valerius, iurare omnino nunquam se relicturos patriam coegit. Hæc illi. De Codro rege Atheniensium Valerius eodem loco ad longum narrat: cuius interitu, inquit, ne Athenæ occiderent, effectum est: At verò his omnibus prætermisiss, vltimum exemplum, quam Domini nostri Christi? qui quidem mortuus est pro gente, Ioan. vdecimo. nedum autem pro gente, sed ut & filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Cuius morte vivimus: & nisi moreretur pro populo, æternum perieramus. Vita eius nobis exemplo: mors verò salutis æternæ, & redemptioni à miserabili seruitute peccati & diaboli fuit. O vere *εὐλαβήσαντος, ἢ φιλοπάτρι-* hoc est, hominum, patriæque amatorem Christum. Valeant Decij, Curcij, Codri, Menœcei, & ad extremum Leocora. De quibus dictum est, patriæ omnes suum coniecisse & deuouisse sanguinem. Vnde non modica illi facta fuit accessio, multa inde consecuta utilitas. Quid hæc nostrum Christum, nostramque per eiusdem mortem ab æternæ mortis faucibus ereptionem? Quid simile in profana, sæpe vana & mendace inuenias historia? Pueri in scholis legebamus, & audiebamus illud, pugna pro patria: nec sanctos viros ab amore patriæ auersos sacra nobis proponit historia, Gene. 30. Dixit Iacob socero suo: *mittite me ut reuertar in patriam meam, & ad terram meam.* Ruth. 1. *Noemi surrexit ut in patriam pergeret scilicet in Bethlehem.* Et 2. Machabæorum. *Iudas per omnia mori pro patria paratus erat.* Esther & Iudith clarissimæ foeminae patriam liberauerunt patriam, imò vitæ discriminis se obiciunt pro suo populo. Cedant profana sacris. Quid tam insigni

V. Livi. lib. 22.

Valerius ubi supra.

Gen. 30. Ruth. 1. 2. Mach. 15.

insigne pro sua Stagira apud Philippum aut Alexandrum fecit supplicem Aristoteles, quam apud Asuerum pro sua Iudorum gente, Esther Regina vel pro Bethulicis sine Hærois illa virago Iudith? De Aristotele legis apud Valerium libro quinto capite 6. in fine, adeo valenter pro salute patriæ incubuit, ut eam hostilibus armis solo æquatam in lectulo Atheniensi iacens senilibus ac rugosis membris in summo laterarum orio, Macedonum de manibus, quibus obiecta erant eriperet: Ita non tam vrbis Stagira euerfa Alexandri, quam

Valer. li. 5. cap. 6.

Plut. to. 3. vit. in Alexandro.

Diogen. Laer. li. 5. in Ari.

Aelian. li. 3. c. 17.

quæ de Plutarcho in libro tertio capite decimo septimo. Plutarchus com. tertio vitarum in Alexandro, non longè à principiis, Philippus Aristotelem, inquit, dedit filio Alexandro præceptoris præmiūque ei dedit institutionis præclarum & decorum Stagiram patriam Aristotelis, quam exciderat, iterum frequentauit incolis, ciuesque qui in exilio, aut in seruitutibus erant, reduxit in domum. Diogenes de vita Philosophorum libro quinto, in Aristotele circa principium: Aristoteles Philippo Alexandrum filium erudiendum accepisse ferunt, petiisseque instaurari solam patriam à Philippo euerfam, ubi impetrasset, dedisse illis leges. Aelianus autem ubi supersic de illo commemorat: Aristoteles patriam suam non in ignem, quod dicitur, procidentem, sed in os prostratam erexit atque restituit.

Plutarchus tom. 3. Opuscul. contra colorem lib. prior. ca. medium, Quam Aristoteles voluptatem cepit, quam patriam dirutam instaurauit? suos ciues ab exilio reduxit? Theophrastus & Phidias, quum Tyrannos patriæ veteris suæ eradicarent? Hæc de Aristotele. Verum heroïna Iudith patriam suam Bethuliam proprio gladio, Holofernis trucidato capite præter spem humanam, diuino freta & confortata auxilio, ab obsidione hostium ereptam in libertatem assumpsit. Pudeat viros in patriæ amore ab hac vinci fœmina.

2. Mach. 5.

Plutarc. tom. 1. Opusc. in parallell.

De patriæ proditoribus omnibus odiofis, ut contrarium inter se collatione illustrior sit nostra narratio, aliquid dicendum oportet, 2. Machab. 5. Iason patriæ & ciuium hostium sepultus abiicitur. Ibid. Menelaus legum & patriæ fuit proditor. Plutarchus tom. 1. tomo primo Opusculorum in paralellis, id est, historiæ Græcarum cum Romanis coniuncta recensione, numerus in paralell. Persis Græciam populantibus, Pausanias Lacedæmoniorum

acceptis à Xerxe multis talentis, voluit Spartam proditor. Re comperta, pater Agesilaus eum, vsque ad fanum Mithracæ Chalciocæ persequutus est, obrutisque fani foribus, cocco cocto fame necauit.

Mortuum etiam insepultum abiicit. Romani item bello mortuo per Decium Imperatorem designauerunt. Quidam autem Patrius iuuenis pauper, nomine Cassius Brutus, hostium pro certa mercede portas aperire instituit, deprehensus ad templum Mineræ auxiliariæ confugit. Pater autem Cassius signifer, ibi eum includit, famæque interemptum in arce abiicit, ut scribit Cleitonymus in Italicis, hæc Mach. Ideo scribitur lege Minime maiores, D. de religio- & sumptibus funerum.

Minime maiores, lugendum putauerunt eum, qui ad patriam delendam, & parentes & liberos interficiendos venerat: quem si filius patrem, aut pater filium occidisset, sine pietate, etiam præmio adficiendum omnes constituerunt. Plutarch. tom. 1. vitarum in Fabio Maximo post medium, ille filio consuli mactæ consilio, inquit, & virtute filius; his artibus quoque & maiores Rempublicam auximus, dum parentibus liberisque priorem Reipublicæ dignitatem habemus. Patria itaque parentibus ipsis filiisque præclara erat. Plutarch. Maximo libro quinto capite quarto, de pietate in parentibus Coriolanus optimè de republi. meritis, ad Volscos inferentem Romanis, confugit: euenitque ut quem pro se salutem imperatorem ingrati ciues habere noluerant, penè interitum aduersus se ducem experirentur: missi ad eum precandum legati nihil profecerunt: missi deinde sacerdotum cum infulis, equè sine effectu redierunt.

Verum denique Coriolani mater Volumniam vxorem eius, & liberos secum trahens, castra Volscorum petiit, quæ eadem filio persuasit. Expugnasti, inquit, ille, & vicisti meam patriam, precibus huius admotis, cuius vtero te tamuis meritò mihi iniustam, dono. Continuoque Romanum agrum hostilibus armis liberauit, & bellum atrox salutem pace mutauit. Hæc Valerius. ô quantus fuit amor erga patriam, licet ingratam, qui Coriolanum sibi reconciliauit! contra eos dictum velim, qui patriam, quæ eos genuit, aluit ad honoris euexit fastigium: immeritò ramen terram natam populati sunt, in matris & charissimæ parentis viscera nullati, & sequentes in propriis ciues, bellis ciuilibus omnia mutauerunt, quos Anchis verbis apud Virgilium Æneid. lib. 6. compellabo,

Lex.

Plut. to. 1. vit. in Fabio Maximo Valer. li. 5. cap. 4.

compellabo, & alloquar, sub finem,

*Ne pueri, ne tanta animis affuefcite bella,
Neu patria validas in viscera vertite vires.*

At verò ipsi patriam, quam tantam rectam seruare debe-
rant, & ab hostibus externis defendere, atque si necesse fu-
ret, pro ea gloriosè mortem oppetere: Ipsi interim qui vidi-
ri volunt religiosiores, patriam non dico neglexerunt, sed ha-
stiler persequuti sunt, crudeliterque conuulserunt, labella
starunt, pessumdederunt. Insuper in fauillam redegerunt.
Vos appello ò reformati preteriti: Tempore belli sacri, qui
nam authores fuerunt, vt tot cedes, clades, stragesque he-
rent Ciuium? An non proditores legis & Ciuium? An non
ingratissimi patriæ proditores? Cùm tamen infideles, & pa-
gani patriæ amore vitam profuderint non semel. Nedum vi-
ri, sed etiam puellæ: vt subditis patebit exemplis. Suidas. di-
ctioe *παρθένων*: Erecthei filias Parthenos nominauit, me-
mero lex.

Suidas.

Ex his Protogemia & Pandora mastrandas se pro patria ob-
tulisse dicuntur, exercitu ex Bœotia profecto. Inuolatae
tem sunt in pago, qui dicitur Hyacinthus. Qua de causa
etiam virgines Hyacinthides vocantur. Cicero libro quin-
de finib. bonorum & malorum, post medium: Quis vir-
conseruatore Codrum, Quis Erecthei filias non maxime
laudat? Idem oratione 32. pro P. Sextio ante medium, mo-
tem quam etiam Virgines Athenis, Regis, opinor, Erecthei
filie, pro patria contempsisse dicuntur? Ego vir consilium
tantis rebus gestis tinterem? præsertim cùm eius essem con-
tatis, ex qua Q. Mutius solus in castra Porfenæ venisset,
eumque interficere proposita sibi morte conatus esset: hæc
qua P. Decius primùm pater, post aliquot annos patria vir-
te præditus filius, se, ac vitam suam instructa acie, pro salute
populi Romani, victoriæque deuouisset? De iis Erecthei
tabus siue filiabus per quandam exochen, id est, excellen-
tiam, *παρθένων*, siue virginibus appellatis, scribit etiam De-
mosthenes oratione funebri.

Demost.
orat fun-
nebr.

Erectheus pro pattij regni incolumitate, suas filias, quæ
Hyacinthidas vocant, manifesto exitio perituras obtulit,
liberandam patriam. Ibid. Demosthenes. Audierant Leoco-
ras etiam à poetis celebrari, quod se victimam ciuibus pro
patria obtulissent. Cùm igitur earum mulierum tanta fuit
animi magnitudo, nefas esse putabant se, qui viri essent, in-
deteriores videri. Hæc Demosthenes. Cælius lectio numerus

Aguarum libro decimo tertio, capite septimo. de istis fusè sa-
ps. Item de Leocoris. Quodam tempore, inquit, ingens an-
tonæ caritas Atticam vehementius premere cœpit, consulta
puella: tunc publico bono permotus, Leo quidam filias
tribuit tres numero immolandas. Sic inopiæ nacta exitum
construxit sacellum, quod à puellis, quas Græci *νιπας* dicunt,
Leocorium est appellatum. Cicero lib. 3. de natura Deorum
ante medium.

Est delubrum Athenis, quod Leocorium nominatur, de
citatus fuit sup. Alianus & Suidas in historicis dictione
Leocorium sic scribit: Leocorium sacellum inde appellatum,
quod cùm fame laboraretur, eaque non nisi puella immola-
propulsari posset: Leos quidem Orphei filius, tribus filia-
bus suis virginibus, Pasithea, Therpe, & Eubule oblaris, vr-
annona penuria leuauit. Hæc Suidas. D Hieronymus
epistol. contra Iouinianum lib. 1. numero 212. Chal-
cæcus quoque filia illa, Leo virgo perpetua, pestilentiam pa-
ria scribitur spontanea morte soluisse. Cælius vbi sup. le-
pendum arbitror, inquit, Græcorum decus filia illa Leo. Ca-
est patrius, more Attico, ab recto qui est *λέως*, vbi Græcè
id est, famem legimus, videtur legisse Diuus Hierony-
mus *λεωπέν*, id est, pestem.

Porrit item ex morbo grassante latius, annonæ mox inse-
qui caritas, sicuti & vna filiarum sponte se expiationi obtu-
lisse, patrem & reliqua statim ad exemplum prouocante.
Hæc Cælius. Nec te mouere debet quod superiore folio,
ex Plutarch. mentio de fano Mineræ Chalcioeci fa-
cta est. Non enim idem est minerua illa, & Chalcioecus filia
Leo. Minerua autem, ait Suidas, dictione *χαλκιοέως*. Spar-
tae sic dicta fuit, siue ab Anea æde, siue quod à Chalcidenti-
bus profugis, ædes illa condita sit.

Hæc ille: qua ratione dici posset (nisi mendum in Calcho-
graphia irreperit.) Leo filiam, *καλκιοέως*, dictam, quod
ancam habuerit Athenis ædem: vel quia Athenæ vocan-
tur, ciuitas mineruæ, quæ hoc habuit apud Spartanos cognom-
nem, Coniecturam meam, (si bona tibi videbitur & verò
proxima) lector comprobabis. Menæceus, vt colligitur ex
ratio poetæ 10. lib. Thebaidos. Fuit iuuenis Thebanus, fi-
lius Creontis, qui pro patriæ salute sanguinem suum atque
vitam ipsam spontè profudit. Nam quum Thebanis
tempore quo ab argiuis obsidebantur, redditum esset ora-
culum,

Cælius
Rhod. li.
13. cap. 7.
lect. an-
tiq.

Cic. li. 3.
de natu.
Deorū.
Suidas.

D. Hier-
ron. to. 2.
Epi. li. 1.
contra Iou-
in. Cæ-
lius.

Suidas.

Stat. lib.
10. The-
baidos.

culum, urbem saluam fore, si ultimus ex Cadmi posteris sporet, se morte deuoueret. Intelligens Menecus oraculum illud ad se pertinere, nihil cunctatus, suo sibi gladio neco confcinit.

Nota est Dauidis, se certamini efferentis singulari, contra Goliath historia sacra, quæ eiusdem amorem singularem contra patriam suam manifestè declarat. Scribit Antonius Muretus variarum lectionum libro secundo cap. 3. Quod Teucrius filius Teucer dixisse traditur patriam esse cuique, videri cumque esset benè, licèt id ab omnino despiciente omni acerbitates, quas omni obicere fortuna posset victum re deatur: Tamen reprehensum est ab oratore prudentissimum Lyfia, demonstratumque eam sententiam hominis esse de suis tantum commodis solliciti, neque ad ciuilem commotionem apti. Non enim valdè laborabit quid patria sua bene natale solum diligat oportet homo, aut si fortè cum alienatus esset, ciuitate donatus est, eam imbibat opinione, vt nisi ciuitate bene sit, ne sibi quidem putet bene esse potest.

Anton.
Muret.
Variarum
lectionum,
lib. 2. c. 3.

omnibus deliciis viuere, tamen illam asperam & lapidatam patriam suam anteposuit, etiam immortalitati: non ita factus si illam. Teucri sententiã approbasset, dictum illud, Teucri, bonum quidem virum aliquando fortasse non dedecet bonum certè ciuem non deceat. Ouidius.

Ouidius.

Omne solum forti patria est, vt piscibus aquor,

Vt volucris vacuo quicquid in orbe placet. Hæc puerum

Muretum. Quæ de patria dicta sunt, nunc sufficiant.

Nemo propheta acceptus est in patria sua, respondit Calpurnius, quasi diceret. Proverbio dici solet, Nimia familiaritas parit contemptum. Et quæ rara sunt, pretiosa sunt. Theophrastus, in Lucam, cap. 4. hæc verba sic paraphrastice explicat. lucidat. Ego dico vobis quod fecissem multa signa vobis apud vos patriotas meos: sed scio commune omnium proberbium, quod contemnantur etiam res maximæ, quæ quum raræ fuerint, si vulgaræ sint & quotidianæ, & ciues nescientes copiose fruuntur.

Theophr.
in Luc. 4.

Semper enim solent homines rara & admirabilia contempserunt autem communia & familiaria. Et idcirco non prophetæ in patria sua pretiosus: sed si aliunde veniat, etiam contemnantur illum. Sic & Eliam, Iudæorum viduæ non susceperunt. Sarephthana autem suscepit. Et Elisæus alienigenam profum purificauit, fide in illum declarata. Nam familiaritas

qui eiusdem erant patriæ, ei non crediderunt, & propterea non sunt purificati. Similiter & ego vobis patriotis non videor admirabilis, sed contemptus, & idcirco neque signa facio. Hisianè qui in Capernaum videor admirabilis & signa facio, & acceptus eis sum. Hactenus Theophylactus. Diuinitatem Plato in Eurydemo: Quod rarum, inquit, id honorandum. Aqua enim vilissimo pretio emitur, cum res sit natura pretiosissima, vt ait Pindarus: & Satyricus poeta Iuuenalis, Satyra 15. cecinit:

Inter finitimos vetus atque antiqua similtas

immortale odium & nunquam sanabile vulnus.

Plates diuinus ac regius non semel repetit facti sumus opprobrium vicinis nostris. Quod si cui placet sacras euoluere historias: inueniet quod Ioseph à fratribus venditur: regnat inter extraneos, in Genesi, Moses à suis exponitur aquis, à Pharaonis filia adoptatur. Ridetur à Maria fornicatore, à popularibus suis obiurgatur, parumque ab est, quin in publicis obruatur, in Exodo, qui tamen gloriosus habitus in conspectu Regum, & Pharaonis & aulicorum eius ac principum, & inimicis tremendus & venerandus fuit. Eccl. 45. quadragesimo quinto. Dauid à fratribus despicitur, vt in primo lib. Regum, à Nabalitem populari suo contemptur, primo Regum 25. Et tamen in decem millibus gloriosus est à mulieribus. Hierosolymitanis ei concipientibus prima Regum capite 18. Annon Daniel, & Mardocheus in terra aliena honorantur? Helias in terra Israel persecutionem patitur, Elisæus à pueris deluditur: sed ab alienigenis magno studio requiruntur, & in pretio habentur. Theophrastus capite decimotertio in Matthæum sub finem. Solent homines, ait familiares contemnere, & externos in admiratione habere. Domestici, & Christi fratres, hoc est, consanguinei, (vt alias dicitur) non credebant in eum. Ioan. 7. prima. Tu autem intellige, quod & hodie Iesus in patria sua, id est, apud Iudæos, ignominiosus est. Nos autem veteri illum veneramur. Nemo ergo propheta acceptus est in patria sua. Nulla tamen adeo generalis regula, quin exceptionem aliquam patiatur, vt didici puer in scholis: Sic ab hac regula ex sacris historiis. (Nam profanas nihil moror) exceptiones aliquod colligere non est difficile vel operosum, Dauid siquidem Rex, Prophetas Natan & Gad, Ezechias similiter Esaiam, & Iosaphat Michæam, & ceteros sibi prophetas Dei ceteros, qui suis floruerunt temporibus in

Vu honore

Eccl. 45.

1. Re. 18.

Theophr.
Mat. 13.

Ioan. 7.

honore habuerunt. Vnde Iosaphat dicebat populo secundo Paral. vigesimo. *Credite Prophetis domini, & cuncta euentus prospera.* Sed de his, quæ ut plurimum contingunt, Canticis prescribuntur & regulæ. In Christi persona à David propheticè dictum fuit: *Populus quem non cognoui, serui mihi.* &c. à propria gente verò traditus morti: ut etiam Petrus illi dixit, Ioann. 18 *Genus tuum & Pontifices tui tradiderunt in damnationem mortis;* Cùm tamen tuus temporis alterigena Centurio visis quæ fierent, prodigijs, exclamaret: *Verus filius Dei erat iste.* Et Latro vehementissimo ardentiissimoque seipsum eidem commendaret affectu, *Memento mei Domine,* &c. Tunc, inquam, à prætereuntibus Iudæis, illi que assistentibus spectaculo, illudebatur: qui moventes eum capita sua, plusquam hostiliter morti proximo insultabant, Ut omnia à vnguem descripta habes in historia minicæ passionis. Narrat Valerius libro quinto capite de ingratitudine, quomodo Africanus superior non solum contractam belli Punicæ (sive Carthagineus) armis Republicam, sed perne iam exanguem atque morientem Africa dominam reddidit: cuius clarissima opera iniurijs profano ciues, vicini eum ignobilis accolam fecerunt: eiusque voluntarij exilij acerbicatem, non tacitus ad inferos sepulcro suo inscribi iubendo: *Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes.* Quid indignius? Lilius libro trigesimo octavo idem recenset in Linternum, inquit, concessit mortem, ne se ibi sepeliri iussit, ne funus sibi ingrata patria altereretur tempore famis, verum ut viduam quoque & filium eius (alioqui fame perituros) sustentaret. Sic dominus viduas carare demonstrat: qui à Dauide in Psal. vocatur *pauper orphanorū,* & *iudex viduarum.* Exod. 22. *vidua & pupillus non nocebitis: si laferitis eos, vociferabuntur ad me & audiam clamorem eorum, percutiamque vos gladio.* & *erunt uxores Israhel.* *vidua, & filij vestri pupilli,* Israhel primo. *Iudicate pupillum, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, sicut nix dealbabitur.* Hieronymus ibi. Ideo, inquit, viduis ac pupillis prouidetur, ut securi de turela coniugum ac liberorum suorum, martyres bella procedant. Suscitatur ab Elia filius viduæ Sarephtha: & istius, alterius pauperculæ viduæ ab Elia oleū multiplicat. 4. Reg. 4. Christus item suscitauit vnicum viduæ filium in 4. Reg. 4.

2. PAR.
20.Ioan. 18.
Luc. 24.

Val. l. 5.

Lili. l. 38.

Lili. l. 5.

nonquam adeo fuit populus Romanus erga bene meritos de ciues, ingratus: ut Iudæorum erga dominum Christum ingratus populus: o ingrata patria! Ne presentiam quem tui Messias habere voluisti. *In propria venit, & sui eum Ioan. 1. non receperunt.* Ioan. prima. *Nolumus hunc regnare super nos. tolle, tolle & crucifige eum,* insuper extra ciuitatem ciectum, *extra vineam suam heredem vniuersorum, & dominum gloria crucifixi:* o ingrata, repeto iterum, patria, & gens ludæica? Te ingratum populum Dominus idcirco dereliquit, *Ioan. 14. dignus, Ioan. decimo quarto, in fine. Surgite eamus hinc.* Non amplius ad te, o miseram synagogam reuersurus, nisi quod carca mundi consummationem, vbi plenitudo gentium increuit, reliquiarum Israel saluandarum gratia per Heliam & Enoch Prophetas, semel te inuiser. Quod tibi dominus aperte denunciauit: Matth. 23. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: Non me videbitis quoad siue posthac, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini,* quod Theophylactus ibi sic interpretatur. Non me videbitis vsque ad secundum aduentum. Tunc etiam gentes eum adorabunt, & dicent. *Benedictus qui venit, &c.* Posthac autem, intellige postquam crucifixus fuero. Non enim de hora qua hæc dicebat loquitur. Nam postea scripsit viderunt, post crucifixionem autem nequaquam, donec inueniret a Iuæcus eius. Hæc Theophylactus. *Multa vidua erant in Iudæa Helia in Israel quando clausum est cœlum.* Non reperimus vidua in Israel, quæ digna esset hospitari Heliam, neque profus, qui ab Elia mundaretur, nisi Naam Syrus. Non ad viduam missum fuisse prophetam à Domino, nedum altereretur tempore famis, verum ut viduam quoque & filium eius (alioqui fame perituros) sustentaret. Sic dominus viduas carare demonstrat: qui à Dauide in Psal. vocatur *pauper orphanorū,* & *iudex viduarum.* Exod. 22. *vidua & pupillus non nocebitis: si laferitis eos, vociferabuntur ad me & audiam clamorem eorum, percutiamque vos gladio.* & *erunt uxores Israhel.* *vidua, & filij vestri pupilli,* Israhel primo. *Iudicate pupillum, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, sicut nix dealbabitur.* Hieronymus ibi. Ideo, inquit, viduis ac pupillis prouidetur, ut securi de turela coniugum ac liberorum suorum, martyres bella procedant. Suscitatur ab Elia filius viduæ Sarephtha: & istius, alterius pauperculæ viduæ ab Elia oleū multiplicat. 4. Reg. 4. Christus item suscitauit vnicum viduæ filium in 4. Reg. 4.

Ioan. 14.

Mat. 23.

Teophy.

Mat. 23.

Exo. 22.

Isa. 1.

D. Hier.

Isa. 1.

cap.

4. Reg. 4.

Luc. 7. Naym, vt aliàs dicitur. Luc. 7. prima Timoth. quinto. Vidua
1. Tim. 5. honora, quæ verè viduæ sunt. Illæ de facultatibus & bonis
 Ecclesiæ quodam alebantur. Sic in compensationem soluta-
 dinis, quia viris orbata, & ipsorum suffragiis auxiliisque de-
 stituta erant, curam illarum, quæ ob pauperatam commo-
 dè aliàs viuere non potuissent, suscepit primitiua Ecclesiæ.
Ath. 6. Vnde & *Diaconi ut ministrarent mensis primitiis instituti.* Ath.
Macrob. 6. Viduæ ethymon, apud Macrobius libro prima Saturna-
 cap. 15. post medium habetur. Iduare Hetrusca lingua diuidi-
 re est; Vnde vidua quasi valdè iduata id est valdè diuisa; aut
 vidua. i. à viro diuisa. Et idus vocamus diem qui diuidit me-
 sem. Hæc ille. Iuriconsultus autem aliam nominis rationem
Lex. adfert, l. 2. 42. D. de verbo. signifi. §. tertia. Viduam non
 lùm eam quæ aliquando nupta fuisse, sed eam quoque ma-
 lierem, quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo: quæ
 vidua sic dicta est, quasi vecors, vel anus qui sine corde, et
 sanitate esset; Similiter viduam dictam esse sine diuitiis.
 Hæc ibi. Si quidem solitaria remanet, & à viro viduata, de-
Festus duertur apud Pompeium festum, est calamitas, de qua
Gam. quòd viduet bonis. Sic varia est huius nominis sequens
 varios Etymologia, aut à ve particula intensiua, & a viro
 verbo Hetrusco Iduare: vel à ve priuatio, & nomine Da-
Vir. Æn. Hinc viduare verbum quo poetæ Virgilius & Horatius vi-
8. tur pro priuate, siue orbare. Virgilius octauo Æneidos
 medium

--tot ferro saua dedisset

Funera tam multis viduasset ciuibus urbem.

Horatius similiter libr. 2. Carminum, ode 9.

Hor. li. 2. *Et folijs viduatur Orni*, id est spoliantur aquilonibus
carm. od. tibus. Claudianus poeta panegyri. 8. de Maullij Theodoti
9. Cl. pa- sulatu ante medium,
negy. -- Et tanto viduatas indice leges.

Sil. Ital. Silius Italicus poeta clarissimus de bello Punico libro 3. ca-
l. 3. pines:
Nec stygis ille lacus, vi duatâque lumine regna,
Sed superis sedes, nostris que tenebit honores.

Per viduata lumine regna inferos intellexit, obscura nimis
 tenebrarum loca, vt etiam Christiana canit ac profitemur Ec-
 clesia. Inde etiam originem traxit nomen viduus adiectiuum
 pro priuatus, orbatus, desertus, quo vsus est Horat. libro 1. Ca-
 minum. Ode 10.

Vocatum terret, viduus Phœretra
 -- Risit Apollo.

Arbor vidua, apud eundem lib. 4. Carm. ode 5. dicitur, quæ viti
 non est maritata:

Et vitem viduas ducit ad arbores.

Huc vsque de Notatione siue Ethymo viduæ, in gra-
 tam Grammat. ex selectis & classicis authoribus diximus,
 vt innoscat demum solitarias, & humano destitutas sola-
 tio feminas in primis curare, qui est adiutor in tribulationi-
 bus, ac necessitate. Confidant ergo & sperent in domino vi-
 duæ, & dulcissimum sentient, probabunt quæ sponsum, ne-
 sciam virginum, sed etiam viduarum, quæ in continentia perse-
 uerant: proposito & in domino spè omnem suam collocant.

*Facta est fames valida annis tribus & mensibus sex, quan-
 to illo tempore non pluit*, propter idololatriam, videlicet Ie-
 ABELIS, & populi Israelitici. Fames est Dei flagellum. Hinc
 minatur famem. Leuit. 26 non seruantibus mandata Come-
 dit, inquit, & non saturabimini: ita vt comedatis carnes filio-
 rum & filiarum vestrarum. & Deuteronomij ca. 28. Mittet
 dominus super te famem & cap. 32. Consumetur fame. Fames
 Egypti 7. annorum fuit. Genes. 41. 2. Regum 21. fames trium
 annorum in diebus David. Consuluit ille oraculum propter
 illud, Respondit: & domum eius sanguinum: quia occidit Gaba-
 onitas propter violatam fidem, & iniurandum Gabaonitis fa-
 ctum: venit hæc calamitas, 3. Reg. 18. fames vehemens in Sa-
 maria, non poterat inueniri herba siue pabulum pro iumentis,
 quæ sesquiritibus durauit annis vt hic memoratur. Item, 4.
 Reg. 6. fames inualuit in Samaria à Syris obfessa. Vendeba-

Ho. l. 2
 car. ode.
 10 & l.
 4. car.
 ode. 5.

Leui. 26.

Deu. 28.

Gen. 41.

2. Re. 18

4. Re. 6.

D. Aug.

ter caput asini 50. argenteis, & 4. pars stercoris columbarum,
 quinque argenteis, una ex matribus, coxit filium suum, & com-
 eat. Voi tom. 10. de tempore, sermone 211. de fame Samariae
 D. Augustinus cõcionatur. Crescit famis quotidie pœna, quia
 quotidie crescit & culpa. Perseuerant flagella, quia in popu-
 lo perseuerant & delicta. Proh nefas! horrenda cadauera,
 & columbarum stercora peccator populus vescitur, nec Dei
 cultum quaerit, interea crescunt cum vitiis augmenta famis,
 & peccata matrum cadauera appetunt filiorum, & alternis
 vicibus mulieres duæ suos natos deuorare disponunt. Proh
 dolor! In cibum pietas vertitur, in pabulum suscepta soboles
 commutatur. Ante parricidium genitur, quàm ad funestas epu-
 las veniatur. Innocēs sanguis effunditur, vt parentum famas
 tabida saginetur, quoniam fames vrget, necessitas cogit.

Vir. 6. Hic interponam Virgilij 6. Æneidos sententiam:
AEEn & -Male suada fames. & turpis egestas.
 lib. 9. Idem libr. 9. Æneidos ante medium, sic cecinit:
Suadet enim vesana fames.

Egesippus. Egesippus libro primo de excidio Hierosolymitano capite 44. Egestas, inquit, solet indigentibus suadere latrocinium. Durum telum necessitas, hic necessitas suavit paritidum quod longè deterius est in matre, filium; sua viscera lacerante, & comedente prodigiosissime. Prosequitur vbi D. Augustinus. Ardet insana mulier, quia patricidium fecit, quia filium suum deuorauit: sed plus ardet, quia in la clade filium suum, alia mater vt sponderat, non molauit. Ad regem altera alteram pertrahit, ad iudicium ducit. Domine rex dixit, aut meum qui comestus est reddat, aut suum qui est absconditus prodat. Ego nunquam meum natum occiderem, nisi suum occidendum amato puto locauisset. Certè vt dignum est, vtraque nos paritientia percutit, ne aut ego post tantum facinus viuam, aut hæc sese gaudeat non fuisse in suum filium patricidam. Quod audito rex vestimenta conscidit, &c. Hæc Augustinus.

4. Reg. 8. cit Agabus famem futuram in vniuerso orbe, quæ facta est
 Act. 11. sub Claudio. Apud Iosephum prodigiõsa fames describitur
 Ios. 7. bel in excidio Hierosolymorum libro septimo de bello Iudeo
 li. Iud. c. capite 8. Mulier quædam Maria nomine, lactentem filium
 8. & 7. coxit & comedit. & capite septimo dicitur, quod nec calceamentis nec singulis abstinerunt, tempore famis, & comestis

Egesippus. scutis detracta mandebant. Egesippus de excidio Hierosolymitano libro quinto capite 39. Cum alia famis solatia non reperirent, detrahebant coria scutis, vt cibo essent sibi, quæ præsidio non essent. Mandebant calceamentum, nec pedor erat solacium pedibus suscipere ore, & lingua lambere. Capite 40. factum Mariæ describit. Sæua fames, inquit, vitimis se infudit medullis, exasperauit humeros, membra exagitauit. Habebat mulier infantulum quem genuerat. Vagitu eius excita, pteritis genitalis vsu obliterato, suam rem assumpsit. Quod impatientia amoris habet, (dicitur ad paruulum suum) habeat vis necessitatis, vt ipsa deuorata meos actus, non simulatis, sed inpressis moribus. Ego esto sibus mihi; capite 41. Peruenit ad Romanos huius facti immanitas. Quo comperto Cæsar execratus infelicem terræ consagium, manus ad cælum eleuans talia protulit

entur. Mundus ego ab hoc contagio tibi me absoluo, quæque in cælo potestas est. Scis, scis profectò, quia intimo affectu pacem frequenter obtuli, & quod non pudeat victor rogari: quia parcere etiam ipsis, tantorum flagitorum, prodigiorum quæ auctoribus volui, parcere potest, urbem seruare, sed quid facerem repugnantibus? Sed quid facerem aduersus suos furentibus? Thyesteas dapes facere purabamus, flagitium videmus, veritatem criminum atrocitorem tragedijs. Ibi enim firmior sexus, & partus amentis. Hic mulier, cui partus proprius fuerit cibus. Ibi ardens fraus, hic propria voluntas. Ille doluit, hæc insulcra digna talibus viris esca, qui pertinaciter bellando, mulieres suas ad tale perduxerunt conuiuium. Hæc apud Ægesippum. Procopius de bello Vandilico libro secundo post principia satis remotè, in Pappæ montis obsidione, tantæ caritas fuit, vt Gilimer Vandilorum princeps stricissime obsessus à Phara, qui vt sese dederet, exigebat, petierit per Epistolam mitti sibi citharam, & panem vnum, ac spongiam: quod his sibi opus esset. Nuncius qui eam attulerat, quod vnum quidem panem Gilimer optaret, cupiens eam videre simul & edere, quod ex eo tempore quo Pappam ascendit, nullum coctum viderit panem. Spongiam ei necessariam esse, quod alterum oculum lachrymarum copia obsessum maximè doleat.

Citharam petit, vt musicus quod sit bonus; præsentem calamitatem flebilibus numeris demulceat. Hæc vbi intellexit Pharas, humanam miseratus conditionem, pariter & animo condolens, ei morem gessit, omniâque misit quamque postulauit. Gilimer occasionem deditiois facienda inde habuisse narratur ibidem. Mulier quædam Maurusium frumentum contrusum, totrendum supra cratem posuit. (Sic enim mos Maurusis panes coquere) iuxta duo pueri sedentes, ac fame valde pressi, alter quidem ipsius feminæ filius: alter Gilimeris fratris filius, finem expectabant, vt dederent. Horum Vandilus massam nondum coctam præueniendo abstulit, acferuentem adhuc, cineræque refertam famem coactus, in ora conijciens gaudebat: alter verò crine carnis eum apprehendens cæcidit, & massam vi raptam, ac iam semideuratam coëgit è faucibus reddere. Quod vbi Gilimer animaduertit, signum esse id coniuatæ iam cum fortuna, cognouit. Qua propter animo penitus deiectus, rebus omnino desperatis, celeriter ad Pharam scribit, vt illico se

suosque omnes consanguineos ac Vandilos, qui secum erant, in eius dederet manibus. Hæc in Africa gesta descriptio Procopius. Zozimus Comes libro 6. historiarum sub fine scribit sic. Fames Romæ grauiissima fuit tempore Honorij Augusti, dum Alarichus eam obsideret, deinde introductus tulisset, & ne vllus comiteatus in portum Romanum aduectetur, omnes in Africa portus occupati sunt. Ad eas angustias vtriusq; redacta fuit, vt à sperantibus hominum quoque comitibus degustatum iri, vox huiusmodi, Cirrensibus ludis emittitur. Pretium pone carni humana. Procopius belli Gothorum libr. 3. longè ante medium, Virgilius, inquit, non abundi procumberent, insepulti que passim manerent, manus antristes Bizantium venit. Eodem tempore & Romani in Placentia vrbe obsessi à Totila, omnibus iam necessariis deficientibus, fame coacti: sibi genere vtebantur mortalibus insueto, vt qui se inuicem esitarent. Quo factum, vt se ad Placentiam hostibus deditione tradiderint salute pacis. Nec secus in vrbe Romæ obsessis necessaria omnia deficiente Romæ verò cum illa à Gothis duce Totila obsessa esset, tanta fames inualuit, vt vtriusq; homines vescerentur decore ne vel sapore, vel innatis offenderentur aculeis. Quibus deficientibus, quum earum non magna his copia esset, appetentes ad saturitatem non omnes haberent, corpore externis denique cœperunt, plerique verò vel incedentes, vel detentibus adhuc ipsi vtriusq; mandentibus, de improviso exanimati cadebant, iamque vel purgamentis in cibum; & fetoribus vtebantur.

Nonnulli etiam fame nimium degravati, manus sibi inferebant, quum nec canes quidem nec mures de cæteris inuenirent, nec aliud vsquam demortuum animal, quibus vti in cibum possent. Erat inter cæteros Romanus vir quidam, liberorum quinque factus iam pater, hunc filij omnes circumspiciendo, præhensandoque vt assolerent, circumspiciendo efflagitabant. Tum ille nec ingemiscens quidem, nec in edito turbationis indicio, se, fortissime dolore dissimulans, filios iussit subire: vt cibum mox accepturos: Vbi verò præ Tyberis pontem peruenit, capite obuoluto, velut in oculis, in Tyberis aquas confestim desiluit, spestantibus vtriusq; Romanisque cæteris, qui ea tunc forte è regione consistiterant. Idem Procopius de bello Gothorum libr. Secundo post medium. Tanta fuit, inquit, annonæ caritas apud Theodosium, vt frumenti in modum è glandibus commolitis coactum panem ederent: vnde multi mortales paucis supplicibus

interibant. Fuere qui fame cogente alternis se esitarent. Fæminas item duas fuisse tunc tradunt, quæ viros 17. interfectos absumperint, diuertentibus ad se peregrinis, obsequioque dormitantibus interfectis, diuescebantur, à 18. vitiis, qui ad has forte diuertentibus, somno tunc subdito experteret, & ne vllus comiteatus in portum Romanum aduectetur, omnes in Africa portus occupati sunt. Ad eas angustias vtriusq; redacta fuit, vt à sperantibus hominum quoque comitibus degustatum iri, vox huiusmodi, Cirrensibus ludis emittitur. Pretium pone carni humana. Procopius belli Gothorum libr. 3. longè ante medium, Virgilius, inquit, non abundi procumberent, insepulti que passim manerent, manus antristes Bizantium venit. Eodem tempore & Romani in Placentia vrbe obsessi à Totila, omnibus iam necessariis deficientibus, fame coacti: sibi genere vtebantur mortalibus insueto, vt qui se inuicem esitarent. Quo factum, vt se ad Placentiam hostibus deditione tradiderint salute pacis. Nec secus in vrbe Romæ obsessis necessaria omnia deficiente Romæ verò cum illa à Gothis duce Totila obsessa esset, tanta fames inualuit, vt vtriusq; homines vescerentur decore ne vel sapore, vel innatis offenderentur aculeis. Quibus deficientibus, quum earum non magna his copia esset, appetentes ad saturitatem non omnes haberent, corpore externis denique cœperunt, plerique verò vel incedentes, vel detentibus adhuc ipsi vtriusq; mandentibus, de improviso exanimati cadebant, iamque vel purgamentis in cibum; & fetoribus vtebantur.

V v s. edituri,

Procopius.

Paulus
Diacon⁹
lib. 16. in
Iustiniano.

Xiphilin.
in Seueri
imper.

Eusebius
lib. 9. ca.
7. histor.
Eccles.

edituri, se fame confici clamarunt, & ad hanc vocem accedentes, quosdam corpora proiecta multorum dierum spatio infelpuluerum miserandum spectaculum oculis intuentiam exhibuerunt. Pectus autem omnes domos integras & familias penitus depauperabatur, & eos vel maxime, quos fames propter alimentorum affluentiam, qua fruebantur, consumere & conficere non poterat. Quocirca mors his duobus telis, peste videlicet & fame, hoc modo bellum gerens vniuersas famulantes breui temporis spatio absumpsit, & depasta est. Atropontis tyranni Maximini ostentationis, & decretorum per singulas ciuitates contra nos sancitorum tale praemium merces fuit. Christianorum in publica calamitate pietas clarata est, in sepeliendis corporibus, & panibus distribendis, ijs qui fame vrgebantur. Hæc Eusebius. Sed ve nos externas historias, externaque nationes aliquantisper commueramus, non erit extra rem, nec lectori forte iniucunda. Herodotus libro tertio circa principia, de Cambysi exitu, quem protinus commeatu omnis, quem secum habebat, defecit: mox & iumenta ad vescendum defecerunt. Cambyses nihil pensi habens assidue cum exercitu proinde ulterius, nec retrodixit exercitum. Milites quandiu quædam de terra fumerent, habuerunt, herbis victitauerunt: at tandem ad sabulum peruenire, ibi nonnulli diram rem perpetrarunt. Nam sortiti ex seipis decimum quemque commeatum, intermissa aduersus Æthiopes expeditione, rediit. Valerius autem Maximus libro septimo capite 6. de necessitate, memoria prodidit.

Valerius
lib. 7. c. 6.

Casilinates obsidione Annibalis clausos, alimentorumque facultate defectos, lora necessariis vinculorum subducta, æque scuris detractas pelles, feruenti resina aqua mandere cœpisse. Idem Cretenfes obsidione Metellorum ad vltimam usque penuriam compulsi, sua iumentorum suorum vrina, licet torserunt, insidius dixerim, quam sustulerunt. Rursus ibidem. Numantini à Scipione vallo & oppugnati, cum omnia consumpsissent, ad vltimum manentium corporum capibus vsi sunt. Quapropter in vltima vrbe, complures inuenti sunt artus & membra mortuorum corporum, sine suo gestantes. O indignum spectaculum! Calagurritani verò obsidione cincti à Cneo Du-

quod, quia nullum iam aliud in vrbe eorum super animal, quos suos nosque ad vsum nefariæ dapis venterunt. Quoque diutius armata iuuentus viscera sua visceribus suis miseret, infelices cadauerum reliquias salire non dubitauerunt. Omne serpentum ac ferarum genus comparatione suo solo feritatis superauit.

Nam quæ illis dulcia vitæ pignora proprio spiritu chariora sunt, ea Calagurritanis prandia atque cœnæ extiterunt. Hæc Valerius ibidem Sozomeni historia Ecclesiastica (vt lib. 6. c. 2. nos docet quod sub Iuliani desertoris & Apollata impenio, diutinæ siccitates Dei iudicio ac vitione acciderunt: fructus, ac aëris salubritatem labefactarunt. Hinc tanta penuria ad victum necessarium penuria orta est, vt homines compulsi, pabulo animalia ratione carentia vi solent, viderentur. Quin etiam pestis secuta est, quæ suos secum

Sozome.
lib. 6. c. 2.

duxit morbos, & hominum corpora extinxit. Apud Eusebium historia Ecclesiastica libro tertio capite 6. de fame, quæ apud Iudæos inualuerat Christophorono interprete, ex Josepho de bello Iudaico, refertur, quomodo pudorem, & reverentiam omnem superauit fames. Non enim pudebat viros viris cibum adimere, nec liberos parentibus, nec quod multo omnium miserimum est) matres ex ipso ore liberum ore alimenta extorquere. Quæ, cum charissimi liberi in manibus præ hac luce iam penitus emarcescerent, guttas illas in ora instillatas, quibus sustentabatur, eis violenter auferre minimè temperarunt. Habetur apud Iosephum libro sexto de bello Iudaico, capite 11. circa finem, interprete Gelenio, quod reuerentia dignum in fame negligitur. Vxores viris, filij parentibus, & matres cibum infantibus ex ipso ore rapiebant, & marcescentes inter manus charissimus nemo parcebat, quin vitæ guttas auferret.

Eusebius.

Iosephus.

Iterum ibi capite 14. Adolescentes veluti vmbrem mortuorum per fora versabantur, & vbi quem casus occupauerat, sedebant præ fame. Item capite 16. siue vltimo sexto Refert Iosephus ad hoc necessitatis fuisse quosdam compulsi, vt cloacas rimarentur, bouumque veterem simum, alimentum haberent. Stercusque collectum, quod ne visui eorum tolerabile fuerat, cibus erat. Hæc Romani quidem videntes miserati sunt. Et libro septimo capite 7. ea colligentes præ necessitate, quæ nullum quam vis sordidissimum

mutorum

Sozom
nus li. 9.
cap. 8.

mutorum animalium non horreret, comedere tamen
bantur. Quin etiam veteris foeni laceramenta victu hab
bantur. Cuius nonnulli exiguum pondus quatuor artic
nundabant. Haecenus Iosephus de prodigiosissima Iuda
zomenus etiam lib. 9. cap. 8. praeter ea quae de obfessione
ma diximus sub imperatore Honorio, & Alaricho. Fam
quit, in tantum inualuit, ut & castaneis pro frumento
rentur, & nonnullos etiam carnes humanas gustasse sus
fuit. Sed de fame (a qua nos seruet Christus) quae etiam
digum ita exhaustit, & confecit (ut supra patuit) vne
quas quidem cum porcis haberet communes, satis
que diximus, ad sequens progrediamur exemplum, quod
huiusmodi.

Erant multi leprosi in diebus Elisai. Nemo autem mundatus, nisi Naaman Syrus, 4. Regum 7. Quatuor leprosi erant in Samaria. Tamen per Elisaeum non fuerunt illi curati extraneis. Dominus ob peccatura lepra immisit, in nam scilicet murmuris Mariae sorori Moysi & Aaronis, mer. 12. Turpis quaestus, & sacrilegae auaritia famulo Giezi, 4. Regum 5. Audaciae autem & usurpationis facilius muneris ac officij, Regi Ozie 2. Paralipomenon 26. res tempore Christi in Euangelio legitimus fuisse leprosis sunt & ad Christi mandatum, dum irent, ut se sacerdotibus ostenderent, Luc. decimo septimo. Sed vno excepto alienigena, nempe Samaritano, nouem reliqui ingrati fuerunt cepti beneficij, nec Christo gratias habuerunt.

Quadam alia vice deprecabatur eum leprosus, dicens *Domine, si vis, potes me mundare*, & verbo Domini confirmatus est, Matthi capite octauo. Leprae autem proprietates ad peccatorum species transferuntur. Primae potis inflatio, superbia est. 2. sitis accensio, auaritia. 3. huiusmodi radicalis conlumpcio, inuidia, quae consumit, & exurit charitatem. 4. contagiosa affectio. (Ideo enim exacerbat manere iubentur ne sanos inficiant) haec affectio, luxuriantiam, & vicissim. 5. foetidus & grauis spiritus sine caritate. Nam lupa siue meretrix, inficit lue venerea & contagiosa tatem, & vicissim. 5. foetidus & grauis spiritus sine caritate. Debet ideo leprosus ex lege, habere hos velle curatum, Gula est.

Ad hunc modum enim gulosus foetet, propter cibum corruptio nem, & ingluuiem. 6. Rauca locutio

est, quae clamosa & raucedine est obrusa. 7. Memborum malitatio est acedia & pigritia. Sicque per lepra cum 7. illis malis conditionibus, septem mortalia non incommo duntur peccata: Quae ut perfecte eluantur, necesse est (Naaman exemplo 4. Regum 5.) lauari septies in Iordane, & mundabimur pueri innocenis inlar. Quod est dictu pernitentiae sacramento, nobis dignos poenitentiae fructus facientibus, conferetur septiformis spiritus in suis charitatibus, & donis numero septenario, totidem mortali peccatis oppositis & contrariis. In vidua autem, & Naaman alienigenis, gentium Ecclesia adumbratur. Sequitur

Repleti sunt omnes ira, hac audientes. Quam bene monuit Ecclesiastes cap. 7. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in seculi requiescit. Iac 1. Ira viri iustitiam Dei non operatur. Iac. 1. quorb. 27. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor, in illis aperte patuit, quippe qui Christum, praecipitem ree e montis supercilio voluerunt, Iob. 36. Non re superes ira, aliquem opprimas. De ira cohibenda est hic per-opportunus Psal. 36. Desine ab ira, & derelinque furorem. Nam, ut Horatius lib. 1. epist. ad Lolium 1. sed in ordine, 2. epist.

Ira furor brevis est: animum rege, qui nisi paret, imperat, hunc frenis, hunc tu compeisce catena. Plut. 10. marachus tom. 1. Opuicutor. in apophthegmatibus Roma 1. Opusc. arum: Caesar Augustus ab Athenodoro Philosopho amonuisse fertur. Cum irasceris, Auguste, dixit, nihil ante in apoph. dixeris, vel feceris quam tecum 24. orationis elementa Rom. regeris, vel tecum ipse percurreris. Ibidem. Cato Major regbar iratum ab infano tempore duntaxat differre. Siqui (ut ait quidam) ira furor brevis est. Valerius lib. 9. cap. 3. Horat. lib. 1. epi. 2. & odio, agens speciatim de ira Alexandri. Alexan- am, inquit, iracundia sua propemodum caelo detripuit, Ly- sto. 2. machum Leoni obiecit, Clytum hasta traiecit, Callisthe- Valer. li. am mori iussit. Herodes an non perpetua notandus infa- 9. cap. 3. tus, qui praer ira paruulos innocentes internecioni dedi- gibus Seneca libro primo de ira cap. 16. Cn. Piso fuit me- lib. de ira onia nostra vir a multis vitiis integer, sed prauus, & cui pla- cap. 16. ceat pro constantia rigor. Gen. 43. scum iratus duci iussisset eum, qui ex comearu siue amillione redierat, quasi interfecisset, quem non exhibe- roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit. amnatus extra vallium deductus est, & iam ceruicem por- rigebar,

Luc. 17.

Matt. 8.

rigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio praepositus, condere gladium spiculatorum iubet: damnatum ad Pisonem reducit, reddiditque Pisoni innocentiam. Nam militi fortuna reddidit, ingenti accursu deducuntur, complexi alter alterum magno gaudio castrorum commilitones. Conscendit tribunus, dicens Piso, ac iubet duci utrumque, & eum militem, qui occidit, & eum qui non perierat. Quid hoc indignus? Quis vnus innocens apparuerat, duo peribant, Piso adiecit & militem. Nam illum Centurionem qui damnatum reduxit, ei iussit.

Constituti sunt in eodem loco perituri tres ob vnus centuriam. O quam solers est iracundia ad fingendas causas furoris. Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es. Te, quia causa damnationis commilitoni fuit. Te, quia iustus non dedit, Imperatori non paruisti. Excogitauit quomodo criminata faceret, quia nullum inuenerat. Habet, inquam, iracundia hoc mali. Non vult regi, irascitur veritati ipsi, si contra voluntatem suam apparuerit. Hæc Seneca. Quam iracunda mala ab ira proficisci constet, parricidia, dico, cædem, emotæ mentis apertissima indicia. Nonne frænare & contemere iracundiam fuerit salutare admodum, & Christiano

Gen. 45. mine hoc est, leni ac mansueto dignum? *Genes. 45.* Ne irascimini in via, dicebat Ioseph fratribus, sic mysticus nollet Ioseph, nempe Christus, quamdiu sumus in hac vita, (viam ideo nuncupati) quos non dedignatur suos vocare fratres. *Narrabo nomen tuum fratribus meis,* inquit, idem vult præstare & efficere.

Matt. 5. Qui iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio. *Matth. 5.*

Iob. 5. Virum stultum interfcit iracundia, & paruulum occidit. *D. Greg. dia.* In quem locum Diuus Gregorius libro quinto moralium capite 11. hoc verum est. Bene ante nos quidam sapienter comedit matrem suam. Et capite 33. Alia est ira quam patientia excitat, alia quam zelus iustitiæ format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur.

Ecclesiast. Dat exemplum de ira Phinees ex virtute, hanc quia non habuit, Deum contra se excitauit. De hac in *Psalm. 78.* *Ira scimini, & nolite peccare.* De hac *Ecclesiastes,* *cap. 7.* *D. Hieron.* septimo scripsit: *Melior est ira risu, quia per tristitiam corrigitur animus delinquentis.* Ibidem *D. Hieronymus* *Ecclesi.* sus dissoluit sapientem, ira corripit & emendat.

nobis, si quando peccauerimus, irascamur & aliis, per tribulationem quippe vultus, melior fiet animus, vt interpretatus est Symmachus. *Ephes. 4.* *Sol non occidat super iracundiam vobis.* Ibidem, *omnis amaritudo & ira & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia, Iacob. 1.* *Iac. 1.* *omnis homo tardus ad iram.* Cain iratus fratrem suum occidit, ob iram Esau in fratrem Iacob conspirat, Saul Dauidem persequitur, *Prouerb. 15.* *Vir iracundus prouocat rixas.* Quoniam, vt ait, Seneca, libro tertio de ira, capite duodecimo. Maximum remedium iræ dilatio est: Ideo, vt *Calpurnius* refert in tripartita, libro nono, capite trigesimo de *Theodosio* imperatore, & *D. Ambrosio*, & citatur vade decima ratione tertio capite. Cum apud *Thessalonicam*, &c. *Quia Theodosius 7000.* *Thessalonicensium* præ ira mixtim, & oblique delectu noxiorum vel insontium, occidit, excommunicatur à *Beato Ambrosio* 8. mensibus. Quoniam, in furor tuum iudicium submisisti, scribe legem, quæ de rege furoris euacuet, vt 30. diebus sententia necis, & pro reptionis in literis tantum maneat, & iudicium rationis exspectet. In his diebus agnosceatur, an iusta, an iniusta sit sententia. Si iusta, infirmabitur: si iniusta abolebitur. Dierum numerus ad examinanda sufficit.

Habetur lex ista lege si vindicari, C. de pœnis. Si vindicari aliquos seuerius iusserimus, nolimus statim eos, aut sub pœnam, aut excipere sententiam: sed per dies 30. super eorum fors & fortuna suspensa sit. Reos interim vincula custodia, hoc fuit *Theodosij Magni* rescriptum. Quoniam autem (vt ait versus)

Impedit ira animum ne possit cernere verum.
 Iudicium consultum est principibus viribus, & iis, qui aliorum vitia castigare errata, vt quamdiu in eis ira exarserit, ac correctiones & exigendas pœnas non procedant: sed ira prius posita ad castigaciones deinde aggrediantur. In profana historia multa hæc de re extant exempla. *Cicero* libro quarto *Tuscul. quest.* & *Valerius* libro quarto, capite primo de animi moderatione, narrant de *Archyta* *Tarentino* laudato viro, qui cum villico factus esset iratior: Quo te malo, inquit, qui cum villico factus esset iratior: Quo te malo, inquit, excipissem, nisi iratus essem? *Tarentinus* *Archytas* *Pithagoreus* rura sua reuifens, animaduertit negligentiæ villici corrupta & perditâ, inueniensque malè meritum. Sumptissem, inquit, à te supplicium, nisi tibi iratus essem. Maluit impunitum dimittere, quàm propter iram grauius iusto

Ephes. 4.

Iacob. 1.

Prou. 15.

lib. 3. de

ira c. 12.

Cassiodo

li. 9. c. 3.

hist. vrip.

11. q. 3. c.

cū apud

Thessal.

Lex.

Impedit ira

lib. 4. de

lib. 4. de

lib. 4. de

lib. 4. de

Sic enim accommodare licebit. Ut pauper ille sapiens sit Cicerone, qui à popularibus suis & concubibus Nazarenis deprecatus est, & quantum in ipsis fuit grauitè acerbè que lætus offensus. Hæc fuit illorum ingratitude. Apud Senecam Controuersia. libro septimo, Controuersia secunda. Themistocles, Popilium patricidij reum, Cicero defendit, abfoluit, & caput eius ad Antonium retulit. Accusatur de morte Popilij. De hoc agit Valerius, libro quinto, capite tertio, de ingratitudine M. Cicero ait, C. Popilium Lænatem Picenæ regionis, rogatu M. Cælij, non minore cura, quàm eloquentia defendit, eumque causa admodum dubia fluctuantem, saluum ad penates suos remisit. Hic Popilius postea nec re, nec reus à Cicerone læsus, utrò M. Antonium rogauit vt ad illum per scriptum persequendum & iugulandum mitteretur. imperatorisque detestabilis ministerij partibus, gaudio exultans, Cæliam tam cucurrit, & virum certè salutis eius auctorem priuati sibi venerandum, iugulum præbere iussit, ac proximus caput rauit, & alacer in urbem reuersus est. Neque ei scelus tantoni onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite quondam perorauerat inualidè ad hoc monstrum fugilludum literæ, quoniam qui talem Ciceronis casum satis deplorare possit, alius Cicero non extat. Hæc Valerius Appianus Alexandrinus libro quarto ciuiliū bellorum, Lænam quamuis quodam Ciceronis patrocinio causam uicerat, tractum è lectica eius caput. ter ictu præsecuit magis quæ scidit, ob imperitiam. Manum quoque abscondit, qua contra Antonium tanquam contra tyrannum orationes scripsit, & ad imitationem Demosthenis Philippicas inritulauerat. Hæc fecit Lænas. Hactenus Appianus libro quarto ciuiliū bellorum principia, Sigismundo Gelenio interprete. Non Lænas, uerius iustiasque Læno dicendus. Non Popilius, sed populus, helleuòque rectius agnominandus qui seruatores tantoni ingratisissimus mortalium, & pessimus interfecit. Sic iherosolimitanus, nebulonis ritu, populares Christi (Patriotas uulgò appellat) conciuem suum necare uoluerunt. Narrat Valerius libro quinto, capite tertio, de ingratitude Lacedæmoniorum aduersus Lycurgum: Neminem Lycurgo aut maiorem aut uiliorum virum Lacedæmon genuit, ut potè cui Apollo Pythius oraculum petenti respondisse fertur: Nescitis utrum illum hominum, an Deorum numero aggregaret.

*Senecal.
lib. 7.
contro-
uer. 2.*

*Valer. li.
5. cap. 3.*

*Appi. li.
4. bello-
rum ci-
uiliū.*

*Vale. li.
5. ca. 3.*

Hic ramen neque vitæ summa sinceritas, neque constantissimus erga patriam amor, neque leges salutariter excogitata auxilio esse potuerunt, quominus infestociues experirentur. Sæpè enim lapidibus peritus, aliquando furore publico affectus, etiam priuatus oculo, ad vltimum ipsa patria pulsus est. Tam ingrata aduersus tam bonè meritum exiit. Hic mihi videre videor descriptum legislatorem Iudæorum Moysen, quem lapidibus non semel petierunt Iudæi, qui tyrum in parte gessit legislationis nostri Christi, qui non secus prænominati, lapidibus pluries à Iudæis suis. etiam ciuibus, tentatus, furore publico è Nazareth sua patria expulsus, à sua tandem gente, cruci suffixus fuit. Item, auctor sibi supra, contigisse Soloni refert. Solon, inquit, qui tam præclaras, tamque utiles Atheniensibus leges tulit, vt si his perpetuò uti uoluissent, sempiternum habitari fuerint imperium, cui multis nominibus erant Athenienses obstricti & obligati, senectutem Cypri profugus exegit. Neque ei in patria, de qua optimè meruerat, humari contigit. Aristides etiam quo totius Græciæ iustitia censetur, continentiarum quoque eximium specimen, patria excedere iussus est. Felices Athenas, quæ post illius exilium inuenire aliquem uirum bonum, aut amantem sui ciuem potuerunt, cum quo tunc ipsa sanctitas migravit! Ironicè dictum arbitror, & cum quadam inuectiua. Themistocles eorum qui ingraram patriam experii sunt, celeberrimum exemplum; cum illam in columem, claram, opulentam, principem Græciæ redidisset, eo usque sensit inimicam, vt ad Xerxis, quem paulò ante destruxerat, non debitam sibi misericordiam perfergere necesse haberet. Quid obest igitur quin publica dementia sic existimanda, beneficia iniuriis rependere? quod cum ubique, cum præcipuè Athenis intolerabile uideri debet: in qua urbe aduersus ingratos actio constituta est. Et rectè: quia laudandi & accipiendi beneficij commercium, sine quo uix uita hominum constat, perdit & tollit quisquis bene merito reme referre gratiam negligit. Contra Athenas hæc ciuitas potest esse querela, & inuectiua. Nempe Militiadem in carcere mori, Cimona paternas induere catenas, & Themistoclem victorem uicti hostis genua complècti, Solonemque cum Aristide & Phocione penates suos ingrata fugere cõgisti. Lege itaque legem, qua te iureiurando obstrictum tenet: & quia benemeritis debita reddere præmia noluiti, talis iusta piacula exolue.

Senec. li. 4. de beneficiis. cap. 37. Tantūdem patriæ Christi, genti perfidæ dici posse, & mentem credere par est, imò æquissimum. Seneca libro quarto de beneficiis capite 37. memorabilem recitat historiam eiusmodi Philippus Macedonum Rex habebat militem manu fortis, cui subinde ex præda aliquid virtutis causa donauerat, hominem venalis animæ crebris auroamentis, id est, accendebat. Hic naufragus in possessiones cuiusdam Macedonis expulsus est. Quod vt Macedoni illi nuntiatum occurrit, spiritum eius recollegit, in villam illum suam stultit, lectulo suo cecidit, affectum semianimemque reuertit, diebus triginta impensa sua curauit, refecit, viaticum struxit, subinde dicentem: Gratiam tibi referam, videret tūm mihi imperatorem meum contingat. Narrat Philippo naufragium suum, auxilium tacuit, & protinus petiit tibi prædia cuiusdam donaret: Ille quidem erat hospes eius ipse, à quo receptus erat, à quo sanatus. Multa inter reges, in bello præsertim, operis oculis donant. Non sicut homo iustus tot armatis cupiditatibus. Non potest quam eodem tempore, & bonum virum & bonum ducem agere. Illum Philippus induci in bona quæ petebat. Expulsi bonis suis ille, non vt rusticus, iniuriam tulit, contentus quod non & ipse donatus esset: Sed Philippo epistolam strictam ac liberam scripsit: qua accepto exarsit, vt statim Pausaniæ mandaret, bona priori donaret restitueret. Cæteram improbissimo militi, ingratisimū piti, auidissimo naufrago, stigmata inscriberet ingratisimū spiritem testantia.

Dignus quidem fuit cui non inscriberentur illæ litteræ, inculperentur, qui hospitem suum nudo & naufrago in lectulo, in id in quo iacuerat ipse lectus expulerat. Adhuc vtiq; fuit, quod summo scelere inuaserat Ibi dicitur capite 38. Dabit tibi Philippus quia promisit, etiam si non daret, etiam si iniuriam facturum, etiam si vno facto periturus est naufragus littora? Non est leuitas, à cogitatum damnato errore discedere, & ingenuè fatendum est, & putauit, deceptus sum: hæc verò superbæ stultitiæ persectia est: Quod semel dixi, qualecunque est, fixum ratum sit. Non est turpe cum re mutare consilium. Age si Philippo possessorem illum eorum littorum reliquisset, que naufragio ceperat, Nonne omnibus miseris aqua vt igni inueniatur? Potius est, inquit, intra fines regni mei, te litterarum oculis inscribendas, durissima fronte, circumferre, Ob-

quam sacra res sit mensa hospitalis. Præbe in facie tuâ legendum istud decretum, quo cauetur ne miserostecto inuolare capitale sit. Magis ista constitutio sic erit rara, quam si illam in æs incidissem. Hactenus Seneca. Petrus Ærodius tandem ex Seneca rescriptissit historiam, libr. 4. decretorum, titulus 7. de extraordinariis criminibus, §. 30. Philippus Pausaniæ mandauit, curaret bona priori domino vti primo quod die restituerentur. Ceterum ingratisimo hospiti stigmata inscriberentur, huiusmodi: hic ingratus hospes est: Valerius libro secundo cap. 6. de externis institutis, quid illud institutum Athenarum, quàm memorabile? quod conuictus a patrono libertus ingratus iure libertatis exiuit. Superi deo te, inquit habere ciuem tanti muneris impium estimatorem. Nec adduci possum & credam vrbi vtilem, quem domui celestem cerno. Abi igitur & esto seruus, quoniam liber alleuisti. Hęc Valerius. P. Ærodius libr. tercio decretorum titulus 2. de iure patronatus §. 1. conuictum ingratitude omnino quidem Athenienses & Mafsilienses, & Valerius ait libro secundo in seruitutem retraxerunt: & hi quidem etiam post tres manumissiones. Cic. libr. 7. epistol. ad Atticum, ep. 2. in fine, & surpauit vetus illud Drusi, vt ferunt, Prætoris in eo, qui eadem liber non iuraret: me istos liberos non addixisse, præsertim quum adesset nemo à quo rectè vindicarentur. Quæ verba, vbi supra, reperens Ærodius. Prorsus illud memorabile est Drusi Prætoris qui (vt scribit Cicero) quem seruum manu miserat, si eadem liber non iuraret, quæ seruus iurauerat, hoc est, si ingratus & immemor beneficiorum esset, negabat se eum liberum addixisse. Cornelius Tacitus annalium libr. 13. paulò ante medium. Circa idem tempus sub imperio nimirum Neronis, actum in senatu de fraudibus libertorum, efflagitatumque vt aduersus malè meritos, reuocandæ libertatis ius patronis daretur: Nec deerant qui censerent, sed consules relationem incipere non ausi, ignaro principe, perscribere tamen consensum senatus. Quid aliud læso patrono concessum, quàm vt vicesimum vltra lapidem in oram Campaniæ libertum releger? Tribuendum aliquod telum quod sperni nequeat. Nec graue manumissis per idem obsequium retinendi libertatem, per quod assecuti sint, ac criminum manifestos, meritò ad seruitutem retrahi, vt metu coercerentur, quod beneficia non mutauissent. Disserebatur contra: Paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere. Nihil vniuersorum iuri derogandum, quippe latè diffusum id corpus, hæc sententia

Pet. Ærodius. li. 4. decret. tit. 7. §. 30.

Valer. l. 2. cap. 6.

aliàs doct. mi.

P. Ærodius. lib. 3. decret. tit. 2. §. 1.

Cic. li. 7. epist. ad Att. epist. 2.

Cornel. Tacit. li. 13. annalium.

rentia valuit, scripsitque Cæsar senatui, priuatim experirent causam libertorum, quoribus à patronis arguerentur. commune nihil derogent. Hæc Cornel. Tacitus. Suetonius. Claudius Cæsar §. 25. ingratos & de quibus patroni quererentur, reuocauit in seruitutem, aduocatisque eorum negantibus aduersus libertos ipsorum ius dicturum. Hæc ibi. In quo Cæsar diu exemplum Atheniensium secutus videri potest, quos (vt supra dictum est) conuictus à patrono libertorum gratas, iure libertatis exiit. De ingratis filiis, & causis gratitudinis, supra aliis diximus concionibus, nec est necesse hic repetere, de ingratis item agricolis, & sparsim multa contra ingratos dicta fuerunt: tamen quoniam de ingrato quodam hospite milite nunc scripsimus, de alio hospite gratissimam animantium specie pulchrum erit dicere. Scribit A. Gellius libro quinto capite 14. ex Appione Polyhistoro, quod cece se in vrbe Roma vidisse quod sequitur. Ad pugnam cum leonibus seruus vnus consularis Androdus nomine, in circum introductus erat. Hunc Leo procul recognouit, clamulans, & lingua manus leniter demulcens. Androdus Cæsar narrat, quod cum dominus eius esset proconsul Africae, ipsum ob crudelitatem effugit. In speluncam se abscondidit, & Leo cruento vno pede opem petens, Ego, inquit, Androdus, stirpem ingentem pedi hærentem reuulsi, sanientia pressi & detersi: & cum ex antro Leonis recessisset captus in cellulis, vt fugitiuus Romam perductus sum, damnatusque ad bestias. Ille Leo qui capus etiam fuerat, gratias nunc beneficij & medicinæ refert. Sic Androdus dimittitur ille liber, Leoque illi donatus, quem deducebat per vrbes omnes videntes mirabundi dicebant. Hic est Leo hospitem minis, hic est homo medicus Leonis. Hæc fidelissime & elegantissime à Gellio referuntur, quæ sic contraxi: Instans Androdij libro secundo decretorum titulo 18. de fugitiuis, vt plenior narrationem ex A. Eliano (qui sub Imperatore Antonino pio vixit) me conferrem: quam mox subiicit A. Erodius refert Androdum à Cæsar Caligula cunctis precibus poena solutum esse, ob eam Leonis & Androdij tuam recognitionem, cui Appion ille interfuisse se dixit (vt sub Caligula fuit) Teste: Suida dictione *ἀντιωρ*. Ille, inquit, docuit Romæ sub Tiberio Cæsar, & Claudio, æqualis Dionysij Hallicarnassei. Scripsit historiam. hæc ibi. A. Elianus libro septimo de animalibus, capite 48. id est, vltimo. Cuius à Senatore Romano, ait, seruus, cui nomen Androcles erat,

Sueton.
Claudio Cæsar §. 25.
Claud. §.
25.

A. Gell.
libro 5. cap. 14.

A. Erodius.
libro 2. de decretis.
tit. 18.

effugisset: in desertissimam processit regionem, ibique speluncam subiens, ab æstu requiescebat. Hæc autem spelunca Leonis erat cubile. Posteaquam ex venatu Leo summo cum dolore quo laborabat ex pede transfixo stirpem à summo præterea reuertisset, atque in iuuenem, qui intra specum abscesserat, incidisset: ipsum leniter respexit, ac blandiri cepit, & pedemque porrexit, & quoad poterat sibi stirpem extrahi rogabat. Ille primo, & si mors illi necessaria erat, ab eo petente, deinde postquam mansuetam vidisset belluam, & pedem mortuum cognouisset, tum id quod pedem vexaret, euellit, tum vero dolore liberauit. Qua curatione Leo delectatus, eum hospitaliter & amice tractando, & quæ venaretur cum eo communicando, præmium salutis perfoluit. Itaque totidem annis ibi Androcles ætatem duxit.

Et cum tandem eiusmodi habitationis illum tæderet, quod corpus ei omnino incomptum, illorumque prurigne nimia vexaretur, à Leone discendens, vagari & se fortunæ committere cepit. Cumque vbi esset, intellectum fuisset, comprehenderunt eum, vincuntque Romam ad dominum miserunt. Is destrahendus bestiis datur. Tum vero ille Libycus Leo forte captus fuit, & in theatrum immisus: simul & eo pereundum coniectus est homo, Leonis aliquando hospitem conuictor. Is primum quidem seruatore suum non recognouit: Leo contra statim hominem diuersorem suum cognouit, suauiterque blanditus est, & totius corporis inclinatione ad pedes hominis se abiecit, Androcles tandem eum hospitem recognouit, & Leonem tanquam peregre venientem amplexatur. Quamobrem cum artis magicæ penitus videretur Androcles, immissa est in ipsum pardalis, quæ eum inuadere cum aggredere, Leo illum, qui videlicet aliquando salutem attulisset, ab huius laniatu seruauit, & eumque lacerauit. Spectatores (vt par erat) incredibili tenentur admiratione: Qui autem spectacula præbebat, Androclidem accersit, ab eoque totam rem cognouit. Inde prius rumor in multitudinem effluxit, deinde re cognita, potentius clamorem sustulit, cunctisque consensus multiplicem præmium dedit, homini ipsi & leoni esse largiendam libertatem. Constat igitur brucis quoque non deesse memoriam, hæc A. Elianus. Quæ tam rara historia elegantissimo stylo, & homate hispanico descripta est à domino Antonio de Guera nostri quondam instituti, & ab eo ad episcopatus honorem & ordinem assumpto, epistolarum familiarium pri-

*Do. An-
zo. de
Guena-
ra epist.
par. 1. e-
pist. 28.*

ma parte epistola vigesima octava in impressione An-
piens, lingua hispanica: Et quoniam in Gallicam trans-
sunt & conuersæ, vertere supersedeo.

Dicam tantum, quod Titi Imperatoris filij Vespasi-
& fratris Domitiani, temporibus id contigisse affir-
quod supra Caligulæ imperio, qui multis præcesserat
nis, accidisse relatum est. Item vocat seruum An-
cum. Dicebant autem Romani ad peregrinos de hec-
to perquirentes prodigio, hic Leo est hospes huius
nis, & hic homo est medicus huius Leonis. Gellius

*Plin. li. 8.
ca. 16.*

men Cæsaris non expressit. Plinius libro octauo capite
de Leonibus, refert quomodo Elpis Samius natione, in
fricam delatus naue, iuxta litrus viso Leone hiatu
fugam petiit, conscensa arbore, intelligens autem quod
ferationem quæteret, os enim morsu audiore hæserat
bus) illud tandem euellit Leoni quàm maximè se ac-
modanti, quamdiu naus ea in litore stetit, retulit gra-
venatus aggerendo. Vides gratitudinem inesse Leonibus

*Ælian.
var. hist.
lib. 13. ca.
46.*

&, quod mirum magis videatur, etiam in draconibus
tituisse, memoriæ proditum est, vt Ælianus tribus
recitat, quæ statim subdo, variæ historiæ libro de
tertio capite 46. In Achaia, inquit, ciuitas est nomi-
træ. In ea puer Draconem paruulum educauerat. Cum
ingentem magnitudinem Draco peruenisset, in solitudi-
dimittitur. Puer factus adolescens in latrones cum
set, & clamorem extulisset, ecce Draco præsto est
lios in fugam vertit, alios interimit: Ipsam verbò
conferuat.

*Idem li.
6. de a-
nim. cap.
63.*

Idem libro sexto de animalibus, capite 63. Draconem
culus cum infante Arcade in Arcadia simul educatus
berur. Deinde cum progressu ætatis, & puer iam adole-
& Draco iam grandior esset, mutuum seruabant am-
Dormiebat aliquando cum puero eodem in lecto. Al-
centis necessarii in locum quàm remotissimum deponit.
Manfit in syluis Draco. Idem hic Arcas iuuenis, cum
desertam sui amantis regionem aliquando iter faceret
latrones incurrrens, auxilium, (vt par erat) exclamauit.
co autem bestia & ad audiendum acerrima, & ad videndum
acutissima, postquam puerum, quo cum amoris com-
dinem habuerat, exaudiuit, edito sibilo, tanquam
denuntiatione, formidinum terrorem illis iniecit: cum
tu alij aliò dispergantur: quosdam deprehensos acci-

orte affecit. Deinde vt veteris amici vulnera purgauit, &
per loca illa in quibus serpentes erant, ipsum est comitatus,
soltea ad eum locum reuertit, quo expositus fuerat. Neque
peruersi homines, antiquum amicum in periculo deseruit.
Hæc Ælianus. Ante quem Plinius libro octauo, capite 17.
scripserat Thoanem in Arcadia seruatum à Dracone circum-
uentum latronum insidiis. Ælianus rursus de animalibus
libro 10. cap. 48. Pindus venationi deditus erat, ei iniurata
magnitudine Draco apparet: collum autem cum capite erat
proceritate, vt vel cum procerissimo homine exæquari
possit. Verum vt eius conspectus Pindum exterruerit, certè
nou in fugam impulit, qui sese ex maximo terrore colligens,
patienter bestiam mitigauit. Nam ei cibum edendum obicit,
& tanquam hospitem mensam, & redemptionis suæ præ-
mium opposuit. Is sanè velut donis delinitus, ex eo loco ex-
cessit, quod quidem ipsum ita iucundum Pindo fuit, vt ea
quæ vel ex venationibus montanis, vel ex aucupio capere
possit, Draconi, tanquam vir bonus & gratus adeptæ salutis
mercedem adferret: Cumque eum omnes diligenter, fratres
solli, in senso atque inimico animo in illum erant. Quam-
obrem eum aliquando solum venantem ex insidiis aggre-
diuntur, strictisque gladiis eum appetunt, atque ad eò truci-
dant. Hunc exclamantem cum Draco ipsius amicus exaudis-
set (etenim est animal sensu audiendi cum acerrimo, tum vi-
dendi acutissimo) confestim suo ex cubili prodiit, & simul
impios circumplicans, suffocauit: at verò cæsum summa di-
ligentia tamdiu custodire non destitit, dum cognatione de-
functo proximi, desiderio eius permoti, ad illum humi ia-
centem venissent.

Hi propius facti accedere tamen & sepultura interfectum
cuidis metu, afficere prohibebantur. Tum hic recondita
quadam ac mirabili natura, intelligens se illos atcere de præ-
udio stationeque cadaueris, tranquillè discessit, quo com-
modius sepeliretur. Magnificè igitur honore sepulture orna-
tus fuit: Bestiarum igitur vis est, eis à quibus beneficium ac-
ceperint, gratiam referre: quod hic non spernenda historia
sumus testati. Hæc Ælianus. Pudeat homines mente ratio-
neque præditos, à brutis vinciri ac superari. De ingratitude
Lænatris supra diximus, de quo (vt istud non prætermittam)
Plutarchus tom. 3. vitarum in Cicerone sic scribit. Popilius
Tribunus, siue legionarius miles, quem patricidij quondam
teum defenderat Cicero, iussu M. Antonij interfecit eum in-
gratissimus

*Plin. li. 8.
cap. 17.
Ælia. li.
10. de a-
nimalib.
cap. 48.*

Plutarc.

gratissimus profecto, & sceleratissimus. De ingratitude Aristotelis erga Platonem supra diximus, quem ideo Platonem nominabat, cum enim lacte matris saturatus est, calcitravit matrem. De libertis ingratum non ita dudum diximus habetur lege si manumissus. C. de libertis & eorum libertate rescripto Imperatoris Conitanti.

Lex.

Si manumissus ingratus circa patronum suum extiterit, quodam iactantia, vel contumacia cervicem aduersus patronum erexerit, aut leuis offensae contraxerit culpam, a patrono sub imperium, ditionemque mittatur, si in iudicio patroni querela exorta ingratum eum ostendat. Adeo hominem exorta quouis modo fuit ingratus, ut ingrati actio contra huiusmodi in iure data fuerit, & concessa. Ingratum mari similis, quod in se aquas dulces excipit, & eas rebus amaras. Sic ingratus pro acceptis beneficiis, regetur merceda, retribuitque iniurias. pro rosas spinas, pro floribus cacas, pro melle absinthium, pro saccharo fel & toxicum. Mores referit pro bonis, qui ingrato bene fecerit. De ingratitude sic D. Bernardus. De Euangelio septem panum sermone secundo, Peremptoria res est ingratitude hostis gratiam in ca salutis.

D. Bern.

Nihil ita displicet Deo, praesertim in filiis gratiae, in hominibus conuersionis, quemadmodum ingratitude. Vnde obstruit gratiae & ubi fuerit illa, iam gratia accessum non uenit, locum non habet. Nonne iure perditum reputatur, quod ingrato donatum est? aut dedisse non poenitet, quod perditum detur? Oportet proinde gratum esse hominem & deuotum, ut percepta gratiae munera non modo manere sibi desideret, & multiplicari. Idem in sermone contra vitium ingratitude. Dum nos pro acceptis non ingratos Deo exhibemus, locum nobis facimus gratiae, ut maiora adhuc accipere mereamur, quodammodo amissum reputans dator quod ingratus accepit, cauet sibi de cetero, ne tanto plura amitteret, quantum conferret ingrato. Rursus in cantica sermone si. In hoc colligere fragmenta ne pereant, id est nec minima beneficia obliuisci.

Idem in Cant. sermo. 51.

Nunquid non perit quod donatur ingrato? Ingratum inimica est animae, exinanitio meritorum, virtutum dissipatio, beneficiorum perditio. Ingratitude ventus vrens, siccat fontem pietatis, rorem misericordiae, fluente gratiae. In omnibus gratias agit. Hec est enim voluntas Dei. Hic D. Bernardus. Gratias bene de nobis meritis agamus pro

1. Thef. 5.

Coloss. 3. Plutarc. Erasmo. Grati esote, ait sanctus Paulus, Coloss. 3. Vel saltem in templo Pyrrhiae, de quo apud Plutarchum tomo primo Opusculorum, in questionibus Graecis, questio 34. haec extat historia, quam etiam Erasmus Chiliadis secundae centuria aetate adag. 1. reculit. Apud Itacham in statione erat naus graeca, in eaque senex cum testis picem continentibus. ad hanc forte fortuna portitor appulit Ithacensis, nomine Pyrrhiae, qui senem nullius sui commodi causa, sed precibus consideratione illius inductus redemit, cadorum etiam nonnullis hortatu eius emptis.

Postquam discessu praedonum data est licentia, senex Pyrrhiam ad fucilia ista adduxit, ostenditque multum auri artemque pici permixtum. Ira Pyrrhiae subito ditatus: cum illis officiis senem coluit, tum bouem ei immolauit. Hinc pro uerbo dicunt, Nemo bene merito bouem immolauit praeter Pyrrhiam. Haec Plutarchus. Erasmus Graecum pro uerbum posuit *id est ἐσπύριον βοῦν ἔθυσεν, ἀλλ' ἢ πυρρῖα*: sic etiam habetur Graece apud Plutarchum. Accommodabitur recte pro uerbum, inquit, Erasmus in uulgatam mortalium ingratitude: adeo ut vix unum reperias qui meminerit officij. Hecille. Finem facio cum Ithacae capite primo memorandam sententiam filios eratriui, *Ex exaltati, ipsi autem reuerent me, Vos cognouit possessorem eius, asinus praesepse dominum: Israel autem me non cognouit.* O stupiditatem! Bestiae cognoscunt, & Israel non cognouit. Naturales quidam sunt animalium instinctus, & recognitiones, ut Androdi serui & canis murua recognitio, de qua Gellius, illa pueri Achayci, & Draconis, de qua Aelianus, & Ceraenei Milestij ac Delphini, de qua Athenaeus libro decimo tercio, cap. trigesimo. Quod Delphini gratias referre nouerit, hoc probatur exemplo. Phylarchus scribit, Ceraeneum Milesum, cum piscatores uidisset Delphinum in retibus cepisse, eumque esse occisuros, dato argento quod pactus fuerat, in pelagus eum rursus dimisisse, cum postea naufragium perpeffus fuisset, omnesque reliqui perisifolus Ceraeneus a Delphino fuit seruatus.

Athe-naeas.

Cum postea mortuus esset in patria ob senectutem, cadauere secundu mare forte efferretur in Mileto, multitudo gens Delphinum, vel Delphinorum (uariè enim inuestitur, & declinat) eo die in portu conspecta est quae parum ab iis abierat qui Ceraeneum gestabant, quasi simul virum efferrent, & ad sepulturam comitarentur. Haec ibi Plutarchus tomo tercio Opusculorum, vtra animantium plus rationis habeant

habeant, terrestriane, an aquatica, sub finem, Cœrani fabelam fidem habere cepit. Parius hoc genere, Bizantij iam quando iactum piscium, in eoque Delphinos captiuos plures iam maclandos emerat, ac mox dimiserat, pecunia demptos sua, donatosque vita, paulo deinde post quinque mi, qua & ipse, & piratæ quidam uehebantur, euerfa, petentibus, cæteris omnibus, ipse subeunte, subleuantēque Delphino, solus applicans, saluus euasisse fertur. Qua quidem re istuc esse Archilochi putatur.

Quinquaginta uiris superesse dedit Cœranum.

Neptunus pater.

Postea cum supremum Cœraneus diem obiret, ac corpus ignis affines iuxta mare traderent, Delphinos circa litus innumeros comparuisse: ac ita sese palam ostentauisse narrant, quod interesse funeri significarent: quippe qui non antè discerent, quam iustus planè peractis. Hæc Plutarchus. Sic et naturalis quædam bouis vel iumentum ad suum dominum vel possessorem recognitio. Vnde apud Suetonum in Sergio Galba Imperatore, capite septimo. In iuste dicendo, inquit, cum de proprietate iumentum quaeretur leuibus vtrinq; argumētis & testibus, ideoque difficili coniectura veritatis, ita decreuit vt ad lacum, vbi aduari solebat, duceretur, capite innotuit, atque ibidem reuelato, eius esset, ad quem sponte se per tu recepisset & sine duce: Nimirum (ait Aërodus libro secundo titulo trigésimo de probationibus & præsumptionibus 7) In causis latentibus & natura reconditis, ita demum veritatem existimauit Imperator manifestam esse posse, ex iumentum naturali quodam instinctu, & familiari huic à quocumque ceretur adulatione, quæ veri sæpe occasionē præbet. Hæc non de ingratitude hominū, & animalium rationis experte gratitudine, ad exaggerandum hominū vitium, abundè dicitur. Superest vt de eo quod Dominus in synagoga publicè dixit, tanquam ex officio Leuitico, & honoris sacerdotum illius competentis gradu (opinione Iudaica) lectorem non sine metu, & necessaria cautione, moneamus, confutem usque

Sueton.
Sergio.
S. 7.

Aërodus.

Suidas.

daicum quoddam signentum, quod apud Suidam ponitur De Christi legali sacerdotio, dogma, proculdubio erroneum, ac falsum. Prætextum autem, colorem, speciemque venientem ex hoc loco desumere videri posset: In quo & aliquando, me hallucinarum, cum Gallicè editum libellum in speciem quidem, & prima fronte, apparenterque verum, aut verisimilem legissem: sed penitus & exactius consideranti

alicus aliterque se habet. Est autem huiusmodi Gallicus libellus. *Le secret & mystere des Iuifs, du recueil de Suidas, traduit du Grec, par François le Feure, natif de Bourges, Imprimé par Jacques Keruer. 1557.* In Suidæ autem historicis versione Latina Hierony. Vvolfij, & prima impressione libelli, 1564. habetur in dictione, Iesus Christus & Deus alter est. fol. 403. 404. 405. 406. 407. 408. quæ omnino inserere, quid aliud esset quam onerare lectorem & tanto officere? sufficiat loca indicasse. Inter cætera dicitur quod temporibus Iustiniani Imperatoris fuit quidam principis Iudæorum Theodosius, fuit etiam illi *σὺν πατρὶ*, & contemporaneus, Christianus quidam Philippus Argentarius, Gallicæ versio habet, *Changer de son estat*, Theodosij familiaris & sincerus amicus.

Christianus Iudæum ad Christianismum hortabatur: Iudæus verò ille, (vt miri sunt impostores Iudæi) ex quodam fidei confugit, Christum fuisse communi sacerdotum suffragio in numerum legis, qui erant Leuiticæ tribus, & sequentium in numerum legis, qui erant Leuiticæ tribus, & sequentium ordinem Aharon, sicque Christum legalem facit sacerdotem. Innumera alia ibidem dicuntur, quorum consensum subscribam pij & docti cuiusdam viri. Post Euthimij commentaria in quatuor Euangelistas, interprete Ioanne Hieronymo Hieronymiano, impressa Louanij per Rutgerum Iudæum, 1544. adiecta est confutatio Iudaicæ cuiusdam imposturæ, siue libelli, de ficto legali Iesu Christi sacerdotio Suidæ desumpti per eundem Heutemium. Cuius censura sic habet: vniuersa quæ in hoc libello continentur nugæ sunt, ac mera somnia.

Ibi Iudæus suam de Iesu Christi legali sacerdotio narrat falsam. Quæ sic confutatur. Aharoniticum sacerdotium posteris Aharon debebatur. Siquidem sacerdotium Hebræorum cunctis filiis Aharon, ac posteris eius vniuersis, à Deo datum fuit statuto perpetuo: vt habes, Exod. 29. & 30. *Exo. 29. Aaron & liberi eius erunt sacerdotes, mihi religione perpetua, & 30. Dominus. Item. Legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones.* Ergo nulli dabatur huiusmodi sacerdotium, qui recta ex tribu Iuda, & genere David prognatus esset. Nam 2. Paralipomenon 26. *quum Rex Ozias de tribu 2. Paralipomenon 26. semine David ortus, eam functionem occupare uolisset: prohibitus est à sacerdote summo, aliisque octoginta, oratione quoque diuinitus in eius fronte subita lepra, quod illa functione*

Le secret des Iuifs.

Ioan. Heuten. Hieron.

Exo. 29. & 30.

Paralipomenon 26.

ctio

atio sacerdotalis solis Aharoniticis esset debita.

Sic enim ibidem legitur. *Cum adolere vellet incensum super altare thimiamatis statim ingressus est post eum Aaron sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini octoginta, resisterunt Regi, atque dixerunt: Non est tui officij Ozia, ut adoleres Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Egrederere de templo, ne contempseris, &c.* Præterea si sacerdos legitur

Matt. 8. Christus, quo pacto à se sanatos ad sacerdotes misit?

Marc. 1. Moyſis præscriptum? Leproso dixit: *Matth. 8.* *Oſtendite te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses.* Idem *Marc. 1.*

Luc. 17. *Decem leproſis, ite, dixit, ostendite vos sacerdotibus.*

Adde quòd quum abusus templi castigare voluisset, functio planè sacerdotum esse videbatur, ab his reclamatum est, qui aderant, dicentibus: *In qua potestate hæc facis?*

Matt. 21 *quis dedit tibi potestatem hanc?* Matthæi vigesimo præ-

Hebr. 7. Sed de his satis. Pauli solum testimonium adferam in

diuini, qui hac de re accuratè satis disputat. *Hebr. 7.* Quæ

verba sunt. Manifestum est quòd ex tribu Iuda ortum Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Mo-

loquutus est. Quid clarius, lucidiusve dici potuit, ad sub-

tendam huius nugatoris Iudæi, qui fucum Christiano vul-

gere imposturam? Non est ergo Iesus Christus legalis Aaroniticus sacerdos. Ergo Iudaica est fabula, quòd Christus

in numerum sacerdotum fuerit cooptatus. Postmodum impostor ille Iudæus: non defuisse mulieres, quæ in re

Virginis adfuerant, & parientem viderant, ac si virgo

aliam peperisset, ac obstetricum opera vſa fuisset, & plurium comitatu ibi ea nocte fuisset: quum Lucas cap-

Luc. 2. cat ipsam virginem suam infantem, statim vt edidit inuoluisse, & in præsepe reclinaſſe, iſque recensens quòd derint ibi comites ipsi Pastores, *Inuenerunt,* inquit, *Ioseph Mariam, & infantem positum in præsepi.* Ecce quos habuit

regio sui partus spectatores. In eo vero quòd ait obstetricum riosius explorasse, num Maria adhuc virgo esset, ac re ipsa

spexisse, ac cognouisse, quòd ita esset, adeo absurdè ac

loquitur, vt nec cogitatus effugiat turpitudinis notam. Hæc ille. Ego autem, vt *ὁς ἀπέπρω,* hoc addam, ingenitæ Christianæ profiteor. Vterum *ἀπὸ πρῶτον,* semper virginis sacrosanctæ Deiparæ, intactâ semper fuisse, à nullo momento abſit, exploratû, aut temerarium, tamen quòd ab isto ne-

Iudæo sic confingitur, dico disputando ad hominem (vt loquimur in scholis) hoc etiam refellere impietatè Iudæ-

cam, & blasphemias Thalmudistarum, quas contra Christum & sanctissimam eius matrem Deiparam vomere non cessant. *Sancta & immaculata virginitas quibus te laudibus*

offeram nescio, canit sancta mater ecclesia, & eadem exclamatur multa cum libertate, sanctâque audacia, & constanti

inducia. Erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christum ex Ioseph esse natum, & iterum fœlix. Namque es sacra virgo

Mariæ, & omni laude dignissima. Sic proprio confodiuntur, & angulanturque gladio Iudæi. *Ex ore tuo te iudico serue nequiam.* Sequitur in fabulosa Iudæi præfati narratione, com-

munis omnium suffragio designatus est & conscriptus catalogo sacerdotum Iesus filius Dei uiuentis, & Mariæ vir-

ginis: faciemur id esse verissimum, ac fidei nostræ basim positissimam, Iesum Christum filium esse Dei uiuentis. Sed

hæc Iudæi enarrationem falsam esse, per sancte ausum deicere, ait Heutenius, esseque imposturam Iudaicam. Nempe quòd hæc in eorum libris habeantur, publicòque decreto Senatus sacerdotalis sancita sint. An non propter vni-

uersam hanc vocem, quòd se diceret filium Dei uiuentis, sacerdotibus omnibus maximè erat inuisus? Nam Ioan. 19. *Ioan. 19.*

habetur: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Item dicebant, Ioan. 10. *illum*

blasphemare, idèòque lapidare aggressi sunt, quia dixisset: Ego & pater unum sumus. Ex hoc intelligentes quòd filium Dei uiuentis se profiteretur, & illis insinuaret. Et in Dominicæ

passionis historia, *Matt. 26.* *Cum adiuratus à principe sacerdotum, vt diceret si esset Christus filius Dei, respondisset illum*

hoc dixisse & ita esse. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit, & ab vniuersis acclamatum fuit,

reus est mortis: Et quum suffixus esset in cruce, ita conuiciabatur ei, Si filius Dei es, descende de cruce, Matth. 27. Itaque

non est verisimile extare hæc in monumentis eorum. Hæc Iudæus, qui hæc omnia confinxit ac commentus est veterariè, & subdolè, quòd liberius ac procacius in posterum, Iesum Nazarenum esse Messiam in lege promissum possit inficiari. Hoc enim per insidias fraudèsq; mortur impositor, facilèque hac rima elabi possent Iudæi, qui nullum non mouent lapidem, quo Iesum inficiantur, negentque Messiam, si genus eius quoquo pacto ad aliam tribum, quàm Iuda pertineret: quum Messias de tribu Iuda,

& de genere David toties fuerit illis promissus. Quare falsissima est hæc Iudaica impostura. Nunc Christianum loquentem audiamus, siue is Suidas sit, siue cuius alius Christianus ramen, qui pio quidem zelo, sed indifferente hæc vera esse sibi persuasit: ac sedulo conatur frigidissimis argumentationibus, Iudæi Theodosij sententiam habere. Ex omnibus argumentis citabo postremum, pro quo quod huc digressi sumus. Luc. 4. præsentem Euangelio ostenditur, *Iesum publice in synagoga docuisse, & legisse, & datum ei liber Isaiæ, ait Euangelista, quumque ex eo legisset completum librum, reddidit ministro, ac sedens cepit eos docere.* Hæc autem propria dicit esse sacerdotum, sed falsè, ut mox dicemus. Verba apud Suidam hæc sunt. Nisi munus aliquod sacerdotale Christus Iesus apud Iudæos tenuisset, non habiturum fuisset, ut liber illi daretur, quem audiente populo recitaret. Neque enim apud nos Christianos, in Ecclesia cuiquam licet sacrarum literarum libros legere populo nisi in sacerdotes cooptato. Quare ex Euangelista Lucæ narratione, cognouimus Iudæum Theodosium, ea quæ præ commemorata sunt, Philippo Argentario non contulisse: sed verè, ut sincero amico, mysterium apud Iudæos calarum, communicasse. Hæc Suidas. Confutat sic Heutenius. Legimus Paulum, qui sacerdos non erat, sed de tribu Benjamin: rogatum etiam Act. 13. *Ut in synagoga Antiochie Pisidie, plebè exhortaretur, ac doceret unà cum Barnaba, quæ tamen ignoti essent, sic habet textus. Ingressi synagogam diæconum, sederunt. Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt principes synagoga ad eos, dicentes: viri fratres, quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite: Iesus autem Paulus, & manu silentiū indicens, concionatus est.* Quæ non modò tunc fecisse legitur, sed & Act. 14. *Factum est in Antiochia, ut simul introirent synagogam Iudæorum, & loquerentur ita ut crederet Iudæorum, & Græcorum copiosa multitudo.* Cap. 17. *Venerunt Thessalonicam, ubi erat Synagoga Iudæorum. Secundum consuetudinem autem Paulus introiit ad eos, & per Sabbathata trididit eis de scripturis adaperiens, & insinuans, quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis.* Quare, ait Heutenius, à docendi functione nullus excidetur, si egregia polleret doctrina, quamuis non esset tribu sacerdotali, quod etiam pluribus in locis videtur, apud Christianos, apud quos insolens non est, nec inane, tum diaconos, nondum presbyteros ac sacerdotes populo

predicare, & concionari. Itaque quum doctrina Christi rarior per totam Galilæam & Capernaum sparsus esset, tantæque signa edidisset, rogauerunt eum populares sui, ut in patria Nazareth doceret, lignaque ederet, Nō ergo docuit ex officio sacerdotali legali & Leuitico, sed quia ad hoc missus fuit à patre. Non ergo ex illo sacri Euangelij testimonio colligitur Iudæum, Theodosium vera dixisse, imò expertissimis sacra scripturæ testimoniis probatum est, illud ficta falsaque narrasse, simplicitatque Philippi Argentarij, veteratorie, astute, callidè, malitioseque illulisse. Contruit, igitur, opinor, dolus de sacerdotio Christi Aharonico, ex Evangelica hac lectione fucatus, & coloratus. Christi tantum sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, Plal. 109. manet, manebitque in æternum, cui gloria honor, & imperium, in omne æuum. Amen. Heutenius tunc vsque. Euthymius in Luc. 4. ad hæc verba *Surrexit ut legeret, & datus est ei liber Isaiæ, &c.* Adhortantibus eum præceptoribus populi, quod & ipse præceptor esset, datus ei liber fuit, vel ut cognosceret verum legere nosset, quum literas non didicisset. *Et reddidit librum ministro, scilicet doctorum.* Hæc Euthymius. Quum ergo Iesus præceptor haberetur, Rabbi, & magister etiam à Phariseis, ex Evangelio, appellaretur: Nunquamque ipsorum, licet hostium iudiciorum, & capitalium inimicorum testimonio ac ore proprio, homo sic loquutus esset, ut dominus Iesus loquebatur: *Et docebat, ait Euangelista, Matth. 7. in fine, sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisei.* Ideò honoris causa, delatus est ei liber ut legeret, & sedit in synagoga, ut doceret pro suo more, ut coram Anna respondit, Ioan. 18. *Ego semper docui in synagoga, & in templo, in quo omnes Iudæi conueniunt.* In eo erat magisterij auctoritas, non humanitatis commissa, vel ex legalis consistorij ac sacerdotalis decreto, & suffragio sine electione, (ut fingit nugipendulus Iudæus.) Sed diuinitus confirmata, voce ad eum cælitus delapsa: *Hic est filius meus dilectus, ipsum audite, Ioan. 13. qui discipulis, Ioan. 13. dixit: Vocatis me magister, & Domine, & bene dicitis. Sum etenim. Item Matth. 23. Magister vester vnus est, Christus. Cui honor & gloria per æterna sæcula.*

Amen.

Yy 2

FERIA

INCIPIT DECAS TERTIA.
FERIA III. POST TERTIAM
DONINICAM QUADRAGESIME.

De correctione fraterna. Matth. 18.

Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: Si te audierit lucratus eris fratrem tuum: Si autem, accipe tecum &c.



Exo. 23.

Deut. 22.

EGE Moſis cautum erat vt iumenta carnis non deſpicerentur, & collapſa non preterirentur: Ita enim iuſſerat Dominus, Exod. 23. *Si occurreris homini inimici tui, aut equi erranti, reduc ad eum: Si videris aſinum iactis te, iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed bleuabis cum eo.* Ex Deut. 22. *Non videbis bouem fratris tui, aut ovem errantem, & prateribis, ſed reduces fratri tuo. Etiam qui eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te, quamdiu quarat eas frater tuus, & recedat. Simile facies de aſino & de veſtimento, & de omni re, que tui qua perierit, ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienam: Si videris aſinum fratris tui aut bouem cecidiſſe in via, non derelicias, ſed ſubleuabis cum eo.* Quid aliud lex hac committit nobis quam proximitatem & mutuam dilectionem? Nonne quid, ait Apoſtolus, 1. Cor. 9. de bobus cura eſt Deo? Nonne propter nos utique dixit: *Nam propter nos ſcripta ſunt.* Nunc ait Paulus: Nimirum vt doceamur multo magis curandos eſſe fratres quam bruta animalia. Si frater igitur proximus noſter errauerit, reducendus eſt: ſi ſub onere iaceat, non praterereundus erit, ſed a fortioribus ſubleuandus: ſi deuiauerit & a recta via deſlexerit, reuocandus nobis erit, ad rectam ſemitam deducendus. Hoc quoque Gal. 6. ſcripſit Apoſtolus: *Si praoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiusmodi inſtrumentum ſpiritu lenitatis, conſiderans ſeipſum, ne & tu tenteris: Alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Et Iacobus in ſua Catholica Epistoſa cap. 5. *Si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis eum, ſcire debet quoniam qui conuerſi fuerit peccatorem ab errore via ſua, ſaluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

Eccl. 5.

hac emendatione propinquoſum nunc Dominus loquitur praſcribens, quomodo in correctione fraterna procedere debeamus, dicens: *Si peccauerit in te, hoc eſt, quod in tuam venerit noſtitiam, te ſciente, Frater tuus, ne negliges, ne prateri eum, ſed vade, corripe illum,* leniter quidem & magnam modestiam primùm, in ſpiritu maſuerudinis, *Inter te & ipsum solum.* Sin minus, amica iſta ſucceſſerit admonitio, ſi medicam nõ admiferit manum vice, noli tamen deſiltere cõp̄tis: Sed adhibe duos tecum teſtes, & eius procura pro viribus correctionem, & emendationem: Sin autem ne illa quidem vice emendatior factus ſit. Tunc tertio ordine Eccleſiæ denunciandum curabis: quam ſi ſpreuerit & contempſerit cõtumax, vt membrum putridum reſcindendum erit & corpore, gladio excommunicationis, vt vel ſi mortuus reſpiſcat, feriendus erit. Nam chirurgi & medici exemplo, a leuioribus incipiendum eſt, deinde grauiora adhibenda erunt & aciora. Eſt enim Aphoriſmus Hippocratis huiusmodi: *Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima ſunt,* li. 1. Aphoriſmorum, Aphoriſ. 6. Extremos morbos nominauit Hippocrates ſummos, vltra quos non ſunt alij. Sunt autem morbi huiusmodi peracuti, ait Galenus ibidem. Sicut igitur qui vehementer ac nimium emungit, Aphoriſ. *quæ elicit ſanguinem,* Prover. 30. ſic qui plus iuſto feueriſque agit in initio, officit magis quam proficit. Succurrit quod ab imperatoribus Valentiniano & Valente lege vnica C. de in illis. emendatione propinquoſu reſcriptu eſt, in eam rem valde accommodatum: In corrigendis minoribus, aiunt, pro qualitate delicti ſenioribus propinquis tribuimus poteſtatem: vt quos ad vitæ decora domestica laudis exempla nõ prodeciat, ſaltem correctionis medicina compellat: neque nos in puniendis minorum vitiis poteſtatem in immentum extendi volumus, ſed iure patrio auctoritas corrigi propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduerſione cõſpiciat. Quod ſi atrocitas facti ius domestica emendationis excedat, placent enormis delicti reos dedi iudici notioni. Ita ac cõmodatè dicemus. Priuata animaduerſione primùm & emendatione, fratrem admonendũ, vt ſolent miuores a ſenioribus correctionis medicina compeſci: Sic a ſpiritualibus hi quoque, qui errore lapſi ſunt, & peccato praoccupati, ſunt leniter tractandi. Quod ſi atrocitas facti & cõtumacia negligētis reſpueſitque admonitione id exigat, dedatur Eccleſiaſticorum iudicium notioni, & eorum ſubda-

Corripere eum, ait Dominus. Si vicinus sciret hostem superuenturum, & vicini sui domum suffosurum, nec illi praemoneret, vt sibi cauere posset, vel illi contra hostem auxilio esset, an non proditor & reus criminis conscientibusque

Leu. 25. sceleris merito dicendus esset? *Leuit. 25. Si inuauerit apud vos manus aduenas, & artenuatus frater uideris se ei, qui uoluerit ex fratribus suis redimet eum: Si autem ipse potuerit redimet se.* Sic qui se per peccatum seruum aduenas, hoc est diaboli constituit, eiusque mancipium, si per seipsum, aditus & speciali Dei praeuentus auxilio possit se redimere, & in libertatem asserere, iugumque tyranni excutere, Bene fit. Si autem non valeat se e captiuitate eripere & vendicare, frater eius & propinquus, id est, spiritualis, qui stat necesse est lapus per gratiam Dei specialem, debet illum ab alienigena redimere, Sicut Natan reprehendit amicem, & lib-

2. Re. 12. quodam uerborum inuolucro, sub parabola, inquam, peregrini & aduenas (per quem demonis astus delineabatur & adumbrabatur) Dauidem Regem. In secreto, **2. Reg. 12.** *Inter te & ipsum solum,* ait Dominus. **Qui** in secretis parte morbum habet, abscondit, nec cuiquam (si sibi ipse mederi potest) indicat: Si non potest, non statim medico aperit, sed familiarem intimumque amicum prius consultat. Quod si & is mederi non possit, tunc cogitur medicum requirere, potiusquam totaliter perire: Ita in salute animae in corporis curatione, analogia quadam & proportione procedendum erit. Molliora & dulciora prius tentanda erunt remedia, deinde acerbiora, & mordicantia (vt ita dicam) exhibenda erunt medicamenta. Christus Samaritanam scortum, semotis arbitris, absentibus discipulis, familiari colloquio ad sui peccati cognitionem tandem perduxit, & ad fatendam ueritatem admirabili artificio compulit. Peccata sua, quae occultata putabat illa, eidem reuelauit, arguens illam fratrem suo nos instruens exemplo, vt hac uia & ratione procedamus primum in fraterna correctione: aliam proditor esse fraterni criminis, non equus corrector. **Plut. to. 1. opusc.** de Discrimine adulatoris & amici, & ex illo Erasmi lib. **de discrim. adul.** pluribus obiurgemus amicum, ac Platonis conuenienter lud habere in animo. Nam quum Socrates acrius obiurgaret familiarem quempiam in conuiuio cum eo disceptans Nonne satius fuerat, inquit Plato, haec illi seorsim dixisset. Et Socrates: At tu sane nonne satius fecisses, si seorsim illi

Plut. to. 1. opusc.
de discrim. adul.
amici.
Erasmi li. 3. Apophtheg.

mihi dixisses: Porro quum Pythagoras in familiarem quempiam asperius coram pluribus fuisset inuectus, adolescentem laqueo praefocasse guttur aiunt. Ex eo tempore nunquam Pythagora quemquam alio praesente reprehendisse. Si quidem ut morbi parum honesti, sic & peccati reprehensionem ac refectionem secretam esse conuenit. Arbitror nec in Clitum perinde concitatum Alexandrum uino fuisse, ut quod illum multis praesentibus corereret. Et Aristomenes institutor Ptolomei quod dormitanti praesentibus legatis infortiter & exasperate fecerit, ansam quandam praebuit adulatoribus, Regis uice indignari sese simulantibus, si tantis laboribus ac vigiliis festum somnus occupauit. Seorsim, inquit, admo- nere te debemus, non coram tam multis uiris manu iniicere. At ille ueneni misso poculo iussit hominem ebibere. Aristophanes autem ait in hoc se criminari Cleomenem, quod

Aristophanes.

De ciuitate apud hospites dicat male:

Aique hac re irritet Atheniensium animos.

Item Plutarchus tom. 1. opuscul. de liberis educandis post medium: Quum Ptolomeus Philadelphus sororem suam Arsinoem in uxorem duxisset, Sorades, quod ei dixisset ipsum in nequaquam licitum foramen intrudere aculeum, in carcere per longum tempus contabuit, poenamque dedit importuna loquacitatis non indignam, qui ut aliis risum moueret, multum ipse fleuit temporis. Hec ille. Si clam & opportunè illi dixisset, Rex fortè boni consuluisset. Sic prouidens Abigail, uxor stulti (secundum nomen suum) Nabal, **1. Reg. 25.** *Cum esset ille ebrius non indicauit ei uerbum pusillum aut grande usque mane. Diluculo autem cum digessisset uinum Nabal, indicauit ei uxor sua uerba haec, & mortuum est cor eius in uisceribus, & factus est quasi lapis.* Expectanda similiter erit opportunitas, & captanda occasio, quum tempestiue se se obtulerit. Sub spe emendationis sequitur fit correctio: ut scilicet correctus fiat melior, & ad bonam frugem perueniat. Laertius lib. 7. de uita Philosophorum, in Zenone: **Laert. li. 7. in Zenone.** Quia, inquit, tibi minus credo, Hec ille. D. Bernardinus, **D. Bern. de dragesimali,** de Euangelio aeterno, Animaduertit tria concurrere in ea. Primum omnium, Mortalis culpa concurrat, quod patet ex iis uerbis: *Si peccauerit in te, scilicet mortali- ter, vel est in periculo euidenti ruendi in illud.* Non enim amittitur anima fratris nisi per mortalem culpam. Dicit

Plut.

1. Reg. 25

Laert. li. 7. in Zenone.
D. Bern. de dragesimali,
presenti Euange.

autē hīc Christus: Si te audierit, lucratus eris fratre tuū. Ergo perierat ille peccando, & amissus erat, qui recuperatur fraterna emēdatus correctione. Secūdū quod cōcurrit, est Notitia certa fraterni errati. Si peccauerit in te, id est, te sciet te. Tertiū & postremū est, Amicitia vera, Frater tuus, id est, ex fraterna charitate à te dilectus. Vade instar pastoris, qui vadit quēfirurus perditā oñē. Qui sanus est, car sicut medicus ad agrotū. Corripe. Contrariū agunt quidā eū laudantes, quidam dissimulantes, alij verò exasperantes, alij negligentes, alij insuper occidentes. Non dixit, Lauda adlaudando. Psalmographus, *Laudatur peccator in desiderijs animi sui.* &c. Non ait, Dissimula subitendo, Neq; exaspera obiurgando: Nam mansuetē fieri debet. Neque differt negligendo: Nec denique occide conuiciando, aut etiam inuēriam tibi factā cum fenore referendo, & teipsum vindicādo. *Corripe eum.* Tribus modis abstinendum esse à correctione significat D. Augustinus tom. 5. libro 1. de Ciuitate Dei cap. 9. Si propterea, inquit, quīsq; quam obiurgandis & corripiendis malē agentibus parcat, quia opportunius reus inquirat, vel eisdem ipsius metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonā vitam & piam erudiendos impediāt infimos alios, & premant atq; auertant à fide, nō videtur esse cupiditatis occasio, sed consiliū charitatis. Hæc

D. Aug. D. August. *Lucratus eris fratrem.* O ingentem mercedem lucrum quo nō præstantius vllum! Si mercatores impigri negotiantur, & cuiilibet se cōiiciūt discrimini, & quodcūq; subeūt periculū modō lucrētur, adeo illis *Lucri bonus odor ex re qualibet*, videtur (vt cū Poëta dicā) quid ad lucranda

D. Chri. fratres nos facere cōuenit: D. Chrysof. tom. 1. homilia 4. 1. ho. 54. in Genesim circa initium: Si hi, inquit, qui in terrenis versantur negotijs, & in colligendas opes insaniunt, omnia præp̄te suscipiunt faciēda: & videntes ante oculos pericula maris, piratarū insidias & naufragia, non frangūtur neque segniores fiunt, quamuis (quod plus est) de fine nihil cogitare habeant: Qualem nos habituri sumus defensionem, si non omni studio & alacritate accingamur ad virtutū studia & agones, præpter æterna illa bona? Hæc ille. An animam

Hor. li. 1. lam facientes curam, v̄trem solum impinguabimus? Hæc Car. O-

de. 1.

*Luctantem Icareis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium & oppidi
Laudat rura sui. Mox reficit rates*

Quassus, indoctis pauperiem pati.
Idem lib. 1. Epistolarum. Epistola prima ad Maccenatem: *Idem lib. 1. Epist. 1.*
Impiger extremos currit mercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.
Et Iuuenalis Satyra 14. circa medium. *Iuuenal. Sat. 14.*
Lucri bonus est odor ex re

Qualibet.

Multo magis ergo ad lucrum animarum quā nummorum inhiare nitique debemus. Nota Deum lucrari homines, & ipsos quoque animas lucrari. Vnde Paulus 1. Cor. 9. *1. Cor. 9.*
dicebat: Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem, vt omnes facerem saluos: Sed Christus redemptionis munere, homines verò commonitione lucrari dicuntur.

Site non audierit, adhibe tecum duos testes. Non desistendum, sed imitandus chirurgus, qui si primo ictu curaturus apostema aut venam aperturus, negotium non successerit pro voto, aut plus non educatur & lanies: nō desinit tamē, licet reluctetur agrotus, & conuiciis aliquando illum incessat & insultetur. Sic vsque ad tertiam monitionem patienter progredi debemus in fratre corripiendo. *Vt in ore*

Anorum stet omne verbum, Deut. 19.

Die Ecclesia. D. Chrysof. tomus in hunc locū Hom. 61. præsulibus scilicet ac præfidentibus. Vnde patet contra hereticos modernos Ecclesiam non esse sicut ideam Platonis & Rempublicam ab eo descriptā, sed esse visibilem nō mathematicam, & veluti à materia sensili abstractam. *Matt. 5.*

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendit lucernam & ponit eā sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Ciuitas illa est Ecclesia, de qua in

Psal. 6. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei,* super montem, id est, Christi posita est, qui est fundamentū Ecclesie. 1. Cor. 3.

Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quæ sententia aperte probat Ecclesiam esse visibilem. In psalmo etiā 18. *in sole posuit tabernaculum suum,* inquit, spiritu prophético Dauid, significans Ecclesiam non esse absconditā. In Sole, hoc est, in manifestatione, Diuo Augustino interprete. Sic enim tom. 9. tractatu 2. in primā Epistolā Iōanis. *Quid amplius, inquit, diciturus sum: Contra cæcos qui tam magni montem nō vident, qui contra lucernā in candelabro positā oculos claudunt: Ibi dē, in Sole posuit tabernaculum suum, id est, in manifesto. Tabernaculū eius, caro eius: Tabernaculū eius, Ecclesia eius in Sole*

Deut. 19

D. Chry.

Hom. 19.

in Matt.

Matt. 5.

1. Cor. 3.

Psal. 18.

D. Aug.

10. 9. tractatu 2.

in prima

Epi. 10. 2.

& eod.

10. ho. de

omib. c. 10

in Sole reposita est: Non est in nocte, sed in die. Idē tom. Homilia de Ouibus ca. 16. Ne quis dicat, Fortē sunt aliquę oues Dei, nescio vbi, quas curat Deus, & ego illas non cogitauerit. Idē to. 7. de vnitare Ecclesię libro vno ca. 10. Habetis ciuitatē de qua Nō potest ciuitas abscondi supra montē posita. Ipsa est ergo, quę nō in aliqua parte terrarū sed vbique notissima est. Ibi lib. 2. cōtra literas Petilianę no ca. 20. 104. Non estis in ciuitate supra montē cōstituta: Quę enim signū hoc habet, quōd abscondi nō potest. Nota est ergo omnibus gentibus. Pars autem Donati ignota est pluribus gētibus. Non est ergo ipsa. Integrū hunc syllogismū ponit S. Pater & doctor Ecclesię Augustinus in sine capite prædicti. Sic & nobis ratiocinari licet: Ecclesia nota est omnibus gentibus, quia visibilis, & abscondi non potest, vt patet supra montē sita, vnde eminens conspicua omnibus reponitur ex Christi assertionē: ad quam faciliē denūciatā deferre liceat eum qui peruicacius agit, nec amicam prorsū tamque suscipit correctionem & admonitionē. Ideō Christus iubet dicendum esse Ecclesię. Pars autem Luthera Caluini & aliorū hæresiarcharū, qui dicunt in solis prædestinatis, nobis quidem incognitis, soli verō Deo notissimæ soli cognitus est electorum & prædestinatorum numerus. *Nemo autem scit an amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta* Ecclesiastes 9. Quod de amore & destinationis æternæ, & odio finalis reprobationis maxime verum est) Pars, inquā, illorum hæreticorū non est omnibus nota, sed veluti in aëre suspensa & a sensibus abstrahita (vt ideā Platonis.) Nōn est ergo Ecclesia, quę totius cognita est, & vbique diffusa, vnde catholica sola dici potest. At verō Romana Ecclesia est Catholica & apostolica Pauli testimonio: *Fides vestra annunciat in vniuerso mundo.* Rom. 1. & cap. 16. *Salutant vos omnes Ecclesię Christi.* Idem: *Vestra obediētia in omnem locum diuisa est.* Ab apostolis Petro & Paulo (vt ex Irenæo viro Apostolico, superioribus concionibus, præsertim de Cathedra Moysi, & de eius fundata fuit. Ergo Romana Ecclesia est catholica & apostolica, vt etiam Cōcione de socru Petri fusiū agitur. (*vv̄ d̄i*) Illa autē maxime visibilis est nec ignota. Cui Pontifex summus in sede Apostolica, ac sancti Petri cathedra sedens, visibilis est, eiusq; collegæ & assessores, qui ad eum ad cōsiliis, fratres nūcupati ab eodē sic dicente: *Dei*

strorum consilio fratrum & assensu &c. Illi etiam visibiles sunt. Omnes Episcopi & Ecclesiarū particulariū rectores, à sancta suprema sede Apostolica, confirmati & approbati, sunt visibiles etiā: Omnes denique fideles cōuocati & collecti sub vno capite Christo & eius vicario, sunt quoque visibiles. Tota igitur Ecclesia est visibilis, cōtra hæreticos. Cuius enim omnes partes visibiles sunt & conspicuę, totū inuisibile dici nequit. Nā totum non est aliud quàm suę partes, integraliter intelligendo. Omnes Ecclesię partes visibiles sunt (vt nunc deduximus.) Ergo tota Ecclesia similiter est visibilis. Supremum Ecclesię caput, quod influit in omnia membra, *de cuius plenitudine omnes accepimus gratiā pro gratia.* Ioan. 1. Ipse nēpe Christus visibilis est in se, & in carne visibiliter apparuit. *Interris visus est, ait Propheta, & cum hominibus cōuersatus est. Vidimus gloriam eius, gloriā quasi unigeniti à patre,* Io. 1. Act. 1. *Quibus præbuit seipsum viuū post resurrectionē suā in multis argumētis, per dies quadraginta apprensens eis, & loquens de regno Dei.* Si de capite vicario & subalterno, dependente à Christi auctoritate & potestate sibi delegata, hoc est, si de Papa Christi vicario, vt de sancto Petro eiusque successoribus sermo est, illi omnes etiam natura sua visibiles cōspiciūque sunt. Si de ouibus Christi illis commissis? *Pasce oues meas, pasce agnos meos,* dixit Iesus Petro Ioan. 21. loqui voluerimus: constat etiā eas visibiles esse. Quomodo enim quispiā pasceret ouem vel gregē, quē nullo modo cognoscere posset? *Prouer. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Cognito oues meas, ait pastor bonus Ioan. 10. & cognoscūt me meæ.* Consequitur ergo manifestimē, ex omnibus quę dicta sunt, & hac maxime sentētia, *Dic Ecclesia*, illam visibilem esse tam in capite quàm in membris (vt dici solet) vt illam adire & consulere possimus ac ei obedire. Hugonaldi autē fingunt Ecclesiam inuisibilem, mathematicā, & ab omni sensu abstractā. Arguantur autem in hūc modum: Iste est vnus ex fidei articulis simbolo Apostolico cōprehensus: *Credo sanctam Ecclesiam Catholicam: Sed fides est argumētū rerum non apparentium.* Heb. 11. Et quod sub fidem cadit, non videtur. *Nam fides est credere quod non vides.* Igitur Ecclesia erit inuisibilis, quia creditur. Respondemus: Ipsam hominū conuocationem & collectionem, quę est Ecclesia visibilem esse, vt satis probatum reliquimus: Sed fides ipsa qua corpus Ecclesię solidatur, charitas qua viuificatur, & spiritus sanctus

quo regitur, & cuius magisterio perpetuo gubernatur, inquam omnia inuisibilia sunt. Ex quo tamen non efficitur quin ipsa visibilis sit & maneat. Sicuti homo est visibilis, quāvis animus rationalis & forma intrinseca qua corporeus vegetatur inuisibilis sit. Caput hominis est visibile, quod tribuit sensum & motum: Cor tamē inuisibile est, interius latet absconditū, quod est vitæ principium. Sic Christus qui locum capitis obtinet, Caput est Ecclesie visibilis. Spiritus sanctus autem qui est veluti cor, sua gratia viuificans ipsam Ecclesiam, nec eam deserens, est interior illi.

3. Reg. 8. Etio quæ non videtur, sed est ab intus. 3. Reg. 8. Scribitur: *Quomodo conuertit Rex Salomō faciem, & benedixit omnī Ecclesie Israël. Nā omnis Ecclesia Israël stabat.* Si esset visibilis,

Act. 20. quomodo Rex ad eam faciem suam cōuertisset? Item Act. 20. dixit Beatissimus Paulus: *Attēdite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Item epist. prima Petri, capite quinto, *Pascite eum qui in vobis est gregem: Quomodo id prestare valerent gregis Domini pastores, si gregis inuisibilis esset? Et Paulus qui constiterat ac defleat se perierat, tum fuisse Ecclesiam Dei, Quomodo si inuisibilis erat Ecclesia, illam persequeretur? Quod si forte replices, Quia ipse Christus se à Paulo persecutionem passum clamat & protestatur, dicens: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Et rursum Ego sum Iesus Nazarenus quē tu persequeris. In promptu responsio est: Eatenus Christum læsum à Paulo fuisse, quando membris Christi persecutionem intulit ipse. Quia membra Christi de corpore eius mystico, cuius ipse est caput, vniuersi sunt fideles: quos persequeretur, ante conuersionem suam Paulus, vt scribitur Act. 9. Sic membra visibilia & Ecclesiam visibilem visibiliter ipse persequeretur. Et quæ hæcenus dicta sunt sufficiant. Plura in concione ad Dominicam Quasimodo adnotatum de illo articulo Concilio Ecclesiam ex Catechismo Tridentino.*

Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Hoc est. Nullam prorsus cum illo habeto communionem, sicut Christianis cum infidelibus est interdicta 2. Cor. 6. *Qua pars fideli cum infidelis?* Ex hoc loco patet, quid sit excommunicatio, & cur instigi debeat. Excommunicatio est exclusio inobedientis à cœtu fidelium & communione, de qua mox dicemus: si prius aliqua haudquaquam poenitentiā obseruauerimus. D. August. 10. lib. vno de Pastoribus cap. 18.

Act. 9. nem suam Paulus, vt scribitur Act. 9. Sic membra visibilia & Ecclesiam visibilem visibiliter ipse persequeretur. Et quæ hæcenus dicta sunt sufficiant. Plura in concione ad Dominicam Quasimodo adnotatum de illo articulo Concilio Ecclesiam ex Catechismo Tridentino.

Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Hoc est. Nullam prorsus cum illo habeto communionem, sicut Christianis cum infidelibus est interdicta 2. Cor. 6. *Qua pars fideli cum infidelis?* Ex hoc loco patet, quid sit excommunicatio, & cur instigi debeat. Excommunicatio est exclusio inobedientis à cœtu fidelium & communione, de qua mox dicemus: si prius aliqua haudquaquam poenitentiā obseruauerimus. D. August. 10. lib. vno de Pastoribus cap. 18.

Alia secta in Africa, inquit, alia hæresis in Oriente, alia in Egipto, alia in Melopotamia. Verbi gratia: Diuersis locis sunt diuersæ: Sed vna mater superbia omnes genuit: sicut vna mater nostra Catholica omnes Christianos fideles torbe diffusos. Non ergo mirum si superbia parit dissensionem, charitas vnionem. Hæc ibi. D. August. Quia ergo nolunt ex superbia hæretici, Ecclesie obedire, merito sunt habendi tanquam ethnici & publicani, & extra communionem reiciuntur, qui scindunt ac perturbant vnionem, dicente

Apostolo: *Vtinam & abscindantur qui vos conturbant.* Gal. 5. Quæret aliquis, *Qui sunt publicani?* Respondeo, Iuriconsultus Vlpianus lege 1. D. de publicanis & vectigalibus §. 1. Publicani sunt, ait, qui publico fruuntur. Nam inde nomen habent, siue filco vectigal pendant, vel tributū consequantur, & omnes qui quod à filco conducunt, recte appellatur publicani. Idē 1. 12. D. eod. Publicani dicuntur qui publica vectigalia habēt conducta. Ibidē paulō supra: Quanta audacia, quæta remeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat. *Qui* vectigalia redimebant, publicani dicti fuerunt, ait Alexander ab Alexandro lib. 2. cap. 29. vt supra recitauimus. Gallicè vocamus *Fermiers publicques*,

Peagers. Suidas in dictione *τελώνος*, de publicanorū moribus sic scripsit: Vita publicani aperta est violentia, impunita rapina, impudens auaritia, negotiatio nulla ratione cōstituta, inuerecunda mei catura. Ibidē: Olim publicanorum nomen inuisum fuit. Nota quod nedum ob iniustam extortionem Iudæis erant infames publicani, sed quia Romanorum inserebant tyrannidi, qua contra legem Dei se premi putabāt. D. Chryostomus ad istum locum: Tu verò

considera quomodo publicanum ad exemplum summæ iniquitatis semper posuit, iam enim superius dixit: *Nōne publicani hoc faciunt?* Deinde, Publicani præcedēt vos, inquit, in regnum celorum, id est, qui valde improbitate cōdemnantur. Audient hæc attentē, qui sibi quæstus iniustos excogitant, qui scænis scænorū adijciunt. Hæc ille. Nota Ecclesiam ideo excommunicationis vt cauterio, ne contagio improborum reliqui inficiantur. Sicut enim extra caturareiciebantur leprosi, sicut à sanis seorsum separantur pestilenti morbo laborantes, sicut etiam ouis morbida à cæteris seponitur, & denique sicut membrū putridum ferocandēti excinditur, humorēque corrupti per phlebotomiam seu venæ sectionē & pharmacum euacuatur: Sic per

D. Aug. tom. 9. de Pastorib. cap. 18.

Gal. 5.

Suidas.

D. Chry. sostr. in Matth.

excom

excommunicationis medicinam contumaces & rebelles ne ceteros inficiant, à sanctorum communione se iungunt.

D. Aug. tur. Vnde S. Augustinus tom. 6. contra aduersarium legis & Prophetarum libr. 1. cap. 17. illud ait Christus, *Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* grauius est quam si gladio feriretur, flammis absumeretur, si feris subrigeretur. Ibidem: Alligatus homo amantissimæ clauibus, quam quibuslibet grauissimis & durissimis ferreis vel adamantinis nexibus. Idem tom. 4. questionum super Deuteronomium libro 5. cap. 39. Hoc nunc agit in Ecclesia excommunicatio, quod agebar tunc lege scilicet, interfectio. Ex quo consequitur Excommunicationis sententiam valde timendam esse. De separatione scabiosorum à reliquis sanis Satyroglyphus Iuuenalis Satyra 2. circa medium cecinit:

— *Dedit hanc contagio labem,*

Et dabit in plures: sicut grex totus in agris,

Vnius stæbie cadit, & porrigine porci.

cōtacta.

Vnâque† conspecta limorè dicit ab vna. (teigne ou le ferme)

Prima igitur excommunicationis ferenda siue infligenda ratio, Est ne malus qui obfirmato est animo, alios inficiat.

1. Cor. 5. *1. Corinth. 5. & Galat. 5. cap. Modicum fermentum totam massam corrumpit: Expurgate ergo vetus fermentum.*

Gal. 5. *Secunda ratio, ob vnius peccatum neglectum, ira Dei in omnes scruatur, ut scribitur Iosue cap. 7. quod propter peccatum Achani furtum commiserat, pollutusque erat anathemate, ira Dei in totum Israël emersit. Non ero, inquit Dominus, vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est.*

Ios. 7. *Tertia, vt sic tandem corrigatur. 1. Timoth. 1. Circa fides quædam naufragauerunt. Ex quibus esset Hymeneus & Alexander, quos tradidi Satanae, vt discant non blasphemare.*

1. Tim. 1. *Et prioris ratio, ob vnius peccatum neglectum, ira Dei in omnes scruatur, ut scribitur Iosue cap. 7. quod propter peccatum Achani furtum commiserat, pollutusque erat anathemate, ira Dei in totum Israël emersit. Non ero, inquit Dominus, vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est.*

1. Cor. 5. *Corinth. 5. Iudicauit fornicarium Corinthiũ, incestus in lege pollutum, qui notercam seu patris vxorem habebat illaque abutebatur, tradere huiusmodi Satana in interitum in nis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.*

1. Cor. 5. *cōsideratione huius finis, Excommunicatio dicitur medicina.*

1. Cor. 5. *Eo siquidem cōsilio ab Ecclesia infligitur, vt necessarii medicina.*

1. Cor. 5. *Sed vae illis qui excommunicari penitus non formidant, neque absolutionis quærunt remedia.*

Cass. lib. 9. ca. 30. *Medicinalis fuit Theodosio Magno imperatori, de quo Cassianus in Tripartita lib. 9. cap. 30. Theodosius propter sepe*

hisp. *millia Thesalonicæ trucidata & occisa non præcederet iudicium*

iudicio, sed tanquam in messibus omnes simul concisos, mixtim ac promiscuè bonos & malos, fontes ac fontes, à Diuo Ambrosio excommunicatus fuit 8. mensium spatio ab ingressus Ecclesiæ prohibitus. Posthæc supplicauit S. Ambrosium vincula sua soluere, submittens se penitentia: Cui D. Ambrosius imposta salutaris penitentia, contra iræ impetum ac furorem, æquissimam præscripsit rationem, quam Imperator lege lata comprobauit, sanxitque (vt superiore diximus concione) sicque vinculum eius soluit D. Ambrosius. Imperator penitentis habitu humi prostratus, veniam petens, & in pauimento iacens dicebat ex Psalmista: *A dhæsit pauimento anima mea.* Atque ita solemnem Theodosius egit penitentiam. Hæc ratio fuit illi medicinalis excommunicatio, quæ eum ad satisfactionem ac emendationem tanti criminis perduxit. Solet excommunicatio propter contumaciam infligi, vt patet ex Constitutione Iustiniani Imperatoris, in Authent.

Authenticis collatione 9. Constitutione 13. Quomodo oporteat

monachos viuere, capit. 5. Si delictum atrocius sit, quam

quod medela reparari possit, tunc etiam expelli eum à monasterio & bonorum cohabitatione oportet, quatenus dans

femetipsum ex melioribus ad peiora, ipse suis malis potiarur solus, & non per eius malum etiam alij violentur, sicut à morbo seu pestilentibus & incurabilibus iumentis.

Vel, Ne vitiorum suorum aliquid ceteris contagione adfricet, quemadmodum peste laborantia & incurabiliter agrotantia solent pecora. Per quæ verba Iustinianus significat expellendos incorrigibiles monachos & per excommunicationem, & per realem corporalemque à Monasteriis

separationem siue exclusionem. In versione Gregorij Holoandri interpretis Nouellarum, titulus huius Constitutionis talis est, De monachis & ascetis & eorum conuersatione. §. certè si quis delinquat. idem Iustinianus in Authententicis collatione 1. Constitutione 6. Quomodo oporteat Episcopos & reliquos clericos ad ordinationem adduci. §. Si quis autem talis: Si is qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniosior aut in ipso principio, neque in examinatione persistere confidat: segreget istum in perpetuum à sacra communione, is qui ordinationem facere vult: vt non ipsa falsitas impunita sit. Sicut enim bonam gloriam in eo qui ordinandus est, quatinus: ita etiam calumniam in eo qui frustrà accusauit,

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

Lex. Iustini- nus.

punimus. Hæc Iustinianus. Idem, colatione 9. Constitutione 123. de Sanctissimis Episcopis, &c. ca. 11. siue §. Omnibus autem Episcopis, &c. Omnibus autem Episcopis, inquit, & presbyteris interdicimus segregare aliquem à sacra communione, antequam causa monstratur, propter quam sanctæ regulæ hoc fieri iubent. Si quis autem præter hoc à sancta communione quemquam segregauerit: ille quidem qui iniuste à communione segregatus est, solutus excommunicatione à maiore sacerdote, sanctam mereatur communionem. Qui verò aliquem à sancta communione segregare presumpserit: modis omnibus à sacerdote sub quo constitutus est, separabitur à communione quanto tempore ille perspexerit: ut quod iniuste fecit, iuste sustineat. *Epist. Iul. Patricii.* Apud Iulianum Patricium Antecessorem Constantianopolitanum interpretem Nouellarum, in Constitutione 14. §. 15. de his qui sine causa excommunicant: Nemo Episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem ante, quam causa probetur, propter quã Ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduersus ea excommunicauerit aliquem: ille quidem si excommunicatus est maioris sacerdotis auctoritate ad gratiã sanctæ cõmunionis redeat: Is autem qui non legitime excõmunicauit, in tantum abstineat sacra communione tempus, quantum maiori sacerdoti iussu fuerit, ut quod iniuste fecit, ipse iuste patiat. In edicto Iustiniani, fidei confessione continente, quod cum versione Nouellarum, Latina, Iuliani Patricij habetur impressum, §. Quoniam autem quidam verba pro Theodoroscientibus &c. scribitur ad hunc modum: Anathema nihil aliud significat nisi à Deo separationem, sicut in veteri Nouo testamento iudiciũ de anathemate significat. Quod autem & Dominus eos qui non permanent in verbo veritatis ipsius, separatos esse ab Ecclesia dicit, in Euãg. secundum Ioannem Iudæos alloquens, sic ait: *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: Seruus autem non manet in domo aeternum, filius autem permanet in aeternum.* Quod autem quod Dominus nominat domum, diuina scriptura Ecclesiam dei vini vocat, Apostolus testatur in Epistola prima ad Thimotheũ c. 3. Si verò quidam dicunt non oportere Theodoros post mortem anathematizari, sciant qui talem hæreticos defendunt, quòd omnis hæreticus vsque ad finem vite suo errore permanens iuste perpetuo anathemari & post mortem subiicitur. Et hoc in multis hæreticis & antiquis

Iul. Patricii.

Iust. Imper. in edicto.

tribus & propioribus factum est, id est, Valentino, Basilide, Marcione, Corinthe, Manichæo, & Bonoso. Hoc autem idem in Theodoro factum est, & in vita accusato, & post mortem anathematizato à sanctis patribus. Quod autem impij licet non in vita in suam personam anathemata susceperint, tamen & post mortem anathematizati à Catholica Ecclesia, ostenditur à sanctis Synodis: Sancta Dei Ecclesia, & post mortem Arriũ, & Macedonium nominatim anathematizat. Iudas cum putasset latere cum qui occulta hominum cognoscit, Sacramentis communicauit cum Apostolis. Sed tamen nihil ei profuit, quòd cum dolo cõmunicauit. Sed licet post mortem eius duodecim nominati sunt discipuli, sicut Ioan. Euãgelista c. 20. dicit. *Thom. 20.* *mas vnus ex duodecim, non erat cum ipsis quando venit Iesus:* tamen hoc non liberat Iudam à condemnatione, aut connumerari facit Apostolis. Vnde post Ascensionem Domini, Apostoli per suam sententiam eundem Iudam etiam post mortem condemnauerunt, & alium pro illo introdixerunt. Quod autem vanam occasionem proponunt dicentes, Non oportere hæreticos mortuos anathematizari, ex ipsis Domini verbis ostendemus: Impios enim, & adhuc viuos, mortuos nominat, Matth. 8. dicens: *Dimitte mortuos, suos sepelire* *Matt. 8.* *mortuos.* Sicut iustos etiam defunctos, viuos nominat. Dicit enim de Abraham, Isaac, & Iacob, quòd *Deus non est mortuorum, sed viuentium.* Matth. 22. Si ergo secundum verba *Matt. 22.* illorum non oportet hæreticos mortuos anathematizari, nec viui hæretici anathematizabuntur, quos Dominus mortuos vocat, quia separati sunt ab ipso, qui dixit. *Ego sum viua.* Ioan. 14. Et secundum eos nec viui nec mortui anathematizabuntur, & sine causa, secundum illos Apostolica doctrina tradidit anathematizari, eos qui tradunt præter quod accepimus: sine causa sanctæ Synodi hæreticos condemnauerunt: sine causa & alij sancti patres & doctores Ecclesiæ hæreticos anathematizauerunt. Etiam quod est amplius dicimus, quia quidam ex ipsis qui in Nicæa sancta Synodo conuenerunt, & expositæ ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserunt, quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, alij quidẽ viui, alij mortui anathematizati sunt, à Damaso sanctæ memoriae Papa antiquioris Romæ, & ab vniuersali Sardicensi Synodo, prout testatur Sanctus Athanasius. Sed Chalcedonensis sancta Synodus Dominum Antiochiæ factum Episcopum, post mortem condemnauit, *Zz 2* quòd

Thom. 20.

Matt. 8.

Matt. 22.

Ioan. 14.

quòd ausus est scribere, Oportere solum taceri duodecim capitula Sancti Cyrilli. Vt autem nihil subtilitatis praetermittamus, necessarium putauimus memorare etiam illa, quae ab Augustino sanctae memoriae Africano Episcopo scripta sunt. Quaestione enim aliqua post mortem Caeccilianus de eo mota, quòd ab Ecclesiastica traditione declinasse dicebatur, & propter hoc quibusdam à Catholica Ecclesia separatis, scribit ad Bonifacium idem S. Augustinus, Quòd non oportet ideò aliquem separare sese à Catholica Ecclesia: Si enim vera essent ea quae Caecciliano inferebantur, manifestatus esset, contrarium aliquid Ecclesiastico statuti sapuisse, etiam post mortem eum anathemati subicerem. Dicit sic D. Augustinus tomo 2. Epistola 50. ad Bonifacium comitem, de moderatè coercendis haereticis circa principia: Si vera essent quae ab eis obiecta sunt Caecciliano, & nobis possent aliquando monstrari, ipsum iam mortuum anathematizarem: sed tamen Ecclesia Christi, quae non litigijs opinionibus fingitur, sed diuinis institutionibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus: quia bonum est cōfidere in Domino, quam cōfidere in homine. Neque enim, quòd sine iniuria innocentiae illius dixerim, si peccauit Caeccilianus, ideò hereditatem suam perdidit Christus. Haec D. Augustinus. Deinde prosequitur Iustinianus ubi supra. Quantum autem insipientiam dicentium, Nō oportere anathematizari post mortem, eos qui in sua impietate mortui sunt: oportere nec eos qui iniuste condemnati sunt patres, post mortem reuocari: quale contigit in Ioanne sanctae recordationis Episcopo Constantinopolitanae ciuitatis, ab vniuersali Ecclesia post mortem reuocato, & in Flauiano sanctae memoriae & ipso Episcopo Constantinopolitanae ciuitatis, iniuste quidem in vita condemnato, iuste autem post mortem reuocato, tam à sanctae memoriae Papa Leone, quam à sancta Chalcedonenſi Synodo. Item dicit Dominus, *Ioan. 3.* *3. Qui non credit, iam iudicatus est.* Tali igitur Domini sententia, prolata aduersus omnem impium, & nihil dissentire inter viuos & mortuos haereticos, quomodo ausus resistere tali sententiae, & eos qui semel impie egerunt, propter hoc iam à Domino condemnati sunt, dicere oportere post mortem condemnari? Haec enim Iustinianus in edicto illo: idem in Authenticis collatione 9. Constitutione 131. de Ecclesiasticis titulis, & priuilegijs ca. 14. scribit

D. Aug.

Ioan. 3.

Iustinianus.

Iubemus autem nullum haereticum: Rector domus qui ipsas res dedit haeretico, omni gubernatione remoueatur, & in monasterio recludatur, & vno anno à sancta communione segregetur, cum haereticis prodiderit Christianos. Haec Iustinianus. Quid, quae crebrius in Canonibus sanctorum & venerandorum Apostolorum, quam illud? *apost. 1. 10.* Segregator à communione, aduersus eorum sanctiones attentates. Canonibus 5. & 8. & 9. *apost. 1. 10. 11. 14.* à communione arceri oportet. Item cap. 10. 11. 14. in Graeco verò exemplari 15. sicque ferè passim in illis repetitū inuenias, à communione excluditor, aut aliquid aequiualens. Idque de vsu excommunicationis contra rebelles Apostolorum saeculo, de quo statim fuit. Sed ob difficultatem emergentem non minimam de haereticis post mortem anathematizandis, necesse est nunc & peropportunum disserere. Scribit Nicephorus libr. 17. cap. 27. in hunc modum: Iustiniani Imperatoris temporibus, Quaesitum est, An tum demum iam olim defunctos anathemate ferire liceret? Ibi tum Euty chius, Mena adhuc superſtite, vir sacrarum literarum summè peritus, disertis verbis, neque cōsilio, neque deliberatione vlla eam rem agere dixit: propterea quòd & *Isias Rex non tantum viuentes Daemonum sacerdotes olim iugularit, sed & eorum qui longo ante tempore mortui fuerant: sepulchra effoderit.* 4. Reg. 23. cap. Quòd verbum bene ab eo dictum esse omnibus videbatur. Iustinianus certè virum ob id admiratus, Mena eis diebus defuncto, in imperialis urbis thronum extulit. Euagrius item historiae Ecclesiasticae libr. 4. cap. 37. Iustinianus, inquit, Concilium quintum conuocauit. Primò igitur quaestione proposita: Sine mortuis anathema denunciandum an non? Euty chius qui tunc aderat, cum eos qui in vnum coacti erant non solum non sapere sed desipere potius animaduerteret, aperte quaestionem illam nulla egere deliberatione dixit. Nam Iosiam Regem non modò sacerdotes, qui Daemonès colebāt, quibusque vita adhuc suppetebat, trucidasse: sed etiam sepulchra, qui iam pridem mortem obierant, effodi curasse. Haec ab Euty chio dicta accommodatè omnibus videbantur. Quae cum Iustinianus intellexisset, Euty chium statim, vt mortuus fuit Menas, ad sedem Episcopatus Constantinopolitani extulit. Vigilius autem antiquae Romae Episcopus per literas consensit consilio, non tamen interesse voluit. Haec Euagrius. Petrus Etodius Decretorum libro primo

Canon. Apost.

4. Reg. 23.

Euagrius 4. 37.

4. Reg. 23.

Petr. Etodius.

titulo sexto de hæreticis §. 20. Hæreticos etiam post mortem excommunicari posse. Ibi refert ex Ecclesiasticæ Historiæ supra memoratis scriptoribus, sub Iustiniano quinquagesimo Synodi Decretum, quod fuit eiusmodi (ut scribit à Synodo pronuntiatum fuisse) Mortuos quoque excommunicationis damnationem ferre posse. Sed & post ducentos annos à morte Origenis iam sub Theodosio Imperatore excommunicatus fuerat Origenes, & contra Ioannes Chrysostomus post mortem à Proclo absolutus, in communionem receptus est, & ossa relata Constantinopolim. Hæc le.

Socrates
lib. 7. ca.
44.

Quæ postrema de Origine & Chrysostomo verba, et sumpta sunt. Corpus Ioannis, ait, Comanis sepultum 35. anno post eius abdicationem Constantinopolim translatum curauit, ubi Imperatori eam rem persuaerat: quæ cum multo honore & splendida pompa publicè celebrata in Ecclesia Apostolorum condidit. Id de Diuo Chrysostomo intelligit. Addidit statim: Demiror equidè quid curauerit, cur tanta inuidiæ flamma cõtra Origenem mortuam incensa sit (Ducentis enim annis post mortem à Theoplo excommunicatus fuit) cum Ioannes 35. anno, postquam è vita excesserat, sit à Proclo receptus in communionem. Verùm proclus Theophilo tantum facilitate morum preterececelluit. Hæc Socrates, ubi supra. Non minima sanè ecclesiastica insurgit propter verba, quæ præsentis Euangelio scribuntur: *Quicumque ligaueritis super terram, & quicquid solueritis super terram, ait Dominus Apostolis, & ceteris successoribus, in quibus verbis fundatur excommunicationis potestas & iurisdicctio, atque absoluendi ab excommunicatione in foro exteriori & Ecclesiastico. Sic enim ait Euthymius Græcus in Mat. 18. ubi tandè Ecclesiæ ceteræ iussisset, inquit, præsidibus videlicet Ecclesiæ, nuntios eos sermonem intendit, dicens: *Quicumque ligaueritis in terra. Est autè sensus iste? Quicquid vos in terra censueritis aut sententia decreueritis, hoc Deus in cælo ratum habebit, siue eos qui sunt incurabiles ab Ecclesia amputaueritis, siue postmodum resipiscentes receperitis. Cum igitur dicitur, Solui aut ligari in terra, vel (ut in editione vulgaris scripturæ) super terram. Mortui autem, non amplius sunt in terra, nec connumerantur inter uiuentes super terram vel in terra. Quoniam pacto igitur vel ligari post mortem per excommunicationem, vel absolui ab excom-**

Euthy.
in Mat.
18.

nicatione poterunt? Adde quòd, hoc Theologum axioma: Nempe, Post mortem excommunicare neminè potest ecclesiastica, nedum ut probabile, sed ut ratum, fixum, certòque definitum ac verum multi Theologi amplectuntur. Inter quos honoris causa nostrum Alfonso à castro Zamorensi libro secundo de iusta hæreticorum punitione ca. 19. nominò, cum quo & me sentire parte profiteor, nec nõ publicè in minore ordinaria de hac affirmatiuè & categoricè respondi Lutetiæ anno Domini 1569. Iunii 27. ecclesiæ, post mortem non posse excommunicare. Post mortè quidè dånari potest aliquis de heresi, hoc est, potest dari sententia, per quã declaratur ipsum fuisse hereticum, & in heresi decessisse, qui nullã poenitentiam ante mortem ostendit. Non tamen cum damnatur hæreticus defunctus, tunc excommunicatur, sed declaratur quod cumprimum factus est hereticus fuit etiam excommunicatus. Quippe cum etiã ante iudicis declarationè ipso iure sit excommunicatus. Nec dicendum quòd propter grauitatè criminis heredes, & apostatæ à fide, possit aliquis post mortè excommunicari, sicut Glossator quidam decretalium dicit: quod in hereseos detestationè post mortem hereticus excommunicari potest. Et ne Ecclesiã pro eo oret, interdicti: qui tamen non fuit accusatus in vita. Hæc Bernardus Glossator, extra de hæreticis capite, Si quis Episcopus heredes &c. in fine illius Glossæ. Cuius pro parte nego dictum & sententiam, ea ratione inductus, quia ad mortuos directò non extenditur potestas siue auctoritas excommunicandi, quippe quæ ad uiuos super terram existentes ac in terra degentes à Christo Domino limitata, & certis quibusdam terminis definita, manifestè liquidòque cernatur. Super terram, inquit, siue in terra. Et sicut prætor alicuius ciuitatis non potest punire maleficos in alia ciuitate commorantes: sic neque Ecclesiã militans, de mortuis iudicabit directà auctoritate: cum non sint illi de eius foro, & iurisdictioni illius subiecti, sed ad Domini pertineant iudicium immediatissimè. Conseruator Decreti Gratianus, 24. questione 2. examinat & versat hanc questionem, An post mortem aliquis possit excommunicari? capit. 1. sic ait: Quòd autem post mortem nullus excommunicari valeat vel absolui, ex verbis Euangelij monstratur, quibus dicitur: *Quicumque ligaueris super terram, &c.* Diuo Petro dictum, Mat. 16. & cap. 18. omnibus in communi dictum est Apostolis:

Alfons.
de castro
l. 2. de ne
sc. her.
punit. ca.
19.

Gloss. De
cre.

Gratia.
in Decr.

Mat. 16.
ca. 18.

Quaecunque ligaueritis super terram, &c. Super terram, inquit, non sub terra, ostendens quod uiuentes pro uarietate suorum meritorum soluere possumus & ligare: de mortuis autem sententiam ferre non possumus, ait Gratianus. Ibi Can. Legatur, ex quo &c. Quodcunque solueris super terram, *Super terram*, inquit, Nam in ligatione defunctum nunquam dixit esse absolendum Glossa ibi, Intelligit de vera ligatione. Sunt qui exponant hanc auctoritatē: *Quaecunque ligaueris super terram*, id est, inter uiuos quantum ad ipsum ligantem. Quasi dicat: Dum tu es super terram ligare potes. Hæc ibi. Et Cano. Dānationis &c. subiungit Gratianus: His auctoritatibus probatur quod uiuentes non mortuos soluere possumus, vel ligare. Verum, inquit, hæc non de omnia crimine intelligendum est. Sunt enim quedam crimina de quibus etiam post mortem accusari potest quilibet vel damnari: ueluti hæresi. Vnde, inquit, in prima actione quinta Synodi legitur: Sanè profertur quibusdam qui dicunt oportere post mortem hæreticos anathematizari, & sequi in hoc doctrinam Sanctorum patrum, qui non solum uiuentes hæreticos condemnauerunt, sed etiam mortuos: sicut eos qui iniuste condemnati sunt, reuocauerunt post mortem, & in sacris diptychis scriptis memoria Episcopi Constantinopolitanis. Hæc ibi. Non quod sacra Diptycha, duplices erant tabulae, in quibus nomina patrum & Episcoporum, suo ordine & catalogo, ponebantur ac recensebantur. Habetur tom. 2. Conciliorum in quinta Synodo Constantinopolitana, actione prima, litteris Iustiniani ad Synodum, circa finem: Hortamur enim illud disceptare, quod uanè profertur ab eis (sanè profertur ab eis legit & malè Gratianus, quia statim sequitur qui dicunt non oportere post mortem hæreticos anathematizari, & sequi in hoc doctrinam Sanctorum patrum, qui non solum, &c. Quod negatiuè protulit Iustinianus affirmatiuè posuit Gratianus (qui dicunt oportere post mortem hæreticos anathematizari &c.) Reliqua in Gratiano consentiunt. Addit idem Iustinianus: Scit enim uestra reuerentia, quod positum est à Domino in Euangelio Ioan. 3. *Qui non credit, iam iudicatus est*. Manifestū autem quod hoc non tantum de uiuis, sed etiam de his dictum, qui in sua impietate mortui sunt. Hæc ibi. Et Gratianus ubi supra profertur, prolatis ex actione quinta, quibus

Concilio
rum 5.
Constāt.
act. 1.

Gratianus in
Decre.

Synodi multis auctoritatibus, concluditque propositum cum sancta Synodo, & D. Augustini sententia in diuersis Epistolis, quæ est Ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet hæreticos etiam post mortem anathematizari. Sed & Romana sancta Ecclesia, quosdam Episcopos etiam post mortem anathematizauit, licet in vita sua proinde non essent accusati. Hæc ille. Sic propendere uidetur, & inclinare in sententiam illam, quod hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Obserua etiam quod actione quinta prænominati Concilij dicitur: *Quæstionem illam fuisse propositam in Synodo*. Quod oportet hæreticos & post mortem condemnari. In prouincia Carthaginensi multi Episcopi congregati statuerunt de Episcopis defunctis, qui hæreticos suas facultates relinquunt, ut post mortem anathemati subiiciantur. Sunt etiam Augustini Epistolæ dicentes: quod si qui in vita sua non rectè sapuerunt, licet non condemnati fuissent adhuc uiuentes, ut demonstrato peccato, isti & post mortem anathemati subiiciantur, & lecta est Epistola sancti Augustini ad Bonifacium comitem de Cæciliano supra produximus. Deinde de ex Epistola sancti Cyrilli proponitur quod non oportet defunctis insultare. Sine causa quidem ferri aduersus defunctos non oportet, ne inimicitie hoc esse uideatur. Dogmatica uero proposita questione, licet defuncti sint illi de quibus dicitur aliquid tale, non oportet tacere, sed conuincere ea quæ malè illi dixerunt, quia magis dilecta est ueritas. Declaratur ibidem quid significat anathema. Vnde Iustinianus in Edicto supra à nobis commemorato, ex hac Synodo omnia sua desumpsit prolata argumenta & probationes. Dicitur ibi etiam de Origene, tempore Theophili post mortem anathematizato.

Postea subditur: Sancta Synodus dixit: Sufficiunt quidem, quæ dicta & prolata sunt, Ecclesiasticam traditionem demonstrare, eo quod oportet hereticos & post mortem anathematizari. Et Theodorus Mopsuestenus propter impia sua conscripita, & post mortem à Catholica Ecclesia eiectus est. Item in Collatione seu actione 8. Eiusdem Concilij habetur & repetitur: Ecclesiasticam traditionem esse, quod post mortem heretici anathematizentur. Ferrus in gestis, quomodo diuersi heretici & post mortem anathematizati sunt, Domino de impio ac infideli, *quod iam iudicatus est* dicente, & Apostolo, etiā *Angelos si docerent præterquā quod*

Eua gelizati sumus, anathemati ante, quomodo praesumat dicere qui omnia audet, de viuis tantummodo hac dicta esse? Aut ignorant, magis autem scientes ignorare distinguunt, quod iudicium anathematis nihil aliud est nisi separatio a Deo? Quod impius licet non verbo ab aliquo suscipitur, tamen anathema seipsa sibi infert, per suam impietatem, se metipsum a vera vita separans. Quid dicunt ad Apostolum *Hereticum hominem post unam & secundam correctionem evita* Cyrillus in libris quos contra Theodorum scripsit, ita dicitur: Euitandi sunt illi, qui tam pessimis culpis detinentur siue viuis sunt, siue non. A nocente enim semper refugere necessarium est, & non ad personam magis respicere, sed ad hoc quod Deo placet. Sed etiam Diui August. diuersae Epistolae recitatae sunt, significantes quod oportet hereticos & per mortem anathematizari. Tale autem Ecclesiasticam traditionem, & alij Africani reuerendissimi Episcopi seruauerunt. Sed & Romana Sancta Ecclesia, quosdam Episcopos & per mortem anathematizauit, licet pro fide in vita sua non essent accusati &c. Ex quibus omnibus iam luce meridiana clarius efficitur ex decreto sacri oecumenici Concilij Constantinopolitani secundi, & ex traditione & praxi ecclesiastica, mortuos impios, etiam post mortem licite anathematizari. Quod qui pernegaret impudentius, ipse quoque anathemate & uiuus & mortuus esset feriendus. Quomodo ergo mortui excommunicari non possunt? Id enim aperte palamque deduci videtur ex euangelij progressu: Si percauerit in te, dic ecclesiae &c. Nimirum admonitio semper debet precedere vindictam 1. q. 2. c. indigne: vindicta admonitio precedat, praesertim autem ad poenam excommunicationis, quia nemo excommunicandus est nisi cedat admonitio trina, 16. q. 7. ca. Omnes decimas: Quomodo multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuit ait Concilium Rothomagense, vt secundum Dominum conceptum admoneantur semel, & secundo, & tertio. Quae non emendauerint, anathematis vinculo feriantur vt satisfactio congrua. Quomodo ergo mortui excommunicarentur, quibus trina post mortem imò ne vna fieri potest denunciatio? Sed inter longè distitos & auctores connumeratur? Respondendum est pro ingenio nostro modulo ad tantam molis questionem perdifficilem momenti. Sic igitur cum doctissimo nostro Alfonso recitato de iusta haereticorum punitione, obiecta dilucida

Alfonso de castro ubi supra.

distinguendo inter excommunicationem & anathema. Nam vt etiam declaratum supra habes ex Concilio & Iustiano, Anathema est praecisio siue separatio a Deo: Excommunicatio autem, Exclusio a fidelium communione. Non sunt idem hoc duo anathematizare & excommunicare: Multi enim anathematizant haereses, qui non habent excommunicandi potestatem: Imò si *Angelus de caelo contrarium Euangelio predicato ab Apostolis dogma nunciaret, Quicunque eadem fuerit, ait diuus Paulus Gal. 1. anathema sit.* Quis autem dixerit Paulum vel hominem Angelos de caelo excommunicare posse? cum non subsint iurisdictioni & foro Ecclesiastico; Et sententia, a non suo iudice lata, nulla sit, Et par in parem, ac inferior in superiorem, potestatem non habeat? Super daemones quidem fidelibus Christianis data est a Christo Iesu potestas adiurandi siue exorcizandi eos, expellendique potestati virtute in Iesu nomine, ab humanis corporibus obsessis, & illis praecipienda in virtute Domini nostri: Imò exorcizata excommunicationis verbo vtuntur in daemones. Vnde in Exorcismo B. Ambrosij Archiepiscopi, qui extat in Sacerdotali Romano, & in expositione secundi sententiarum authore Mathia Felisio nostri ordinis provinciae inferioris Germaniae ministro, ex impressione Plantini 1575. sic dicitur: Praecipio tibi quicumque; es spiritus immunde sub poena excommunicationis maioris & minoris & auctoritate Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & aliorum successorum ipsius Beatissimi Petri Apostoli, vt dicas mihi nomen tuum, & die & horam exitus tui, cum signo extinctionis luminis, & fol. 162. Exorcizata adiurando his etiam vtitur verbis: Intendo procedere contra vos maledictos diabolo, & dare & fulminare contra vos omnes excommunicationes, & maledictiones, quas vobis dare possum ex parte Sanctissimae Trinitatis &c. Fol. 163. Maledicti & excommunicati sitis in poena aeternali, &c. si statim non eritis obedientes meis mandatis, in virtute Dei, & Domini nostri Iesu Christi, &c. Vos perpetuo relegamus, anathema & reuocamus, & in stagnum ignis & sulphuris ardētis mittimus. Imperat vobis Deus & Dominus noster Iesus Christus, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & saeculum per ignem. Amen. Et fol. 64. Ego N. fero sententiam maledictionis & excommunicationis, & condensationis vestrae, in quantum auctoritas mea se extendit, &c. Maledico & eiicio & excommunico & condemno vos, maledicti diaboli in virtute Sanctissimae

Gal. 1.

Sacerdotali Romano, & in expositione secundi sententiarum authore Mathia Felisio nostri ordinis provinciae inferioris Germaniae ministro, ex impressione Plantini 1575. sic dicitur: Praecipio tibi quicumque; es spiritus immunde sub poena excommunicationis maioris & minoris & auctoritate Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & aliorum successorum ipsius Beatissimi Petri Apostoli, vt dicas mihi nomen tuum, & die & horam exitus tui, cum signo extinctionis luminis, & fol. 162. Exorcizata adiurando his etiam vtitur verbis: Intendo procedere contra vos maledictos diabolo, & dare & fulminare contra vos omnes excommunicationes, & maledictiones, quas vobis dare possum ex parte Sanctissimae Trinitatis &c. Fol. 163. Maledicti & excommunicati sitis in poena aeternali, &c. si statim non eritis obedientes meis mandatis, in virtute Dei, & Domini nostri Iesu Christi, &c. Vos perpetuo relegamus, anathema & reuocamus, & in stagnum ignis & sulphuris ardētis mittimus. Imperat vobis Deus & Dominus noster Iesus Christus, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & saeculum per ignem. Amen. Et fol. 64. Ego N. fero sententiam maledictionis & excommunicationis, & condensationis vestrae, in quantum auctoritas mea se extendit, &c. Maledico & eiicio & excommunico & condemno vos, maledicti diaboli in virtute Sanctissimae

Sanctissimæ Trinitatis, patris, † filij, † & Spiritus sancti Amen. Idē Felisus Distinctionis 8. lib. 2. Sententiariū capit. hoc est, ultimo: Hic, inquit, emergit scrupulus qui a prælato Ecclesiæ adiurari queat, à consortio cōmunitatis alienus, nec prælati iurisdictioni subiectus, qualis est demones sine Angelus malus in ordine ad homines. Respondendum quod princeps non habeat potestatem duntaxat cōpulsivam & vindicatiuā in subditos, tuāque curæ suppositos, verum etia in extraneos, potissimum si cōmunitari incommunicabiles aut nocumenta inferant, authoritatis suę rigorem exercere. Haud secus prælati cōmunem humani generis hostes, exorcismorū adiurationibus coercere prævalent, quanquā potestatem directam in illum non habeāt, sicut nec princeps in extraneos & hostes. Sic Apostolus: *Quid mihi de his quibus sunt iudicare? Nōne de iis qui intus sunt vos iudicatis? Nōne eos qui foris sunt, Deus iudicabit.* 1. Cor. 5. Vbi ex professo Apostolus de potestate excommunicandi, Paulo autē huiusmodi dixerat: *Si is qui frater nominatur est fornicator, aut avarus, &c. cum eiusmodi nec cibum sumere scripsi vobis, commensam etiam non commisceri.* Eos qui foris sunt, ait Theophilactus in 1. Cor. ibidem, Græcos, siue Gētiles, nominat ac Ethnicos: quibus, Christianos. Quasi dicat: Nulla facio verba de iis qui foris sunt: Extra meas isti leges sunt. Superuacaneum est que fuerit legem sancire iis qui extra Christi regnū & gloriā agunt. Quæcunque enim lex loquitur, iis qui sunt in lege loquitur. Mea nihil refert illos qui foris sunt iudicare. Nōne Christiani vobis iudicandi sunt? Eos verò quibus sunt, horribilior iudex excipiet. Proinde si à vobis, quibus sunt, iudicantur, euadēt atrocius Dei iudicium. Hic Theophilactus. Nunc ad Felisij prosecutionē reuertor: rest, ait ille, alia methode hic dissolui nodus. Vt minister Ecclesiæ potestatem habeat delegatam, dicente Dominus: *Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & super omnes potestatem inimici.* Luc. 10. Non, inquam, ordinariam sed delegatam. Hæc Felisius vir profectō de re Theologica optimè meritis. Ad hunc modum indirectō possunt excommunicari demones, hoc est ciici ac derurbati per exorcismos, ut cessent ac desinant illos vexare. Nota creberrimè in Epistolis Decretalibus post verbum excommunicamus adiungi verbū anathematizamus. ut extra de hæreticis. Excommunicamus itaq; & anathematizamus omnē hæreticū

ante Inno. 3. in Cōcilio generali, & alibi sæpe hanc loquendi formulam reperire est, & contingit. Anathema enim addit supra excommunicationē. *Anathematizatus* sunt donaria dicata Deo. Sicut autē nefas est cōtingere Deo oblata, per rapinā videlicet & sacrilegiū (vt satis suprā diximus) ita similitudine in contrariū ducta, nefas est cōuersari cum excommunicatis. Anathemati siue donariis honoris gratia appropinquare nemo audebat: Ab excommunicato etiā separabantur omnes tanquā à Deo alieno, sic differunt separationis modo. Anathemata seorsim & à profanis procul separabantur, Deoq; cōsecrata seruabatur ob reuerentiā. Qui autē anathemate feriuntur ab hominibus, segregantur propter excommunicationē, & ne cōtagio latius serpat in alios, Modō, defuncti possunt anathematizari, sed nō proprie & directā potestate à viuīs excommunicari, cum illi iam excesserint ab hac vita, & foro Ecclesiastico non amplius, sed omnium supremo, Dei horrēdo tremēdoq; iudicio immediatissimè, subiecti sint. Nec Cōciliū quintū, nec Iustinianus, nec Gratianus (si pressius & exactius cōsideraueris, penitentiūq; inspexeris) dicunt hominē post mortē excommunicari: Bene autē post mortē posse dānari hæreseos, quia sentētia damnans, est velut declaratoria operū præteritorū: Excommunicatio autē non tam est sententia, quam sentētia executio: Esto. Excommunicatio sententia dicēda fit, non remen solū illa erit præteriti operis declaratoria, sed præsentis pœnæ inflictiua, que non potest directō infligi defunctis, cum sint extra iudiciū humanum. Sententia autē post mortem declaratoria ad omnes pœnas corporales quæ corpus hæretici continere valent, prodest: quoniā hoc & quæ illud contingunt in terra sunt, & hominū potestati subiecta, vt potē quatuor bona tēporalia quæ fuerant defuncti, fisco addicantur; filij eius in hæreseos horrore infames decernantur; defuncti corpus ecclesiastica sepultura in qua reconditū fuerat, indignū esse declaretur; ossa hæretici è sepulchro effodiātur, & exhumari valeant, si à reliquis discerni possint (vt Iohannes tēporibus in pseudoprophetarum ossibus factum recēsumus). Et ossa hæretici Ioānis Vicleff, vt habetur to. 3. Conciliorū, in Constantiensi cōcilio, sessione 8. Sanctæ Synodi iussu & autoritate exhumata fuerunt, ac memoria eiusdē condemnata. Hæc Sancta Synodus sententiat eundem Ioannem Vicleff fuisse notoriū hæreticum, pertinacitē ac in hæresi decessisse; anathematizando ipsum pariter & suam

Constantiensis cōcilio, sess. 8.

& suam memoriam condemnado: Decernitque & ordinat corpus & eius ossa (si ab aliis fidelium corporibus discerni possint) exhumari, & procul ab Ecclesie sepultura iactari, secundum canonicas & legitimas sanctiones. Hac Concilio generali. Item declarabit Ecclesia & palam faciet omnibus Impium esse pro impio heretico defuncto Deum orare, vel sacrificium offerre: Sicque priuabit eum suffragiis publicis communibus fidelium, ac solempni prece Ecclesiastica: Sed proprie & directo aliquem post mortem excommunicatum ipsam Ecclesiam, non dicemus: sed tantum anathematizatum vel excommunicatum fuisse ipso iure, declarare ac de fine post mortem illius. Sicut etiam extra, de hereticis, ca. Si quis Episcopus, ex Concilio Africano: Si quis Episcopus hereticos instituerit hereticos etiam consanguineos aut paganos saltem post mortem anathema dicatur, atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullomodo recitetur. Non dicitur Concilium: Post mortem excommunicatur: sed, Dicatur ei anathema, id est, vocetur & decernatur maledictus, Excommunicatus, a Deo separatus, cuius memoria in aeternum perennet. Quod si obiiciatur ex Innocentio 3. & recitatur extra in Decretalibus, de sententia excommunicationis cap. Anathema est sapè questum, & est secundo ordine cap. hec inueniens, ne quis fallatur. Si quis excommunicatus fuerit, quatenus tacunq; penitentiae signa in eo praecesserint, si tamen morte praeventus absolutionis non potuerit beneficium obtinere, quamuis absolutus apud Deum fuisse credatur, non tamen tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus. Potest tamen & debet ei Ecclesie beneficio subueniri, ut si de ipsius uiuentis penitentia per euidentia signa constiterit, de defuncto etiam absolutionis beneficium impendat. Nec obstat quod Ecclesie legitur attributa potestas ligandi atque soluendi homines super terram. Tanquam non possit solui & ligare sub terra sepultos, quum non contemptus religionis, sed articulus necessitatis impediuerit, & in certis casibus a canonibus denotatis ligasse legatur Ecclesia mortuos, & soluisse Glossa ad verbum Mortuos, puta in heretico Indirecto id verum esse, quod mortui ligentur vel soluntur, ad hunc sensum: Quoniam excommunicatio quocumque unam personam fertur, ad plures personas suos extenditur: factus: quia obligat alios, nempe uiuos & superstites, non defuncto excommunicato precentur. Item propter priuam

Decret.

Glo. Decret.

sepultura Ecclesiastica. Sic poenas corporales potest Ecclesia inferre defuncto, post mortem, ut supra declaratum fuit. Potest igitur Ecclesia aliquem mortuum ad hunc finem in excommunicatione defunctum in hunc finem absolueret, ut Ecclesiastica illi concedatur sepultura, iussa uigete causa: Et quia dum aliquem excommunicat, alios etiam ligat ne orent pro eo, sicque indirecte & quasi oblique illum laedit, ac incommoditatem adfert. Hoc autem facere potest circa defunctum: quia licet ille sit extra iudicium Ecclesie constitutus, tamen uiuētes sunt de foro Ecclesie. Sed quia extrahenti mādato inferitur nocentū defuncto, ideo dicitur Ecclesia defunctum excommunicare, cum tamen reuera non defunctus, sed uiuētes tali excommunicatione ligentur. Paulus de Palacio in Marth. 16. cap. *Quodcumque ligaueritis super terram, &c.* D. Cyprianus, inquit, per ligare, excommunicare intellexit. Quod autem ponitur, *Super terram.* Quomodo ergo excommunicabantur iam uita functi: Veritas est: Non posse Papam precipere defunctis ne communiēt uiuis, ne pro certo quodam defuncto orent: Et hæc est excommunicandi mortuos ratio. Hæc de Palacio. Sicque potest vicissim absolueret etiam defunctos: ut de sancto Benedicto apud D. Gregorium memorabilis valde habetur historia lib. 2. Dialogorum cap. 23. Si quid unquam non iam discernendo, sed minando D. Benedictus diceret, *Quodcumque ligaueritis super terram, &c.* tantas vires sermo illius habebat, ac si hoc non dubie atque suspensè, sed iam per sententiam protulisset. Nam non longe ab eius monasterio, duæ quædam sanctimoniales feminae in loco proprio conuersabantur: quibus quidam religiosus vir ad exterioris uitæ usum præbebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis, parere ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt: necdum prædictæ sanctionales nobiliori genere exortæ, perfecte linguam suam sub habitus sui fræno restrinxerāt, & eundem religiosum virum, qui ad exteriora necessaria eis obsequium præbebat, incautis sæpè sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui cum diu ista toleraret, perrexit ad Dei hominem, quantasque pateretur verborum contumelias enarrauit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, eis promissus mandauit, dicens: Corrigite linguam uestram: quia non emendaueritis, excommunico vos. Quam uidelicet excom

*D. Greg.
lib. 2. Dia.
ca. 23.*

excommunicationis sententiam non proferendo intulit, sed minando, illa autem à pristinis moribus nihil mutata, intra paucos dies defuncta sunt, atque in Ecclesia sepulta. Cùmque in eadem Ecclesia Missarum solènia celebraretur, atque ex more diaconus clamaret: Qui non communicat, det locum: Nutrix earum quæ pro eis oblationem Domino offerre consueuerat, eas de sepulchris suis progredi & exire videbat. Quod dum sæpius cerneret, quia ad vocem diaconi clamantis exibant foras, atque intra Ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit quædam viri Dei illis adhuc uiuentibus madauit. Eas quippe se communionem priuare dixerat, nisi mores suos & uerba corrigeret. Tunc sermo Dei cum graui mœrore indicatum est, ut manu sua protinus oblationem dedit dicens: Ite, & hæc oblationem pro eis offerri Domino facite, & ulterius excommunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro eis fuisse immolata, & à diacono iuxta morem clamatum est: ut communicantes ab Ecclesia exirent: illæ exire ab ecclesia ulterius uisæ non sunt. Quæ ex re indubitater putantur, quod dum inter eos qui communionem priuati sunt minimè recederent, communionem à Domino per seruum Domini receperunt. Mirum valde sanctissimum uirum in hac carne degentem potuisse animas soluere in illo iam inuisibili iudicio constitutas. Sequenti. cap. 24. de eodem factum & istud narratur non minus admirabile. Quidam etiam puerulus monachus, parentes suos ultra quam deberet diligens atque ad eorum habitaculum redens sine benedictione (hoc est, ut reor, sine licentia petita & obtenta) cum in monasterio exisset, eodẽ die mox ut ad eos peruenit, defunctus est. Cùmque esset sepultus, die altero proiectum corpus eius inuentum est, quod rursus tradere sepulchro curauerunt. Sed sequenti die iterum proiectum externæ, quæ inhumatum, hoc est extra humum expositum (ut interpretor, & cõtexrus historicus exigit) sicut prius inuenitur. Tunc concitè ad Benedicti patris uestigia currentes, cum magno fletu petierunt, ut ei suam gratiã largiri dignarentur. Quibus uir Dei manu sua protinus communionem Domini corporis dedit, dicens: Ite, atque hoc Dominici corpus super pectus eius (cum magna reuerentia) ponite, & sic sepultura eũ tradite. Quod dum factum fuisset, subterptum corpus eius terra tenuit, nec ultra proiecit. Percepit apud Dominum cuius meriti iste uir fuerit, ut eius corpus

etiam terra proiecerit, qui Benedicti gratiam non haberet. Ex his narrationibus colligitur mortuos fuisse absolutos post mortem siue reconciliatos Ecclesiæ pro participatione Ecclesiasticæ sepulturæ, qua omnino indigni ante absolutionem huiusmodi, cum in sententia & censura defuissent cuiusdam quasi excommunicationis, uisi sunt, post absolutionem uero in Ecclesiastica pacificè quiescerunt sepultura & communionem. Ioannes Hesselius Louanienfis in Mathæum 16. ad uerba, *Quodcumque ligaueris super terram.* Ioannes Non otiosè additum est, inquit, *Super terram.* Quia mortui qui per ipsum Christum, non per eius vicarium, sententiam accipiunt, iudicio Petri minimè subsumunt. Anathematizat tamen interdum Pontifex mortuos, declarando eos dum in uita essent fuisse hæreticos, atque ideò honore priuandos, aut propter aliquod peccatum, uetando ne pro eis oreretur. Contrà uero interdum absoluit, eos non fuisse hæreticos, ac pro ipsis posse orare declarando. Hoc Chrysofostomo contigit, quem Innocentius postmodum absoluit. Quamdiu etenim quis in memoria hominum est, atque eorum precibus iuari potest, super terram quodammodo esse dicitur. D. Cyprianus Epistola 66. ex distributione Pamelij prohibuit ne pro illo mortuo oreretur, qui executorem testamenti ordinauerat sacerdotem. Episcopi, inquit, antecessores nostri censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros uoluit auocare. Et ideò Geminus Victor cum contra formam nuper in Concilio à sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quòd pro dormitione eius apud uos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequentetur. Hæc ille Pamelius ibi numero 16. Non est quòd pro dormitione eius &c. Pertinere uidetur, inquit, hæc Cypriani & cõepiscoporum sententia ad ueterem Ecclesiæ morem, quo etiam mortui anathematizari solènt ab Ecclesia. Neque enim aliud erat illa anathematizatio, quàm quod pro illis defunctis non orabatur, & quòd debebantur coram nomina è sacris Dyptichis. De qua latissimè Iustinianus Imperator in Epistola sua ad Ioannem Papam secundum, inter acta Synodi quintæ uniuersalis. Recitauimus pa-

suprà ex edicto Iustini de fide, estque impressum to. 2.
Cœcilia. Conciliorum, Colonia, anno 1567. folio 388. Edictum illud
 Iustini Imperatoris Ioanni Papæ secundo transmissum,
 ut patet in vita eiusdem Papæ ex libro pontificali: vbi docet,
 quodd dicta Synodus quinta, Canone 12. sessione seu
Synod. s. can. sess. sione 8. Theodorum post mortem anathematizavit, non
 nouum esse, sed iam olim vsitatum in Valentino, Basilide,
 Marcione, Cerintho, Manichæo, Eunomio & Bonoso. Id
 ipsum comprobans ex Synodo Nicena de Arrio, Synodo
 Constantinopolitano i. de Macedonio &c. Item ex concilio
 Africano, circa tempora Bonifacij Papæ 1. & habetur
Cœcilia, varia. tom. 1. Conciliorum, folio 579. Canon 48. est eiusmodi:
 Constitutum est, vt si quis Episcopus hæredes extraneos
 consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos
 aut paganos, Ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema
 ei dicatur, atque eius nomen inter Dei sacerdotes
 nullo modo recitetur (vides quod esset post mortem anathematizari,
 nomen è sacris Diptychis eradi, nec inter sacerdotes recitari.)
 Nec excusari possit, si intestatus defecerit, qui utique debuit,
 factus Episcopus, rei suæ ordinatorem congruam suæ professioni
 nequaquam differre. Qui ergo viui debuerunt hoc procurare
 & neglexerunt, post mortem plectuntur anathemate, eo modo
 suprà expolimus: Vt nomen scilicet eorum non recitaretur. Quæ
 deus
Pam. in ep. 10. Cypriz. numero 9. Pamelius in Epistolam decimam D. Cypriani numero
 Veteris Ecclesiæ consuetudine, inquit, tum eorum pro
 bus offerrebat, tum omnium qui in communionem Ecclesiæ
 persistebant Episcoporum, tam viuorum quam defunctorum
 nomina, è sacris tabulis, quæ *λίτα* & *ἱερά* vocabantur,
 recitari solebant in Missæ sacrificio. In Epistola ad Furnitanos
 de Geminio Victore suprà dixit Cyprianus nominari in sacerdotum prece. Huc pertinet illud Dionysij
Dionysij Areop. Areopagitæ Ecclesiasticæ hierarchiæ ca. 7. Et cum se
 tuod omnes salutauerint, mystica sacrarum tabularum recitatio
 fit. Græcè enim est, *ἱερῶν ᾠδῶν*. Nota (philomuse) quod
 amans musarum, & eruditionis rara lector candidè in
 Coeco exemplari Dionysij Areopagitæ per Guil. Morelium
 Græcis Typographum Regium, Parisiis 1562. impresso, fol.
 148. sic legi: τῶν ἁγιωγράφων ᾠδῶν ἢ μυσικῶν ἢ
 ἀνὰ ἱερῶν. Item fol. 149. τῶν ἀπὸ ἱερῶν ᾠδῶν μετὰ τῶν
 ἀνὰ ἱερῶν. Ioachin^o Perionius huius loci interpres, sic re
 citat vtrumque locum: Sæctorum animorum, qui scripti sunt
 mysticè

mystica cœlestique prædicatio. Rursum: Sæctorum autem
 animorum, quæ post pacem adhibetur, prædicatio & c. Ex
 typographica officina Michaëlis Vascofani Lutetiæ 1567.
 fol. 23. pag. 1. Quod adnotatu dignum, inquit, Pamelius vbi
 suprà ob versionem Perionij, qui vertit, Mystica sæctorum
 recitatio fit, aut quod desideraretur, *ᾠδῶν* in eius exem
 plari, aut quodd putaret Dionysium loqui duntaxat de sæc
 torum recitatione, quæ in Missa fieri consuevit. Hæc Pa
 meli^o. Ego verò existimauerim Perionium pro *ᾠδῶν*, le
 gisse *ἱερῶν* animorum: sic enim vertit ipse, sæctorum ani
 morum. Versio antiqua Ioānis Scoti qui primus Dionysium
 & Græco transtulit, tempore Caroli Magni, vt indicat Ana
 stasius Apostolica sedis bibliothecarius, prout refertur in
 Commentariis Dionysij Carthusiani in Dionysium Areo
 pagitam in principio: Versio, inquam, illa primæua sic ad
 verbum habet: Hagiographorum voluminum mysticæ &
 supermundana recitatio. Deinde, Sacrarum autem tabula
 rum post pacè recitatio, fol. 120. pag. 1. Flucidatio Carthu
 siani ad hæc postrema fol. 130. pag. 1. Sacrarum tabularum,
 id est expressio nominum eorum qui piè quieuerunt in Do
 mino, descriptorum in tabulis aut membranis. Translatio
 autem Ioannis Saraceni, quæ respectu alterius antiquæ
 translationis autoritate & imperio Imperatoris Caroli
 Magni à Ioāne Scoto edita est, noua dicitur, sic habet fol.
 190. pag. 1. Hagiographarum tabularum mystica & super
 mundana enūciatio. Iterum: Sæctarum autem tabularum
 post pacem prædicatio. Tralatio item noua Ambrosij Cam
 baldulcensis, De Ecclesiastica hierarchia c. 3. parte 3. Sancto
 rum descripta nomina mysticè & modo supramundano præ
 dicantur: Postea: Sæctorum post pacem illam nominum
 prædicatio. Sic igitur apud Dionysium habetur, Ecce qui piè
 sanctèque vixerunt laudibus afficit. Vbi notabis Mortuorum
 (vt etiā habent Scholia latinè cõuersa à Perionio, in lib.
 B. Dionysij de Eccles. hierarchia) recitari solita fuisse nomi
 na eo tempore. Quæ digressio ad hoc valet, vt scias quorū
 dam etiam post mortem deleta fuisse nomina è sacris ta
 bulis, quæ mortuorum anathematizatio dicitur. Item quæ
 de Diui Chrysosto. nomine oblitterato, & rursus relato in
 sacra *λίτα* & *ἱερά* scribuntur à Theodoro, Nicephoro, & aliis.
 D. Aug. to. 2. Epistola 152. contra Donastitas, de Cæcilianis
 causa loquens, qui iam defunctus erat, vt si forte malus es
 set inuentus, ipsum anathematizarem, non tamè propter
 152.

Ioā. Sco. Dio. in-terpr. Anast. biblioth. Dionysij. Carthusij. 12.

Ambrosij Camaldulcensis.

ipsum Ecclesiam Christi relinqueremus. Hæc ex Pamelio viro doctissimo, huic negotio multum accommodata collegimus in gratiam tui, theophile lector, æqui proinde bonique cōsules. Angelus de Clauasio nostri ordinis Cismontana familia, in summa Angelica, Dictione, Excommunicatio I. Definitionem eius sic assignat: Est censura à canone vel à iudice Ecclesiastico prolata, priuans communione sacramentorum & quandoque hominum. Est enim separatio à gremio Ecclesiæ, & est medicinalis & trahit secum excommunicationem. Quædam est maior, quæ priuat à sacramentis & consortio hominum, & ab ingressu Ecclesiæ & multis alijs & hæc dicitur anathema. Alia dicitur minor & hæc separatur à sacramentis tantum percipiendis, sed non ministranda. Extra, de clerico excommunicato cap. Si celebrat, ait Gregorius nonus. Si celebrat minori excommunicatione ligatus, licet grauius peccet, nullius tamen notam irregularitatis incurrit, nec eligere prohibetur vel ea quæ ratione iurisdictionis sibi competunt exercere. Si tamen scienter talis electus fuerit, eius electio est irritanda. Peccat autem conferendo Ecclesiastica sacramenta, sed ab eo collata, virtutis non caret effectu, cum non videatur à collatione, sed à participatione sacramentorum (quæ in sola confessione perceptione) remotus: dummodo non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionem superioris, communioni excommunicatorum participare se ingesserit, in quo casu est anathemate feriendus, Hæc Decretalis. Si quis ergo verbi gratia, alicui participauerit excommunicato in locutione vel oratione, & sic incidat in minorem excommunicationem, si celebret temporariis excommunicationis, non tamen est irregularis, & eligere potest: tamen arcetur ab electione passiuæ. Qui participat cum excommunicatis excommunicatus est, siue suspensio à sacramentis Ecclesiæ: quæ suspensio siue excommunicatio appellatur minor excommunicatio. Nota 4. c. Engeltrudam uxorem, Non solum, inquit, Papa ibi excommunicatione quæ à fraterna societate separatur: sed etiam anathemate, quod ab ipso Christi corpore (quod Ecclesiæ) recidit (vel melius legendum videtur, rescindit) crebro noueris esse percussam. Vnde datur intelligi, Gratianus, (quod nos supra quoque monuimus) quod aliud est excommunicatio, & aliud anathematizatio, quod anathematizati intelligendi sunt non simpliciter à fraterna societate

Angelus
de Clauasio in
summa
Angelica.

Decretalis.

Decretum.

Gratianus.

societate, sed etiam à corpore Christi (quod est Ecclesia) omnino separati. Hæc ille. Vbi glossa: Engeltruda non solum à fraterna societate, id est à communione sacramentorum, quæ minor excommunicatio dicitur: sed etiam à corpore Christi, id est, à communione fidelium separata fuerat, quæ præcisio anathema, id est, maior excommunicatio dicitur. Habetur extra, de sententia excommunicationis ca. Si quem. ex Gregorio nono: Si quæ sub hac forma verborum illum excommunico, vel simile à iudice, excommunicari contingat, dicendum est eum non tantum minori, quæ à perceptione sacramentorum, sed etiam maiori excommunicatione (quæ à communione fidei separatur) esse ligatum. Hæc satis indicant discrimen inter excommunicationem maiorem & minorem. Vtraque autem infligitur duobus modis, vel à iure vel à iudice potestate habente. Excommunicare autem maiori excommunicatione propriè spectat ad officium episcopale. De iure cōmuni etiam possunt omnes Ecclesiarum prelati, & voco prelatum hoc loci, quæcunque quæ præficit collegio vel vniuersitati Ecclesiasticæ. Solum pro peccato mortali, ait idem Angelus, cui est annexa contumacia, puta quia monitus non vult respicere, debet quis excommunicari: nec mirum, quia nulla maior poena in Ecclesia. Tamè medicinalis dicitur à fine, vt retulimus. Quod expressè dixit D. Augustinus 10. 10. Homiliarum 50. Nos à cōmunionem prohibere quenquam non possumus, quæuis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut spontè confessum, aut in aliquo, siue sæculari siue Ecclesiastico iudicio nominatum atque conuictum. Et habetur in 6. Decretaliū, de sententia excommunicationis c. cum medicinalis, Innocentius 4. in Cōcilio Lugdunensi sic ait: Cum medicinalis sit excommunicatio non mortalis, disciplinans non eradicans, dum tamen is in quem lata fuerit non contēnat, cautè provideat iudex Ecclesiasticus, vt in ea ferenda ostendat se proferat quod corrigentis fuerit & medentis. Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur. Discant iudices quam graue sit excommunicationum sententias siue maturitate debita fulminare. Glossa ad verbum Medicinalis, Quia scilicet plures rubore confusi, inquit, eo quod vident se vitari ab alijs, & priuari legitimis actibus, reuertuntur ad bonum obedientia: & sic excommunicatio retrahit excommunicatum à peccato

Decretalis.

Angelus
de Clauasio.

Decretalis.

Decretum.

peccato ad bonum obedientia. 24. q. 3. cap. Notandū. Quidam, ait Urbanus Papa, dicunt contra Euangelicam preceptam nos facere, vbi de zizaniis non eradicandis Dominus præcepit, cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subiicimus. Quia non est præscindenda vnitas, inquit D. Augustinus, ferendi sunt mali non abiiciendi. Quibus respondendum est, si hæretici & mali homines excommunicandi non sunt, quare D. Aug. ipse cum sanctis legentis Romanæ Ecclesiæ & cum sanctis Episcopis suis Pelagius & Celestinum nouam hæresim introducentes excommunicauit, & ab ecclesia Dei separauit? Itē ipse Dominus aperte excommunicationem fieri iubet, dicens Matt. 18. Fratres qui corripitur ab ecclesia & non obedit: *Sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Vnde apparet liquidò, aliud esse excommunicationem, aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excommunicatur, ut *spiritus eius solutus fiat in die Domini.* Disciplina enim est excommunicatio, & non eradicatione: nisi forte ex contemptu & superbia excommunicati proueniat. Rursus ibidē, ca. Resecanda sunt &c. citatur D. Hieronymus. Resecanda sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda: tota domus, massa, corpus & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, per totum orbem ecclesiam flamma populata est. Angelus vbi supra, Dictione excommunicatio vltimò, Multa mala inducit excommunicatio. Primò priuat participatione aliorum: Nā excommunicatus tenetur evitare alios. Iterum, excludit hominem à sacramentis Ecclesiæ. Tertio priuat suffragio Ecclesiæ, propterea dicitur tradi Satana. Quartò, non potest intercedi diuinis officiis, aut cum aliis orare in Ecclesia, aliàs peccata mortaliter. Efficitur etiam infamis. Nullus potest pro eo orare solemniter. Ideò in die Veneris sancta non fiunt orationes sub hoc nomine: Oremus & pro excommunicatis & eum tamē dicatur: Oremus pro Iudeis, paganis, schismaticis, hæreticis, &c. Vltimò, priuatur Ecclesiastica sepultura. Quia cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus. Extra, de sepulturis cap. Sacris est, &c. Innocentius Tertius: Sacris est canonibus institutum, quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis, & vt careant Ecclesiastica sepultura, qui priuati erant ab Ecclesiastica vnione præcis, nec in articulo

D. Aug.

Matt. 18

D. Hier.

Decret.

tis Ecclesiæ reconciliati fuerint. Vnde si cōtingat quòd excommunicatorum corpora vi, aut alio casu in cimiterio Ecclesiastico tumulētur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debēt, & procul ab Ecclesiastica sepultura iactari. Sin minus, expedire non credimus, vt cum excommunicatorum ossibus, corpora extumulētur fidelium. Hactenus de Clauasio in materia de Excommunicatione. Scribitur item eadem causa & quæstione canone Nihil sic debet, ex D. Augustino 10. 9. tractatu 27. de cap. 6. Ioannis? Nihil, inquit, sic debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius: si non est membrum eius non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem, inquit Apostolus, spiritum Christi non habet, hic non est eius. Diuus Leo Magnus Epistola 89: sub finem: Nulli Christianorum facile communitio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magui reatus violationem inuitus & dolens quodammodo debet inferre animus vindicantis. Cognouimus enim, pro commissis & lenibus verbis quosdam à gratia communionis exclusos: & animam pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sæui supplicij fauciatam, & inermem quodammodo, exuramq; omni munimine in diabolicis incurfibus, vt facile caperetur, obiectam. Hæc Leo Papa. Cōsequitur ergo aperte, sententiā excommunicationis valde timentā esse 11. q. 3. c. sententiā pastoris, ex Grego. Magno. Consequitur item fugiendos esse ac vitandos excommunicatos. Sit tibi sicut ethnicus 11. q. 3. c. Sicut Apostoli, ex Fabiano Episcopo Apostoli statuerunt, dicētes: Cum excommunicatis non esse cōmunicandū: & si quis cum excommunicato scienter locutus fuerit vel orauerit, vt ille cōmunionem priuetur ordinauerunt. *Nec Aue ei dixeritis*, ait D. Ioan. in Epistola. Imò vt ex D. Chrysof. citat Gratianus 11. q. 3. ca. ad mensam: Ad mensam paganorum si volueris ire, sine vlla prohibitione permittimus: si quis vos vocauerit ex infidelibus (paganos significans) & vultis ire, omne quod apponitur vobis comedite. Si quis autem frater nominatus, hoc est, Christianus, & baptizatus fuerit, scortator, ebrius &c. cū huiusmodi neq; cibum sumere debetis. Habetur apud eundem Chrysof. hom. 25. ex ca. 11. Epistola ad Hebræos: Neq; Paulum ait, reuereris, ad mensam quidem paganorū si volueris ire, non prohibentem: ad mensam autem auarorum, &

Decre.

D. Chry.

aliena auferentium, ne volentes quidem permittentem. *1. Cor. 10. Si quis vocat vos infidelium & vultis ire: omne quod*
1. Cor. 5. vobis apponitur manducate & c. Sed 1. Cor. 5. Si quis frater nominatur, & fuerit ebrius, nō sumere cum illo cibū debet. Vnde patet, cum paganis comedere, sed cum excommunicato denunciato & notorio, minimè licere. Ex hoc loco: *Sibi sicut ethnicus qui Ecclesiam non audierit*, colligis faciliè hæreticos Ecclesie rebelles, esse ipso iure, excommunicatos, ac vitandos, ex èplo Apostolicorū hominū, imò ipsorū Apostolorū. D. Irenæus lib. 3. c. 3. Polycarpus dicebat, quoniam Iohan. in Epheso iens lauari, cum vidisset intrus Chirintum, exiit de balneo, non lotus, dicens quod timeret ne balneum concidat: quum intrus esset Cherintus inimicus veritatis. Et Polycarpus ipse, Marcioni aliquando occurrenti sibi & dicenti: Cognosce nos, Respondit: Cognosce te primogenitum Satanæ, vt retulisse suprā in Euangelio de veritate puto. Sic Apostoli neque verbo tenus communicabant alicui eorum qui adulterauerant veritatem. Quæmadmodū & Paulus ait: *Hæreticum hominē deuita.* Numer. 16. *Recedite à tabernaculis impiorū* Item apud Suriā. 1. in vita S. Antonij abbatis 17. Ianuarij ab Athanasio Episcopo Alexandrino cōscripta, & ab Euagrio presbytero latino translata. Sic Arrianos detestabatur vt omnibus diceret, Nec iuxta eos quidem esse accedendū dicēs, multo serpētibz deteriores horum esse sermones. Vnde dicebat: Cum Arrianis vobis nulla sit cōiunctio. Quæ enim lucietas luci ad tenebras? Sic hostilis & Christo inimica Arrianorū hæresis anathematizabatur ab Ecclesie columna Suprema S. Antonij ad fratres oratio inter cætera, hæc cōplexa est: Ad Melerianos schismaticosque ne propè quibus accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiquam peruersitatem: Neque cum Arrianis communione iungamini, quia impietas eorum iam omnibus manifesta est. Ad duos autem discipulos eius extrema verba fuerunt: Schismaticorum hæreticorū venena vitate, meumq; circa eos odiū sectamini, quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi quod nullus nisi nec pacificus quidē sermo, cū eis aliquando fuerit, propè prauā eorum voluntatē, & pertinax contra Christū bē-

Theod. li. 4. c. 3. Hæc sanctus Antonius Theodoretus libro quarto c. 14. recenti versione scribit ita: Orthodoxi Eunomium Episcopum Arrianū in balneo se lauāntem inuenientes, a contagione infectā esse rati, eam in cloacā emittunt, ne

namque sibi infundi imperant. Lucius Episcopus Eunonij successor fuit, isq; Arrianus: Pueris pila ludentibus in foro trāsente Lucio, pila per mulæ, siue asini (cui infidebat) pedes peruoluebatur, illam pollutam existimauerunt, igneque accenso pilā per eius flāmā torquent, sic purgādā arbitrari. Quod licet puerile sit, tamen iudiciū capi potest, quā esset secta Arriana odiosa & exosa. Ibidem: Cūm Antiochus consecrandus esset in Episcopum Catholicorum, conuersus vidit Iouianum Episcopum, qui aliquandiu cōmuniōni Arrianæ adhæserat, dexteram sibi imponentem. Manum eius repulit, ne cum aliis ipsum consecraret, dixitq; se nullo modo posse ferre dexteram illam sibi imponi quæ sacra mysteria per blasphemiam consecrata receperat. Idē planè scribit Nicephorus lib. 11. cap. 21. de Eunomio & Lucio Arrianis pseudoepiscopis Samosatensis. Constans ciuitas Samosata erga eos odium habuit, qui fidei doctrinam deprauare ausi fuerant. Antiochus Iouiani Episcopi, quod aliquandiu Arrianus fuerat, ordinationem reiecit (ibidē) dicens: Nequaquam se eius dexteræ consecrationem seu ordinationem suscepturum quæ per blasphemiam consecrata esset: vel melius, polluta. Hæc ex Nicepho. ac Theodoro. Scribit D. Ignatius Epistola 2. nēpe ad Trallianos: *Fugite impias & Deū abnegantes hereses: Diaboli enim*
mulierem seduxit Adam patrem generis nostri: fugite malas quoque eius soboles, Symonem Magum scilicet, primogenitum eius filium, & Menandrum & Basilidem: fugite etiam illos immundos Nicolaitas voluptatum amatorum. D. Ioannes Epist. 2. præmonuerat: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domū, nec Aue dixeritis: qui enim dicit illi Aue, comunicat operibus eius magis.* 2. Thesal. 3. *Si quis non obedit, hunc notate nec cōmunicetis cum illo, vti confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corrigite vt fratrem.* Ibidem: *Subtrahatis vos ab omni fratre non ambulante secundum traditionem.* Ergo cū heretici, omnes ecclesiasticas traditiones conuellere & labefactare nitantur, cum ecclesiasticam doctrinam & auitā religionem non sequantur, sed insectentur & persequantur, cum noua figmenta & perniciofa pestiferaque dogmata inferre moliantur, ac introducere, meritō sunt nobis fugiendi, nec cum illis communicandum erit. excommunicationis vsus non fuit Iudæis incognitus. Nam vt testa-

Niceph.

D. Ignat.

D. Io. ep.

2. Thes. 3

Ioan. 9. cap. 16. tur Euang. Ioan. 9. *Conspirauerant Iudai, ut si quis confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. & c. 16. Ab his Synagogam faceret vos.* Vtrobique Græcè habetur, *ἔξω τῆς συναγωγῆς*, numero singulari, itè numero multitudinis siue pluraliter Apolytologi. Tunc sic dicebatur Apolytologi, sicut nunc excommunicati. Nec hic mos interdici quibusdã consuetudine hominũ, tantum fuit apud Iudeos, sicut nunc apud fideles, sed apud ethnicos quiddã simile est reperire. Apud Romanos quibusdã aqua & igni interdicebatur, quæ pœna maxime esse solebat, priusquam inciperent gladio animaduerti in maleficos. Eaquẽ sententia eiiciebantur è ciuitate, & consuetudine ciuiũ consuetudine eis interdicebatur, ac vita ipsa prociabatur indigni. Quod vita hominũ consistat in aqua & igni vsu, elementorũ vitæ maximæ necessariorum.

Inl. Cas. Cæsar in commentariis de bello Gallico libro 6. Druidibus loquens: Si quis aut priuatus, aut populus eorum deorum non steterit, sacrificiis interdicitur. Hæc pœna apud ethnicorum ac sceleratorum habentur: ab iis omnes discreti aditum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagio incommodi accipiant. Neque iis petentibus ius reddunt, neque honos vllus communicatur. Hæc ille. Tales etiam qui apud Romanos dicuntur homines sacri, id est, detestabiles & deuoti in exitium extremum. Hinc Horatius

Horat. 2. serm. Satyra 3. post medium, cecinit:
is instabilis, & sacer esto.

Calepin. Antiquitus homo sacer dicebatur, ait Calepinus, Diis Sacer, qui post diras execrationes, pestis alteri vsue calumnias expiandę gratia, alicui Deorum immolabatur: quousuis per translationem etiã latius accipitur pro quouis

Macrob. mine scelerato, & detestabili. Macrobius li. 3. Saturnalium c. 7. Hoc loco nõ alienũ videtur, de conditione eorũ hinc nõ referre, quos leges sacros esse certis Diis iubent. Quos nõ ignoro quibusdã mirum videri, quod cum cetera violari nefas sit, hominẽ sacrũ ius fuerit occidi. Cuius causa hæc est: Veteres nullũ animal sacrum in sinibus esse patiebantur, sed abigebant ad fines Deorum quibus sacrũ esset. Animas verò sacratorum hominum, quos etiam *ἄσacros* vocãt, Diis debitas existimabãt. Quemadmodum igitur quod sacrum ad Deos ipsos mitti non poterat, tamen dimittere non dubitant: sic animas quas sacras cælum mitti posse arbitrati sunt, viduos corpore, quos

primum illò ire voluerunt. Hæc Macrobius. De aqua & ignis interdictione sunt leges Romanorũ. Lege tertia, D. Leges ad legem Iuliam pecularus. (Est autẽ, vt hoc obiter annorem. Pecularus pecunia publicæ aut fisci furtum, sicut sacrilegium rerum sacrarum.) Pecularus pœna aquæ & ignis interdictionem, in quam hodiẽ succellit deportatio, continet. Item lege 2. §. 1. D. de pœnis: Deportatio in locũ aqua & ignis interdictionis succellit. Et lege 1. §. hi quibus D. de legatis 3. Hi quibus aqua & igni interdicitur est, itè deportati, nec testamenti faciendi ius habent, cum sint *ἄποδότης*, hoc est extorres, à ciuitate exules. Lege 10. in fine D. ad leg. Iuliam, de vi publica. Damnato de vi publica, aqua & igni interdicitur. Apud Athenienses similem pœnam reprobis fuisse in vsu, vt testatur Plutarchus tomo secundo

Plutarch. Opusculorum, De inuidia & odio: Eos qui Socratem calumniis suis oppresserant, tanquam ad vltimum improbitatis gradũ progressos, aded acerbo profequuti sunt odio, adeoque auersati sunt sui ciues, vt illis neque ignem accenderent, neque interrogantibus responderent, nec eiusdem aquæ cum illis lauandibus participes esse vellent, sed parachytas (ita dictos quod aquam balneis effunderent) tanquam contaminatã effundere cogent, donec illi quod ferendo huic odio impares essent, suspedio vitam finirent. Hæc Plut. Sic apud Iudeos Ioan. 4. Nõ videntur Iudei Samaritanis. Franciscus Duarenus, de sacris Ecclesię ministeriis ac beneficiis lib. 1. cap. 3. De pœnis & coercitionibus Ecclesiasticis: Varia, inquit, commemorantur pœnarum genera in canonibus, quarum vt grauissima, ita etiam vltatissima fuit olim exterminatio illã quã Canones *ἀφορισμὸν & ἀνάθεμα*: nos excommunicationem vulgò appellamus. Nam is qui excommunicatus & anathema factus est, nõ solum à sacris summouetur, verum etiam ab hominum consortio, quasi aqua & igni quodammodo interdicitur sit. Est quẽ hoc pœnæ genus, illi non dissimile quo Druides sacerdotes Gallorum olim vsos fuisse testatur Cæsar

F. Duar. lib. sexto vt supra protulimus. Solebant quoque Græci *ἄσacros ἢ ἀσacros ἢ τῶν ἱερῶν*, id est, foro & sacris arcere, *ἄσacros ἢ ἀσacros ἢ ἀσacros ἢ ἀσacros*, aqua & igni & recto interdiceret, alicubi apud Plutarchum. Cuius pœnæ plarãque in *Plutarch. Plin. lib. 6. c. 21.* Græcis authoribus exempla reperiuntur. Sed & Plinius libro sexto capite vigesimo secundo in fine testatur Regem Arabum si quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente,

mente, auerfantibus cunctis, & commercia etiam sermo-
nis negantibus. Hæc ille. Magnus autem est huius excom-
municationis usus propter disciplinam Ecclesiæ & excom-
municati emendationē. Est enim neruus Ecclesiasticæ dis-
ciplinæ, vt verè Innocentius 3. ait extra de consecratione
cap. Cum inter vos, in fine, Disrumperetur, inquit, netum
Decret. Ecclesiasticæ disciplinæ, si generale interdictum ab Episcopo
positum nõ seruaretur. Nec vt pereat quis, idē excom-
municatur, sed vt pudore suffusus respiscat tandem, & a
frugem bonam redeat. Quod cum acciderit, absoluitur
ad sacram communionem admittitur. Hæc ex Duarum
de promissis. Habetur extra de iudiciis, capite de quo
Deo, &c. ex Concilio Africano: Certa de causa placuit,
nullus eidem communicet, donec satisfactione præstiterit
fuerit absolutus. Ille pro contumacia fuerat excommuni-
catus. Est illustris locus de excommunicatione, cuius
admonuit doctissimus Antellorum antecessor, iurisconsul-
Gul. For. tissimus, Gulielmus Fornerius, l. 3. C. de apostatis. Sic
peratores Theodosius, Valent. & Atēad. rescripterunt,
Lex. qui sanctam fidem prodiderunt, & sanctum baptismum
retica superstitione profanarunt, à consortio omnium
gregati sunt, à testimoniis alieni, testamenti non habent
factionem, nulli in hereditate succedat, à nemine scribitur
heredes. Quos etiam præciperemus procul abici
longius amandari, nisi pœnæ visum fuisset esse magis
verfari inter homines, & hominum carere suffragiis.
illi. Vides grauius esse exilio quocunque, à consortio
nium segregari & hominum carere suffragiis, hoc est,
mitari ab omnibus, neque sermone, neque aqua, neque
neque commercio & societate, neque honoribus gau-
instar aliorum. Gerson cancellarius Parisiensis 4. parte
minica 3. Quadragesimæ: In primitiua Ecclesia, in qua
qui erant excommunicati, corporaliter affligebantur
Diabolo, vt citius conuerterentur. hoc significant verba
Beati Pauli cum dicit: Tradidi huiusmodi hominem Sa-
in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini.
rinthiorum 5. Idem prima parte, de potestate Eccle-
ca, consideratione 4. Excommunicationis gladius est
tremè formidabilis. Hæc Dominus Gerson. Verum
prolixius fortassis, non tamè extra rem & propositum
strum relata sunt, & in medium producta sufficienter
liqua propero.

Vbi duo vel tres, & cætera. Concordia & communis ora-
tio, ad quiduis impetrandum est efficacissima. Si igitur tan-
tum valet duorum oratio atque petitio, dubium non est,
concordem totius Ecclesiæ orationem plurimum valere.
Ibi sum in medio eorum, ait Christus. Si igitur Christus ibi est,
vbi duo vel tres in nomine eius congregati sunt, multo
magis vbi vniuersi, vt in Conciliis œcumenicis, vbi patres
Ecclesiæ ad Christi honorem cōgregati sunt, ait Hesselius
Hessel. in Math. decimo octauo capite, Gaspar Contarenus Car-
Gaspar. dinalis in summa Conciliorum magis illustrium, ex hoc
Cont. loco: Si duo vel tres consenserint, &c. probat Conciliorum
auctoritatem. Nam 1. Timotheum 3. Ecclesia est columna &
firmamentum veritatis. Quum igitur Conciliis addit Chris-
tus (vt ipse pollicetur qui fidelis est & tenax promissi.)
Non possunt errare illa Concilia generalia, in quibus ipse
Spiritus sanctus etiam inuisibiliter præsidet. Actor. decimo
Act. 15. quinto, Visum est Spiritui sancto & nobis. Vnde in præfatio-
ne Synodi œcumenicæ dicitur: Hæc sancta Synodus in Spi-
ritu sancto legitime congregata, vniuersalem Ecclesiam represen-
tans, Magna itaque in veneratione esse debent huiusmodi
Concilia generalia, vt etiam Sanctus Gregorius libro primo
Epistolarum Epist. 24. sub fine de seipso protestatur:
sicut sancti Euangelij 4. libros, sic quatuor concilia susci-
pere & venerari me fateor. Nicænum scilicet, in quo per-
uersum Arrij dogma destruitur: Constantinopolitanum
quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur:
Ephesinam etiam primam, in quo Nestorij impietas iudi-
catur: Chalcedonense verò, in quo Eutichetis Dioscori-
que prauitas reprobatur, tota deuotione complector inte-
rissima approbatione custodio: quia in his velut in qua-
trato lapide sanctæ fidei structura confurgit. Quintum quo-
que Concilium pariter veneror, in quo Theodorij perso-
nam mediatoris in duabus substantiis separans, ad impie-
tatis perfidiam cecidisse conuincitur. Deinde dum vni-
uersali sunt consensu constituta, se & nõ illa destruit quis-
uis præsumit, aut soluere quos religant, aut ligare quos
soluunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Hæc
ibi. Ecce qualiter Diuus Gregorius asserit, in conciliis
secreta, vniuersali consensu esse constituta. quod mini-
mè verum esset, nisi censeret idem beatissimus pater, ge-
nerale concilium vniuersalem Ecclesiam representare. An-
te D. Gregorium Iustinianus Christianus Imperator idem
Iustin. in
authem. dixerat

dixerat in authenticis collatione 9. constitutione 131. de Ecclesiasticis titulis cap. 1. Sancimus vicem legum obinere sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ à sanctis quatuor Conciliis expositæ sunt, aut firmatæ, hoc est in Nicœna, 118. & in Constantinopolitana sanctorum 150. patrum, & in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, & in Chalcedonensi, in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictarum enim quatuor Synodorum dogmata, & sanctas Scripturas accipimus, & regulas sicut leges obinuemus. Hæc Iustinianus. Idem collatione 8. constitutione 111. ut cum de appellatione cognoscitur, &c. Inter exheredationis liberorum causas iustas cap. 3. nominat & istam, quis de parentibus orthodoxus senserit suum filium vel filios, non esse Catholicæ fidei, nec in sacrosancta Ecclesia communicare: in qua omnes beatissimi patriarche & quatuor Synodos Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & Chalcedonensem, amplecti noscuntur. Iulianus in suo scribere testamento, &c. Idem apud Iulianum Patricium antecessorem Constantinopolitanum, Nouellianum in principio, Quatuor sanctorum Conciliorum Canonum pro legibus habeantur. Alfonso de Castro Minorita contra hereses, titulo Concilium, sic scribit: Lutherus de ma falsum & venenosum hæreticis ferè omnibus commone posuit, dicens: Concilium generale quantumlibet esse (vt decet) congregatum, posse in fide & moribus errare, & Concilium Constantiense errasse in condemnando Ioannis Huss. Certè si quis benè cõsideret, fomentum inanium heresum validissimum est, dicere quod Concilium generale rectè congregatum errare possit. Quoniam admisso, omnes hereses per Conciliorum auctoritatem damnatæ resurgent, & nulla inuenietur via qua illas Ecclesia reiciere valeamus. Nam si Scripturis sacris eos agatur, statim eas aut omnino reiciant, eas esse canonicas negantes, aut perperam interpretabuntur, & ad infensum detorquebunt, sicut eos fecisse, & nunc faciendam experientia docet. Et ita Ecclesia facies esset omnino cõfusa. Præterea in Conciliis generalibus rectè (vt decet) congregatis, adest Spiritus sanctus eorum moderator, propter sicut nec Spiritus sanctus illis assistens errantem testata nec ipsa Concilia quæ ab eo diriguntur. At D.

*Iulian.
Patricius*

*Alfonso
de Cast.
l. 4. con-
tra her.
tit. Cõci-
lium.*

assistere ipsis Conciliis rectè congregatis, conuincitur per id Matth. 18. *Si duo ex vobis consenserint, &c.* Et, *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quod si hoc promissum vides duobus aut tribus in nomine Christi congregatis, quid futurum putas, cum totum generale Concilium fuerit congregatum? Non potest item Ecclesia in fide & moribus errare, Matth. 16. *Porrò inferi non trahent aduersus eam.* Si autem in fide aut moribus errare posset, portæ inferorum prævalerent aduersus eam. Sed Concilium vniuersalem Ecclesiam representat, vt supra diximus: Igitur neque Concilium errare potest. Nō est possibile, vt ea quæ columna & firmamentum est veritatis, erraret: Sed Ecclesia ex Apostolo est huiusmodi: Ergo neque generale Concilium errare poterit, ipsam legitimè representans. Si omnes cõgregati ad quos spectat docere & definire vnanimis & concordēs aut eorum maior pars cum summo Pontifice consentiat: illa erit certa sententia & pro infallibili Concilij generalis definitione tenenda. Hæc Alfonso noster. De Conciliis aliquando, Deo propitio, plura: Nunc ad concordiam (de qua iam diximus) præsidem, interque cõcordēs medium Christum, sermonem nostrum conuertamus. *In medio eorum sum*, dixit ille. Christus multiplex medium tenuit: Inter personas diuinas filius est medius: Inter Deum & hominem mediator: Media nocte nascitur: In medio animalium reponitur: In medio doctorum inuenitur: In medio concordantium & cõsentientium adhibetur: In medio latronū crucifigitur: In medio legis & Prophetarum transfiguratur: In medio terræ mundi salutem operatur: In meridie cruci suffigitur: Medius vestrum stetit: De illo sic Præcursor loquitur. Sicut Sol est in medio planetarum ad illuminandū: Dux exercitus in medio eius, ad animandum: Magister in medio discipulorum, ad inducendum: Cor est veluti in medio situm, ad viuificandū: Virtus in medio consistit: Lignum vitæ in medio Paradisi. In quibus Christus meritò adumbratur. Nunc inter concordēs se medium ad futurum pollicetur: Veluti à contrario inter discordēs est diabolus.

Sub finem agitur de reconciliatione frater mutua, dicitur D. Petro *Quoties peccabit in me frater & dimittam ei? usque septies? Imò usque septuagies septies*, hoc est, si supputes per multiplicationem numeri, quadringentis nonaginta vicibus. Ingentem numerum posuit pro infinito. Toties quoties,

quoties, quando non erit incorrigibilis, quia de Cain dicitur Genes. 4. De Cain septuagies ultio dabitur, de Lamech vero septuagies septies. Voluit Dominus multiplicare remissionem Petri, quomodo Lamech olim multiplicauerat septuagies septies. Voluit Dominus multiplicare remissionem Petri, quomodo Lamech olim multiplicauerat septuagies septies. Voluit Dominus multiplicare remissionem Petri, quomodo Lamech olim multiplicauerat septuagies septies.

Luc. 3. est. Nam in Genealogia Lucae c. 3. à Deo & Adam, ad Christum vsque inclusiue, sunt septuaginta septem generationes. Ne ergo te ad reconciliationem morosum vel difficilem præbeas, Luc. 17. Si septies peccauerit, & conuersus fuerit, parit me? Dimitte ei &c. Ne sis difficilior ipso Esau, de quo Gen. 33. Currens Esau obviam fratri suo, amplexatus est eum, & osculans stetit. Nō ergo perpetuō memores iniuriarum debemus, Matth. 5. Reconciliare fratri tuo: tunc offeres munus tuum. Gen. 33. Iacob non nisi fratre Esau sibi reconciliato legitur altare erexisse. in quo sacrificiū obrulit. Sic David erga Semei placibilem se exhibuit, 2. Reg. 19. Nō miraris, ait. In eum finem tendit parabola Evangelica, Nō oportuit te commisereri conserui tui? Quorsum capitales inimicitias ac iras inueteratas fouemus, nec eas deponere rogamus? Vt Clotharius Rex Frācorum fecisse memoratur Gauguin. Guaguinus lib. 2. Annalium, circa annum Domini 536. contra Galterum Yuetorum aulicum suum, patria Robomagensē, ad eō excanduit, & furore inueteratoque exarsit, vt post decem annos veniam petentem, die sancti Paratceues, in templo eum interfecerit. Nec diei, nec loci sanctitas, nec temporis diuturnitas, eum à perpetrando immmani scelere & homicidio retraxerunt, vel auocauerunt: ad eō ira impetus præualuit in eo. Quamobrem in satisfactionem regnū Yuetori vsque hodie extitit exemplum à Regibus Francorum. Cū agerent de dilectione inimicorum, abundē de non requirenda mutua, altera etiam nouissima concione dictum fuit. In loco vnum citasse suffecerit Valerium Maximum lib. 2. cap. 1. de Matrimoniorum ritu: Conuiuium solemnē, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordie verbitis tolleretur. Hæc Valerius. Charititia quasi gratias dixeris τὰ χαριτίαι festum, quo symposia agitur

Val. lib. 2. c. 1.

vnā propinqui, & dona vtrōque mittebāt: Tūcque reconciliationes fiebant mutua, & si quæ essent inter necessarios lites, consopiebantur, paxque inter affines firmabatur. Quid nos oportet Christianos facere, quum ethnici id faciant? An volumus immortales, immortalibus corporibus, gerere inimicitias, quod illi nefas, & ab homine alienū existimabant? Cur non potiùs iubente Christo odia depouimus? Perentibus à nobis veniam fratribus, cur non liberè indulgemus? Cur parcere nobis graue molestūque videatur, qui vt nobis parcat, Deum quotidie deprecamur? Quare ergo fratribus nostris ex animo non condonamus? Charititia sua habebant Romani adhuc ethnici & à Christo alient: nos Christiani facerrimam & diuinissimā habemus Eucharistiam vnitatis, pacis charitatisque fraternæ symbolum augustissimum. Vnus panis, vnū corpus, multi sumus, omnes qui de vno pane participamus, 1. Cor. 10. ait Diuus Paulus: Vnius mēse Domini participes omnes sumus, omnes communales, ad sacrum illud epulum & conuiuiū omnes conuocamur. Quare ergo inter nos dissidemus? Quare cōtentiones & iurgia nō componimus, & abolemus? Vt sicut D. Lucas Actorum Apostolicorum scriptor canonicus, sacreque historiographus, Ecclesie nascētis initiis & primordiis extitisse memorat, quod Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, Act. c. 4. & c. 2. Omnes qui credebant erant vnanimiter, & erāt perseuerātes in cōmunicatione fractionis panis & orationibus: quotidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem in idipsum. Sic & nos ad inuicem reconciliati, amico simus inter nos animo concordique in Deum voluntate. Ideo enim in Missa ante communionem osculum pacis porrigitur, vt inuicem recōciliemur. Quum olim duo magni principes, vellent reconciliationis fœdera sancire, simul communicabant in altari, vt scribit Cuspinianus in Henrico quinto Romanorum Imperatore: Paschalis, inquit, Pōtifex Maximus, huius nominis secundus, & Henricus quintus Romanorum Rex, recōciliantur: Qui Pontifex octaua Paschæ, lecto Euāgelio astante omni plebe Henricum coram principibus, in Imperatorem ac Augustū coronauit. Dum itaque in celebratione Missæ (quam Græci Liturgiam vocant) Pōtifex diuinum Christi corpus consecrasset, particulam manu sua Imperatori his verbis dedit: Domine Imperator hoc corpus Domini natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta &

1. Cor. c. 10.

Cuspinianus de Pasch. in Henrico 5. Imper.

Apostolica tenet Ecclesia, damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me & te. Idibus Aprilis hæc confirmatio facta est, anno Domini IIII. Hæc Cuspinianus. Diuus Apostolus Colossens. 3. *Donantes, inquit, vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. Sicut & Dominus donavit vobis: ita & vos.* Sed quoniam hæc nunc sufficiunt, finem facientes, curabimus in primis nostram ac proximorum correctionem atque emendationem. Timebimus & cavebimus ne quid excommunicatione dignum perpetremus, pacem ac concordiam inter fratres mutuam fovēbimus: orationi instantes erimus: In Christi nomine quæ ad Dei pertinent gloriam & animæ salutem petemus, & favore suo nos Deus prosequetur: Nostras exaudire preces propter se, dignabitur benignissimus Dominus: Cui laus & imperium per omnia sæcula sæculorum, Amen.

FERIA QUARTA POST TERTIAM DOMINICAM QUADRAGESIMAE.

De traditionibus & honore parentum, Matth. 15. Marc. 7. *Accesserunt ad Iesum Pharisei dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? non enim lavant manus &c.*



Harilæorum ordo superstitiosè admodum externa curabat, vt scilicet manus & vestimenta exterius munda essent, qui ad singula fercula manus suas lauabant, & vt ait Sanctus Euangelista, Marc. cap. 7. *Nisi crebrè lauarent manus, non manducabant, apud quos* varia erant baptismata calicum, & vireorum, & aramætorum & lectorum, cum interim scaterent dolo & rapina. Quibus idcirco exprobrant Prophetæ, præsertim Isaias cap. 1. *Manus vestra sanguine plena sunt: Lauamini, mundi estote.* Illi nite discipulos Christi adoriuntur, imò dominum aggredi nec verentur, obliquè, eidem exprobrantes quòd discipuli eius non lauarent manus ante cibi sumptionem. Discipulorum siquidem errata, si quæ sint, in præceptorem retorqueri solent. Scribit Conradus Lycostenes apophthegmarum libris titulo de Præceptorib' malis & indoctis, Diogenes, inquit, quum puerum conspiceret indecorè se gerentem, pedagogū illius baculo percussit, dicens, cur sic instituis? In dicam

Marc. 7.

Isai. 1.

Conradus Lycostenes in Apophthegmat.

primæ ætatis formatoribus potissimum imputandum esse, si adolescententes euadant malè morati, aut secus. Refert Aphronius ac Priscianus. Hæc ille quæ ipsissima sunt verba Erasmi apophthegmarum libr. 3. in Diogene Cynico circa *Erasmus* finem eiusdem apophthegmat. Sic isti Christo obiiciunt, *apophth.* Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? *libr. 3. in* Theophylactus in Marc. 7. Omnes Iudæi nisi cubitaliter *Diogene.* lauent manus, non capiunt cibum, tenetes instituta maiorum. Non in lege scriptum erat lauandum cubitaliter, id est, *Theophi.* usque ad cubitum. Cubitaliter enim dicitur à cubito usque *Marc. 7.* ad extremos digitos. Sed hoc erat à senioribus traditum. Græcè Marc. 7. habetur *ἀντρες υἱοὶ σαδδουκαῖν μὴ πύγμῃν ὑψώσαντες χεῖρας, ἢν ἐσθίωσι,* Omnes Iudæi nisi cubitaliter lauerint manus, non edunt, Euthymius in Marth. 15. *πύγμῃν,* inquit, lauari, est usque ad cubitū lauari loco dictionis *Cremius in* b' prout habet editio vulgata Marc. 7. habent Græca *πύγμῃν* *Matt. 15.* ad verbū *cubitaliter, vel ad cubitum usque.* Est enim *πύγμῃν* *Marc. 7.* pugnis & *πύγμῃν* cubitus. Hæc ibi annotat *Erasmus* in Marcum ca. 7. *πύγμῃν* significare crebrè, frequenter, *annotat.* vel *πύγμῃν*, suspiciturque veterem interpretem legisse nō *in Marc.* *πύγμῃν*, sed *πύγμῃν*, *πύγμῃν* autem significat pugnum, potest *cap. 7.* etiam significare cubitum. Hinc *πύγμῃν*, qui cubitali est proceritate. Quidam indignus qui nominetur, verit *πύγμῃν* certatim, quod vernaculo sermone dicimus, *ἀ qui mienlx mienlx.* Et sicut à *στυγῆ* tertius casus *στυγῆ* adverbialiter accipitur, sic etiam *πύγμῃν* deriuari puto à *πύγμῃν*: cum Theophylacto & Euthymio me sentire profiteor, reiectis neotericorum istorum frigidis coniecturis & interpretamentis scilicet, certatim, vel aliis curiosius excogitatis. Verisionem etiam vulgatam debita cum reuerētia suscipio, exofcolor, atque suspicio, & veneror: utpote ab Ecclesia approbatam. Nam & cubitaliter & crebrè ad superstitionē usque lauabant Iudæi ex veterū traditionibus, existimantes hoc modo sanctificari: discipuli verò frequenter illoris manibus, hoc est, non tam crebro lotis edebant non sectantes ista, quāquam non tam auersos à morum ciuilitate putauerim fuisse Apostolos, vt manus ante cibum lauare omnino negligerent, verum Pharisæicas traditiones ac superstitiones huiusmodi non curabant: solius virtutis curam habentes, quia earum transgressio nullum animæ poterat adferre nocumentum. *Quare, inquit, discipuli tui transgrediuntur, &c. non enim lauant manus.* At nos, (quasi diceret, & id insinuare

volunt) mundas habemus manus. *Hypocrita*, ait dominus
Mat. 23. *Pharisee caece, munda prius quod intus est, ut fiat id, quod*
de foris est mundum. Iudaei lauant manus, hoc est, opera externa,
 Christus vero lauit pedes suorum, id est, affectiones, quoniam
qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundum

Ioan. 13. *forus.* Ioan. 13. Lex manum puniebat potiusquam animum &
 affectum, licet vtrumque sit lege vetitum. *Non machaberis*
 quoad actum, & non concupisces uxorem proximi tui,
 quoad libidinosum affectum, & impurum. Phariseorum
 successores quadantenus sunt Turcae, qui superstitionis
 me ad hodiernum vsque diem lauantur, vt scribit Ioannes

Cuspinianus Cuspinianus de religione Turcorum libro de Imperatoribus
 de his Romanis fol. 588. & sequentibus, praeparant se, inquit,
Casarius ad faciendam orationem lotionem, quae apud eos triplex est.
 Prima perfusio est totius corporis cum aqua tam diligens
 ac curiosa, vt nullus penitus in vniuerso corpore locus il-

lotus maneat, alioqui inualida esset lotio. Solent ob id ra-
 dere pilos in omni parte corporis, barba in viris excepta, &
 crinibus in capite mulieris: quos tamen multo studio la-
 uant, & pestinibus crebro discriminant, vt aqua penetrare
 possit. Incidunt praeterea vngues manuum ac pedum, & v-
 tuntur ob hanc rem circuncisione, vt haec lotio non sit inua-
 lida, ne sub praeputio sordes remaneant. Non enim in reme-
 dium alicuius culpae talis sit circuncisio, vt Hebraei facere
 consueverunt, (quandoquidem originale peccatum apud
 eos ignoratur) sed quandam ob superstitionem. Nam pro-
 bri loco ducunt si quis cuiquam dicat: Non circuncisus es. So-
 lent enim ceteris ignominiae loco dicere: Vos incircuncisi,
 quasi dicant: immundi homines, quanquam maior pars he-
 liorum sine circuncisione moriantur, adeo nulli saluti pu-
 tant prodesse circuncisionem, si superstitio tollatur, vt ig-
 tur ad lotionem reuertamur, primam putant pernecessaria-
 riam, post quacumque pollutionis maculam, vel etiam na-
 turalem. Nec enim cuiquam loquimur (si possibile est) etiam
 vix ab illo cernitur, nisi prius in aqua merfus aut profusus
 aqua mundetur. Sunt itaque in ciuitatibus insignioribus
 balnea quibus continuè vtuntur, vbi non sunt, secretum
 locum aliquem ad lotionem praeparatum habent in domi-
 bus, vt possunt aqua perfundi, priusquam domum exeant.
 Altera lotio necessaria est, cum opus naturae exercetur, vt
 ventositates erumpunt, tum enim aliquo secreto loco ve-
 renda abluunt. Maxima etenim sollicitudine curant, non

domi quam foris, vel castris, dum naturae opera perficiunt,
 ne corpus denudent, vtuntur namque femoralibus am-
 plis. Tertia lotio quinquè sensuum organis pernecessaria,
 qua manus & brachia ad cubitos vsque abluunt. (Oberua
 quae ex Iudaica profectum istud fuisse & Pharisaica tra-
 ditione) Cubitaliter (vt hic dicitur) siue ad cubitum vsque
 lauati) dehinc os, nares, & tota facies ad aures vsque: Tum
 manu cum aqua irrorato & abluto capite, descendit ad pe-
 des, ablutisque cruribus ad tibias, haec lotio proficitur:
 in omni loco licitum est hanc facere, nec necessum vt pra-
 cedat vnamquamque orationem, nisi immunditia aliqua
 hanc exigeret. Satis est enim vna lotio ante orationes om-
 nes, si caueatur immunditia omnis. Licet aliqui ob maio-
 rem cautelam ac deuotionem frequentius eam repetant.
 Veterator ac seductor Mahometes Alcoranum suum, ob
 praceptorum collectionem dictum, atque Alfurcanum ob
 discretam capitulorum (quae Arabes azoaras vocant) sepa-
 rationem, nedum opera Sergij Nestoriani, sed etiam He-
 braei cuiusdam collegit, vnde has superstitiones lationes
 hausisse nemo dubitet. Ille vt munditiam perfectam scili-
 cet, sui assequerentur, statuit manus, brachia, os, nares, au-
 res, oculos, capillos, infimos pedes mundari, voluptati id
 magis corporeae conuenit, quam animae purgatiõ, quae alio
 indiget lauacro, vt munderetur, nempe baptismo Christi, &
 penitentiae lachrymis. Neque solum ad orationes, sed etiã
 ad bella processuri Turci, lotionibus vtuntur, corpus la-
 uant, purgantque, priusquam praelium ineant. Haec ex Ioan-
 ne Cuspiniano mutuatus sum, quae desumpsit ex fratre
 illo qui duos & viginti annos illic seruiertat captiuus, & o-
 pusculo quodam Turcorum motes prodidit & expressit, ob-
 blitus patriae linguae, & Turcorum idiomata planè affectus.
 Praecepit quidem Deus Exod. 30. vt ingressuri Sanctua-
 rium lauarent manus ac pedes. Missa aqua lauabunt in ea
 Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri
 sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad
 altare, vt offerant in eo thymiama domino ne forte mo-
 tiantur. Quae lotio ad religionem spectabat, non supersti-
 tionem, vt allegoria & spirituaii intelligentia doceret cor
 mundum esse debere, pura animi senta & desideria, munda
 cogitationes atque operationes, vt scilicet munda conscien-
 tia, & puro corde ad altare domini accederent, non autem
 vt superstitiones ablutiones sectarentur. Quum panem

máducant, inquit, nō lauant manus, nō dicunt antequam panē manducant, quia crebro etiā inter manducandum ex seniorū traditionibus Pharisei lauabant. Audiamus tam quid dominus obiectioni & calūniā propositę responderit. *Quare, dixit, & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* Quasi diceret, humani præcepti profertis violationē: cōtra ego iuris diuini & naturalis transgressionē vobis obiicio. *Deus enim dixit, honora patrē, vos et opposito parentes fraudatis debita sibi à filiis & liberis reuerentia, educatione in necessitate & subuentione. An hoc est ius diuinum, & naturę violare & labefactare?* Quare & vos transgredimini. Grauiori percutit eos dominus recriminatione, iustē redarguens qui fuerat iniustē lacessitus. Sic o hypocrita, quid vides festucā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo nō vides? Eice primum trabē de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucā de oculo fratris tui, Matth. 7. nec

Matt. 7. abludit quod cecinit Horatius lib. i. Sermonum Satyra 3.
Hor. lib. Cū tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Sermon. Cur in amicorum vitis tam certus acutum,
sat. 3. Quam aut Aquila, aut serpens Epidaurius: at tibi contra
Euenit, inquirant vitia ut tua rursus & illi.

Roma. 2. Roman. 2. In quo iudicas alterum, teipsum condēnas, eandē enim agis quę iudicas. Isti grauiora legis deseruerant, conlectantes minima & nullius ponderis friuola lauachra. Vnde

Mat. 23. his meritō exprobrat dominus Matth. 23. *Va vobis hypocrita, quia reliquistis quę grauiora sunt legis, iudicium, misericordiā, & fidem. Hac oportuit facere, & illa non omittere. Excolātes colicem, camelum autem glutientes.* Plus homines, quàm Deum reuerabantur Pharisei, vt hic illis impropere dominus. Traditiones enim seniorum mandatis Dei præponebant & præferebant, quod erat impium. Athenæus dipnosophistarum lib. 1. c. 6. de Sybaritis agens, narrat quomodo miserunt quandoque viros qui responsum à Deo peterent, quousque forent felices? Respondit oraculum,
*Semper eris felix venerans gens numina diuim.
Donec plus superis fueris venerata virum quem,
Intima seditio tunc & tibi prælia surgent.*

Existimant quod non cessarent eorum delitiæ. Non enim se hominem magis quàm Deum veneraturos vnquam arbitrabantur. At mutatio illis accidit, posteaquam faciliarem quendam quidam cecidisset, eumque ad sacra confugientem rursus verberasset, eum ad patris deumum illius

monumentum, confugisset, dimisit, cū pudore correptus esset: Post non multum temporis perditū sunt Sybaritæ. Sic isti plus seniores suos & Moysē reuerabantur quàm Deum ipsam, vt Act. 6. patet. Hunc enim, Moysē videlicet prætulere domino, in testimonio contra S. Stephanum. Audiuius hunc dicentem verba blasphemie, in Moysē, & Deum. Sic propter impias seniorū traditiones honorem parentum negligebant, ius ipsum naturæ. Si quidem vt scribit Valer. lib. 5. c. 4. de pietate in parentes, diligere patrēs prima naturæ lex est. Notat verò Clemens Alexandrinus, vir longē doctissimus, qui Paterni quidē martyris fuit discipulus, præceptor verò Origenis li. 5. Stromatum initio libri. Ex quæstionibus alias quidē sensu indigere, vt quis quærat, an ignis sit calidus, aut nix alba: Aliquis verò admonitione & increpatione, vt ait Aristoteles, veluti illa interrogatio, an oporteat honorare parentes? Esse etiā quasdam dignas quæ puniantur, cuiusmodi est, quære probationes an sit prouidētia. Cū sit manifesta diuina prouidentia, ex aspectu omnium quæ videntur effectorum, quę arte constat & sapientia. Hæc Clemens ille Alexandrinus. Ideo ait Valerius lib. 1. c. 1. in externis exemplis obseruatę vel neglectę Religionis. Athenienses Diagorā philosophū pepulerunt, quia scribere ausus fuerat primū ignorare se an dij essent, deinde si sint, quales sint. Aristoteles lib. 1. topicorum c. 9. in fine, Qui quærunt (inquit) Sint, necne sint dij colendi, & amandi parentes, supplicio coercēdi sunt: & qui, Sitne alba nix necne, sensu carent. Ergo de iis quæstionibus & propositis qui disputarent pœna digni essent aut sensu carerent. Notatione interim dignissimū est quod idem lib. 9. Ethicorum cap. 2. ponit, dicens. Nec patri quidem omnia supple officia, tribuenda sunt, quemadmodum Ioui ne fiunt sacra omnia. Sed necessaria præsidia vitæ parentibus maximē debentur, quibus rebus procuratores iuuare pulchrius est, quàm seipsum. Mendum irrepisse conicio, corrigendumque esse hoc modo, procreatores, non procuratores, nec puto vanam esse coniecturam meam. Repone igitur procreatores siue parentes, aut certē manente intacta & integra lectione, per procuratores intelligens eosdem parentes, qui in procurandis suorum rebus maximē incumbunt. Nam debent parentes siue thesauri, vt ait Apostolus. Exemplar Græcum (quod nunc ad manum non habeo) consulendum esset, vt quomodo

Val. li. 5.
c. 4.
Clemens
Ale. li. 5.
Stroma.

Val. libr.
1. c. 1.
Arist. li.
1. top. c. 9.

Arist. li.
9.
Ethic. ca.
2.

fit legendum certior efficiaris. Atque etiam ut diis (prosequitur Aristoteles) sic suus honos tribuendus est parentibus: non omnis quidem. Sed patri is qui patrē, matri qui matrē deceat. Hęc ibi, neq; in omnibus, cōtra æquitatē & honestatē iubentibus parentibus obediendum foret. Sed iusta & honesta præcipientibus in domino, nefas esset non obedire. Pausanias in Corinthiacis siue libro secūdo circa 2. & lib. 10. mediū refert quoddā exemplum de Hypermnestra Danaï filia, quam pater Danaus in iudiciū vocauit eo crimine, q̄ vna ex omni filiarum numero patris imperata facere neglexisset. Nam qui ex Lyncei salute se periculo carere non posse putaret, ab ea quæ mandatū facinus, vti sorores non perpetrasset, insigni se notarum infamia interpretabatur. Argiuorū illa sententiis absoluta, in eius iudicij memoriā Venerem quæ victoriā præfert, Nicephorum vocatū, dedicauit. Templum verò Dianæ cognomento Suadela Hypermnestra dicauit, quo tēpore in iudicio patrem vicit, ut ille eius criminis ream egisset, quod Lynceo pepercisset. Danaus rex ait idem li. 10. in Phocicis post principia, cuius magna fuerit Argis opes, multas filias habuit (50. habuit se ponit Plut.) Hypermnestra vna ex eius filiarum numero manus puras habuit. Ipsa autem magna vt persuadendi in iudicio aduersus patrem vicit, quia vt puto iure se defendit. Hyginus in fabulis Fab. 168. explicat fabulam vellei (mauis) historiā Danaus, inquit, Beli filius ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit, totidēmq; filios frater Ægyptus, qui Danaū fratrem & filias eius interficere voluit, vt regnū paternū solus obtineret, filiis vxores à fratre poposcit. Danaus re cognita ex Africā Argos profugit. At Ægyptus vt rescit Danaum profugisse, mittit filios ad persequendum fratrem, & eis præcepit, vt aut Danaū intericerēt, aut ad se nō reuerterentur. Qui postquā Argos viderunt, oppugnare patrum cœperunt. Danaus vt vidit se eis obistere non posse, pollicetur eis filias suas vxores, vt pugna absterent: impetratas sorores patruales accepit vxores, quæ patris iussu viros suos interfecerunt, sola Hypermnestra Lynceū seruauit, ob id ceteræ dicuntur apud inferos in dolium pertusum aquam ingerere. At Danaidæ quæ & Belides dictæ sunt, post patris interitum viros dixerunt Argiuos, è quibus, qui nati sunt appellati, Hęc illæ. Hinc Danaidum dolium abiit in prouerbiū, pro opera frustrata, à Danaï filiabus, quæ ob necatos maritos franguntur.

Paus. lib.
2. & lib.
10.

Hig. in
Fab. 168

guntur apud inferos sirulis perstillantibus aquam haurire, & in dolium pertusum infundere, & quoniā *no pōs à deo* Erasm. *τὴν κατὰ τὴν*, nulla est sarietas rerum honestarum, paulò fu- in Chi-
sius de hoc agendum duxi. Erasmus Chiliadis i. c. turia
10. Adag. 33. Inexplebile dolium, idiplum refert, citatque Horatiū
Horatium in Odis canentem: in O. d.

Et mane lympha

Dolium fundo pereuntis imo. u. Item Tibullum:

Et Danaï proles Veneris q̄ anumina laetit,

In caua lethæas dolia porrat aquas.

Caua propertusa seu perforata. Item Plautus in Pseudo-
dolo, Plaut. in
Pseudo.

In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Hęc Erasmus. Suprà retulimus Alexandrū magnū in cæ-
de infontis & innocentis viri, matri gratificari ac compla-
cere noluisse. Et meritò quidem, quomodo enim hoc illi
gratificari debuit, qui infontem seruandum non interfi-
ciendum iustè putauit? Et Plutarchus to. 2. opusculorū de
amore fraterno in principio, Omnes, inquit, dicūt canūtq; Plut. to.
2. opusc.
de amo-
re frater
no.
quod aliās senioribus parentibus honorem secundū deos
primū maximumq; & natura & lex naturam conseruans
dederit: Neq; est, quod homines quicquā diis gratius faci-
ant, quàm si parentibus nutritiūque suis veterem fœne-
ratamq; gratiam libenter ac promptè reddant. Neq; rur-
sum maior impij hominis ostensio est, quàm si negligens
ac improbus sit circa parentes. Quapropter alios quidem
iniuria afficere interdictū est. Si quis autē suæ matri aut pa-
tri nō se exhibeat, tali vte dicat faciatq; vnde letētur, etiā si
nulla adfit molestia, impiū tamē ac nefariū existimāt. Hęc
Plutarchus. Quid Christianus dici poruisset, quàm vt lex
Dei naturæ dictamē, & rationis ductus, euāgelicumq; Do-
mini nostri præceptū & mandatū, de parentibus honoran-
dis (quod à Phariseis cōuellebatur, & violabatur) ab omni-
bus integrè incorrupteq; seruaretur. Idē to. 1. opusculorū
in apophthegmatib. Laconicis, Teleclus narranti, malè de
te loquitur pater tuus. Nō faceret, inquit, si nō esset faciē-
dum. Vide quāta fuerit filij erga patrem reuerentia & hon-
or. Idem interrogatus causam consuetudinis Sparranæ,
quæ senioribus iuniores assurgunt, respondit, eo id fieri, vt
adsueti hoc honoris deferre alienis, tātò magis venerētur
parentes. Hęc ibi. Baptista Fulgosus exemplorum lib. 5. ca. 5. c. 4. e.
4. de pietate erga parentes. In ciuilibus bellis quibus inter
Fulg. lib.
5. c. 4. e.
4. de pietate erga parentes. In ciuilibus bellis quibus inter
xempl.

se Antonius atque Octavius decertauerunt, quemadmodum sepe cecinit, contigit ut fratres cum fratribus & cum filiis parentes diuersa acie concurrerent. Itaque Metellus ad Octavianum victorem deductus est, à filio Metello, qui cum Octauio militabat agnitus fuit. Itaque lachrymabundus statim in patris amplexum cucurrit: deinde ad Octavianum conuersus dixit. Hic tuus hostis mortem meritis est: ego autem pramio sum dignus, quia tibi inferui. Oro igitur te, ut pro eo munere, quod mihi à te debetur, hunc seruum incolumem, & me pro eo occidas. Ita pietate motus Octavius, filio Metellum patrem, quamquam infensissimus hostis esset, dono dedit.

Ibidem Fulgosi de Alexio Imperatore Constantinopolitano sic refert. Cum Isaac Constantinopolitanus Imperator ab Alexio fratre imperio luminibusque simul priuatus esset: Isaaci filius & ipse Alexius nomine, Balduini atque aliorum principum qui ea tempestate ad Syriacam expeditionem pro Christi fide proficiscebatur, ope adiutus, armis imperium recuperauit. Et quamquam eum omnes Imperatores saluatiore eo nomine, abstinuit: e ductumque à carcere patrem in consuetum honorem restituit, atque imperatoriam dignitatem patris charitati postposuit. Idem etiam ubi sancti commemorat de quodam Hispano Toletano quod sequitur. Huius pater aurantiaco bello à Petro primo Castulonis rege ob falsas suspensiones morti datus erat. Filius amore erga patrem compulsius chrymis, precibusque agere non destitit, ut seruo patre, pro eo occideretur, quod affectus vitam amisit, ut in terram eum seruaret, à quo ipse per genituram acceperat vitam, tamen omnibus aliis in hoc charitatis laude preferendus, quoniam aliis omnibus rebus vita charior est. Hec ille, rerum Hispanicarum tome priore in Roderici Sancij episcopi Palen-

Roder.
Sanc. re-
ra Hisp.
per. 4. c.
16.

Ioan. Zo-
nar. to. 3.
annal.

historie Hispanice parte 4. ca. 16. Petro rege regnante, quidam quendam probum, & antiquum virum iugulandum dedit. Cuius filius pietate naturali motus, regi Petro supplicauit ne patrem innocentem occideret, aut eundem filium loco patris morti substitueret. Petrus verò ut erat torrens uis, iraque repletus, iussit patrem liberari, & filium interfectum interfici. Que res non parum addidit sceleribus huius principis, à cuiusque funesta iudicata est. Fecissetque eum consultius utrumque liberare, quam ambo innocentes occidere. Ioannes Zonaras Annalium to. 3. de imperio Leo-

magni, anno 17. sui imperij Leo nepotem suum Leonem à Zenone genere & Ariadna filia genitum infantem adhuc diademate cinxit, quod Zenonem nequaquam idoneum regno iudicaret, ob animum minimè regium & formam imperio indignam. Nam & facie erat odiosissima, & animo longè deteriore. Nepotem igitur ex filia Leonem iuniorum imperatorem creauit anno imperij 18. Leo Imperator ex morbo deceffit Leone iuniore successore relicto, cum aliis virtutibus ornatus, tum clementia imprimis. Idem in imperio Leonis iunioris sic profecquitur: Vnum annum vixit in imperio, & infans adhuc consequutus est auum patre suo Zenone relicto successore, cuius capiti diadema suis manibus imposuit. Zeno autem imperium, non ut rex, sed planè ut tyrannus administrauit. Baptistia Egnatius Ro. princ. libr. de Leone iuniore sic scripsit. Hic puer ab auo Leone primo imperatore relicto successor, quum annum præfuisset Zenoni patri manibus suis diadema imposuit, patremque pro se deinceps imperare iussit. Zeno autem ille Isauricus vir obscurissimi sanguinis fuit, cum facie deformis, tum moribus planè tyrannicis, ut Isaurum agnoscat. Ioannes Cuspinia. de Casaribus in Zenone Casare sic illud exequitur. Leo iunior vix anno præfuit imperio, quod tamen licet iuuenis accuratè administrauit, morum noui belli studiosus, ut Leo senior, qui eum quam moretur consortem imperij fecerat. Sed cum hic valetudinarius esset, nouo exemplo pietatis patrem ipsam in imperatorem coronans rebus humanis excessit. Sapius enim legitur filios patribus insidias locasse cupiditate regnandi, quam ut eis imperio cederent, quamquam & id rarum sit filium imperatorem designatum viuo patre. De Imperatore Turcorum nunc loquamur, quid amor filij in patrem valuerit, exponentes memoriae proditum est à grauisimis scriptoribus præsertim Paulo Iouio episcopo Nucerrino de rebus & vitis imperatorum Turcarum in Baiazete secundo, De functo, inquit, mahomete patre, cum Baiazetes secundus in Cappadocia esset, absens quidem imperator creatur: interea primæ autoritatis viri Constantinopoli tunc temporis agētes, ut tumultus sedare ac melius omnia disponere valerent, Corcuthum Baiazetes filium annos 13. natum imperatorem salutarunt, quousque pater Constantinopolim reuertetur, neque ita multo post Baiazetes affuit, adeoque puerum sollicitauit, ut tandem patri filius imperium renunciarit.

Io. Bapt.
sta Egnat.
lib. 2. Ro.
princip.

Cuspin.
de Casaribus.

Pau. Iou.
de vitis
imperato-
rum Tur-
carum in
Baiazete
secundo

nunciari. Baiazete post imperatoriam dignitatē acceptam pollicente, imperiose puero tempore oportuno restitutum. Hæc Iouius. Ex quo vides Corcutum filium Baiazetis in regiam sedem sublatum, patrem verò à regnandi spe quodammodo exclusum, filium tamen patris reuerentia impulsum, religiosi gratique animi specimen reddidisse. patri suo Baiazeti imperium prerogatiua ac consensu cuius uiui, totiusque aulae principum sibi delatum, vltro restituisse. Narrat insuper de quodam Henetorum duce qui non abimile Frater Hieronymus Romanus, qui idioma Hispanico de mundi rebus publicis tomos duos egregie conscripsit. In quorum priore agens de rebus Venetorum cap. 6. sic ad verbum scribit, vt latinè quidem interpretetur. In corona siue pileo ducali, crux est superposita. Cuius ergo ac initium, quod scilicet mitræ vel tiaræ ducali sic imponatur à 8. duce Venetorū manauit. Vocabatur ille Laurentius Celsus, qui tantæ virtutis exitit, vt viuentē adhuc eius patre Venetiarum dux institueretur. Cū quæ vitæ facta respub. illi fidelitatis sacramentum ac obedientiam iraret, (*faire hōmage* gallice diceremus) videns patrem coram se genibus pronolutum cum cæteris vchementer exortuit, & rubore perfusus est. Cuius rei locupletissimi testes fuerunt color in facie, erubescens instar, & lachrymæ ex oculis erumpentes ac profuentes. Quod si in eius potestatem fuisset potestate, renunciare ducali dignitati, & honorem illum in patrem transferre, celeberrimè & abique celebratione id præstitisset, atque ducale diadema, imperium illi contulisset, vt vel hoc modo atque ratione aliquando iis multis, quæ filij debent parentibus suis, persoluerent. luti olim fecerant Leo Iunior Imperator Bizantinus Constantinopolitanus, Leonis primi nepos, vt supra commemorauimus, & Corcutus Turcarum quoque imperator, quorum prior Zenoni patri, posterior verò Baiazete secundo, ex Orhomannorum domo, imperij fastigium, honorem derulerunt & sceptrum. Quod iuuenes illi accerunt, cū eis videretur haud quaquam rationi & auctoritati consentaneum, vt à parentibus orrus sui initia habentes, iis ipsis præciperent ac iuberent, quorum mandatorius obtemperare debuissent, iussaque capessere. Cuius igitur generosus iste iuuenis Venetorum dux abdicatum magistratu non posset: hoc vnum saltem memoria dignissimum effecit, vt scilicet diademati siue coronæ ducali

Frater
Hier. Ro.
Hisp. de
repu. Venet. ca. 6.

crux adiungeretur, quatenus dum alias pater eius honoris ac reuerentiæ officii exhiberet, ratione magistratus quem filius gereret, non ipsi filio, sed cruce domini pileo vel tiaræ ducali affixæ & appensæ, honorem exhibuisse videretur. Sic literis consignauit Baptista Egnatius, quod profecto memorabile exemplum ad posteros perlatum est. Hæc prædictus historiographus Hispanus, vernacula dialecto & Hispanica lingua paulò aliter recitat, Antonius Sabellius tom. 2. Rerum Venetarum decadis secundæ libr. 4. circa principium: Laurentius Celsus, inquit, absens dux declaratus Ioanni Delphino successit. Ferūt aliquandiu noui principis patrem ab salutationis officio abstinuisse, ne filium nudo capite adire cogeretur: quasi nefas esset, parentem ciuili aliquo officio inferiorem filio videri. Sed parum ille ciuilitate, & (vt sic dicam) ineruditè. An ita rerum humanarum, patriiue moris ignarus ille fuit, vt non intelligeret, id officium non filio, sed maiestati publicæ quæ in eo conspicietur, præstari? Verū audiuerat fortasse, & sic non omnino accusandus, solere quæri inter eos, qui de officii differunt, filione magistratum gerenti parentem cedere oporteat? Video Ethicæ disciplinæ viris non obscuris placuisse, id publicè deberi: domi & cum in priuato agitur, paternæ dignitatis imprimis rationem habendam. Hæc tibi. Narrat Theodorus Zuingerus in theatro vitæ humanæ tom. 2. voluminis 9. lib. 4. fol. 1534. ex Egnatio lib. 9. cap. 3. quomodo ad Laurentium Celsum dux Venetorum, cū pater salutandi causa accessisset, nunquam illi aperto capite occurrere voluit: Quasi verò patria auctoritate indignum videretur, filium salutare domi sedentem, aperto capite. At nec filius domi fortasse hoc plurimum exquirere debuisse: etiamsi aliquid de sua dignitate adimi crederet. Tandem id verò adiuuatum est, vt cornu suo dux cruce auream affigi in fronte iusserit, cui pater omnem honorem dicaret. Hæc ille. Si hac in lite & leui quidem scriptorum controuersia, meâ roges sententiā, quod frater Hieronymus Hispanicè ex Egnatio etiam scribit, mihi verò similis & probe filio dignius atque conuenientius esse videretur, sicque tenendum iudico. Appianus Alexandrinus libro 4. de bellis ciuilibus ante mediū, miras & perpulchras refert historias de pietate filiorum erga parentes, quas hic subiicio. Oppium propter ætatem decrepitam (cū esset in proscriptionum numero, vt necaretur) fugere nolentem, filius

Ant. Sabell.

Appianus
Alexand.

filius sublatum in humeros ex vrbe extulit. Inde in Sicilia cum eo modò manu ducens, modò ceruice bainians senem peruenit nemine vel suspicâte vel molestante, qualis Æneas patrem gestans pingitur reuerêdus & hostibus. Iuueni populus postea pietatis ergò adilitatê detulit. Arrianus testamento mandauit incidi suo sepulchro: hic finis est, quem proscriptum filius non proscriptus celauit, fugêque comes & salutis author ei fuit. Metelli duo fuêre pater & filius, pater Actiaco bello dux Antonianarû partium captus fuit, nec agnitus filius & ipse dux, Cæsarem eodem bello secutus est. Sami cum Cæsar captiuos inspicerat, & filius in eius confessu aderat, productus est senex promissâ coma & reliquis deformatus sordibus, vt verò ex ordine quo inter captiuos stabat, per præconem nominatum citatus est, filius è confessu profiliit, vixque agnitus pater cum lamento complexus est, cohibito deinde fletu, Tiberius Cæsar, inquit, hic hostis fuit, ego socius: hic pœnam meretur, ego præmium. Postulo igitur, vt patrê propter mercedem in columê, aut propter illum me simul interimas. Cuiusque omnibus mota esset miseratio, Cæsar seruari Mætholum permisit, quamuis sibi infensissimum, qui nullis vniuersi muneribus pollui poterat, vt ad eum ab Antonio dederat. Pompeius Festus dictione sexagenarios, pulchram exarat historiam de pietate filij in patrem. Sunt qui dicat vrbem à Gallis liberatam ob inopiam cibatus captos sexaginta annorum homines iaci in Tyberim: ex quo numerus vnus filij pietate occultatus saepe profuerit patriæ: comitatus sub persona filij. Id vt sit cognitû, ei iuueni esse ignota, hoc est condonatum: & sexagenariis vita concessa. Lesbrius autem eius siue eas quibus aruerit senem, id est, pater buerit, & cauerit, sanctitate dignas esse vias, id est, pater caea appellata. Hæc Festus quæ non medio critere laudat, & celebranda sunt fateor, verùm quod in sacra & canonicâ refertur historia lōgè excellit. Siquidem Thobias presentissimum attulit patri remedium, vt plenius canonicâ testantur historiæ. Sem & Iaphet ne patris nuditas viderent, auersa facie iacentem aduise dicuntur. Chanani quia iudibrio & iniuria patrem Noë affecerat, merito subditur, dirisque, ac patris imprecationibus oblitus gigitur. De Leone iuniore supra satis dictum fuisse arbitror indignum ducebat, ac nefarium filium imperare, vbi priuatus ageret. Æneas si quid eminentissimum videret,

fidem scripsit, Anchisem patrem tam piè coluit, vt capto illo per medios hostes & flammâ humeris impositum in Idam vsque montem tulerit, magis inter eundem grato oneri timens quàm sibi aut filio, aut Creusæ coniugi, quæ euestigio sequebatur. Simon Atheniensis vt Miltiadem patrem publicè damnatum vinculis eximeret, vtrò sese carceri obtulit, mortem (vt credere aequum est) libens opperturus, modò patrem periculo seruatet, Romanæ cuiusdam mulierculæ puerperæ pietas in matrem quam in carcere educavit, & suo aluit lacte, an nō ab historiæ Romanæ scriptoribus miris effertur laudibus & meritò? Publico pietatissimæ filia: vita est matris condonata, & ne tantæ rei memoria intercideret, vbi carcer fuit, pietatis ara constituta est. Sed de his omnibus in sequentibus fusius exactiusque dicemus. Mirabilem profectò rem scribit in theatro vitæ humanæ Theodorus Zuingerus Basiliensis medicus post Theodor. primam Lycosthenis manum, to. i. volu. 5. lib. 4. circa principium, fol. 900. Satyrus, inquit, Eumelus & Prytamis Parysade Bosphori Cymmerij regis filij (horum enim nomina in theatro vitæ sequenti seu historiæ seu fabulæ, quidam veluti laruas induxere) de regno contendebant, quod sibi & virtute & patris defuncti beneuolentia deberi pro se quisque afferbat. Ariopharnis Thracum regis consilio vsi, patris cadauer ex sepulchro eruunt, arbori alligant, arcu contendunt, vt qui parentis cor sagitta transfixisset, verus regni hæres indicaretur. Maior mediisque natu directis arcubus, ille quidem guttur, hic verò pectus medium, illaso adhuc corde, transfigit, natu minimus Eumelus, & si spes adhuc scopum attingendi superesset, crudelitatem, & impietatem tantum detestatus, regno se fratribus cedere malle dixit, quàm in patris cadauer impiè sauire. Hoc audito Rex ille Barbarus dignum esse iudicauit, qui solus patri in regno succederet, cū & virtute & paterna beneuolentia ceteris duobus se superiorem esse hoc ipso manifestè ostēdisset. Quin etiam fratribus duobus hoc iudicium reprehendentibus, Eumelus armis suis eò vsque iuuit, quoad Satyro & Prytami interemptis regno potitus est. Porro de horum fratrum bellis consulens Diodorum Siculum lib. 20. comperi quidem post principia horum nomina. Post mortuum in Ponto Parysadam, ait, Cimmerici Bosphori regem eius filij de primatu inter se cōtendebant, videlicet Eumelus, Satyrus & Prytamis. Horū Satyrus quod esset natu maximus, imperium

imperiumque à patre acceperat, postquam ille regnasset annos 38. Eumelus verò constructa cum quibusdam finitimis barbaris amicitia, magnòque conscripto exercitu de imperio disceptabat, quibus auditis Satyrus contra eum cum valida manu proficiscitur. Omnes socij erant Scytharum supra 2000. equites non pauciores decem millibus. Cum Eumelo militabat Ariopharnes Thracum rex, qui habebat equitum viginti millia, peditum viginti duo millia, commissòque acri praelio Satyrus equestre praelium commisit cum Ariopharne. Cùmque multi vtrinque cecidissent, tandem regem Barbarorum in fugam per vim conuertit, tandemque vniuersum hostium agmen terga dare coëgit: ita ut quivis facillè iudicaret, iure ipsum & propter ætatem & virtutem in paternum regnum succedere debere: tamen in conflictu & congressu Satyrus postmodum hasta per brachium traiectus vita defungitur, cùm nomen tantum mensibus post patris Parysadae obitum regnasset. Cuius corpus ad fratrem Prytamim deferretur, quem honorificè sepelivit, & exercitum simulac principatum accipit. Eumelo autem qui legatos ad ipsum de parte regni miserat nõ obtemperavit, Eumelus adiuvantibus eum Barbaris multaq; opprobria in potestatem suam redigit. Cùmque eum cum exercitu Prytamis frater inuasisset, ipse illum praelio superat, & inclusum ad compositionem cogit, qua ille & milites tradidit, & regno cedere se pollicitus est: & cùm regnum iterò recuperare conatus esset, victus occiditur. Eumelus post mortem fratrum volens imperij statum in tuto collocare, Satyri & Prytamis amicos præterea, coniuges & libertos occidit, atque solus evasit eum Satyri filius Parysades par admodum. Eumelii itaque cùm annos regnasset quinque, totidemque menses, rotarum curru quo vehebatur invectione ac circunvolutione attractus & contractus, cunctisq; expiravit, & hæc de rebus in Bosphoro gestis dicta sunt.

Bern. de ficiant, ait, Diodorus Siculus. Cæterum nihil omnino dicitur *Bustis* ro ibi de Ariophanis iudicio, de cadaveris paterni sagittatione seu iaculatione, qua confossum fuerat à duobus filiis, nequaquam autem ab Eumelo natu minimo attem *vide etiã* tum. Quare id non inscitè à quibusdam confictum videtur. *in exem-* posset: nisi apud Bernardinũ de Bustis noster ordinis, *plis disci-* lum concionatorem magni sanè nominis secunda rotæ parte, *puli, lit.* term. 4. circa medium, legeretur quidpiam non aliud *b. ex ep. 9* mile. Legitur, inquit, quòd cùm quadam mulier in ara cre-

marito suo dixisset ei, quòd ex tribus filiis quos putabat se habere ex illa, non habebat nisi vnum. Ea mortua maritus quoque morti vicinus testamento suo cavit, ut totam hereditatem suam perciperet ille solus qui legitimus & germanus esset filius eius & verus. Cùm ergo quilibet diceret se eum esse, Princeps regionis tulit sententiã, vt mortuus ille poneretur ad palum & sagittaretur ab his qui putabant se esse eius filios: qui autem in corde eum rectius sagittasset, totam haberet hereditatem. Primus ergo & secundus audacter iaculati sunt & sagittauerunt pro viribus. Tertius verò qui erat natu minimus verusque filius, sentiens nimiam teneritudinem cordis dixit, quòd nullo modo posset sagittare patrem suum, vnde potiùs volebat amittere totam hereditatem, quàm tam immane perpetrare scelus & flagitium. Quapropter iudex dixit: hic est verus filius, & cum constituit heredem. Bonus enim filius non potest iniuriã patris sufferre, vel aduersus patris debitum honorem irreuerenter se gerere. Hæc prænominatus doctor latinis verbis, quam sanè memorabilem historiam ab hinc tribus apud Lingones, me tempore Adueris ibi concionante tabella depictam vidisse his oculis recorder, & eiusdem talem explicationem, qualem ex prænominatis scriptoribus retuli, à quodam eius loci canonico, apud quem tunc temporis prædebam, audiuisse me recenti memoria teneo. Non sic verò Tullia Seruij filia egisse memoratur, de qua hic Valerius Maximus lib. 9. cap. 11. de impro- *Valerius* *Max.* bè dictis & sceleratè factis ipso statim exordio, vnde potiùsquã à Tullia ordiar? quia tempore vetustissimum conciam nefarium, voce improbum, ac monitri simile exemplum est. Quæ cùm carpento veheretur, & is qui iumenta agebat, successis frænis constitisset, repentinae more causam requisit. Et vt comperit corpus patris Seruij Tullij occisi ibi iacere, supra idem vehiculum duci iussit, quo celerius in complexum intersectoris eius Tarquinij veniret: qua tam impia tamque probrosa festinatione, non solum se æterna infamia, sed ipsum etiam vicum cognomine sceleris commaculavit. Apud Titum Liuium Romanæ scrip- *Liuius* *L. I.* torem historix lib. 1. scriptum hac de re comperi, Carpento in forum inuecta. Tullia virum regem prima appellavit. Cùm se domum reciperet, restitit pavidus atque inhibuit frænos is qui iumenta agebat. Iacentemque Dominæ Seruium trucidatũ ostendit: scædum inhumanumque traditur

scelus monumentoque locus est, Sceleratum vicum vocant: quo amens agitantibus furis sororis ac viri (quorum causa mortis & necis extiterat) Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur: partemque sanguinis ac cæcis paternæ cruento vehiculo contaminata ipsa respectaque tulisse ad penates suos, virisque sui: quibus iratis, malo regni principio similes propediem exitus sequerentur. Hæc Liuius. Pulchrè Ouidius hac de re Factorum lib. 6. cecinit.

Filia carpento patrios initura penates,

Ibat per medias alta feròxque vias.

Corpus ut adspexit lachrymis auriga profusus

Resistit: hunc tali corripit illa sono.

Vadis? an expectas pretium pietatis amarum?

Duc, inquam, inuitas ipsa per ora rotas.

(Certa fides facti) dictus sceleratus ab illa

Vicus: & aterna res ea pressa nota.

Hæc Ouidius.

Quàm detestabile fuit & horrendū filia erga mortuum patrem facinus propè parricidio æquale! Dictum fuit parricidium à patris vel parentis cæde seu occisione. Attamen vt obseruat Pardulphus iurisprudencia veteri leg. 12. tabularum 76. lex quondam fuit huiusmodi: Quæstores parricidium vindicant. Parricidium vocabant antiqui, omnino omnino hominum cædem, à pari cædendo ducentes verbum illud. Modò seuerius capitur. Diuinus Plato dialogo 10. de Republica vel de iusto post medium scribit de Ardiæo, qui in quadam Pamphylia ciuitate tyrannus fuerat, annis nam mille ab isto tempore, ait Plato, exactis, ille scilicet nem patrem & maiorem natu fratrem occiderat, aliisque plura impia scelera perpetrauerat. Ardiæum eiusque perimiles manibus & pedibus & ceruice deuinctis ex carnicæi & prosterni apud inferos describit, raptari, tribulis lacerari, in Tartarum deinde proiici. Hæc ceterè digna cæcidarum pœna apud inferos referente Platone. Cælius lectioem antiquarum lib. 11. cap. 17. in declamationibus, Quintilianus (inquit) maximum omnium scelus vocat, parricidium, quod nomina sacra polluit. Illud verò Romuli præcellens instiutum laudari eximie solet: qui cum parricidæ nullam statuisset pœnam, homicidium nem omne parricidium nuncupari voluit: quod hoc in pium atque nefarium, illud autem impossibile esse dicebat. Nota quod inter Romuli leges apud Pardulphum iurisprudencia veteri lege. 11. habetur sic: Parricidas omnes

capit

capite puniunt, vbi scholium ita fert: Qui hominem necauerit, vltimo supplicio plecti debere diuinis humanisque legibus constat, eoque iure vtuntur. Quod de eo qui sciens ex Numæ Pompilij lege ac dolo ex Pauli Iurifconsulti sentent. leg. 7. ff. ad legem Corneliam de sicariis occiderit, accipiendum est. Pompeius Festus in dictione Parricida, accipiendum est. Paricida, inquit, non vtique is, qui parentem quæstores, Paricida, inquit, non vtique is, qui parentem occidisset dicebatur, sed qualemcumque hominem. Id autem fuisse indicat lex Numæ Pompilij regis his composita verbis, Siquis hominem liberum dolo sciens morti duit, paricida esto. Hæc Festus. Duit pro dederit, antiquum verbum. Cælius vbi supra. Fieri tamen posse parricidium post conditam urbem annis sexcentis, L. Ostius, portentosi ingenij homo, & proruptæ audaciæ docuit, qui omnium primus patrem necasse narratur. Desumptum est à Plutarcho tom. 1. vitarum in Romulo post medium. Merito sanè Romulus ad scelus nempe parricidium, sensit non excitatum. Nam annis propè totis sexcentis nemo Romæ se isti facinori obligauit, sed patrem interemisse L. Ostius à secundo bello Punico primus fertur. Hæc Plutarchus. Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 5. M. Malleolus matre interempta Romanorum primus parricidij dånatus, infusus culeo in mare præcipitatus fuit. L. deinde Ostius parricidij infumulatus pari supplicio necatus & concruciatas pœnas dedit. Mansitque hæc pœna in parricidas ad hæc tēpora. Culeo enim gallus gallinaceus, simia & vipera cum homine insuitur & in flumen vel mare detruditur, vt in rixa infensorum animalium & fæda laceratione corporis ob tanti sceleris immanitatem, diro cruciatu vulnere interimatur, atque ab omni elemento repudiatum cadauer irrequieto labore & pernetuis fluctibus agitatur. At de hoc supplicij genere in posterum dicemus. Diodorus Siculus rerum antiquarum siue bibliothecæ historia lib. 1. parte secunda, cap. 3. de legibus ac iudiciis Aegyptiorum parricidis exquisitam imposuerunt pœnam Nam articularim præcutis calamis caelos iubebāt viuos supra spinarū acerum comburi, maximum inter mortales iudicantes scelus, ei mortem per vim inferre, à quo vitam accepisset. Hæc ille. Persæ patris occisorem nothum putant. Solon & Romulus nullam in parricidas statuere pœnam, quod neminem tam nefarium & consceleratum æstimarunt qui tantum facinoris admitteret. Hæc l. 2. ca. 6. Alexander vbi supra. Idem lib. 2. cap. 6. quod de Tullia est

Diodor.

l. 2. ca. 6.

bibliot.

Ccc 2

modo

Pardul.
ex lege
12. tab.

Plato.

Cælii.
c. 17. lect.
antiq.

modo dictum, haud abſimile facinus in Eucratidem, qui Baſtris imperauit, admiſſum commemorat. Ille enim dum victor ad 4. propria reuertitur, à filio impuro & flagitioſo, quem ſocium regni aſciuerat, vt ſolus potiretur regno imprudens ex inſidiis occupatur, turpique nece in via trucidatur: qui patris caede non contentus, pari ſcelere & audacia, per corpus vulneribus affecti currum agere & ſanguine inſperſus paterno inſepultum abiicere non dubitauit, auſus facinus quod in nulla vnquam Scythia tyrannus admiſit. Tantis ſceleribus mortales veſana regni cupido cepit, vt effrenato furore cæci ad eandem & cruorem agantur præcipites. Hæc Alexander. Fulgoſius ſimiliter id deſcripſit lib. 9. ca. 11. ab Indorum bello victorem reuerſum parentem, vt hoſtem interimi iuſſit: & cum id parum videretur grauius addidit ſcelus, carpento enim corpus eius calcant, atque cum ſepultura prohibuit, tanto quàm ſcelerato Tullia Romana ſæuior, quanto id minus eſt: quod ipſa parentem non interemit, cuius morte regnabat. In Eucratidis autem filio contra id fuerat, quod id à viuente patre acceperat, quo nihil maius, ab eo poſt mortem expectare poterat. Hæc ibi. Sumptum & decerptum eſt ex Iuſtino hiſtorico lib. 41. ſub ſinem, nedum (inquit) Eucratidem patrem filius interfecit, ſed & per ſanguinem eius currum egit, & corpus abiici inſepultum iuſſit. Hæc ille. Abſalonem in patrem Dauidem, impium, quem regno expellere conatus eſt, quis neſcit inter parricidas merito connumerandum: quippe qui vt pater interficeretur operam dedit, & ne ſpes vlla concordia vnquam ſuperceſſet, palam cum patris concubinis concubuit. Ex ſacra regum hiſtoria. Nec præmittendum puto hoc ordine quod Iuſtinus hiſtoricus, libro decimo initio ponit: Artaxerxi Regi Perſarum ex pellicibus 113. filij fuere, ſed tres tantum iuito matrimonio ſuſcepti, Darius, Ariarates, & Ochus. Ex his Darius contra morem Perſarum, apud quos rex non niſi morte mutatur, per indulgentiam pater regem viuus, nihil ſibi ablatum exiſtimans, quod in filium contuliſſet, ſed Darius poſt noua paternæ pietatis exempla, interficiendi patris conſilium cepit: ſceleratus fuiſſet ſi ſolus parricidium cogitaſſet: tanto ſceleratioꝝ, quod in ſocietatem facinoris aſſumptos 50. fratres fecit parricidas. Oſtenti proliſus genus, vbi in tanto populo, non ſolum ſociari, verum etiam ſceleri parricidium potuit, vt ex 50. liberis nemo inueniatur

Fulgoſi⁹
l. 9. c. 11.

Iuſt. hiſt.
li. 41. c.
li. 10.

ſit, quem aut paterna maietas, aut veneratio ſenis, aut indulgentia patris à tanta immanitate reuocaret. Adone vile paternum nomen, apud tot numero filios fuit vt quorum præſidio, tutus eriam aduerſus hoſtes eſſe debuerat, eorum inſidiis circumuentus, tutior ab hoſtibus quàm à filiis fuerit? Cauſa parricidij ſceleratioꝝ ipſo parricidio fuit. Occiſo quippe Cyro Aſpaſiam pellicem eius rex Artaxerxes in matrimonium receperat. Hanc patrem cedente ſibi ſicuti regnum Darius poſtulauerat: qui pro indulgentia ſua in liberos, primo facturum ſe dixerat, mox pœnitentia ductus, vt honeſtè negaret, quod temerè promiſerat, Solis eam ſacerdotio præſcicit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iuuenis in iurgia primò patris erupit, mox facta cum fratribus coniuratione dum patri inſidias parat, deprehenſus cum ſociis pœnas parricidij, diis paternæ maietatis vltoribus dedit. Coniuges quoque omnium cum liberis, ne quod veſtigium tanti ſcleris extaret, interfectæ ſunt. Poſthæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit: rex quàm pater ſœlicior. Hæreditas regni Ocho tradita, qui timens pacem coniurationem regiam cognatorum cede & trage principum replet, ſcilicet ne innocencior fratribus parricidis haberetur. Hucusque Iuſtinus. Artaxerxis etiam meminit Plutarchus tom. 3. vitarum in Artaxer-^{Plutar-}
^{chus.} xe circa ſinem dicens: Darium aduerſus patrem propter Aſpaſiam conſpiraffe, atque coniuratione detecta ceruicem nouacula ademptam fuiſſe, qua ſontium capita decidunt. Iuſtinus iterum libro decimo ſexto in principio, Theſ-^{Iuſt. hiſt.}
^{lib. 16.} ſalonicæ regina vxor Caſſandri ab Antipatro filio, inquit, cum vitam etiam per vbera materna deprecaretur, occiditur. Cauſa parricidij fuit, quòd poſt mortem mariti, in diuiſione inter fratres regni propenſior fuiſſe Alexandro videbatur. Quod facinus eò graui⁹ omnibus viſum eſt, quod nullum maternæ fraudis veſtigium fuit. Quàmquam in parricidio nulla ſatis iuſta cauſa ad ſcleris atrocitiam præterxi poteſt, ait ille. De Nerone referunt, quòd matre perempta procurrens, nudam eſt contemplatus, nec verbo réperauit flagitioſiore *en ηδεν ότι όπω ναδιόν ματρίκα υίον.* Neſciui, inquit, mihi eſſe matrem adeò venuſtam. Hunc cõmemoratur Suetoni⁹ in Nerone, §. 34. ad viſendũ interfectæ cadauer ^{Suetoni.}
^{Nero. §.} accuriſſe, cõtreſtaſſeque mēbra, alia vituperaffe, alia laudaffe, ſitque interim oborta bibiſſe. Neque tamen ſcleris ^{34.}

conscientiam aut statim aut vnquam postea ferre potuit. *Xiphilinus*. sapè, confessus exagitari se materna specie, verberibus faciarum ac tædis ardentibus. Hæc ibi. *Xiphilinus* ex *Dionisio* *Nicæo* in *Nerone* ante medium: *Nero*, inquit, *Antonia* aduersus matrem ire iubet, vt eam interficeret, quæ discissa veste denudatæ aluo, ait, hanc tu percute *Antonia* quoniam peperit *Neronem*. Itaque *Agrippina* *Nerone* mater à filio suo cui regnum detulerat, interfecta est. *Nero* postquam accepit eam mortuam esse non credidit: mirum propter magnitudinem temerarij facinoris dicebat. Itaque cupiuit eam videre, & denudatam penitus conspexit: tum vulnera eius contemplans, nefarium homicidium habuit plusquam cædes fuisset. Neciebam, inquit, me tam pulchram matrem habere. Græcè sic, *ἄνε γὰρ ἐν ἡδυν ἐστὶ βροχὸν μήτέρα ἄχου*. Hæc *Xiphilinus*, etiam addit illum perterritum & furiis perturbatum, & que agitarum fuisse. Item culeum in quadam statua ipsius de nocte suspensum, vt ex eo significarent *Neronem* in culeum conici oportere: exposueruntque puerulum in sacro alligata ad eum tabella, in qua scriptum erat, Non te tollene matrem occidas. Legebatur in plerisque locis scriptum *Νέρον, Ὁρέστος, Ἀλμυχιόν, μὴ ποτὲν υἱ, Nero, Orestes, Alcmæon* matricidæ. Audire licebat aliquos qui ita dicerent, *Nero* matrem interfecit, eosque multi deferebant, magis vt *Neronem* criminarentur, quàm vt eis interitum assentirent. Cuius rei ipse nullam pœnam reposcebat, ne fama magni omnium sermone percrebresceret, vel quod sermones habitos de iis rebus contemneret. Hactenus ille. Adeo mirum, ait *Cælius* loco iam citato, non ingratitude solius (quod est maximum omnium vitiorum, vt inquit *Fabius* nomen illud sacrum violare non verentur, sed etiam sanguine, omnium post Deum maximè sacro, animam suam fœdare non compauescunt. Hæc ibi. Ad stipulatur iis erga de *Malleolo* dicta sunt auctoris *Rhetoricorum* ad *Herennium* sententia libro 1. sub finem, sic enim dicit. Lex est, quæ parentem necasse iudicatus erit, is obuolurus & obligatorio delictor in profluentem. *Malleolus* iudicatus e matrem necasse, ei damnato statim folliculo lupino obuolutum est, & solæ lineæ pedibus inductæ sunt, & in carcerem ductus est. *P. Aerodius* libro 3. tit. 1. qui testamento facere possunt. §. 2. Soleæ lignæ pedibus *Malleoli* induuntur, ne haberet effugiendi potestatem, in carcerem rediret.

Auctor ad Her. lib. 1. sub finem.

P. Aerodius l. 3. tit. 1. c. 2.

fuit, vt ibi esset tantisper dum culeus in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. Suffragatur & *Ciceronis* libro secundo de inuentione sic scribens auctoritas, circa fines illius libri non expresso nomine rei: *Quidam* iudicatus est parentem occidisse, ei statim quod effugiendi potestas non fuit, lignæ solæ in pedes inditæ sunt: os autem obuolutum est folliculo & præligatum: Deinde est in carcerem deductus, vt ibi tantisper esset, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. Hæc ibi. *Florus* in epitome *Liuiana* libro 68. *Publius Malleolus*, inquit, matrem interempta, primus omnium insutus culeo in mare præcipitatus est. Hæc ibi. Cui paulus *Orosius* ad stipulatur libro quinto historiarum capite decimo sexto, in fine sic scribens: *Marij* triumphum Romanamque victoriam incredibile facinus, & nunquam antea Romanis cognitum, Romæ subito perpetratum, versa in horrorem & mœroris tota urbe fucavit. *Publicius* siquidem *Malleolus*, seruis annitibus matrem interfecit. *Damnatus* parricidij, insutusque in culeum & in mare proiectus est: impleueruntque Romani facinus & pœnam. Vnde *Solon* Atheniensis decernere non ausus fuerat, dum fieri posse non credidit: & Romani qui se ortos à *Romulo* scirent, etiam hoc fieri posse intelligentes, supplicium singulare sanxerunt. Hæc doctus ille presbyter *Hispanus*, *D. Augustin.* contemporaneus. Verum de parricidarum supplicio Romanis legibus statuto, ex eadè & *Iureconsulti* in sequentibus dicitur. Percurramus nunc aliquot exempla pietatis in parentes. Scribit *Valerius* lib. 5. c. 2. de gratitudine. *Metellus* (ait vt hinc ducamus dicendi exemplum) pius pertinaci erga exulem patrem amore, tam clarum lacrymis, quàm alius victoriis cognomen assecutus est. *Q. Calpurnius* tribunus plebis legem qua pater eius in ciuitatem restitueretur, tulit. Quem ideo patronum domus & familiae suæ semper dictitauit. Idem libro 5. cap. 3. de ingratitude, Athenienses inquit, ne corpus quidem *Miltiades* quem in carcere & vinculis mori cogerunt, sepultura prius mandari passi sunt, quàm filius eius *Cimon* eisdem vinculis se contringendum traderet. Hanc hereditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solam se sortitum, catenas scilicet & carcerem gloriari potuit. Hucusque *Valerius*. Vides quanta fuerit etiam erga mortuum patrem filij amor & obseruantia. Hoc repetit *Valerius* lib. 5. cap. 4. de pietate erga paren-

Val. li. 5. c. 2. & c. 3. & 4.

parentes. Cimon patri suo sepulturam voluntatis vinculis emere non dubitasti? Pietas amoris plurimum meretur. Hæc ibi. Memorabile est (iuxta id quod supra attigimus) quod apud Romanos pietatis ara extaret, cuius rei hæc traditur origo, auctore Pompeio Festo fol. 164. Pietatem ut Dicitur ceteros colebant Romani. *Pietati ædem ab Acilio consecrata* aiunt, eo loco quo quondam mulier habitauerit, quæ patrem suum inclusum carcere mammis suis clam auerit. hoc factum ei concessa sit, vel impunitus cõcessus sit. Quod de re conformiter Liuius lib. 40. scribit in foro olitorium Romæ pietatis ædem dedicauit M. Acilius Glabrio, diuinitur. Higinus quoque fabula 254. Xantippe Myconi patrem incluso carcere lacte suo alimentum vitæ præstitit. In imagine habetur Cymoni, ut in vulgata. eod. Valer. legitur lib. 5. cap. 4. Sic ibi commemoratur in externis exemplis de pietate. Perus (est autem Pero, ut istud quanquam minutum non negligamus) nomen mulieris. Et legitur Odissæa apud Homerum, nec non apud Propertium lib. 2. postquam Pero formosa, patrem suum Cimona custodiæ traditum iam ultimæ senectutis, velut infantem pectori suo admittit aluit. Verum aliud est Romæ exhibitum exemplum, unde pietatis ara exædificata fuit, quod apud eundem Valerium sic refertur, paulo supra. Sanguinis ingenium multum prætor apud Tribunal suum capitali crimine damnatum triumuiro in carcere necandam tradidit. Quo receptus is qui custodiæ præerat misericordia motus, non protinus strangulauit. Aditum quoque ad eam filiam sed diligenter excussa nequid cibi inferret, dedit: existimans futurum, ut inedia consumeretur. Cum autem iam plures dies intercederent, secum ipse quærens quidnam esset quod tantum sustineretur: curiosius obseruata filia, animaduertens illam exerto vberè famem matris lactis sui subsidio lenitatem. Quæ tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso triumuiro, à triumuiro ad prætorem, à prætore ad concilium iudicum perlata, remissionem pœnæ mulieri impetratum. Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere seruandæ genitricis nouam rationem inuenit. Quid tam inauditum, quam matrem natæ vberibus aluitam? Nec dissentit omnino Plinius libro 7. natural. histor. cap. 3. Pietatis exempla, inquit, infinita quidem, toro obicitur, sed Romæ vnum cui comparari cuncta nequeant. Humilis in plebe, & idè ignobilis puerpera, sup-

Liuius li.

40.

Higinus

fab. 254.

Val. li. 5.

c. 4.

Homerus

Odyss. li.

II.

Propertius

li. 2.

Plinius li.

bro 7. ca.

30.

plicij causa carcere inclusa matre, cum impetrasset aditum, à ianitore semper excussa, ne quid inferret cibi, deprehensa est vberibus suis alens eam. Quo miraculo, matris salus donata pietati est, vel donata filia pietati ambæque perpetuis alimentis, & locus ille eidem consecratus Dea. C. Quintio, M. Acilio Cõsulibus, templo pietatis extructo in illius carceris sede, vbi nunc Marcelli theatrum est. Hæc Plinius. Iulius autem Solinus in polyhistore, siue multa. Solinus rum rerum memorabiliu commentario capit. 7. inter c. 7. cetera agens de pietate, Pietatis, ait, documentum nobilius quidem in Metellorum domo effulsit, sed eminentissimum in plebeia puerpera reperitur: humilis hæc atque idè famæ obscurioris cum ad patrem, qui supplicij causa claustris pœnalibus continebatur, agrè obtinuisset ingressum, exquisita sapiens à ianitoribus ne fortè parenti cibum subministraret, alere eum suis vberibus deprehensa est, quæ res & factum & locum consecrauit. Nam qui morti destinabatur, donatus filia in memoriam tanti præconij reseruatus est. Locus dicatus suo numini, pietatis sacellum fuit. Hæc ille scriptor haudquaquam vulgaris & proletarius, sed primæ notæ & classicus author, qui Plinio contemporaneus fuisse existimatur. Ad dirimendam hæc leuissimam cõtrouersiam asserentibus quibuldã scriptoribus matrem fuisse à filia enutritam, aliis verò patrè, aliis ingenui sanguinis mulierem, aliis autem ignobilem ac plebeiam fuisse dicendum videtur, vtrumque circa eadem tempora aut postea diuersis tẽporibus & sub diuersis cõsulibus contigisse. Vnde charitas, vel pietas Romana tam celebris habetur in historia. Idem quoque apud alios populos aliquando euenisse, non est à verbo alienum: sic amor parentum, ex iis ac similibus exemplis valdè commendatur. Quod etiam ducto ab animantibus rationis expertibus exemplo persuaderi potest. Ælianus siquidem de natura animalium lib. 9. ca. 1. de Leonibus semibus & catulo. Aelianus rum in eos pietate auctor est, quomodo Leo quum iã graue animi factus fuerit, tum ad venandum infirmus, in specubus mal. li. 9. libenter requiescit. Ex hoc procreati vigentis ætatis longè procedunt ad venandum, & patrem senem secum adducunt, & de præda capta cum his epulatur. Tametsi Solon qui lege sancit filijs parentes alendos esse, hæc eos facere non iussit, sed natura humanis legibus nihil egens ipsa immobilis lex hoc officij munus docuit. Hæc Ælianus.

Paulin⁹ Ab ipsiſ aquiliſ petere exemplum etiam licebit, Referente de inſtit. Paulino de inſtitutione Cytherij filij circa finem, verſibus filij. ſic complexus eſt, & cecinit eleganter. Habetur autem in Ortho- xogra- anno 1569. fol. 220. pag. 2.
pha. *Vt pullus aquila dicitur repaſcere*

*Cura parentes mutua,
Quos viſ ſenectæ ruruſ implumes facit.
Nidòque paſcendos reſert,
Donec replumi veſtiantur corpore.
Pennisque floſcant nouis,
Verſi viciffim more natura nouo
Sunt filiis pulli ſenes.
At cum veterno defœcata fecerit,
Nouos iuuenta prapetes
Deſueta remigia pennarum ſenio
Natis magiſtris inchoant,
Miſi que pullis conuolant altoribus
Leui per auras impetu,
Liquidum ſereno tractibus lentis iter
Secare ſublimum uat.
Placidaque ſudum ventilantes aërem
Ala pares immobili.
Dum ſe ſequuntur & viciffim pracunt,
Serto coronant circulo.*

Hęc doctus ille & chriſtianus Poëta, quem inſequutus eſt Honorius Auguſtodunenſis ſermone dominicæ ſecundæ Quadrageſimæ, ita ſcribens. Legitur q̄ aquila ſenectutem pullis ſuis paſcatur, donec in priſtinam iuuentutem renſcitur, iuxta illud pſalmographi, *Renouabitur ut aquila iunior tua.* Ciconia quoq; ſenectute prægrauata, & plumis nudata à pullis aliſ circūuelatur, & cibo aſſiduo recreatur. Et hec illa exercet volucres, quāto magis decet vt expleat heredes? Ex qua cōparatione illud liquidò demōſtratur, Alarū exemplo parentes ſenes à filiis eſſe alēdos. Sed quæ clarius in ea rē adferri poteſt, quā Ioseph patriarchæ ſacra Geneſeos reſert hiſtoria, exēplū & generoſum ſtreq; factū? Quandoquidē ipſe patrem ſuum Iacob, atq; tres famis temporibus aluit, & ne perirent ſeruauit. Vid etiam curam parentum habuiſſe legitur, i. Reg. 1. *Exiit Dauid ad regem Moab, maneat oro pater meus: & reliqua mea uobiscum, donec ſciā quid faciat mihi Deus: & reliqua*

ante faciem regis Moab, manſerunt que apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in praſidio. Verè ſicut iunior Thobias à matre vocabatur *baculus ſenectutis*: ſic bonum decet filium, debiles & ſenio confectos parentes nutrire, hoc enim eſt parentes honorare. *Honora patrem tuum,* ait lex. Verum ſecundum cōſuetudinem ſermonis ſcripturarum honorare madum pertinet ad ſubſidium, quā ad externum honorē. Præcepit enim Deus, inquit Eraſmus annotationibus in Mattheum 15. id quod gentilium quoque legibus cautum eſt: vt liberi parentibus, vel atate defectis, vel inopia laborantibus, vel alioquin afflictis opitulētur, & vt Græci loquuntur *ἀντιπαράρρησι*. Latine ſi dicere liceret reciconiare, Ciconiarum inſtar vicem rependere, & par pari referre, lubēs hoc verbi uſurparem, *πείλαρρος*. Ciconia uocatur Græcis. Ad eundem modum uſus eſt Paulus honoris uocabulo, & honorandi uerbo ſcribens Cimotheo, *Honora uiduas que uerè uidua ſunt*, ac ruruſ, *Presbyteri duplici honore digni ſunt.* Quin & apud Latinos honor pro præmio gratiāque uſurpatur, quæ pro merito reſertur, & apud Græcos *τιμή*, à *τις* deductum eſt, quod quoties in bonam accipitur partem, ſignificat dependo ſiue perſoluo. Ex Eraſmo iſta. Romanorum gentilium leges expendamus in eam rem laras, lege ſi quis à liberis, D. de agnoſcendis & alendis liberis, ait *Leges.* *inſcōſultus, iniquiſſimum quis merito dixerit patrem egere, cum filius ſit in facultatibus, & lege 5. C. de patria potestate, Imperatores Diocletianus & Maximianus, quamuis infideles, ſic tamen reſcripſerunt: filia tua non ſolum reuerentiam, ſed etiam ſubſidium uitæ ut exhibeat tibi rectoris prouincia authoritate compelleretur. Vides iam (vt reor) honorem nedum exteriorem, in geſtu & inclinatione, vel capitis denudatione reuerentiam, ſed ſuſtentionem ac uitę ſubſidia comprehendere. Hoc enim uerè eſt reciconiare *ἀντιπαράρρησι* promerentibus gratiam referre, à Ciconiæ natura ſumptum, quæ *πείλαρρος* dicitur. Hinc & *ἀντιπαράρρησι* remuneratio, D. Ambro. libro quinto. Exameron capite 16. depoſiti patris artus per longæuum ſenectutis plumarum tegmine, alarūque remigio nudatos, circumſtans ſoboles pennis propriis fouet. Et quid dicam collatio ciconiæ? Quis noſtrum leuare argum non*

*Eraſmus annot. 233
Matt. 15.*

Leges.

*D. Ambroſij. li. 5.
hexa. ca.
16.*

non fastidiat patrem; Quis fessum senem suis humeris imponat: quod in ipsa historia vix credibile habetur? Quis ut pius sit, non hoc seruulis mandat obsequium? At vero auibus non est graue quod pietatis est plenum, non est onerosum quod soluitur naturæ debito. Non reculant aues pascere patrem. Aues non scripta, sed nata lex stringit. Antea non erubescunt reuerendi senis membra portare: est enim victoria pietatis. Nam Romanorum vsu pia auis vocatur, retributio beneficiorum aut Pelargosis nominatus. Pelargos enim ciconia, virtus itaque ab his nomē accepit. Cuius relatio gratiarum ciconiæ vocabulo nuncupatur. Hadrianus S. Ambrosius, & Petronius Arbitr in Satyrico: suble-

Petro. arbitr in Saty.

*Ciconia etiam grata pietati cultrix, gracilipes,
Auis exul hyemis, ritulus tepidi temporis,
Nequitia nidum in cacabo fecit meo.*

Virg. in Æn. lib. 3. cap. 22.

Adnimaduerte apud Poëtam celebrari pium Æneam, quia parētem humeris gestauerit, vt fusè narrat Ælianus historia varia lib. 3. cap. 22. cum captum esset Ilium, Achilli miserati captiuorum ærumnas per præconem denunciatarum, vt singuli ex ciuibus quod vellēt vnum aliquod secum afferrent. Æneas cæteris neglectis Deos penates exponerebat. Græci pietate viri oblectati permiserunt insuper vnum ex suis possessionibus accipere. Ille patrem annis & senis confectum sublatum in humeros portabat. Tunc vniuersas possessiones ei reliquerunt. Quo ostensum fuit ipsi etiam hostes colere pietatem. De duobus fratribus idem erga parentes exhibentibus vno consensu grauissimi æthores memoriæ prodiderunt. Inter quos referam primo

Arist. li. de mudo.

loco Aristotelem libro de mundo ad Alexandrum regem Macedoniæ ca. 6. post medium vbi loquitur de Ætna igne: uomo monte, quo in periculo, inquit, pium genus hominum, quod egregium diuinum coluit numen, magnos suæ pietatis fructus percepit. Nam ab impetu illius relicti sunt quoniam parentes senectute affectos humeris gestassent suis, illiſque incolumes præstitissent. Cum autem præstitissent illos tanquam ignis flumen laberetur, diuisum est, & riuum huc alteram illuc conuertit, arque iuuenes vnamque parentibus illaſtos tutosque præstitit. Hæc Aristoteles. Memoria illorum refert ac exprimit Valerius lib. 5. cap. 4. Anaphinomus, & Anapus, inquit, duo fratres patrē & matrem humeris per medios ignes Ætnæ portarunt. Iulius Solinus

Valer. li. 5. cap. 4. Sol. c. 11.

c. 11. id quoque sic refert, Si Carinenses in Sicilia, audiamus: Anapias fuit & Amphinomus, in quam regionem se cum incendiis Ætnæ protulissent, iuuenes duo sublatos patres eueherunt inter flamas, illaſti ignibus. Horum memoriā ita potenter munerata est, vt sepulchri locus nominaretur, campus piorum. Nec Strabo Geographiæ li. 6. de Sicilia agēs Straboli. illud omisit, cum sic scribat: Catanae supernè imminet mōs 6. Geograph. Ætna, nā & ignis qui ex Ætna euomitur, fluxu suo proximè in Caranèu agrum deuoluitur: & facinus piorum filiorum Amphinomi & Anapiæ, qui ingruente isto malo parentes suos humeris suis sublatos eripuerunt, isti loco assignatur. Nec siluit Seneca: cecinit etiam author poematis quod inscribitur Ætna inter Virgilij opera sub finē — incendia, Virgilius.

*Vel solis parsura piis, namque optima proles
Amphinomus, fraterque pari sub munere fortes,
Cum iam vicinis streperent incendia tectis,
Adspiciunt pigrumque patrem, matremque, senemque,
Eheu defessos posuisse in limine membra.
Parcite auara manus, dites attollite prædas:
Illis diuina sola materque, paterque;
Hanc rapiunt prædam, mediumque exire per ignem
Ipso dante fidem properant, o maxima rerum
Et merito pietas, homini tutissima virtus.
Erubere pios iuuenes attingere flamma,
Et quacumque ferunt illi vestigia, cedunt.
Felix illa dies, illa est innoxia terra,
Dextra sua tenent, laudaque incendia ferunt:
Ille per obliquos igneis fraterque triumphans,
Tutus uterque pio sub pondere sufficit illa:
Et circa geminos avidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum
Salua ferunt: illos mirantur carmina vatium.*

Huiusque poëta ille quisquis sit: Seneca verò iam citatus de iisdem intelligit sic scribens lib. 3. de beneficiis ca. 37. Vicere parentes beneficiis Siculi iuuenes, cum Ætna maiore vi peragitata in vrbes, in agros, in magnam insulam partem, effudisset incendium, vexerunt parentes suos. Deditisse vel discessisse, loco cessisse creditū est ignes, hoc est vtrinque flama recedete & quasi bipartito diuisa limitem adaperitum, per quem trāscurrerēt iuuenes dignissimi, qui magna tutō auderent. Vicit quoque Æneas patrē & matrem beneficiis eius in infantia leue tutumque gestamen, grauem senio,

Seneca li. 3. de beneficiis. 37. & 38.

senio, per media hostium agmina, & per cadentis circa
 vr̄bis ruinas ferentis, cum cōplexus sacra ac penares
 religiosus senex, non simplici vadentem sarcina premens
 tulit illum per ignes, & quid nō pietas potest: perculit, co-
 lendūque inter conditores Romani imperij posuit. Vicit
 patrem beneficii Antigonus: qui cum ingenti pratio
 perasset hostem, prāmium belli ad patrem transtulit, &
 imperium illi Cypr̄i tradidit, hoc est regnum, nolle regna-
 re cum possis. Vicit patrem imperiosum quidem Manium
 qui cum ad tempus relegatus esset à patre ob adolescen-
 tiam brutam ac hebetem, ad tribunal plebis qui patri
 dixerat diem venit: nactusque adolescens secretum, sicut
 git occultatū sinu ferrum, & nisi iuras, inquit, te diem
 tui remissurum, hoc te gladio transfodiam. Iuravit Tribu-
 nus, nec fefellit, & causam accusationis remissa concio-
 reddidit. Nulli alij licuit impune Tribunal in ordinem
 redigere. Quid eo adolescente praclarus, ait idem Seneca
 cap. 38. qui sibi ipsi dicere potuit, neque enim fas est al-
 teri dicere, patrem meum beneficii vici? Quid eo fonta-
 natius sene, qui omnibus vbique praedicabit, à filio suo
 beneficii victum? Hæc ille ibidem. Alia ex aliis exempla
 subeunt eorū, qui parentes suos periculis eripuerunt, narra-
 de Manlio adolescente dictum. Sed Valerij hac de re testi-
 monium non inutile erit adiungere. Is lib. 5. cap. 4. de pi-
 tate in parentes de illo sic refert. Pomponius tribunus
 bis Manlio Imperioso diem ad populum dixerat, inter alia
 quod filium optime indolis iuuenem rustico opere graue-
 tum publicis v̄sibus subtraheret. id postquam Mālius ad-
 lescens cognouit, protinus urbem petiit, & se in Pompei-
 domum prima luce direxit: qui existimans in hoc eum ve-
 nisse, vt patris crimina à quo plus iusto asperè tractaban-
 deferret. excedere omnes iussit cubiculo, quo licentius
 motis arbitris iudicium perageret. Nactus occasione
 fortunam iuuenis, gladiū quem testum attulerat, distulit
 xit, tribunum: que minis ac terrore compulsus iurare co-
 git à patris eius accusatione recessurum. cōque effectus
 est ne Imperiosus causam diceret. Commendabilis est pi-
 tas, quæ mansuetis parentibus praestatur: sed Manius
 horridiorem patrem habuit, hoc laudabilis periculo
 subueniat: quia ad eum diligendum præter naturale am-
 rem, nullo indulgentiæ blandimento inuitatus fuerat. Hæc
 3. officior. Valerius. Ante quem Cicero lib. 3. de officiis sub
 finem

Valer. li.
5. ca. 4.

Cicero. li.
3. officior.

moriam prodiderat Titum filium (sic enim eum nominat)
 qui postea est Torquatus appellatus, quum audisset nego-
 tium exhiberi patri, accurrisse Romam, & Tribunal iusiur-
 randum sibi dare se patrem missum esse facturum compu-
 lisse. Iuravit hoc terrore coactus Pomponius tribun. pleb.
 rem ad populū detulit: docuit cur sibi causa desistere ne-
 cesse esset: Manlius missum fecit. Tantum temporibus il-
 lis iusurandum valebat. Atque hic T. Manlius is est, qui ad
 Anienum, Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque
 detracto cognomen inuenit. Hæc Romane eloquentiæ pa-
 tens. Quid illustrius à scriptoribus literis ac monumentis
 consignatum est, quàm Scipionum pietas? Macrobius Sa-
 turnaliorū lib. 1. cap. 6. circa finem, non aliter dicti Scipio-
 nes, nisi quod Cornelius, qui patrem luminibus carentem
 pro baculo regebat Scipio cognominatus, nomen ex co-
 gnomine posteris dedit. Sanctissima mihi videtur Solonis
 lex in vetere iurisprudentia apud Pardulphum in ordine 4.
 quæ sic habet græcè *ἡ γένεσις γένεσις μὴ θγῆσθαι, ἀτῆμος ἔστω*. Latine
 sic sonat, Si quis parentes non nutrierit, infamis esto. Dio-
 genes Laërt. lib. 1. in Solone hoc attestatur. Quod proximè
 accedit ad verba sancti euangelij. *Honora patrem tuam* ex 1. in Sol.
 Christi præscripto & interpretatione, *Cōmoda magna fe-
 res si his legibus obedias, Vt sis longauus super terram*, ait do-
 minus, *quod est mandatum primum in promissione*, ait beatis-
 simus apostolus Ephes. 6. Nam vt ait Poëta, *ἰναυὸς βρώσεις
 γαγεθισυάν τοὺς γονεῖς*: citatur à Cælio lectionū antiquarū lib. 9.
 11. c. 17. hoc est viues diu, si vergentes in seniu parentes cō-
 nutrieris. Id quod Ciconia nos docuit apud Aristotelē lib.
 9. de historia animalium cap. 13. Ciconias, inquit, genitorū
 senectutem inuicē educare, inuulgatū est. Hinc *παραγρῆ
 ἴνα* apud Aristophanem, quibus parentes alere iubemur. *Arist. li.
 9. cap. 13.* Quibus si quis non paruierit, parentēque non aluerit, infam-
 is esse iubetur à Solone sapientissimo. Si qui non nutriūt
 habentur equissimè infames, quid de iis existimare conue-
 nit qui parentes iniuria afficiunt, qui illis maledicunt, vel
 qui lædunt quomodolibet, & quod omnium pessimum esse pha-
 censerunt, atque ab omni humanitate auersissimum, qui pa-
 rentes interficiunt: aduersus quos hæc citat etiam dominus
 illud: *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur*, Pro-
 uerb. 30. *Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum
 matris sue, effodiant eum corui de vorrentibus, & comedant eum
 filij aquilæ* Rom. 1. *Parentibus inobedientes digni sunt morte*, Rom. 1.
 inquit,

Macr. li.
1. Satur.
cap. 6.

Pardulp.
ca. vet.
Iurispr.
Laërt. li.

ex 1. in Sol.
Cal. li. 11.
cap. 17.

Arist. li.
9. cap. 13.
hist. ani-
mal.
Solon.

Pro-
u. 30.
pha.
Rom. 1.

Ephes. 6. inquit, Paulus, *Ephes. 6.* *Filij obedite parentibus vestris in domino. Filius contumax & inobediens parentibus, ex decreto in-*

Deut. 21. dicum lapidandus est. *Deut. 21.* Diogenes Laërtius lib. 1. *Tha. Laër. lib.* les Milesius quæcumque, dixit, stipendia parentibus in-
1. *in Tha* leris, eadem ipse à filiis expecta. In eam rem facit quod
lete. A- Aristoteles lib. 7. *Ethicor. cap. 6.* circa medium, scribit: *hinc*
rifst. lib. 7. quidam qui cum verberaret patrem, hanc rationem cau-
Eth. c. 6. samque attulit: hunc suum & illum superiorem verberante,
producto filio, hic etiam, inquit, ubi adoleuerit me verbe-
rabit. Est enim hoc nobis proprium, & hæreditarium. Et
le qui cum à filio traheretur, eum iussit ad fores confesse-
re: à se enim ad eum locum patrem esse tractum. Hæc *Aris-*

D. Bern. storeles. Et diuus Bernardinus nostri instituti, opere illo
in 40. ser celebri de euangelio æterno sermone 17. cap. 7. exempla
mon. c. 7. duo omnino similia proponit etiam. In Corsicæ villa anti-

ui à fide digno, inquit, quod nostris diebus quidam cum pa-
trem expulisset de domo, multisque aliis offendisset inu-
riis, inter alia semel, per capillos & barbam pugnis & cal-
cibus per longum spatiū viæ per terram traxit. Qui cum se-
milia demum filius fecisset: cumque per terram eisdem co-
tumeliis pertraheretur, peruenissetque ad locum vsque qui
traxerat patrem, commemorans quod sic fecit patri, intelli-
gensque iudicium Dei, filio cum lachrymosis gemitibus &
vulatibus ait: non plus non plus fili mi: quia hucusque tra-
xi ergo patrem meum, & tu fili mi fecisti vindictā eius. Ad-
liud exemplum. In Alexandria Lombardia: audiui, quæ
accidit temporibus nostris, quod cum quidā impius filius
patrem capite traheret deorsum per scalam domus, hæc
idem demum filius eius per eandem scalam illi fecit ac re-
didit. Ecce quomodo filij permittuntur esse iniqui iudicio
Dei, vt impietates parentum purgent, vt sint aliis in exem-
plum. Dicit etiam dominus Luc. 6. eadē mensura qua me-
si fueritis, remetietur vobis. Quod prouerbialiter efficitur
solemus Gallicè, *de tel pain telle souppe.* Idē sanctus doctor
præfato sermone art. 3. ca. 1. de infœlici morte filiorum mo-
lorum. Solent tales, inquit, violenta & subitanea morte si-

Matt. 15. improuisa perire. Vnde super illo verbo *Matth. 15. Qui*
ledixerit parentibus, morte moriatur, ait Glossa, morte æter-
næ damnationis. Patet in Absalon, qui quoniam persequens
est patrem suum Dauid, propriis capillis ad arborem sus-
pensus, & lanceis transfossus atque peremptus est. Itaque
stupèdum exemplum accidit in Cathalonia diebus nostris.

in ciuitate quadam prope Valentiam de iuene quasi 18.
annorū, qui parentibus inobediens, latro & criminofus ef-
fectus est: propter mala sua opera captus & patibulo sus-
pensus. Iamque illo defuncto & adhuc in patibulo pēden-
te, cum esset omnino imberbis, vidente ac mirante cuncto
populo paulatim emittit barbam, mutat faciem, capilli ca-
pitis pendunt, gradatim senescens ac canos producens vs-
que ad decrepitam senectutem: & quasi nonaginta anno-
rum ætatem ostendens, cuncto populo admirabilis factus
est. Cucurrit ad miraculum episcopus cum vniuerso clero,
& cuncto quasi ciuitatis populo: stupent omnes, ignorant
mysterium, expectant eis reuelari secretum. Surgit in lo-
co eminenti episcopus doctus manūque silentium indi-
cens turbæ ait: Viri fratres & filij mei dilecti, nostris iuue-
nem hunc, qua culpa, qua vita, qua ætate etiā interit. Con-
spicite eum nunc ætate senem, decrepitum atque canum,
vt intelligatis per hoc patens iudicium Dei: quod huic diu
victuro à Deo misericorditer propter sua crimina & parē-
tum inobediētiam abbreviata est vita, vt verificetur illud
Psal. 54. viri sanguinum & dolose non dimidiabūt dies suos. Hæc *Psal. 54.*
diuus Bernardinus, in hūc psalmi versiculum. Cassiodorus
clarissimus senator sic doctissime scribit. Tales, dicit, non
implere dies suos, quoniam cum sibi longam vitam pro-
mittunt, exitum celeritæ mortis inueniunt. Nā omnium
dies in prædestinatione noscuntur esse definiti, sed illis di-
midiabuntur dies sui, aut vix dimidiabuntur, quibus con-
tra dispositum proprium prouenire monstratur occasus.
Ideo enim additū est, suos, vt voluntarios intelligeres, non
à domino constitutos. Hæc Cassiodorus in authentico e-
xemplari Basileæ per Ioannem de Amerbach, anno domini
1491. impresso, non dimidiabunt, hoc est, interprete Genebr.
barardo, imparata morte præripientur, longè ante tempus
in Psal. naturæ ipsorum cōsentaneum, nondum ad ætatis medium
prouecti, interibunt. Dimidium vitæ quod sperant, non at-
tingent. Nunc vt de parricidarum exquisito supplicio di-
camus, ordo postulat. Iulius Capitolinus in Antonino pio
circa medium, vsque aded, inquit, sub eo nullus percussus
est Senator, vt etiam parricida confessus, in insula deserta
poneretur, quia viuere illi naturæ legibus nō licebat. Hæc
ille. Id ab eo factum, vt eum mori ac bestiis obici necesse
esset: quia nominatim in insulam desertam deportari ius-
sit. Singulari enim fuisse supplicio vindicatū parricidium
D d d legibus

Cicer. orat. pro Sex. Ro-
cio. legibus Romanis cuiuslibet compertum esse potest. A Cicero
 rat. pro Sex. Ro-
 cio. rone igitur iumentes dicendi initium oratione 2. pro Sero-
 to Roscio Amerino, circa medium, dicimus parricidā omnia
 diuina atque humana iura scelere nefario pollueret.
 Eōsque qui tantum facinus commiserunt, non modō sine
 cura quiescere, sed ne respirare quidē sine metu posse. Magnam
 vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem
 paternus, maternusque sanguis. Hęc magnitudo maleficij facit,
 vt nisi penē manifestum parricidium proferatur, credibile non sit:
 penē dicam, resperas manus sanguine paterno indices videant oportet,
 si tantum facinus, tam immane, tam acerbum credituri sunt:
 quare hec quo minus est credibile, nisi ostenditur, eō magis est,
 si conuincitur, vindicandum. Maiores nostri in impios singulare
 supplicium inuenerunt. Solon. Solon sapientissimus, qui leges
 quibus hodie quoque prudentissima ciuitas Atheniensium
 vtitur scripsit, cum interrogaretur, cur nullum supplicium
 constituisset in eum qui parentem necasset? Respondit se
 id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur:
 cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat:
 ne non id tam prohibere quam admonere videretur. Quanto
 maiores nostri sapientius, qui cum intelligerent nihil esse
 tam sanctum, quod non aliquādo violaret audecia, supplicium
 in parricidas singulare excogitarunt, vt quę natura ipsa
 retinere in officio non potuisset, in magnitudine ne pęne
 maleficio summonerentur? In sui voluerunt in cœlum viuos,
 atque ita in flumē deiici. O singularem sapientiam iudices.
 Nōnne videtur hunc hominem ex rerum natura sustulisse
 & deripuisse, cui repente, cœlum, solē, aquā terramque
 ademerūt: vt qui eum necasset, vnde ipse natus esset,
 careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur.
 Noluerunt feris corpus obicere, ne bestis quoque, quę
 tantum scelus attingissent, immanioribus videremur? Non
 sic nudos in flumen deiicere, ne cum delati essent in mare,
 ipsam polluerent, quo cetera quę violata sunt, experiantur.
 Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem
 vllam reliquerint. Etenim quicquid est tam commune,
 quàm spiritus viuus, terra mortuus, mare fluctuantibus,
 litus eiectis? Ita viuunt dum possunt, ducere animam
 de cœlo non queant: Ita moriuntur, vt eorum ossa terram
 non tangerit: Ita iactantur fluctibus, vt nunquam
 alluantur: ita postremō eiiciuntur, vt ne ad mare
 quidem

quidē mortui conquiescant. Tanti maleficij crimen est, cui
 maleficio tam insigne supplicium est cōstitutum. Hęc Cicero,
 cui subscribit Valerius l. i. c. i. de Religione obseruata.
 Tarquini⁹ rex, ait, M. Tullius duumvirum, quod librum
 secreta ciuiliū sacrorum cōtinentem custodia suā commissum
 corruptus Petronio Sabino describēdum dedisset, culeo
 insutum in mare abiici iussit: idque supplicij genus multō
 post parricidis lege irrogatū est. Iustissimē quidem:
 quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda
 est. Hęc ille. Etenim ei qui parentem occiderit, viuere naturę
 legibus nō licet. Idēque leges ei lucē viuō, fluctuantimare,
 naufrago portum, moriētū terram, defuncto sepulchrū negant.
 Quid verō Iurisconsulti sentiant animaduertamus. Modestinus
 lege 9. D. de lege Pōpœia de parricidiis. *Lex.* Pœna
 parricidij, inquit, more maiorum hęc instituta est, vt parricida
 virgis sanguineis verberat⁹, fortē saligneis, maxime cum
 parricida in mare vel fluuium, in cuius ripis saligneę
 virgę frequenter reperiuntur, proiciendus sit. Plinius tamē
 sanguinearum virgarum meminuit, ait Scholion ad marginem
 ibi: deinde culeo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, &
 vipera, & simia, deinde in mare profundum culeus iactatur,
 hoc ita si mare proximum sit: alioquin bestiis obicitur,
 secundum diui Hadriani constitutionem. Qui alias personas
 occiderint, præter matrem & patrem, & auum, & auiam,
 quos more maiorū puniri supra diximus, capitis pœna
 plectentur, aut vltimo supplicio maectantur. Quę de re
 extat Constantini Imperatoris rescriptum lege vltima,
 C. de his qui parētes vel liberos occiderunt, in hunc modū:
 Pœna parricidij est, vt neque gladio, neque ignibus, neque
 vlli alij solēni pœnæ subiugetur parricida, sed insutus
 culeo (cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia)
 & inter eas ferales angustias cōprehensus, serpētium
 contuberniis misceatur: & vt regionis qualitas tulerit,
 vel in vicinum mare, vel in amnē proiciatur, vt omni
 elemento vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti,
 terra mortuo auferatur. Hęc Constantinus Iustinianus
 institutionū lib. 4. de publicis iudiciis, §. alia deinde lex,
 nulli alij solēni pœnæ subiiciatur, inquit, sed insutus
 culeo cū cane & c. & inter eas ferales angustias
 comprehensus. Reliqua vt supra. De parricida nō
 amplius tanquā de homine, sed tanquam de bruto
 supplicium sumi videbatur, quē ab hominibus
 ad feras relegassent Romani, neque ad omnes tamē

sine delectu, sed ad eas que inimicissima, & quarum alie, ut scribit Theophilus antecessor, cum genitoribus certant, alia genitores interficiunt. Si autem scribit praefatus Theophilus institutionum iuris civilis lib. 4. titu. 18. de publicis iudiciis, §. alia deinde &c. Est & lex Pompeia de parricidiis, quae asperissimum crimen noua persequitur poena. Cauetur autem ea, ut si quis aut parentum suorum aliquem, aut filium, vel aliquem liberorum eiusdem affectionis, & qui nomine parricidij comprehendatur occiderit: poena parricidij puniatur: Neque tamen lex, aut gladium minatur, aut ignibus tradit, neque alia vlla solemnium poena eum afficit, sed in bubulum culeum eum iubet immitti, cum cane & gallinaceo, & vipera, & similia, & ita culeo insuit: ac angulicam cum eiusmodi feris latentem, secundum qualitatem regionis in qua punitur, aut in proximum mare, aut si mare longius abest, in flumen proicit: ut omnium elementorum usu & viuus & mortuus priueretur. Nam & viuus, cum culeo insutus sit, ac in aqua iactetur, caeli siue aeris usu caret, & mortuus, terrae honore non consequitur, quum huc atque illuc fluctus undaeque culeum ferant. Praedicta autem bestiae ideò vnà insuntur, quoniam similes ei mores habere videntur. Nam aliae ex his parentes occidunt, aliae non se continent, quin & cum illis pugnant. Haec ibi Theophilus, & haecenus de lege Romanorum dictum sit. Quintilianus de clamatione 17. de filio a patre parricidij accusato: Parricidium, inquit, quandoque, culeo serpentibus expianda feritas. Et Iuuenalis Satyra 8. circa fines, --- *quis*

Perditus, ut dubitet Senecam praeferre Neroni,

Cuius supplicio non debuit vna parari

Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus.

Par Agamemnonidae crimen, sed cassia facit rem

Dissimilem: quippe ille Deo auctoribus, vltor

Patris erat casi media inter pocula. Hac ille.

Quid Persae de parricidio senserint, audiamus Herodoti testimonium. Is lib. 1. post medium, de Persarum ritibus & moribus differens hoc adiungit: Suum patrem aut matrem aiunt neminem vnquam occidisse: quorquor horum forte acciderunt, omnium necessitate excussa, hos tandem deprehensos tradunt aut subdititios seu supposititios, aut spurios. Quippe verisimile nequaquam videri aiunt, ut is qui verus pater sit, a proprio filio interimatur. Haec Herodotus. Concludo igitur ad propositum thema, honorandos esse parentes, nec violandos: honorandos inquam, primò reuerentiam exhibendo,

exhibendo, secundò eis obediendo, tertio in necessitate subueniendo. Honor namque in scripturis tria haec significat: quae supramodum sunt honesta. Triplici ergo honore digni sunt parentes, reuerentiae videlicet, obedientiae, & sustentationis seu nutritionis, ut vicè repèdas quomodo poteris, & gratum te erga ipsos exhibeas. Eset mihi religio praertere quod diuinus Plato de honore parentum & benedictionibus vel maledictionibus eorum literis edignauit: Nec mireris nos ab externis, ut à gentilibus & Ethnicis tot petere ac sumere exempla: nam ut diuus Apostolus testatur, Rom. 2. *Gentes legem non habent, naturaliter ea qua legis sunt factum, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt operibus legis scriptum in cordibus suis.* Ideòque cum preceptum sit legis naturae parentes honorare apud Ethnicos, etià exemplorum supererit abundatque copia eorum qui parentes honorarunt, & de parentibus honorandis longè plurima ab Ethnicis in eam rem adducuntur. Quae ne nos quidem Christiani negligere debemus. Plato ut dicere ceperamus dialogo 11. de legibus in medio. Parentes negligere (inquit) nec Deus nec homo mentis compos alicui vnquam consulit: deinde Oedipus contemptus à filiis, ea illi imprecatur est, quae exaudita, affectaque à diis apud omnes feruntur. Amyntora quoque Phoenici filio iratum illi maledixisse ferunt: & Hyppolyro Thesea, plurimòsque alios aliis, quibus apertissime factum est à diis preces parentum aduersus filios exaudiri. Nihil enim imprecatione parentis non iniuria perniciosius filio. Nemò verò cum pater aut mater ab eo contènitur, tunc solum à Deo putet orationes eorum secundum naturam exaudiri, sed cum etià honoratur, & ideò cum lætiores bona à diis perunt, exaudiri eos similiter existimare debemus, atque ideò nobis æqua inde distribui. Nam aliter in bonis distribuendis iusti non essent, quod longè à diis abesse necesse est. Parentibus autem honoratis Deus gaudet, alioquin eos minus exaudiret. Quae animam habent subiungit, quando coluntur à nobis, pro nobis orant, fauentque quotidie: quãdo despiciuntur contra: hactenus Plato. Habemus exemplum in sacris de Noè, qui Chã ingratisimo maledixit, & Iacob Rubem primogenito irreuerenter se gerenti aduersus patrem, atque duobus Simeon & Leui vasis iniquitatis imprecatus est, ut sacra Geneseos fert historia. Et diuus Aug. 10. de ciuitate Dei lib. 22. c. 8. post medium tale refert exemplum sic scribens: Decem quidem fratres fuerunt, quorum 7. cap. 8.

Ddd 3 sunt

Plato.

Rom. 2.

Platodia
log. 11. de
legibus.

Aug. 10.
5 de ciui.
lib. 22.

sunt mares, 3. foeminae, de Cæsarea Cappadociæ suorum ciuium non ignobiles, maledicto matris recenti patris cuius obitu destituta, quæ iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit: tali poena sunt diuinitus coerciti, ut horribiles quaererentur omnes tremore membrorum: in qua foedissima speicie oculos suorum ciuium non ferentes, quaquaersum cuique ire visum est, toto penè vagabatur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo frater & soror Paulus & Palladia, multis aliis locis miseria diffamata iam cognita, & ad memoriam gloriosissimi martyris Stephani miraculose sanati sunt. Hac ibi Ludouicus Viues in scholis au-

Lud. Viues i praecedenti locum.

notat, quod parentum execrationem magnopere metuere debent filij. Multa huiusce rei leguntur horribilia exempla. Timeant ergo filij exacerbare parentes, nec leuiter vicissim parentes in liberos irritatiores facti, maledicta & imprecationes congerant atque iaciant. Atque ut de nostra (vt ita dicam) moneta aliquid proferamus: Scito plenas esse scripturas sanctas exhortationibus ad honorem, reuerentiam, obedientiam atque enutritionem parentibus praestandam. Innumera etiam gratorum filiorum qui illi effecerunt clarissima exempla, quibus commemorandis ne sim nimis, supersedeo. Sed occasione horum verborum, *Munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum.* Quæro, An liceat filio parentibus in aeterna necessitate constitutis vel religionem ingredi ac profiteri, an verò professio liceat parentibus ad egestatem post ventisolemniter emissum redactis, religionem egredi, ut parentum necessitati succurrat: Digna tanè quaestio, videtur prima facie honorem parentum praefendum esse religionis professioni. Lex enim naturæ est praeposenda omnibus, cum sit naturaliter cuique insita, & inabdicabilis, cui renunciare nemo potest. Non licet autem praetermittere illud quod est necessitatis, vt fiat id quod est liberum voluntatis. Obsequi parentibus illosque necessitate alere est necessitas, & de iure naturæ. Ingredi autem religionem liberum est cuique; nec ad id villo praepcepto cogitur, nullus igitur debet praetermittere parentum obsequium propter religionis ingressum. Attamen ex facto filiorum Zebedaei, qui relictis rebus & patre sequuti sunt dominum, *Matt. 4.* videtur effici, religionis ingressum praeligendum, & obsequium parentum intermittendum esse. Ex responso item Christi domini, cui cum diceret vnus, *Matt. 8. Luc. 9. Permite me*

Matt. 4.

Matt. 8. Luc. 9.

domine primum ire & sepelire patrem meum: sequere me respondit, & sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Tu autem vade & annuntia regnum Dei. Item consiliu est de opere supererogationis, & tendit ad perfectionem. *Si vis perfectus esse, ait Christus, vade, vende oia, da pauperibus, & veni sequere me, Mat. 19. Omnis qui reliquerit patrem aut matrem, &c propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.* *D. Hier.* Ibidem quod scripsit D. Hieronymus tom. 1. epistolarum, magis adhuc vrget. Is enim prima omnium epistola ad Heliodorum sic eum exhortatur: Licet sparso crine & scissis vestibus, vbera quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Hac sanctus ille. Tentemus hunc soluere nodum non parum difficilem, adiuti sancti doctoris suffragiis, qui 2. 1. q. 189. art. 6. proponit quaestionem, *v- D. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 6* trum propter obsequium parentum debeant aliqui trahi ab ingressu religionis? Responder verò ad hunc modum: *189. ar. 6* parentibus in necessitate existentibus, ita vt eis commode aliter quam per filiorum obsequium subueniri non potest, non licet filiis praetermisso parentum obsequio, religionem intrare. Si verò nõ sunt tali necessitate, vt filiorum obsequio multum indigeant, possunt praetermisso parentum obsequio filij religionem intrare, etiam contra parentum praepceptum, quia post annos pubertatis quilibet ingenuus libertatem habet, quantum ad ea quæ pertinent ad dispositionem sui status, praesertim in his quæ sunt diuini obsequij, & magis est obtemperandum patri spiritui vt viuamus, quam parentibus carnis, vt Apostolus ratiocinatur, *Heb. 12.* *Heb. 12.* Vnde reprehendit dominus discipulũ qui notebat statim sequi intuitu paternæ sepulturae. Erant enim alij per quos illud opus imperi poterat, vt dicit D. Chrysostomus in *D. Chry. Matth. capit. 8.* et meliora sunt magis eligenda. Hæc D. Thomas Per hæc satis respondebitur ad obiectiones propositas. Filius enim euolans ad crucis vexillum relicto patre, non minus in monasterio implebit praepceptum de honorandis parentibus, eis reuerentiam & auxilium impendendo, quam si esset in seculo, pro parentibus nimirum Deum exorando: quod longè melius fuerit, quam temporale ali-quod solarium. Hoc praesupposito, quod in necessitate non sint constituti, & aliunde habeant vnde commode satis alantur: emergente verò necessitate, cum gratia non tollat

naturam, sed perficiatur: ius naturæ non euacuatur, vt filius à parentum corporali subsidio eximatur: censeturque aliqui tandiu egrediendum esse de monasterio, donec parentibus prouisum fuerit, quæ videtur esse resolutio ac sententia Concilij Gangrensis to. i. can. 16. Græcè quidem sic habetur, *Εἰ τινα τινὰ γονέων, μάστιγα ὡρίσθω ἀναχωροῦν τῷ πρῶτῳ*

Concilij Gangren-

se ca. 16.

θεοσεβείας, ἢ μὴ τὸ ἀναχωροῦσαν τιμὴν ποιεῖ γονέων ἀπὸς ἐκείνου, ὡς ἔστιν ἀνάσσειν τῷ πρῶτῳ ἐπὶ αὐτοῖς ἢ θεοσεβείας, ἀνάσσειν ἑαυτοῦ.
 Quem sic ad verbum, & vt dicitur *κατὰ ὡδὸν*, per vestigia inlequendo interpretabimur. Si qui filij parentes maxime fideles deserant præteritu diuini cultus ac religionis, neque conuenientem ac debitum iustè honorem parentibus tribuât exhibeântque: prælata videlicet apud ipsos religionis, vel præposita parentibus ipsis religionis, anathema sit. Vbi, ille qui anachoretæ & solitarij instar, à parentibus secesserit, eos deserens, ac ipsis præferens religionem, parentum curâ abiicit, anathemate percussitur. Canonizatur distinctione 30. can. Si qui filij: Si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur quòd fideles sunt, anathema sit. Hæc Concilium citatum. Etenim per votum obedientiæ, vel religionis nemo legibus naturæ, vel Dei præceptis eximitur ac liberatur: cum ergo ad earum obseruationem ante susceptam religionem teneretur, tenebitur etiam posterius. Non ergo euacuatur aut irrita fit præcedens ad parentes sustentandos in necessitate obligatio, per religionis ingressum ac professionem factam, nec quando ad sustentandos parentes egreditur, aut Deo, aut prælato suo iniuriam infert: quoniâ nõ aliter seruitium suum eis promissit, quàm salua lege naturæ, nec aliter Deus eius promissum acceptauit. Hæc ex Hesselio in Matt 13. magna ex parte, maioris autem ex D. Thoma deprompta noueris.

Hesselius in 5. Mat. th. Lyranus in 15. Matth.

Lyranus noster in Mat. 13. ad verbum *mandatum Dei* pater, inquit per se tenetur prouidere filijs & directo, quia est causa eorũ quantum ad esse, & ideo debet eis nutrimentũ & documentũ. Filius autè tenetur prouidere parentibus de necessarijs per accidens, scilicet si indigeat & si ipse filius sit potens. Idcirco si pater iam necessitatem incurrerit, bona de quibus filius potest sibi administrare, iam sunt sibi debita. De alieno autè nullus potest deo sacrificiũ facere. Et ideo Deo talia offerre nõ est licitum, quia hoc est transgredi

gredi præceptum de honore parentum. Secus autem esset si filius bona sua deo vouisset vel consecrasset antequam parentes essent in necessitate positi. Quia tunc non esset licitum de eis prouidere parentibus. Quia si esset Deo votum factum de aliquo immolatio, non posset immutari. Dictũ est enim, vouete & reddite vota vestra, vouere quidem libertatis est, reddere autem est necessitatis, & continetur in prima tabulâ, honor autem parentum in secunda tabulâ, non poterat mutari nisi per redemptionem. Ex dictis patet falsitas illius opiniois quæ dicit, quòd filius post professionem factam in religione, tenetur exire claustrum propter necessitatem parentum, etiam contra voluntatem sui superioris, quia per talem professionem est Deo iã consecratus, & ideo propter necessitatem parentum, nõ debet contra votum tale facere. Hoc etiã patet alia ratione, quia filius cum venerit ad ætatem adultam sicut potest inuitis parentibus licitè matrimonium cõtrahere, vel ad sacerdotium promoueri, ita etiam religionẽ ingredi cessante tunc necessitate parentum. Sed per sacerdotiũ excusatur de hoc quòd nõ tenetur subuenire patri per vsũ armorũ, si ab hostibus inuadatur pater, quia iã non est sibi licitũ pugnare corporaliter. Similiter per matrimonium excusatur, quòd non tenetur manere cum patre, quia est obligatus vxori. Ergo multò fortius per professionem factã in religione excusatur à subueniendo parentibus, nisi secundum modum conuenientem suæ regulæ, & per consequens non debet propter hoc contra votum obedientiæ facere. Immo esset inobediens hoc faciẽdo. Per hoc patet solutio cuiusdã rationis, quæ ad oppositum inducitur talis: votũ factum de his quæ sunt supererogationis non præiudicat illis, quæ sunt de necessitate præcepti: cum præceptum implere sit necessitatis, vouere autem talia non. Sed votũ religionis est de his quæ sunt supererogationis: subuenire autem parentibus in necessitate est de necessitate præcepti. Ergo per votum religionis? per professionem solemnizatam nõ absoluitur aliquis, quum teneatur administrare parentibus sicut antè: ergo per consequens tenetur exire claustrũ propter necessitatem parentum etiam contra voluntatem superiorum. Dicendum quòd per professionem non absoluitur à præcepto, bene tamen absoluitur ab aliquo modo implendi præceptum, quia præceptum de honore parentum

tum est affirmatiuum, & ideo non obligat ad semper, sed pro loco & tēpore & debitis circumstantiis, quę aliquando variantur secundum conditionem ipsius implentis præceptum, quia aliquis modus subueniendi patri efficitur inconueniens & illicitus ipsi filio, per assumptionem alicuius status liciti, imò etiam perfecti. Sicut subuenire patri per defensionem armorum efficitur illicitum per sacerdotij statum. Tenetur tamē ei subuenire aliis modis suo statui conuenientibus. Ita eodem modo, post votum obedientię subuenire patri contra voluntatem superioris efficitur illicitum ipsi religioso. Tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni sue. Hęc ad formā doctor liberalis. Est igitur in ea sententia fixo pede (vt dicitur) iudicū, quòd filius post professionē in religione factam nõ astringitur egredi cōnobiū, vt sui parentis inopi subueniet: quam proportionē categoricē tenet atque tueretur Ioannes Arboreus Laudunensis theosophiæ lib. 6. cap. II. vbi dicit, quòd si filius nondum sit ingressus religionem parente in necessitate constituto, non debet ingredi neglecta patris extrema inopia. Nā in hac specie, siue in tali hypothēsi & casu, filij bona sunt patri debita. Si tamē pater suam possit transigere vitam absque filij subsidio, posset inuito homine qui illum conaretur à rebus diuinis auocare, filius religionem ingredi. Nam hic ordo in omni affectu necessarius est: amare post Deum patrem & matrē & filios. Si autē necessitas venerit, vt amor parentum ac filiorum Dei amori comparetur, & non possit vtrumque seruari. Optimum in suos, pietas in Deum est. De hoc itaque nulla est difficultas. An verò professus debeat monasterium egredi subleuandę parentum inopię gratia, Theophylactus ad hęc verba, Mat. 8. *Sine mortuos sepelire mortuos suos*, Postquam quis sese tradiderit Deo, inquit, non debet denuò ad vitę huius curas conuerti. Oportet sanē & parētes venerari, sed magis oportet venerari Deum. Si autem illi discipulo Matth. 8. neque patrem sepelire liuit, vt his qui monasticam professi, ad mundana regrediuntur negōtie. Hęc Theophylactus. Sed tibi considerandum relinquo. Eurhymio in eundem locum, quòd sciebat dominus quib; alij illam essent sepeluri, nec equum erat, vt ab his que magis necessaria erant recederet. Hęc ille. At verò consideramus in hac specie parentē extremę necessitati expeditum. Respondet autem Arboreus ad illam obiectionem

I. Arboreus.

Theophi.
c. 8. Mat.

Eurhymio
ibidem.

votum nõ adimit ius naturale & diuinum, siue præceptum quo tenentur filij honorare parentes, eisque necessaria ministrare, etiam post ingressum religionis. Nam gratia minimè tollit naturam, sed perficit, & in hoc versatur rei pōdus. Fateor sanē, responderi illi cum Lyrano, quòd absolute & simpliciter votum non tollit nec abrogat præceptum naturale, sed eximit ab aliquo modo implendi illud præceptum. Sic illicitum est religioso contra voluntatem sui superioris subuenire patri, Debet tamen filius, inquit Arboreus, in natium patris amorem propensissimus conari pro viribus, vt sua vel alterius opera releuetur sui patris inopia. Et hac in re adimplet illud de honore patris præceptū prompto quidem affectu, cum ei non superant opes, quibus famem sui patris restinguere possit. Non desunt tamen ait idem, qui dicant quòd si talis religiosus sciat suum patrem laborare extrema necessitate, & quaesierit facultatem à suo prælato quamuis non obtinuerit: haud dubiè potest egredi fores sui cōnobiij, vt pascat suum patrem famelicum, quia præceptum iuris naturalis & diuini in extrema necessitate præcinitet voto. Sed illi non expenderunt diligenter vinculum voti emissi de perpetua in Deum religione, fortius esse vinculo pietatis in parentes. Nec quisquam est qui addubitet, quin iure diuino religiosus astingatur Deo sua vota reddere. Cum igitur per mortem illam siue abdicacionem suorum bonorum, & cōtemptum sui, sit solutus à cura patris impendenda, iuste colligitur illum non teneri cōnobiū egredi, vt patri succurrat. Nam religiosus ille mundo mortuus, absolutus est à iure quo tenebatur suo patri succurrere, nec minùs per mortem spiritalem solutus est à cura patri impendēda, quam per mortem corpoream: idcirco cum non possit debitum patri officium & ministerium præstare, non peccat si non succurrerit necessitati patris. Id Arboreus cum nostro Lyrano mordicus defendit. Ego inrerim (quod cũ bona ipsorum venia dictum velim) existimo distinguendum esse. Aut enim considerata necessitate patris, & debito obedientię ex voto, vtrinque est paritas, vt scholasticè dicimus, si omnia sint paria vel æteris paribus, vel non est vtrinque æqualitas seu par necessitas. Quemadmodum in traditione Pharisæa de oblationibus in templo faciendis, vel de parentibus alēdis, fateor quidem, si par vtriusque necessitas fuerit, præstantius esse virtutis opus, ait Ludouicus Granatenensis cōcionis i. in præfens

Ludouic.
Gran. cō.
cio. i. ad
præfens
euang.

præfens euangelium, ad Dei cultum munera offerre, quàm parentibus subuenire. Si enim neutra, pars egeat religioſius eſt Deo quàm parentibus miniſtrare. Sed ſi parentes egeant, iam diuina lex te ad parentũ ſubſidium adigit, quam nullo religionis prætextu tranſgredi licet. Hæc ille. Miſericordiæ opus, exigente præfertim neceſſitate (quæ legem non habet) præfertur ſacrificio externo, vt iam diximus, nec mors illa ſpiritalis qua mortuus eſt mundo religioſus, abſoluit eum à iure naturali, quod eſſe inabdicabile ſuprà etiam protulimus: Nec ad horam exiens clauſtrum licentia petita, quamuis nõ obtrita (meo quidem iudicio, ſaluo quocunq; alio meliori) ob id ageret, in talis neceſſitatis extremæ ſcilicet, articulo: contra votum obedienciæ, cum neceſſitas ſaris ſupérque diſpenſet, ac charitas quod eſt vinculum perfectionis ad Coloſſ. 3. *Super omnia charitatem habere, quod eſt vinculum perfectionis.* Eſt verò ſtatus religioſorũ perfectionis acquirendæ & pro viribus exercendæ ſtatus, & vt vulgò dici ſolet, habitus nõ facit monachũ, ſic neque clauſtrum. Non enim perfectionem monaſtiche vitæ, interea dum parenti extremè laboranti pro modulo ſuo (ſi alius deſit qui inferuiat, & neceſſaria vitæ ſubſidia exhibeat) obſequetur filius religioſus: intermitteret, & monaſterium ſuum repetet, expleto erga patrẽ officio. Id verò facere quis dixerit idem eſſe ac eiurare religioẽ, vel apoſtatare (vt loquuntur) vci eſſe deſertorem? Tantum abeſt me iudice, vt vel hoc cogitandum ſit: quinimò magnũ charitatis opus & perfectionis feciſſe videbitur, qui occurrente huiuſmodi neceſſitate ſtatim clauſtrum exierit, præſuppoſita rationabili voluntate ſui ſuperioris ex æquo & bono (vt dicunt iuriſconſulti) vtens veluti *in itinere* & moderata benignaque iuris regularis interpretatione, quamuis etiam non petierit, vel acceperit facultatem, & licentiam, quia non licet ei per otium diutius diſſerre, ſed neceſſe eſt ſtatim ſeſcè itinere accingere. (Rex enim ipſa & negotiũ vtget, nec patitur dilationem.) Tunc, inquam, poterit, vt ſubueniat parẽti, ad horam vel breue aliquod tempus, donec prouiderit neceſſitati patris meliore quo poterit modo, clauſtra monaſterij egredi, citra piaculum & peccatũ tranſgreſſionis voti. Nec interim reclamo, vel aduerſari cõterendo aliter ſentientibus, nempe Lyrano noſtro & Arboreo. Quorum (penſatis rationũ momẽtis, ac expenſis, nimirum neceſſitatis, charitatis, iuris naturalis, perfectionis ſtatus religionis

Coloſſ. 3.

religionis & officij ad domeſticos fidei, maximè autem ad patrẽ proprium fidelem, his inquam, omnibus iuſta lance libratis) prænominatorũ doctorũ eadem mecum eſſet atq; cõformis ſententiã. Exemplũ proferã præclari illius Aphraates, de quo Nicephorus ex Theodoretõ agit lib. 11. c. 25. D. *Niceph.* Aphraates ſub Valẽtis imperio, vt ouibus Chriſti cõgruẽs *lib. ca. 25* pabulũ impetiretur, licet ſenio cõſectus celerius tamen è monaſterio proficiſcebatur & currebat. Quoniam, inquit, imperator vadis? pro imperio tuo precaturus reſpondit Aphraates. Atqui Imperator intulit, domi te, qui leges monachorũ ſequeris, manere, ibique quietè cõſidentè hoc facere oportuit. Tũ diuus ſenex per quàm ſapiẽter ait, rectè tu quidẽ õ Imperator dicis me id facere debere: facturũſq; id ad eõ cõſtanter fuerã, ſi pax Chriſti ouibus eſſet. Sed quum multa quẽdã inſaniã caligo loca omnia occuparit, & maximus inſuper ſubrepat timor, ne plurimo imminere periculo, à feris oues dilanientur: neceſſitas mihi quoq; incũbit, vt vigilẽ, omnẽmq; funè moueã, ne quod grex Chriſti capiat detrimentũ. Age enim õ Imperator, ſi puella eſſem domi in conclauĩ abdita, fuſos manibus tractã, & lanificiũ meũ curans: atq; alicundè ſubirò conſpicerẽ flammã exortã, & omni ex parte domui circumfulſam, fædo incẽdio iam iã conſumpturã, quid me facere oporteret: dic te per Deũ oro, utrũ ne me ſic ſedere, & penates patrios conflagrãtes reſpicere, ignẽmq; proſerpentẽ expectare: an conclauĩ ſtatim relicto ſurſum & deorſum currere, aquam in manibus habere, & modis omnibus flãmã extinguere, conari, oporteret? Satis ſanè ſcio dicturum te faciẽdum mihi eſſe, quod & ſagacis ſanãque mẽtis puella faceret. Idipſum verò nũc quoq; fieri debere exiſtimo. Quum te enim quaſi fulmen quoddam in paternam domum noſtrã incidere, & veriorẽ pietatem omnem igne vaſtes, vndiquaque circumcurſam flammã gliſcentem extinguere ſatagentes. Hæc quidem ille dixit. Imperator autem ad minas vſq; progreſſus ſilere eum cõegit. Theodoretus in religioſa *Theod. in* hiftoria ſanctorum patrum vitam deſcribens vita S. Aphraates *Aphraate* ampliffimè meminit, referens eadem quæ ſuprà commemorauimus: oſtenditur autem Monachis licere clauſtra egredi vtgente eccleſiæ cõmodo. Quod ſi tu me reprehendis, aiebat ille Aphraates Imperatori Valenti, qui quietè reliquerim, teipſum reprehende qui hanc flammã in domum diuinam inieceris, & non me qui conor extinguere. Quod enim

enim oporteat opem ferre domui paternæ, quæ vritur, ipse quoque confiteberis. Quod autem Deus sit magis verus & germanus pater quam ij qui sunt in terra, est cuius apertum, etiam qui rebus diuinis nõ est omnino initiatus. Nihil ergo absurdũ facimus õ imperator, neq; cæpto nostro & instituto cõtrarium, si veræ religionis alumnos congregamus & pascimus, & eis herbã diuinam exhibeamus. Hæc vis ille sanctus, ex cuius comparatione seu parabola & similitudine hoc vnũ arripio. Si domui paternæ quæ vritur, ad restringendum ignem opem ferre debet etiam claustralis quoad fieri potest, quanto magis patri ipsi in necessitate extrema constituto religiosus claustrum sui monasterij egressus, pro viribus suis, ad famem illius restringendam, iure naturæ debet succurrere? Quod si obieceris illud quod statim sequitur, Deum patrem spirituum præferendum esse patri carnis nostræ, quis neget? Sed si ingruat necessitas, & commodè per egressum à monasterio reuelari potest, per filium religiosum providentem de rebus necessariis parentibus inedia vexatis, non putabitur hoc faciens impius, imò verò maximè pius, non religionis defector, sed charitatis amator, non perfectionis neglector, sed pietatis elector, & iuris naturalis ac diuini obseruator, non contemptor religionis sed articulo necessitatis ad id prouocatus, & laudabiliter excitatus. Persuadetur autè ex casibus emergentibus in nonnis, hoc est, sanctimonialibus & virginibus Deo dicatis, & religionem professis, quæ quartum votum expressis verbis addunt, perpetuam nimirum claustram. Nihilominus si incendium, si hostile bellum, vel (quod detestabilis est) ciuile, si diluuium aliquod particulare monasterium in quo includuntur infestauerit, aut maxime aliqua similis necessitas superuenerit, in his inquam, casibus, etiam ex regula ipsarũ possunt moniales inclusa claustra & monasterium deserere, & aliò se conferre, vt vitentur periculum corporis vel pudicitia. Quidni à simili licet, in necessitate extrema (si nullus alius succurrat) ad patrem contugere, vt illum religiosus extra suum monasterium, quo meliore poterit modo, licito, & honesto, aliam fame, & naturæ persoluat debitũ, deinde ad monasterium reuertatur, pij, gratique, ac probi filij, persunctus officio & munere. Expédant eruditi lectores momenta rationum harum, & iudicent, ac æqui bonique consulant. Addam Iansenij in concordia euangelica ad hanc locũ resolutum sententiam.

sententiã. Sic, inquit ille, argutabatur Pharisæi, *Munus quoddamque est ex me, &c.* quasi syllogismo aperto sic concluderent. Plus Deus honorandus est quàm parentes: sed munus offertur ad Dei honorem: sustentatio verò aut inopia subleuatio ad parentis honorem pertinet. Præstat ergo & facius est munus in tẽplum inferre, deõque offerre & consecrare, quàm ex hoc quod offerretur à filio parẽtem egentem sustentare & enutrire. Bonum siquidem duplex melius est. Si autem munus Deo offeratur eõ modo vt parentibus proficit, iam duplex pietatis debitum eodem actũ persolui videbitur pietatis in Deum & parentes. Si verò parentibus munus illud quod aliàs Deo offerretur, daretur absumentum & vtendum, tantũ simplicis pietatis opus exhiberetur. Est proinde potius Deo in templo illud nuncupandum & vouendum, quàm vt parentes ex eo etiam in necessitate alantur. Sic enim salutem parentum quoad animam (quæ præstat & anteponenda est corpori) proderit, quod in templo offerretur, maior verò cura fuerit habẽda animæ quàm corporis. Ille in summa erat fucus & prætextus religionis, sub quo suo quæstui inserviebant Pharisæi fraudantes dubito honore pauperes parẽtes, & in fraudem legis naturæ, hominum imò omnium etiam animalium cordibus insculptæ (si sic fari liceat.) Hæc atque multa similia ex cæcati auaritia filiis proponebãt aduersus naturã ipsam pugnantem impudentissimè. Nam ex ipsa naturali propensione, ceteræ animantes parentes senio viribũque defectos, atque impotentes enutriunt, quo de pietatis officio supra latis protulimus. Respondet autem prænominatus author argutiis huiusmodi obiectis. Primò Deus non vult honorari his rebus, nec ea sibi offerri quæ alioqui debentur aliis, vt docendi gratia, de furto, & rapina, vel vlturis, non vult sibi oblationes fieri (vt supra ex D. Augustino artigimus) sed malè parã iustè restituenda sunt, exemplo Zachæi in euãgelio, & si quem defraudauit, reddo quadruplum, Luc. 19. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimam filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est, Ecclesiast. 34.* Et paulò antè ibi, *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneficiæ subannationes iniustorũ.* Subannationes iniustorũ vocat dona, ait idem Iansenius in hunc Ecclesiastici locum, quæ iniusti Deo offerũt, siue quod per ea videãtur ride- in Eccles. te potius Deum, quàm illum honorare: cum illum placere volunt

volunt aliorum bonis, siue potius quod Deus ipse eorum dona sublannet ac rideat, nec ad ea attendere dignetur. Porro immolat ex iniquo, qui ex iniustè partis Deo offert sacrificium, & quemadmodum non potest non summe displicere patri, si quis occiderit filium in conspectu eius, vel si ut sacrificaret diis immolauerit filium patre vidente, dumque putat ille se diis gratum facere, pater ad grauem iram, & acerbum commouetur dolorem: ita Deo valde displicet sacrificium ex pauperum bonis, etsi puter impium se sibi Deum placare. Acerbum nimis dolorem inferret patri, qui filiam vel filium vnicè dilectum, coram eo sacrifici-

Plin. lib. 35. ca. 10.

care. In eam rem accommodatissime narratur à Plinio naturalis hystor. lib. 35. cap. 10. circa principia, Thimanchi, inquit, vel plurimum affuit ingenij (fuit is prestantissimus pictor) eius enim est Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cum mæstos pinxisset omnes, præcipuè patrum, cum tristitiæ omnem imaginè consumpsisset, patris ipsius vultum velauit, què dignè non poterat ostendere, Oratoriarum institutionum libr. secundo

Quint. li. 2. ca. 14.

cap. 14. Quintilianus, qui Domitiani Cæsaris temporibus floruisse memoratur, hoc sic descripsit: Timanthes (ut opinor) Cithnius in ea tabula, qua Colotem Teium, vicium in Iphigeniæ immolatione pinxisset tristem Chalcidem, tristiores Vlysses, addidisset Menelao quem summi poterat ars efficere mærorem, consumptis affectibus, non reperiens quo dignè modo patris vultum posset exprimere, velauit eius caput, & suo cuique animo dedit æstimandum, quia scilicet exprimi pro dignitate dolor non potuit. Nonne huic est illud simile Sallustianum in Iugurtha videlicet: Nam de Carthagine tacere satius puto quam parum dicere. Hæc ibi. Ante hos, hoc de Timæthe pictore confiterat tacito nomine Valerius Maximus li. 8. ca. 11. de effectibus artium raris, ad hunc modum. Quid ille nobilis pictor luctuosum immolatæ Iphigeniæ sacrificium referens cum Calchanta tristem, mæstum Vlysses, clamantem Atacem, lamentantem Menelaum circa aram statuisset, caput Agamemnonis inuoluendo, nomine summi mæroris acerbioris arte exprimi non posse confessus est: Ita que pictura eius Aruspis, amicorum & fratris lacrymis madet, patris spectantis affectui æstimandum reliquit. Hæc Valerius. Non eum per fratrem intelligere Menelaum, qui frater erat Agamemnonis & patruus Iphigeniæ, aruspex siue vates erat Calchida-

Valer. li. 3. ca. 11.

patris

pater virginis immolatæ erat Agamemnon, cuius dolorem facis dignè exprimere non potuit pictor. Veste eius caput obducendo ac obuubendo, nonne confessus est acerbioris summi doloris in eo, qualis est paternus ac maternus in cæde immerita liberorum? Euripides poeta græcus in tragedia inscripta Iphigenia in Aulide circa finem, ante hos omnes describens Iphigeniæ sacrificium, Agamemnonem stantem ad aram auerso vultu præ mærore cecinerat, quod pictor magna cum dexteritate imitatus est. Pictura enim multa quædam Poësis est viuis effigiata coloribus. dicit igitur Euripides:

*Ὦς δ' ἰσῆδεν Ἀγαμέμνον ἀναξ,
Ἐπὶ σφαγῆς σείχουσαν εἰς ἄλλοος κίβητα
Ἀνεστῆς καὶ παλιν σφέρας κάραι,
Δάκρυα πρὸ ῥῆγος ἐμυκίτων πένον πέροβ' εἰς.*

Vt verò vidit Agamemnon rex, ad cædes, vt scilicet iugularerur incedentè ad nemus puellam, ingemuit: & iterum vertens caput emisit lachrymas ex oculis, veste tegens eos.

Hæc ille. Repetentes nostrum propositum dicimus quod victimat filium coram patre suo, qui offert sacrificium ex pecuniis pauperum, quia offert Deo patri pauperum, id vnde viuere, debuit pauper, & vnde vita eius pendebat. Victimare non simpliciter hinc accipitur pro occidere, sed debet potius accipi propriè pro in sacrificium mactare, & occidere, quod & græca dictio θύω propriè significat, nos Galli verbum, *tuere*, pro mactare siue occidere hinc vsurpamus. Panis egentium, seu victus tenuis quali egentes contenti esse solent, dicitur vita pauperum, quia per hunc vita eorum sustentatur. Qui illum nempe panem defraudat, huiusmodi victum fraude pauperi subtrahendo, etsi parum auferre videatur, tamen dicitur homo sanguinis, hoc est homicida, quia quantum in ipso est pauperem occidit. Si non pauisti, occidisti, hinc pater quam graue delictum sit ex substantia pauperum offerre sacrificium. Nam dominus per Prophetam dicit, & in euangelio repetit, misericordiam volo plusquam sacrificium scilicet externum. Non ergo ex iis quæ parentibus alendis exhiberi debuerunt munera siue oblationes in fraudem legis diuinæ fieri debuerunt à filiis contra auaritiã Pharisæorum dicentium, *munus quocumque est ex me, tibi proderit* &c. Ergo quæ parètibz egentibus lege naturali & lege diuina debentur, non vult sibi offerri Dominus, sicut nec quæ aliis debentur, non, aut sunt necessaria, Nolim hic prætermittere præclarum Phocionis Athenien-

E e e nienfis

*Fluvar.
to. 1. opu.
impera.*

*Erasm.
in apoph.
theg.*

nienſis apophthegma à Plutarcho tom. i. opufculorum inter Græcorum apophthegmata relatum. Poſtulantibus ad ſacrificiũ quoddam ſtipem Athenienſibus, cõferentibusque reliquis aliquoties vocatus: Puderet verò me, inquit, vobis donare, hinc (ſimul creditorem demonſtrabat) non reddere ſignificans haud dubiè creditoribus potius ſatisfaciendam eſſe quàm de non ſuo, ſeu de alieno ſacrificare. Eraſmus apophthegmatum libro 4. de Phocione apophthem. 4. vir ille perſpicax ſenſit, inquit, multò ſanctius eſſe reddere quibus debeas, quàm in ſacrificiis impendi aliena. Eſt quidem valdè pium templi ſacrificiorum ſeu oblationum ad Dei cultum & honorem curam imprimis gerere atque habere. Sed videndum ut ſecundum quod Chriſtus reſpondit, *reddite qua ſunt Ceſaris Ceſari, & qua ſunt Dei Deo.* Matth. 22. vnicuique quod ſuum eſt, priùs reſtituatur, idque longè melius eſſe æſtimatur, quàm ſi ex rapto & uſuris munera Deo offerrentur. Quod omnino fieri lege diuina cauetur. Secundò cum dicitur quod dantes pauperibus parentibus ſimplicem pietatem exhibeant, eſſe verò duplex bonum in eorum gratiam & fauorem atque ipſorum nomine munera templo dare & ſacrare.

Reſpondendum, quaſi verò qui in parentes propter Deum ſunt pii, etiam in Deum non ſint religioſi, qui honorare parentes præcepit, quique ſibi factum reputat, quicquid ſuo nomine fuerit impenſum, piſque omnibus imitandum reliquit exemplum honorandorum parentum, qui erat ſubditus ſuis ipſe parentibus Luc. 2. quique in cruce matrem alteri, chariſſimo nempe dilectiſſimoque aſtani diſcipulo commendauit, ut illi obſequeretur & officium redderet, curamque illius haberet Ioan. 19. Pium procul dubiò eſt templum æruere ac dotare, fundare monaſteria, diuinum cultum & ſeruitium promouere. Sed bis pium eſt, cum illa nõ ſunt adeò neceſſaria, vrget verò neceſſitas exaduerſo, extrêmâque parentum egeſtas, inuitu Dei, pauperum ſuccurrere neceſſitatibus, maximè omnium parentum noſtrorum ſubuenire inopiæ. Nam ſi quis ſuorum maximè domeſticorum curam non habet, is fidem negauit, & eſt infideli deterior, ait D. Apoſtolus.

Amo 2.

Ioan. 19.

Leges.

Ne hoc quidem tacuerunt Ethnici imperatores, lege de alendis liberis ac parentibus. Antonius pius Auguſtus reſcripſit, parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere iuſtum eſt, le. 2. C. eadem, competens iudex à filio te ali iubebit, ſi in ea facultate eſt, ut tibi alimenta præſtare poſſit.

Atque vt vno filo omnia præſcindam argumenta, Cum articulus

articulus neceſſitatis ingruit, & contemptus religionis nullus eſt, imò verò ex Dei mandato, & natura debito, ad Dei honorem, & beneficij à parentibus accepti aliquantam reciprocaſionem parentes alimus, licet ſit religioſus qui clauſtrum & monaſterium ſuum parentis ergo egrediat, nihil tamen Deo gratius, nihil homine chriſtiano dignius, nihil rationi, æquitati, iuri naturali, conuenientius & ſanctæneum magis à quouis præſtari poteſt. Et hæc nunc ſufficiant de honore parentum.

Textum, quia obſcuro eſt & valdè implicitus, neceſſe eſt illuſtrare & elucidare. *Si quis dixerit patri munus quodcumque eſt, ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem ſuum, aut matrem &c.* oratio ecliptica eſt ſiue deſectiua, quæ ſic exponi poteſt, *quicumque dixerit, id eſt, quilibet ſine peccato, ac liberè dicere poteſt &c.* vt modus quem gràmatici potentialè vocant, ſignificetur: atque frequens eſt in Ethicis Ariftotelis eiufmodi locutio, vt frequenter etiam dicimus, hæc dixerim, hæc fecerim, hæc propoſuerim &c. Vel ſic *quicumque dixerit munus quodcumque eſt ex me tibi prodiderit, & non honorificabit patrem* (ſubaudi) immunis & libert erit ac abſolutus. *Sicque irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.* Quia ſecundum doctrinam veſtram honorare non debet, modo det templo. Sic quantum in vobis fuit deſtruxiſtis præceptum de honorando parentes, propter traditiones veſtras, non per Moyſem datam legem, ait D. Irenæus aduerſus hæreſes libro 4. ca. 26. Traditiones veſtras dicens, & præcepta hominum, ſed traditiones præbyterorum ipſorum quas ſinixerant, quas vindicantes fruſtrabantur legem Dei, & propter hoc nec verbo eius ſubiecti ſunt. Hoc enim eſt quod à Paulo dicitur de iſtis: *Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam uolentes ſtatuere, iuſtitia Dei non ſunt ſubiecti.* Hæc S. Irenæus. Eſt igitur illorum verborum ſenſus iſte. Quicumque veſtrum õ iuuenes dixerit, id eſt dicere poterit patri, õ pater munus quod eſt Deo ex me iam deuorum proderit tibi, quaſi diceret: non debes ſumere, ne ſis reus ſacrilegij, aut ſupple deſectũ verborum, Quicumque ſit dixerit, faciet Dei mandatum, vel complebit legem, vel erit dignus vita æterna. Sicque parentes ſuo iure fraudabantur, & Dei mandatum eneruabatur. Scriptum eſt enim Eccle. 7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes, & retribue illis quomodo & illi tibi.* Sic Tobia. 4. *Honorẽ habebis matri tuæ omnib⁹ diebus vitæ eius. Memor enim Eccl. 7. Tob. 4. Eccl. 2. eſſe*

*D. Iren.
li. 4. cap.
26.*

*Eccle. 7.
Tob. 4.*

esse debes, quæ quæta pericula passa sit propter te in utero suo.

Sine causa colunt me docentes mandata hominum, subaudi- dum utique est neglecto Dei verbo, Christus non omnes tra- ditiones damnat, sed quæ hominum sunt tantum sine illa spi- ritus sancti reuelatione. Item quæ tales sunt, ut Dei præceptis repugnent, ac eneruent Dei verbum. Mandata hominum non sunt regulæ per sanctos Dei ad melius seruanda manda- ta conscriptæ, ait Hesselius in Matth. 16. ut regulæ SS. Bene- dicti, Basilij, Augustini, & patris nostri Francisci. Quinimo per inspirationem spiritus sancti ad rectius viuendum & Deo ser- uendum, à sanctis sunt inuenta. Regula & vita fratrum mi- norum hæc est sancti domini nostri Iesu Christi euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio & in castitate.

Hessel. in
Matth. 1.

D. Fræc.
in regul.

Hæc noster patriarcha Mandata hominum dicuntur proprio ingenio conficta, quæ vel obseruationes legi diuinæ contra- rias inducunt, ut Phariseorum, vel non inuandis parentibus, vel ad pietatem nihil faciunt, ut de lotionem manuum vel si ad eam faciunt, in illis summam religionis pietatem continent, ut de sumbris & phylacteriis quæ à Deo præcepta erant, ut ad in- teriorem cultum mouerent, non autem, ut per se sanctifica- rent. Hæc proprie mandata hominum dicuntur. Non autem illa quæ ab Apostolis ordinata sunt, de quibus dominus di- cit, qui vos audit, me audit, qui vos spernit me spernit. Qui au- tem me spernit, spernit eum qui me misit, Luc. 10. nec quæ à san- ctis viris traditiones bonæ emanarunt, de quibus Apostolus, ut mox dicetur, sunt enim traditiones in duplici differentia, quæ dam bonæ & apostolicæ, quæ tenendæ sunt, 2. Tess. 2. State & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem siue per epi- stolam nostram: & Act. 16 Tradebant custodire dogmata, quæ enim decreta ab Aposto. & senioribus in Hierosolymis. Aliæ autem sunt Pharisæicæ & legi Dei contrariæ, quæ reicienda sunt & negli- genda. Vos, inquit, dominus irritum fecistis mandatum Dei propter Nazia, traditionem uestram, Mar. 7. relinquentes mandatum Dei, ten- tis traditiones hominum. Quis sanæ mentis dixerit, bonos mores & laudabiles consuetudines seruandas? D. Grego. Nazian- zenus de theologia oratione 2. Consuetudo, ait, temporis lo- quacitate confirmata, pro lege habita est. D. August. 10. s. li- bro 2. de ciuitate Dei capit. 21. & Cicerone in principio libri de Republica, commemorat Ennij Poætæ versum,

Moribus antiquis res stat Romana uirisque.

Quem versum, inquit, tanquam ex oraculo mihi quodam esse affatus videtur. Hæc ibi. Leg. Testamenta omnia. Ceterum

testamentis, & quæ admodum testamenta ordinentur, Mos namque retinendus est fidelissimæ uetustatis, lege diuturna, D. de legibus senatusque consultis. & longa consuetudine. Diu- terna consuetudo pro iure & lege, in his quæ non ex scripto descendunt obseruari solet. A consuetudine validum ducit apostolus argumentum primo Cor. 11. Si quis uelit contentio- sus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia

1. Cor. 11.

Dei. Christus cum sanctis parentibus consuetudinem diei fe- sti duodecimum cum attigisset annum, Luc. 2. seruauit. Chri- stus sicut mos est Iudæis sepelire Ioan. 19. honorabiles atque gloriosas exequias habere uoluit, sicut uaticinatus fuerat propheta. Et erit sepulchrum eius gloriosum. D. Irenæus libro 3. capite quarto. Quid? si neque Apostoli quidem scripturas reli- quissent nobis nonne oportebat ordinem sequi traditionis quam tradiderunt his quibus committebant ecclesiæ? Epi- phanias doctor græcus, to. libro secundo contra hæreses con- tra Apostolicos hæres. 61. Oportet & traditione uti, non enim omnia à diuina scriptura accipi possunt: quæ propter aliqua in scripturis, aliqua in traditione sancti apostoli tradiderunt.

Luc. 2.

Ioan. 19.

D. Irenæus

1. 3. ca. 4.

D. Epip.

to. 1. li. 2.

hæres. 61.

Hinc 2. Theosal. 2. siue per sermonem siue per epistolam no- stram D. Chryso. ibi homil. 4. Non omnia, inquit, scripse- runt Apostoli, sed multa sine scripturis instituerunt: eadem fide digna sunt, tam illa quàm ista. Item ibi: Traditio est, nihil quaeras amplius. Et D. Basilii magni libro de spiritu san- cto capite. 27. Dogmatum quædam ex scripta habemus do- ctrina, alia ex Apostolorum traditione nobis quasi per manus in mysterio atque arcane tradita suscepimus, quæ utraque ad religionem Christianam eandem vim habent, & his nemo contradicet: quisquis uel tenuiter Ecclesiast. rituum peritus Tertilli- forit. Quam eleganter antiquissimus scriptor Tertullianus de co- traditiones commendat, inuolabiliter seruandas, libro præ- rona mi- ferrim de corona militis. Dies me deficeret, si omnia quæ à litis. sancta ueneranda que antiquitate dicuntur de traditionibus sanctis obseruandis exscribere & huc congerere uellem. Mo- rem tam sanctum ecclesiæ equis pius, & ex animo Christia- nus, serioque catholicus neget custodiendum tanquam sa- crum aliquod depositum? D. August. to. 2. epist. 86. ad Casula- num de ieiuniis priscorum, in his rebus in quibus nihil certi sta- tuit diuina scriptura, mos populi Dei & in instituta maiorum, Iustinia- pro lege tenenda sunt. Et Iustinianus Imperator in Authen- nus in- ticus colla. quarta nouella constitutione 23. de appellario- nibus §. Illud etiam. Veneranda, inquit, uetustatis authenti-

D. Chryso

in 2. Tess.

2. ho. 4.

D. Basil.

lib. de spir.

san. c. 27.

D. Aug.

to. 2. epist.

86.

Auten-

nus in-

ca.

tas, lege Sed & ca, D. de legibus senatusque consultis, & longa consuetudine, Ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata, velut tacita ciuium conuentio, non minùs quàm ea quæ scripta sunt iura seruantur. Item leg. Si de interpretatione, D. eodem, Optima omnium est legum interpretatio consuetudo, & leg. 6 ff. de iustitia & iure, ius ciuile constat aut ex scripto aut sine scripto, vt apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ὑγραφοὶ εἰσὶν ἀγραφοί. Rursus, Iustinianus Imp. rescripit, lege Maximū vitiū C. de liberis præteritis vel exhereditatis. Maiorum nostrorum sequimur vestigia, qui eandem obseruationem colere manifestissimè viti sunt.

Lindanus in panopl.

Tota panoplia Euangelica doctissimè ab eruditissimo viro Theologo ac reuerendo episcopo Lindano conscripta, in hæc bipartiti verbi diuisi, scripti & non scripti, siue ὑγραφοὶ ἢ ἀγραφοί, explicatione versatur: atque non scriptam seu τὸ ἀγραφοῦ (Traditionem catholicè appellamus) habitare contra omnes hæreses egregiè laborat, & gloriòsè id præstitit: Atque imprimis conuellit & subuertit hæreticorum fundamentum quod est. Nihil credendum esse quod non sit scriptum Origenes περὶ ἀρχῶν libr. 1. initio, illa scilicet inquit, credenda est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione. Hanc vero Christianæ fidei seruandæ aduersus hæreticorum incantamenta esse salutare Moly, & aduersus omnes erroris cuiusuis noxas saluberrimam Panaceam Idem Origenes in epistolam ad Titum ad illud: *Hæreticum hominem deuota, &c.* (vt ex apologia Pamphylimæ

Origenes periarcho lib. 1. & ad Titum epist.

Tertullianus de corona militis.

tyris ex impressione Lugdunensi 1536. parte 4. Origenis fol. 225, colligitur:) hæreticum describere non ambigit, sic, Qui se Christo credere profitetur, aliter tamen sentit, quàm regala pietatis exposcit, atque Ecclesiasticæ obseruationis puritas, ille hæreticus habendus est. Ergo multarum Ecclesiasticarum disciplinarum ac rituum si legem exposcules scripturarum, ait Tertullianus de corona militis, nullam inuenies: Traditio tibi præceditur auctrix, consuetudo firmatrix & fides obseruatricæ. Quid de non scriptis traditionibus Apostolicis & Ecclesiasticis obseruandis dici posset manifestius? Si consuetudo ratione inducta in ciuili vita vim legi habet, iuxta leges à nobis citatas, quantomagis in causis diuinis? Lege de quibus D. de legibus senatusque consultis &c. ait Iulianus Iuriconsultus, de quibus causis scriptis legibus non vtimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine inductum est. Ibidem inueterata consue-

tudo pro lege non immerito custoditur, & hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. At vero in Ecclesia seruatur traditiones & consuetudines quæ tam longinqui sunt temporis, vt eius memoria non exeat, in rebus grauibus, magnique momenti, an non merito antiquæ, inueteratæ, imò antiquissimæ dicentur à mille annis, à sesquimillesimo, & antiquissimæ dicentur à mille annis, à sexcentis, octingentis, & supra annis, in vtu & more maiorum ac praxi ecclesiæ existentibus, & habitæ. An non inquam, tales consuetudines omnino sunt retinendæ? Multa in Ecclesia Dei seruantur, quorum si legem postules, scripturam nullam inuenies, vt cum Iuriconsulto haud inepte dici queat, lege non omnium. D. eodem, non omnium quæ à maioribus constituta sunt, ait idem Iulianus. ratio reddi potest. Merito itaque Apostolus iubet, vt subtrahamus nos ab iis qui non secundum traditionem maiorum ambulant: Patrum vero traditiones vim legis habere: Ne Imperatores quidem siluerunt. Testis est Iustinianus in Authenticis collatione 1. constitutione 6. quomodo oporteat episcopos ad ordinationem adduci. §. Sed etiam. A præcedentibus nos Imperatoribus, & à nobis ipsis rectè dictum est: Oportere sacras regulas pro legibus valere.

Loquitur autem ibidem, de statutis & constitutionibus Ecclesiasticis, Quas, inquit ipse eodem titulo & paragrafo, recta & inuiolata nostra suscipit fides, & catholica Dei apostolicæque disposuit & tradidit Ecclesia. Et collatione 9. constit. 131. de ecclesiasticis titulis in principio constitutionis, capite primo. Sancimus vicem legum obrinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ à sanctis conciliis expositæ sunt ac firmatæ. Predictarum synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas sicut leges obseruamus. Concludo igitur cum eodem Iustiniano Imperatore in Authenticis collat. 9. constitutione 137. de ordinatione episcoporum & Clericorum in præfatione. Si ciuiles leges firmas ab omnibus custodiri studemus, quanto plus studij adhibere debemus, circa sacrorum canonum & diuinarum legum custodiam, quæ super salute animarum nostrarum definitæ sunt? Qui enim sacros canones custodiunt, domini Dei adiutorio digni sunt: qui autem eos transgrediuntur, ipsi semetipsos iudicio obnoxios esse qui patrum traditionem transgrediuntur. Sed de traditionibus hæctenus.

Cænocatis turbis dominus dixit: Audite & intelligite. nō quod Eccl 4 inerat

Leges:

Iustinianus in Authenticis.

intrat in os coinquinat hominem, sed quod egreditur. Scutum est hæreticorum argumentum dicentium licere edere carnes, in quadragesima & die Veneris, quia quod intrat in os non coinquinat hominem: quanquam cibus in se non coinquinat, verumtamen sumendi concupiscentia contra præceptum mentem coinquinat, inquit Hesselius in hunc locum. De ciborum delectu, quia ab exordio nos promissimus dicitur, hoc loco opportuniore, necesse est nos aliqua proferre. D. August. tom. 6. de hæresibus, hæresi 82. Iovinianus quidam monachus hæreticus dicebat, non aliquid prodesse ieiunia, vel à cibus aliquibus abstinentiam. Hæreticum ergo censetur ciborum delectu negare. Quid ad hæc vos *σαυπιαροι*? Item contra Faustum Manichæum lib. 30. capite quinto eodem tom. 6. contra Christiani non hæretici sed catholici edomandi corporis casti Faustum sa, non solum à carnibus, verum à quibusdam etiam terræ lib. 30. c. fructibus abstinent, vel semper sicut pauci, vel certis diebus, atque temporibus sicut per quadragesimam ferè omnes. 5. & 3. c. 4.

Hinc observa quomodo quadragesima ferè ab omnibus cum tanta abstinentia nedum carniū, sed terræ fructuum observabatur, ieiuniumque magno rigore disciplinæ, tunc Catholicis custodiebatur. Ibidem capite tertio æquè per orbem terrarum quotannis, omni cum studio celebratur in conventu catholico, Dico autem quadragesimam, quam qui inter vos ritè observandam putaverit, abstineat necesse est à cibus, &c. Vbi declarat sanctus pater ac Ecclesiæ celeberrimus doctor, quem ipse hæresiarcha Caluinus optimum antiquitatis proficetur interpretem, Quadragesimam cum ciborum delectu observatam quotannis fuisse. capite quarto dicit idem sanctus quotquot abstinent non à dæmonibus impulsu id faciunt. Si quadragesima sine vino & carnibus, non superstitione à vobis, sed diuina lege seruatur, ait ille, Qui pro ciborum delectu clarius adduci possit? Et tom. 10. serm. 65. de tē.

Cessent lauacra, vina vel carnes, non quod creaturam Dei iudicemus esse damnandam, sed qui in toto anno nobis viximus, saltem vel paucos dies viuamus & domino. Vides audis? an verò obliuiscis adhuc? etiam carcutis in tanta luce & vehemēti sono? Dicit Ecclesiæ doctor optimus, in quadragesima cessent carnes. Et tu carniore à carnibus nec abstinēs tunc, nec abstinendum censes? O nequissime hominum, Epicureismum non Christianismum te sapere scire

illud indicat. vnde Isa. 22. *Vocabit dominus in illa die ad fletum & planctum, & saccum: & ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & ingulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cyas enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox domini exercituum: Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini dicit dominus Deus exercituum.* Si ponitur pro non, more scripturarum phrasique vstratissima, vt *si introibunt in requiem meam* &c. Nostris ieiuniis piscis apponitur, vt eius cibo lætitiæ calor tepefiat. In decretis distinctione 4. can. denique beatus Gregorius scribens Augustino Angelorum episcopo: Par est, inquit, vt nos qui à quinquagesima ieiunia inchoamus, & à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque quæ sementinam trahunt originem carnis, ieiunemus, à lacte, videlicet, caseo, & ouis. Ibidem piscium usus ita Christiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat incendium: Vinum quoque ita bibere permittitur, vt ebrietatem omnino fugiamus. hæc ille. Si quis obiecerit quod olim vesci piscibus in delitiis haberetur, Respondemus, Non præcipitur piscium esus, sed permittitur in quadragesima: prohibetur verò carniū usus, in aridorum cibus xatophagia, Græci vocant *ενοφωγειν*, arida epulari significat. olim ieiunabant deuoti Christiani, in pane & aqua, caricis, vitis passis, radicibus & huius generis esculentis vicissantes tempore quadragesimæ præsertim. Deinde pisces ad ieiuniorum consolationem indulti sunt, quiquidem delectare aliquantum, saginare verò obesum reddere corpus minimè possunt. Nullius enim aut parui sunt nutrimenti, ideoque cibus est debilitandis corporibus idoneus, & ieiunij temporibus conueniens & accommodatus. Seneca episto. 52. Vina Hannibalem hyberna soluerunt, & indomitum illum niuibus atque alpiibus vitum eneruauerunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, vitiis victus est. Nobis quoque militandum est, & quidem genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium datur. Debellandæ sunt imprimis voluptates, quæ (vti vides) sæua quoque ad se ingenia rapuerunt. Si quis sibi proposuerit quantum operis aggressus sit, sciet nihil delicatè, nihil molliter esse faciendum. Hæc Seneca. Si doctor ille ita faciendum sapienter monuit, cur non carnem, carniū abstinentia & detractione, tempore ieiuniorum coercebimus, castigâtes corpus nostrum (dñi Pauli exemplo) & in seruitutem redigentes? Theophilus Alexandrinus episcopus libro 3. qui Paschalis inscribitur, diuo Hieronymo interprete, Nequaquam, inquit, diebus quadrage-

Hesseli.

D. Aug. 10. 6. de hæres. 82.

Idem 10. 6. contra Faustum sa.

Caluinus.

Idem 10. serm. 65. de tē. pore.

Decretū

Seneca epist. 52.

Theophilus Alexandrinus lib. 3.

simæ carniū edulio delectemur: inuehiturque ibidem contra eos qui clausis parietibus uescerantur carnis, atque aues altiles diebus quadragesimæ lacerabant in usum, uel melius iuitiūque dixerim abusum: Non decet ieiunantes tempore agonis & prælii uesci carnis dicente & monente scriptura, *Affligetis animas uestras*. Neque Phasides aues solitū labore perquirere. Docet nos sancti Danielis historia honorare ieiunia. Contempserunt illi Babylonias dapes. Tempore ieiuniorum oportet imitari sanctorum continentiam. Tomo 2. conciliorum in concilio Toletano 8. (est pronuntiatio

Concilium Toletanum 8. cap. 9.

concilium) capite 9. Quisquis, inquit, absque inuitabili necessitate, atque fragilitate & euidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ esum carniū præsumserit attentare, non solum reus erit resurrectionis dominice, uerum etiam alienus ab eiusdem diei sancta communione: hoc illi cumuletur ad penam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carniū abstinereat gulam, quia sacris diebus abstinentia oblitus est disciplinam. Illi uero quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare præsumant, quàm a sacerdote permissum percipiant. Item eodem tomo sextæ Synodi Constantinopolitanæ in Titulo cap. 56. Quia in Armenia & aliis locis Sabbatis & Dominicis sanctæ quadragesimæ oua & caseum comedebant, Visum est ut omnis Dei ecclesia in uniuerso orbe abstinereat, sicut ab omni ma&abili, sic ab ouis & caseo. Quæ quidem sunt fructus & fortus eorum à quibus abstinemus. Si autem hoc non seruauerint, si sint quidem Clerici deponantur, sin autem laici congregentur, seu quod idem est in Can. communione priuentur, excommunicentur. D. Hiero. to. 2. epist. lib. 2. contra Iouinianum ante medium. Antiqui Egypti sacerdotes, inquit, carnis & uino se semper abstinerunt. quid loquar de uolatilibus cum ouum quoque pro carnis vitauerint & lac: Quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant, colore mutato. Hæc ibi. Deinde dominus quadraginta diebus Christianorum ieiunium sanctificauit. Vides iam sacris opibus oua, caseum, quia cum carnis magnam habent affinitatem & conuenientiam, tempore quadragesimæ prohibita esse. Non multo magis à carniū esu abstinendum, Piscium uero uis esse concessam fidelibus atque indultum, ut concupiscentia refrigeretur ardor & exultio. Sicque carnem nostram crucigamus in Christi obsequium. Nicephorus libr. 17. historiarum cap. 32. cum fames Bizantiij increbuisse, rerum necessitate

Nicephorus

cap. 32. cum fames Bizantiij increbuisse, rerum necessitate

inopia Imp. Iust. secunda statim ieiunij hebdomada, quadragesimali nimirum tempore carnes in foro venales proponendas pro mulgauit, & hoc quidem sic per vim actum. Populus autem qui pietatem sibi confectandam statuisse, neque eas emebat neque edebat, mortem sibi potius adeundum esse censens, quàm ut quicquam de patriis moribus & traditionibus mutaret. Nota uero in necessitatis extremæ articulo, propter Spiridionis exemplum, de quo apud Cassiodorum in

Cassiodorus

Nicephorus

tripartita libr. primo capite 10. & Nicephorus libr. 8. ca. 42. dispensationem cadere in huiusmodi usum. Orans primum ueniamque petens, inquit histor. ecclesiast. uir sanctus, ut obuiarer atque occurrerem extremæ peregrini ad eum uenientis necessitati, porcinas carnes coquendas & edendas protulit, cum nec panem nec farinam tunc ad manum haberet. Cui exemplo Spiridionis subnectere licet Innocentij tertio decretalem epistolam Bracharensi archiepiscopo scriptam, quæ habetur extra de obseruatione ieiuniorum capite Consilium nostrum: Cum autem quæ fieris, inquit, quæ sit illis penitentia iniungenda, qui diebus quadragesimalibus quo tempore tantæ famis inedia ingruebat quod magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti. Respondemus quod in tali articulo illos non credimus puniendos, preces tamen domino pro illis & cum illis effundendas, ne ipsis aliquatenus imputetur: quia bonarum mentium est ibi timere culpam, ubi culpa minime reperitur. Præterea subiungit ibidem, de illis qui in quadragesima uel in aliis ieiuniis solemnibus infirmantur, & petunt sibi esum carniū indulgeri: Respondemus quod cum non subiaceat legi necessitas desiderium infirmorum, cum uigeas necessitas exigit, supportare potes & debes, ut maius in eis periculum euitetur. Hæc ibi. Sicque necessitatis articulus facilem admittit dispensationem Hæretici autem citra necessitatem ullam, in copia panum maxima & cæterarum rerum abundantia, carnis (luporum instar) vorandis inhiantes, diebus ieiuniorum lautissime & opipare epulantur, diebus autem Dominicis piscibus per contemptum comedunt. Perperam atque in peruersum omnia facientes, præposteroque ordine & inuerso. Non quid quod intrat in os, hoc est, cibus ipse ex se & natura sua coinguit animam. Sed quatuor sunt quæ illam commaculant. 1. inobedientia. 2. Scandalum, 1. Cor. 8. *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in sternum.* & Rom. 14. *Noli cibo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Omnia quidem sunt munda*

Innocentius 3. in decretali epistola.

1. Cor. 8.

Rom. 14.

dores & lenitas vt interrogarent ac rescirent ab eo, Num ipse esset Christus? Siquidem erant insignes qui eam legationem mittebant, è ciuitate sancta ac regia emissi erant, nempe ab Hierosolymis. Qui ipsam nuntiabant præclari viri erant, ad Ioannem, clarissimam quippe personam mittebantur. Res etiam quæ nunciabatur, maximi erat ponderis ac momenti. Verùm hæc legatio seu annuntiatio longè præstantior & excellentior est. *Magnus dominus laudabilis nimis*, vt Regius vetes loquitur, eam mittit legationem, à summo cælo egressus legari, Angelus imò Archangelus, isque Gabriel, legatione fungitur. Ad virginem singularem (vt canit de Maria sancta ecclesia) mittitur. Res est omnium longè præstantissima, que in hac legatione pertractatur. incarnatio, nimirum, verbi diuini, & generis humani reparatio, atque reconciliatio, i. Titimoth. 3. Magnum pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu, &c. Vbi doctor Lyranus scribit incarnationem vocari sacramentum pietatis, quia ex maxima pietate patris processit incarnatio filij. Quod manifestatum est in carne, quia *verbum caro factum est*, Ioann. 1. Factus est ex semine Dauid secundum carnem, Roma. 1. id est, secundum carnis corpulenta substantiam, non secundum seminantis concupiscentiam. Iustificatum in Spiritu, quia de Spiritu sancto concepta est Christi caro. Matthæi 1. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. & Lucæ 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Item quia declaratus est filius Dei in virtute, per spiritum sanctificationis. Ex quibus liquido constat quod Grandis è cælo hodie ad terras legatio transmittitur, & cui à cælo non est audita similis, neque audietur in posterum. Grandis qui mittitur, Grandis qui mittit, Grandis cui mittitur. à cælis defertur hoc verbum bonum. Imò veriùs, Euangelium hoc est, felix faustumque nuntium. Grande negotium quod legatione tractatur.

Paranymphus destinatur ad virginem, vt assensum communi præbeat. Sic enim principes consueuerunt per nuncios procuratoresve desponsari. Ad virginem, inquam, Nazarethanam. Bene Psalmographus, *Excelsus*, ait, *dominus & in militia respicit*. Ioann. 1. quondam dicebat Nathanael: *A Nazareth potest aliquid boni esse?* Non elegit Athenas, vbi florebat scientiæ & artes: Non Romam, quæ tam erat caput mundi, sedes imperij, orbis in vrbe: Non Hierosolymam ciuitatem sanctam, Et Dauidis regiam, Vbi splendebat templum, sicut

gebat sacerdotium, & eminebat regale fastigium. Sed Nazareth elegit ciuitatulam despectam, ac in illa virginem futuram sibi delegit matrem: Non Romani Cæsaris Augusti uxorem, non summi Pontificis Leuitici & Aaronici coniugem, non summi cuiusdam clarissimique Philosophi sponfam: sed simplicem virginem eamque fabro desponsatam: Virginem Hebraicè, מלכה cum ה' he audia, vt Hebræi loquuntur, id est, he notificationis seu emphatico, Isaia. 7. ה' ה' מלכה ה' ה' huine haalma hara. 70. transtulerunt: *ו' ה' h*

Pet. Galatinus.

Porche. 215.

concipiet, &c. Norandum est, inquit, quod alma nomen est Hebraicum & Latinum. Alma quippe ut dicit Papias, id est, sanctus, pulcher & altus, & dicitur ab alendo, Glofa quoque super Isaiam 7. dicit. Alma Hebraice, Latine quoque dicitur, sancta. Exponitur etiam abscondita, quæ nunquam virorum patet aspectibus. Alma igitur celatam sonat apud Hebræos, arque occultam, quamobrem illam designabat quæ erat sancta & integra mente & corpore. Alma articulata, id est, cum addimento literæ n. he, quæ sæpe additur apud Hebræos, quæ nota sunt: vel de quibus iam facta est aliqua mentio. Quemadmodum apud vulgares Italos cum de notis vel de illis de quibus iam sermo præcessit, loquuntur, addunt nomini masculino, *lo*, & feminino, *la*. Verbi gratia, *la casa*, *lo ben*, *lo mal*, (vel etiam, *il bene*, *il dante*. Nos Galili etiam articulis utimur: ut, *le pain*, *la femme*, *le blanc*.) Alma, inquam, articulata *חעלבא*, in tota serie testamenti veteris non inuenitur nisi in tribus locis supra commemoratis, Genese 24. Exod. secundo & Isaiam septimo, de Rebecca uxorem, id est, Maria sorore Moyfi, & de Maria Deipara, quæ claustra sui pudoris celauit à viris, & occultauit. Nec dicit aliquis hoc nomen haalma idcirco dominæ nostræ minime conuenire, quia exigit aliquam eius præcessisse mentionem vel notitiam.

Cataia.

Nos enim dicimus quod iam longe ante Isaiam Salomon, de cuius stirpe illa erat nascitura, expressam de ipsa in parabolis suis sub hoc nomine (alma) fecerat mentionem: Præverbiorum capite trigesimo. Via gheber, id est, viri vel mulieris in alma, id est, in abscondita vel celata. Hæc ibi. Prochetus subiiciens & istud: Cæterum ex narratione aliquorum fide dignorum audiui, quod in quadam prouincia quæ hodie nuncupatur Cataiam, terra scilicet colentium idola, quæ in finibus Orientalis seu Aquilonaris plagæ est sita, quodam quædam ab antiquo imago vetustissima, quam dicunt regionis incolæ annuatim ad eam colendam vindique à principibus gradiuntur. Afferunt enim iidem incolæ, quod imago illa in honore cuiusdam inclytæ dominæ, quæ antiquitus virginitate seruata filium peperit, fuit diutius fabricata. Quapropter eam vsque nunc suppliciter venerantur.

Addit quoque, satis probatum supra, capite 1. istius peris, per hoc quod apud Isaiam *חעלבא* *למריבה* lemaribetha, id est, ad multiplicandum imperium, capite 9. ponitur hæc litera *מ* mem, clausa in medio dictionis, contra naturam

scribendi.

scribendi, manifestum est ipsum per hoc à prudentibus voluisse intelligi, & occultum ab impiis fieri, quod Messias nasciturus erat de virgine clausa contra morem & naturam nascendi. Nam mem clausum, verbum clausum vel rem clausam insinuat. Porro per hoc quod mem clausum, *מ* apud Iudæos in numero, sexcentos significat, proculdubio monstrat quod à tempore istius prophetiæ vsque ad natiuitatem Messias sexenti foret anni, quod rei post modum probauit euentus. Huic subscribit Galatinus lib. 7. cap. 13. in fine & cap. 14. in exordio. Per mem clausum, inquit, in medio dictionis lemaribe scriptum, non solum determinatus annorum numerus, (ut in præcedenti capite Rabbenus Haccados tradidit) insinuat, qui ab eo tempore quo prophetia illa prolata est, ad Messiam vsque natiuitatem defluxuri erant, verum etiam matris Messias omnimoda virginitas significatur. In hoc enim quod in medio eiusdè dictionis, *למריבה* lemaribe, mem clausa præter morem ponitur: palam innuitur Messiam præter naturæ morem de Maria virgine fuisse nasciturum. Sed aliud mysterium declarandum occurrit ex præcedenti consequens, siquidem in duabus illis prædictis voculis, *למריבה* *חעלבא* lemaribetha, matris Messias nomen ostenditur ex Rabbeno Haccados. Ab his enim dictionibus oritur *למריבה* *חעלבא* lemaribetha, id est, Maria domina, hoc modo: accipiendo, *למריבה* & ex duobus *חעלבא* quorum singulorum numerus est quinque, & ambo, decem conficiunt, significatur, *למריבה* *חעלבא* mem alterius dictionis, ecce tibi, *למריבה* *חעלבא* Sara, id est, domina. Ecce integrè *למריבה* *חעלבא* lemaribetha, Sara, hoc est Mariæ, dominæ interposita est, *ב* beth, litera in medio nominis, *למריבה*, ex *למריבה*, ut, *בתולה* Bethula, id est virgo, significetur. Hactenus ibi. Rursum per rubum, Mariæ virginitas præsignatur. Vnde canit ecclesia. Rubum quem viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem virginatatem. Exod. 3. hoc etiam significatum est, Iudic. 6. in vellere Gedeonis. Nam psalmographus ita de Christo cecinit: Descendet sicut pluuia in vellus. Psalm. 71. Si ros fuerit super vellus tantum & super totam terram siccitas, &c. Et factum est ita: vellus enim habitus agni est, quem assumpsit ros diuinitatis. Terra verò sicca virginis vterus humano semine non infusus. Quod verò postea dicitur, quod solum vellus sicca sit, & tota terra rosè habens: significat quod habitus Christi humore

Rabbenus Haccados.

concupiscentiæ, non sit infusus. Tota autem terra corporis virginalis imbuta fuerit gratia Spiritus sancti. Ros enim humor cœlestis est. In virga quoque Aaron significatus est modus conceptionis Christi, & Virginitas integritateque matris eius, quæ absque aliquo exteriori humore, sola virtute Dei floruit, fronduit & fructum fecit, vt habetur Num. 17. *Floruit virga Aaron, &c.* Quod enim Moyſi monstratum est in rubo & igne, Aaroni in virga, & flore, Gedeoni in vellere & rore, hoc apertè vidit Salomon in forti muliere & pretio eius. Apertius cecinit Ieremias de foemina, & viro, Apertissimè Isaias de virgine & Deo, & tandem Gabriel exhibuit, ipsam virginem salutando. Hæc Bernardus, hom. 2. super *Missus est.* Quæ apud utrūque præfatum authorem, locis supra citatis reperies, Porchetum scilicet & Galatinum. Nec matris virginitas quibusdã etiam Ethnicis longè ante Christum natum fuit incognita: Druidæ siquidem nostri, vt ex antiquissimis Caruutis ecclesiæ monumentis & Archiuis se colligisse scribit Belle-forest in sua Cosmographia, Virgini parituræ, ante Christum natum imaginem ac ædiculam erexerunt. Id enim vel ex prophetarum oraculis, vel, quod verissimilius est, ex Sybillinis libris didicisse potuerunt. Virginem nimirum parituram. Cuius tam rari miraculi fama apud omnes percubuit gètes, vt etiam Comestor in historia scholastica, ca. 3. de obitu Ieremiæ testatur his verbis: Hic est Ieremias qui regibus Ægypti signum dedit, quòd eorum idola euerti oporteret, cum viro pareret, vnde & sacerdotes eorum in secreto templi loco, imaginem virginis & pueri statuentes adorabant. Dum autem Ptolemæus Rex interrogaret eos qua hæc facerent ratione: dixerunt: paternæ traditionis esse mysteriũ, quòd à sancto propheta acceptarant maiores, & credebant in rebus ita fore venturum. Hæc ibi. Nulla ratione silentio obruendum hoc singulare testimonium cuiusdam, quòd incisis sepulchro illius literis inuētum est, vt ait Zonaras author Græcus, annalium tom. 3. Imperium Irenes & filij eius Cōstantini Augusti describens, hoc pacto: In Thracia quidam inter fodiendum in lapideam cistam incidit, quæ humanum cadauer continebat, incisis in ea literis huiusmodi, Græcè, *Χριστὸς μέλλει γεννηθῆναι παρ' ἐνὸς, καὶ πατρὸς, ἐκ πατρὸς, ἐκ τῆς ἁγίας καὶ καθαρῆς ἑστέρας ἑξ ἑστέρας, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ καθαρῆς ἑστέρας ἑξ ἑστέρας.* Hoc est, *Christus nascetur ex virgine, &c. credo in eum.* Verum sub Irene & Constantino rursus me videbis, ô sol. Id contigit

Bernardus.

Belle-forest.

Comestor.

Zonaras.

tigit ex chronologia & annorũ supputatione, circa Caroli magni Regis Francorum ac Imperatoris primi Occidentalis, nec nõ Adriani Papæ tempora. Idem & sanctus Thomas secunda secundæ, quæstione secunda. artic. 7. ad 3. scribit ex historiis Romanorũ, Item Baptista Fulgosius libr. 1. *gofius.* cap. 6. de Miraculis, Constantinopoli inuentum dicit sepulchrum quoddam vetustissimum, in quo cadauer repositum erat cum superioribus literis. Et medina, nostri instituti, vit sanè vndecumque doctissimus, & vt nunc loquantur, valde vniuersalis, id est, in omni scientiarum genere versatus, libro secundo de reãta in Deum fide cap. 9. citato Zonara, eandem recitat historiam quæ Constantini quarti & Irenes imperio contigit. Vnde patet propositum, de Maria intemerata ac perpetua virginitate. Nunc ad textum regrediamur.

Desponsatam viro, & cætera. Ne Christus ab infidelibus, tanquam illegitimè natus, & extra matrimonij fœdera abiiceretur: Ne virgo tanquam adultera à Iudæis lapidaretur: atque ita ab infamia liberaretur, viro, non puero, desponsata erat, non seni annoſo & decrepito, Isaiæ 62. *Habitabit iuuenis cum virgine, & gaudebit sponsus.* de S. Ioseph. virginis sponſo communiter exponitur, tunc quidem viro ætate & virtute perfecto: ad condemnandum multorũ quærentium potius bona temporalia, aut fauores humanos, quàm virtutem, abusum & stultitiam. Vnde Valerius libro septimo capite secundo, vnica filia pater Themistoclem consulebat, vtrum eam pauperi sed ornato, an locupleti, sed parum probato, collocaret? Cui is, Malo, inquit, virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem: quo dicto stultum monuit, vt generum potius quàm diuitias generi legeret. Hæc ille. Nomen virginis Maria Græcè *μαρία*, Hebraicè *מרים* dissyllabum, Latinè Maria trissyllabum, exponitur Exaltata, vel amaritudinis mare. Chaldaicè autem exponitur Domina. Nam, *מרה* Chaldaicè Dominus dicitur. Verè Domina exaltata, vt in hymno cõcinit Ecclesia: *O gloriosa domina excelsa supra sidera, & cætera.* Amaritudinis mare, propter tristitiam quam in filij morte passa est, Symeon enim illi prædixerat, Luca secundo, *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* *Ingressus Angelus ad eam dixit. Ave.* Mantuanus Carmelita Patenices Marianæ libr. 2. eleganter, certè cecinit, & *Mantuanus.*

*Interea virgo thalami dum sola recessu
Excubat occulto, per longa silentia noctis
Fatidici vatis, quem ferrea turba, gementem
In geminas secuit dentato robore partes. Isa. proph. de.
scribit, ferra lignea dissectum à Manasse rege.
Codice versato, primum locus ille legenti
Obuius occurrit, grauidam qui virginis aluum
Pracinit.*

*O felix nimium, dixit quacumque futura es,
Et matres longè antè alias dignissima virgo,
Qua paritura Deum, fructurâque calibe lecto.
O mihi (si tantùm non est audere superbum)
Conceptus liceat que tuos vultusque tueri!*

Cùmque sic ipsa meditaretur, cœlestis ad eam venit nuntius, vt testatur Euangelista, ingressus ad eam significans eam fuisse in cubiculo suo, clauso ostio, recollectam, & contemplationi intentam. Si enim prænuntiatus fuerat Ioannes patri Zachariæ sacris operanti, longè probabilissimum est quòd annuntiatio facta fuerit virgini, in deuotione actu exiltenti. Ea nocte specialius contemplabatur, ex psalmo 34. *Benedixisti domine terram tuam*: Versiculum illum, *Ostende nobis domine misericordiam tuam*, & salutare tuum da nobis, sic orans: O pater omnipotens, æterne Deus, ostendisti potentiam tuam in mundi creatione, sapiētiam in eius gubernatione. Iusticiam in Luciferi punitione, Adami de Paradiso eiectione, in cataclysmo seu diluuiio, aliisque plurimis punitionibus: Reliquum est vt misericordiam tuam erga naturam humanam manifestes, promissionemque tuam adimpleas. Iam ablatum est sceptrum de Iuda, quod prædixerat Iacob Patriarcha: Iam hebdomadæ Daniëlis terminantur. Quousque ergo continebis in ira tua, misericordias tuas? Dignare ergo eligere virginem quam per Isaiam c. 7. prædici fecisti. O quam felix erit illa: quamque scilicet tecum ageretur, si mihi illam cernere concederetur! Longè verò scilicet, si possem eius fieri ancilla, illi obsequi ac inferuire. Digna per infinitam misericordiam tuam mihi facere hanc gratiam, vt possim videre illam, atque illi famulari. Sic aiūt cõmuniter Doctores contemplatiui. Cũ enim literas didicisset in tẽplo sub disciplina Sãctæ Annæ prophetissæ, de qua Luc. 2. quãdo fuit sarurata legebat Isaiã, c. 7. *Eccẽ virgo concipiet*. Oprabãtque eo vsque viuere vt illius virginis posset esse ancilla. Tunc Angelus aduenit,

Contem-
platini.

aduenit, & salutauit, vt ait de Maronis ordinis nostri, super *Missus est*: ex reuelatione facta Sanctæ Elisabeth, sicut & Eunuchò in Actis, Isaiam legenti, adiunxit se Philippos.

Aue gratia plena. Græcè quidem χαίρει, Hebraicè autem, שָׁלוֹם Salom lecha. i. Pax tecum, Latine Aue, trium litterarum, per quod ostendit se nuntium Sanctissimæ Trinitatis. Prima litera A, significat Amorem, & indicat Spiritum sanctum. Secunda verò V, Veritatẽ, & representat filium. Tertia E, Æternitatem, & designat Patrem. q. d. Ex parte totius Trinitatis, Patris, Filij & Spiritus sancti. Quorũ appropriata seu attributa sunt. Æternitas, Veritas & Amor, tibi hanc denuntio salutem & pacem. Aue igitur. Sumens illud aue Gabriëlis ore, funda nos in pacẽ, mutans nomen Eua, Gratia plena *καὶ χάρις πλεον*, Gratiõsa. Origenes ho. 6. In Lucam. Origenes: Neque ad virũ in scriptura istiusmodi sermo est, Salue gratia plene. Solum Mariæ hæc salutatio seruabatur. Et D. Amb. *D. Am- brosius.* in Lucam lib. 2. hæc benedictionis noua formulã, quæ nullo quã antè lecta est, soli Mariæ seruabatur. D. Hieronymus *D. Hieronymus.* de Maria scribit: Cæteris virginibus præstatũ gratia per partes, Mariæ verò tota se infudit plenitudo gratiæ. De eadem, prou. 31. intelligitur. Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu verò supergressa es vniuersas, & ex alludẽ ad nomen: Gen. 1. Cõgregationes aquarum appellauit Maria.

Dominus tecum, &c. Deus Generaliter quidẽ est vbique, Specialiter in cœlo, in iustis per gratiam suam, specialissimè verò in virgine, quia ipsa est *θεοτοκος*. Deipara, & mater Dei. Adde quod eum Christo virgo Maria copularur, in omnibus ferè mysteriis dominicæ dispensationis, & economiæ Christi, vt prædestinatus est vt fieret homo, sed esset filius Mariæ. Incarnatur, sed in Maria, nascitur, sed de Maria. Reclinatur in præsepẽ, per Mariam. Visitatur à pastoribus recens, natus, non sine Maria. Adoratur ab Angelis, primum autem à Maria, Heb. 1. Cũ introducit primogenitum in orbem terræ dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Inuentus est in Bethlehẽ à Magis, cum Mariâ. Benedixit illi in templo Symeon, & Mariæ. Fugit in Ægyptum, secum quoque fugit Maria. Stabat duodenus, siue annorum duodecim puer inter doctores in templo in Hierusalem, ibique iam diu quæsitum reperit tandem Maria. Fecit in nuptiis primũ signum, ac miraculum, sed ad instantiam Mariæ. Prædicat turbis, stat attentè audiens Maria. Pendet in cruce. Stabat iuxta crucem Iesu Maria mater eius.

eius. Resurrexit tertia die, sed prima visitata est mater Maria. Ascendit 40. demum in die in cœlos: postea exaltata est Maria, & assumpta in cœlum. In die Pentecostes misit Spiritum sanctum Apostolis: & tunc cum ipsis erat mater Iesu Maria. Et licet verbum æternum quod erat in principio apud Deum, Ioan. 1. fuerit ante Mariam: Verbum tamen incarnatum in sua economia, vix, sine Maria reperitur, rectè itaque illi dicitur: *Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus*, Gen. 28. ad Iacob dictum est: *In te & in semine tuo benedicentur omnes gentes*. Sic in Christo & in virgine Maria, omnes benedictionem consequimur. Verè benedicta, quæ sola creatori tuo mater electa es, & quod est matrum proprium, hoc est, partus dolores ignoras, Isa. 66. *Antequam parturiret, peperit*, Parturiret, id est, partus dolores sentiret, Non enim illa vilo modo sensit dolores parturientis. Et sicut conceptus fuit sine libidine, sic partus debuit esse absque omni dolore. Benedicta, quæ sola sine viro genuisti. Benedicta quæ sola benedictione suscepta, quæ Deus per Abrahamam gentibus promisit: Gen. 22. In semine tuo, id est, interprete Apostolo, in Christo, benedicentur omnes gentes. Benedicta, quæ sola Christi mater selecta es, per quam clamant gentes: Benedictus qui venit in nomine domini, Psal. 117. & 71. Benedictum nomen maiestatis eius in æternum. Benedicta, quæ beatam dicunt & prædicant omnes generationes, Luc. 1. Benedicta, quæ Isaias prophetice prædicit virginem, prophetissimam, virgine de radice Iesse, cap. 7. 8. 11. Benedicta, quæ Ieremias in utero sanctificatus intellectam voluit hoc vaticinio: cap. 31. femina circumdabit virum, id est, Virgo Maria, Christum, gremio uteri sui. Quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti, ait Ecclesia. Benedicta, quam Ezechiel, c. 44. Portam clausam ter appellavit. Benedicta, quam vir desideriorum Daniel cap. 2. Montem magnum non sine prophetico spiritu exposuit. Benedicta, quam Abacuch ca. 3. Montem opacum & umbrosum nominavit, quia virtus altissimi obumbravit illi, Luc. 1. Benedicta, quæ David, Psal. 67. Montem Dei & montem pinguem, in quo beneplacitum est Deo habitare, vocavit. Benedicta, quæ Salomō, Cant. 4. Hortum conclusum, fontem signatum appellavit. Benedicta, quam Zacharias propheta vnus ex duodecim minoribus, c. 4. candelabrum aureum præiudicavit. Iucernis, id est, septem Spiritus sancti donis ornatum. Quæ denique vitam viris ac mulieribus peperit. Verè est benedicta. Felicitior autem est & laudatior, ait Hesselius Louanicus

Hesselius.

sis Theolog. in Salutationem Angelicam ad hæc verba c. 17. omnibus aliis mulieribus Virgo Maria. Benedictio mulierum est ut filios pariant: sed quæ magnam maledictionem coniunctam habet, cum sine libidine, corruptione, dolore, & graui iugo viri, non pariant: Maria autem filium sine corruptione & dolore peperit, nec virum grauem sui molestum passa est, ut pote qui eam tanquam domini sui matrem reuerenter custodiuit, & cui ipsa hilariter se subiecit. Benedictio Saræ, Rebecce, Rachel, matris Sampsonis & Annæ Samuelis, atque Elisabeth, maior fuit quam reliquarum mulierum, eo quod Dei gratia ablato opprobrio sterilitatis, filios peccatores quidem, sed tamen quos Deus misericorditer respexit, & exaltauit, pepererunt: At ex Maria sine viri consortio, natus est sanctus sanctorum, & rex regum. Benedicta est Lia, quia multos filios Israël genuit, Maria vnum omnibus præstantiorem enixa est. Hoc loco interferere oportere præteritum erit, quod à Celio Rhodigino Lectionum Antiquarum lib. 29. ca. 9. memoratur his verbis: Æsopi fabulatoris illius egregij, Apologus est venustatis lepidissimæ, ac documenti non contemnendi. Contendebant, inquit, olim vulpes & leæna de generositate. Inter alia quum veluti inleuibile vulpes obiiceret, leænam vnum semper parere, suum verò multiplicem esse partum, inque eo sibi placeret plurimum: respondit leæna, Parere se quidem vnum, *ἀλλὰ λέων-τα*, id est, sed leonem. Quod & in adagium vertitur, quum virtutem ac animi excellentiam spectari oportere astruimus, non vilem numerum & inutilem. Quod verò vnum duntaxat parere leænam, videtur auctor hic comprobare: fuit ea quidem opinio vetus, ab Herodoto confirmata, Herodot. lib. 13. capit. 7. Leænari validissimum ferocissimumque animal semel in vita, & vnum parere, quod vnâ cum fetu vterum emittat, vnguibus fetus eiusdem procius laceratumque. Quæ fuerit in eare Aristotelis sententia ibidem exponitur. Hæc Celius. Sic ad præsens institutum accommodabitur, Maria quidem vnicum genuit, sed Leonem & omnium præstantissimum, de quo in Apocalypsi: *Vicit Leo de tribu Iuda, radix David*: & in Genesi: *Cattulus Leonis Iuda*, capit. 49. Laudatur Anna Samuelis, quia filium Deo dedit, atque ad eius cultum enutriuit: Maria autem peperit & enutriuit ab omnibus colendum, & eum in cruce offerri patenter vidit. Benedicuntur virgines in

Celius
Rhodigi-
nus ex
Æsopi
fabulis.

Herodo-
tus &
Gellius.

nouo testamento, quæ Christo virginitatem dicant, sed filios parere non possunt: Maria etiam veteris testamenti tempore virginitatem suam Deo consecrauit & seruaui, & nihilominus benedictum filium enixa est: Laudatur Abilag Sunamitis, quia fouit & calefecit regem Dauid iam senem, non tamen ab eo cognita est: Maria Chitum in proprio utero & genuit & fouit, nec villo modo corrupta est. Maria soror Moyfi laudè obtinuit, quòd cum fratribus suis eduxerit populum de Ægypto per mare rubrum. Debora prophetis, & sahel vxor Haber, liberauerunt populum occiso Sisara. In libro Iudicum mulier de Thebes colliso cerebro Abimelech, ibidem, Sapiens mulier de Abela, decollato seditioso Seba, lib. 2. de Regū, Hester redemit Iudeos à nece, occiso Aman, Iudith, amputato capite Holofernis, Maria virgo per filium suum contriuit caput serpentis antiqui, qui populum non ad temporalem tantum sed ad æternum trahebat interitum. Prudens Abigail, placat iram Dauid, ne delect domum stulti Nabal. Mulier Thecuitis, prudentibus precibus suis exulem Absalon reduxit in Hierusalem: Maria precibus suis iram Dei à stultis peccatoribus auertit, & exules paradisi in Ecclesiam reuocat, atque ad supernam penitentes Deo reconciliatos reducit Hierusalem. Causa tantæ benedictionis explicatur ab Elisabeth, dum postquam dixit: Benedicta tu inter mulieres (in quo verbo salutatio Gabrielis finiebatur) subiicit: *Et benedictus fructus ventris tui*, Luc. 1. Nā (& pro) (quia) ponitur sepè in scriptura: *Sedulius* vt Isa. 64. Ecce tu iratus es, (& pro quia) peccauim⁹. *Hucul. li. 2. car. minum.* salutanda, sanctissima Deipara, quæ, vt pius quidam Christianus poeta, eam sedulo salutans scribit: — *Ventre beato, Gaudia matris habet cum virginitatis honore.*

Nec primam similem visa est nec habere sequentem. Hæc ille. Quid Maria sublimius? Dicente Anselmo. Decuit virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi. Appositè ergo & meritò canit in eius laudem ecclesia. Felix namque es sacra virgo Maria & omni laude dignissima, Quia ex te ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster. Quæ est veluti quædam horum verborum: Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui Iesus, periphraſis. Ipsa quoque in suo præcinit cantico, Luc. 1. *Beata me dicet omnes generatões.* Benedicta tu, inter mulieres, &c. *Ex Deuoragine* in legenda, de Dominica Annuntiatione.

Triplici, inquit, maledicto mulieres subiectæ erant, Maledicto opprobrij, quoad non concipientes, vnde dixit Rachel: abstulit Deus opprobrium meum. Maledicto peccati, quoad concipientes. Vnde in Psalmis: Ecce in iniquitatibus conceptus sum & maledicto supplicij quo ad parturietes, vnde in Genesi in dolore paries. Sola autem virgo Maria benedicta est inter omnes mulieres, cuius virginitati fecunditas additur: & fecunditati in conceptu sanctitas, & sanctitati in partu iucunditas. Hæc ibi. Verum quoniam frequens est huius Angelicæ salutationis vsus in Ecclesia, non abs re fuerit, prolixiorem in eam expositionem ex variis tractatibus hunc in locum cõgerere. Franciscus de Maronis, super *Missus est*, sic philosophatur. In Aue mutatur nomen *Eue* ob causas sequentes: *Eua* corruit per stultitiã, credens serpenti seducenti. *Maria* erecta per sapientiam credidit Angelo nuntianti. *Eua* cecidit per superbiam, cum Deitatem appetiit: *Maria* inclinata per humilitatem, ancillã domini se cognouit, dicēs, *Ecce ancilla domini.* *Eua* per inobedientiam transgressa est, *Maria* per obedientiam mater domini facta est, *fiat mihi secundum verbum tuum. Dominus tecum,* prosequitur Angelus. Idem, super annuntiatione virginis. Verè in sua conceptione, secum dominus quia ab originali labe ipsam præseruauit, in vita & conuersatione, quia ipsam spiritus sancti donis ditauit ac exornauit, gratia plenã in assumptione, quia ipsam super choros Angelorum exaltauit, & in anima simul & corpore super omnes sanctos coronauit. Obserua salutandam esse, sanctissimã Dominã nostrã his de causis. 1. *Quia* sine macula, quod per Aue, significatur, id est, sine vè alicuius maculæ. Est enim sine macula in corpore, & sine culpa in mente. 2. *Quia* generosa, quod importat Marię nomẽ, nã exponitur Dominã, vt s. dicitur est. 3. *Quia* gratiosa, gratiam plenam, dicit Angelus, fuit namque gratiosa Deo per humilitatem, Angelo per virginitatẽ, & in corruptionẽ, homini, per fecunditatẽ, quia mater redemptoris, ac, vt canit ecclesia, *Maria* mater gratiæ mater misericordiæ. 4. *Quia* gloriosa, dominus tecum, qui cum sit gloriosus in sanctis suis, attamen præ omnib. gloriosam effecit matrẽ suã. 5. *Quia* celeberrima, & in mulieribus benedicta. 6. *Quia* fructuosa, *Benedictus* fructus ventris tui, ait sancta Elisabeth. Hac deprececur, quia aduocata nostra. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus. *Venerabilis Beda*, tom. 7. sermone de Beata Maria. *Beda.*

Mundus, inquit, deletus esset, nisi per preces S. Marię sustineretur. Ipsa assidue stat coram Deo, orationem pro peccatis nostris effundens, & iustos retinet ne cadant, & peccatores conseruat, ne pereant. Hęc ille o virgo mater, quę mundo succurristi perditio, dum tam humiliter, propter ac obedienter, Angelo tum demum respondisti: *Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Quod, inquit, de Maronis super *Missus est*, valde notandum est secundum glossam non leuiter virginem protulisse. Non est enim credendum quod perfunctorie & obiter istud dixerit, sed solemniter, vt pote genibus in terram fixis, & supplicantis habitu & gestu. Atq; vt inter opera D. Hieronymi tom. 4. serm. de natiuitate B. Marię habetur, Tunc Maria manibus expansis, & oculis ad cælum leuatis, dixit: *Ego ancilla domini.* Neque enim dominę nomine digna sum, fiat mihi secundum verbum tuum. Hęc ibi. Quo dicto, Christus in ea est incarnatus, qua de re D. Damascenus lib. 3. Orthodoxę fidei cap. 2. Construxit, inquit, sibi ipsi ex castis & purissimis sanguinibus carnem animatam, anima rationali, & intellectuall, deinde, non paulatim per additamenta expleta figura, sed vno contextu absoluta. Hęc ille. Nunc, ne prolixiores videamur, ad reliqua explananda stilum conuertamus.

Qua cum audisset, turbata est in sermone eius & cogitabat qualis esset ista saluatio. Per hoc quod dicitur in sermone eius, intelligimus non tam de visu Angeli, quam de eius turbata salutatione: licet non sit mirum eam eius fulgore commotam, quia & si prius Angelos viderat, tamen non tali maiestate fulgentes. Sic enim D. August. tomo 10. serm. 14. De natali domini. Venit ad me, ait illa, Gabriel ille Archangelus facie rutilans, veste coruscans, ingressu mirabili, aspectu terribili, & salutauit me. Expauit virgo de lumine, canit ecclesia turbabat autem illam cimia eiusdem erga illam humilitas & submissio, Siquidem hucusque Angelis in mundo apparentibus patriarchas illos sanctissimos Angelis prostratos legerat, neque ab eisdem subleuatos à terra. Sic enim olim Abraham, Loth, Moysen, Ezechiel, Daniele, & alios quos antiquitas honorauit, pronos in terra adorasse Angelos, literis sacris didicerat. Vnde merito turbabatur, videns ad humilis puellę pedes prostratum Angelum, salutantem. Hęc igitur secum omnino volebat. Hęc alta mente tractabat. Quid agis o Angele? Quanam hęc mutatio rerum? Virginis ad pedes cęlestis

inco

incola iaces? Quę ego sum, obsecro, vt tanto me digneris honore? tali me veneratione salutes? o terque quaterque beatam forminam super feminas benedictam? Respondit Angelus, *Ne timeas Maria*, audi legationem meam, & tanti honoris causam cognosces. *Ecce concipies in utero, &c.* Hęc honoris est causa tibi à me exhibiti. Et quidem antiquitus homines faciebant Angelis reuerentiam, vnde ad laudem Abraham scribitur: quod Angelos recepit hospitio, & quod eis exhibuit reuerentiam, dicens: Domine si inueni gratiam in oculis tuis. Vnde colligit ecclesia, tres vidit, & vnū adorauit. Quod autem Angelus faceret homini reuerentiam, nunquam fuit auditum, nisi postquam salutauit beatam virginem reuerenter, dicens, Ave. Quod autem antiquitus non reuerentur hominem Angelus, sed homo Angelum, ratio est, nā Angelus est naturę spiritalis, psalmographo teste, *Qui facit Angelos suos spiritus*: homo verò est naturę corruptibilis, vnde dicebat Abraham: *Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis.* Non ergo erat decens, vt spiritalis & incorruptibilis creatura, reuerentiam exhiberet, scilicet homini. Erat enim Angelus hominis maior, quoad naturę præstantiã ac dignitatem. Item quantum ad familiaritatem ad Deum. Nam Angelus est Deo familiaris, vt potè assistens, Daniel. 7. millia milliū ministrabant ei, & decies cetera millia assistebant ei: homo verò est quasi extraneus, & elogatus à Deo per peccatū, ideo conueniens est, vt homo reueretur Angelum, vt potè propinquum & familiarē regis. Non ergo decens erat, vt Angelus homini reuerentiam exhiberet: quousque aliquis inueniretur in humana natura, qui Angelos excederet, & hęc fuit beata virgo, quę Angelos excedit in plenitudine gratiæ, quę maior est in beata virgine, quam in aliquo Angelo. Ideò exhibet illi Angelus reuerentiam, prædicans illam gratia plenam, qua in re præcellerat. Familiarior item fuit virgo, Deo, quam Angelus, cui propterea ab eodem dicitur: *Dominus tecum*, Aliter enim est dominus cum beata virgine quam cum Angelo: quia cum ea, vt filius, cum Angelo vt dominus. Sequitur.

Cogitabat, qualis esset ista saluatio. Et prudenter quidem, quia prius cogita, quam loquaris. Inuenisti gratiam apud dominum. q. d. Non debes timere Maria, quia non affero ignitū gladium, vt claudam paradisum: imò annuncio eū, qui aperturus est ianuas paradisi. Non tam etiam missus ad puniendum, sicut illi Angeli qui Sodoma & Gomorrah combusserunt:

Gen. 19.

De Mar-
ton.D. Hiero-
ton.D. Damas-
mas.

D. Aug.

Gen. 19. Non annuncio mortem, sed vitam & pacem. Tu inuenisti gratiam apud Deum. Tu nõ creasti illam tamquam Deus. Tu nõ rapuisti sicut Angelus malus. Tu non eam perdidisti vt Adam. Tu non eam emisti, vt Symon Magus. Tu non eam abscondisti, nempe talentum domini in terrã fodiens, vt prædicator ingratus & perfidus doctor, quin potius illam nobis restituiti, quæ Deũ nostræ salutis auctorem, & omnium gratiarum fontem inexhaustũ, peperisti. Quod sequenti contextu proximè futurum denũciat Angelus. *Ecce cõcipies, sine peccato & macula, ac paries sine dolore & tristitia, filium. & vocabis nomen eius Iesum.* õ qualem gratiam! Non Esther ante Assuerum, Iudith ante Holofernem, Bersabee, & Abigail, ante Dauidem regem, talem gratiam inuenērũt, qualem tu apud Deum. Inuenisti gratiam apud Deũ, quã amisit Eua, quam non suscepit Sara, nõ inuenit Rebecca: Rachel ignorauit: Qualem Anna licet fuerit exaudita, non habuit: sola tu inuenisti. Mater futura simul & virgo. *Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.* Magnus in potestate, Ioan. 13. sciens quia pater dedit ei omnia in manus, & Matth. ultimo. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Magnus in sapientia, Coloss. 2. *In ipso omnes thesauri sapientie & scientia Dei sunt reconditi.* Magnus in domino, Psal. 2. *Postula à me, dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuã terminos terræ.* Magnus in operibus, Psal. 110. *Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eũ.* Magnus in eloquẽtia, Io. 7. *Numquã sic homo locutus est.* Luc. 24. *potens in opere & sermone* Magnus in misericordia, Psal. *misericordia eius non est numerus.* Rom. 10. *Diuus in omnes qui inuocant eũ.* Magnus in cõsilio Iere. 32. *Magnus cõsilio, & incõprehensibilis cogitatu.* Magnus deniq; in iudicãdi potestate, Ioan. 5. *Dedit ei potestatem iudicũ facere, quia filius hominis est.*

Filius altissimi vocabitur. Non dicit, erit, fuit enim altissimi filius ab æterno. Sed rùm demũm à nobis vocatus est, quando in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, Baruch. cap. 3. filius, non sicut cæteri per adoptionem, sed per naturam, ac æternam generationem.

Dabit illi dominus sedem Dauid, & regnabit in domo Iacob, &c. Promittitur Christo successio harum duarum sedium, Dauidis, & Iacob, non autem promittitur ei sedes Saul, nec sedes Ieroboam, quæ præcesserunt in Israël, siquidẽ quemadmodum illis percharẽ constiterunt sedes eorum, & magnis laboribus, ac sudoribus ad eas peruenerunt, ita etiam Christus

Christus multis tormentis huiusmodi sedem acquisiuit. Post quãtos, amabo, labores exantlatos, toleratõsq; Dauid pacificè in regno suo sedit. Iacob quoque ab vtero matris cepit iam pro sede sua pugnare. Vnde Christus acquisiuit etiam suo pretiosissimo sanguine, nomen quod est super omne nomen. Non promittitur autem ei sedes Saul, sed Dauid, quia quamuis Saul vnctus fuerit in regẽ à Samuele, tamen si diligenter consideres, differentia quadam fuit, quia oleum siue ynguẽtum aromaticum & balsamum quo vnctus fuit Saul, positum est tanquam in vase fictili, i. Reg. cap. 10. Lenticulam olei vocat sacer bibliorum contextus, Capitulum autem Lenticula, pro vasculo oleario, siue parua phiala olei, quam fictilem vel vitreã fuisse, non est improbabile seu absurdum, quo designatur adumbratũque regni Saulis minima duratio. At verò oleum, quo consecratus est Dauid, collocatum erat in vase offeo. i. Reg. 16. *Tullit Samuel cornu olei, & unxit eum in regem,* ait scriptura. Vt notaretur regni ipsius duratio, & perpetuitas, quod Angelus etiam innuit, dicens, *Et regnabit in domo Iacob in æternũ.* Non loquitur autem de Ieroboam, quia ipse defertor fuit cultus diuini, & idololatrię seminarium, radixque peccati, qui in vitulis aureis quos in Deos crexit, & colit fecit ab omni Israël, peccare fecit decem tribus Israël. Christus verò vnus Dei cultum restaurauit, idololatriam de terra deleuit, & patrem adorandum in spiritu & veritate, id est, Deum expressa trium personarũ distinctãque notitia prædicauit ac manifestauit. At verò obiicies, *Quomodo regnat in domo Iacob, si domus Iacob non obtemperat ei? nisi fortè, quispiam sine regno rex esse possit?* Præsidi Pilato, Iacob domus acclamat, *Nõ habemus regem nisi Cæsarem.* Id ipsum ipse coram eo fatetur, dicens, *Regnum meum nõ est de hoc mũdo:* Quomodo ergo regnabit ille in domo Iacob in æternum? cum ipse regnare se neget, & populus ipsius regimen recuset, dicẽs: *Nolumus hunc regnare super nos?* Quomodo sedem Dauid illum habiturum Angelus asserit? Si patris æterni sedem dixisset: fateremur vtique. *Quis fidelium Christum ad patris dexteram sedere non credat?* Sed de sede Dauid, & regno Iacob non ita palam. Tamen oculis fidei conspicienti, & acutum cernenti passionis eiusdem historiarum: stemmata regia, vexillãque regis in ea demonstrantur. Non aspicias caput diademate regio coronatum? Titulum nõ conspicias planè regium, throno illius affixum & appen

& appensum? *Iesus Nazarenus rex Iudaorum.* Non audis militum regem acclamantium voces? *Aue rex Iudaorum.* Sceptrum non discernis manui eius impositum? Quid illi ad regnum deest, cum in praesidis domo coronetur in regem? purpuram & sceptrum accipiat? Ibi rex acclamatus, ibi flexis genibus adoratus, ibi purpura indutus? Quid refert ad regnū, serio hæc an per iocum fiant? Quæ perfidi homines per ludibrium & opprobrium fecerunt, apud Deum & Angelos serio fiunt, & quæ ludibrio dicuntur, veritate complentur. Irrideri videtur, sed in veritate rex coronatur. Apud Deum vera hæc regni gloria est. Corona hæc spinea, laurea aureaque reputatur à Deo: pungit quidem, sed vngit, cruciat, sed honorat, & si vis nosse secretum: Crux illa, regni David sedes est. Hæc rex & propheta successori Christo reliquit. Nonne legisti apud eum, Quia dominus regnabit à ligno? Impleta sunt quæ concinit, David fidelis carmine, dicens: In nationibus, regnabit à ligno Deus. Hæc Theodulphus Aurelianensis quondam Episcopus, hymno de passionem domini, qui incipit: *Vexilla regis prodeunt.* Pendens secum latro regiam etiam maiestatem implorat: *Memeto, inquit, mei domine, dum veneris in regnum tuum.* Qui hæc ritè expenderit, & pensauerit, intelliget sentiētque vera Angelum dixisse. In domo Iacob, id est, in ecclesia, regnabit in æternum, quia ipso dicente: *Manfurus est nobiscum, usque ad sæculi consummationem.* Matth. ultimo. Vnde dicebat turba apud Ioannem: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum.* & Psal. 109. *Tu es sacerdos in æternū.* Quod B. Paulus in epistola ad Hebræos sic exponit, vt Christum asserat sempiternum habere sacerdotium. Sedem David, & in domo Iacob. Theophylactus in Lucam hoc sic interpretatur, David paruus erat inter fratres suos, & dominus contemptus, & taxatus vt edax, vini potor, & fabri filius. Neque enim fratres eius credebant in eū. Ille cum beneficeret persecutionem patiebatur: & dominus miracula faciēs accusabatur, & lapidabatur. Ille per mansuetudinem vicit, & regnauit. Dominus per mansuetudinē suscepta cruce regnauit. David sensibile regnū suscepit: Christus spirituale. Regni eius non erit finis, id est, agnitionis Dei & Christianismi. *Regnabit in domo Iacob,* id est, super electos. Quia de domo Abraham, & Isaac aliqui fuerunt reprobat, vt, Ismael & Esau, sed in domo Iacob, omnes eius filij, à doctoribus, inter electos sunt computati: quia & si aliqui peccauerint,

penitent

penitentiam egerunt. *Quomodo fiet istud? &c.* Non dubitauit de facto, sed de facti qualitate quaesuit. Liquer enim quia faciendum esse crederet, quæ quomodo fieret interrogauerit. Vnde & meruit audire: Beata quæ credidisti. Legerat quidem apud Isaiam. *Ecce virgo concipiet.* quomodo autem conciperet, in euangelio primum Angelus est locutus, ait D. Ambrosius lib. 2. commentariorum super Lucam. *Quomodo fiet, &c.* Theophylactus ita commentatur. Non quasi discredens id virgo dixit: sed vt prudens & intelligens, vt discat modum inquirat. Nō enim prius tale quid a factum est, neque posthac fiet. Ideo non condemnat eam Angelus vt Zachariam, sed magis modum docet. Zacharias merito condemnatur. Habuit enim exempla multa, quandoquidē multæ steriles matres fuerunt: virgini nullū exemplū erat.

Verum non cognosco, &c. Votum per hoc indicās & propositum perpetuò abstinendi à coniugio. Hesselius de salutacione Angelica c. 11. *Verum non cognosco,* sic explicat, hoc est, me non cognituram voui. Nesciebat Maria tūc, quomodo virgo conciperet: an ex viro, sicuti virgines in statu innocentiae cōcepissent, an ad osculū vel anhelitū viri. Hæc ille. D. Aug. to. 6. libr. de sancta virginitate c. 4. *Quod profectò non diceret, nisi Deo virginē se ante vouisset.* Ergo istud: *Verum non cognosco:* equiualeat isti, me nō agniturā propono.

Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obubrabit tibi. Ideoq; quod nascetur ex te sanctum. Nota, quia hic tota exprimitur trinitas. Altissimus, nempe, pater, filius, virtus altissimi, verbū patris, & spiritus sanctus. Quia in verbi incarnatione tota Trinitas simul est operata. Siquidem, auctore Diuo Augustino, opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, sed solum diuinum verbū est incarnatum. Ioā. r. Verbum caro factum est, hoc est, terminauit dependentiā naturæ humanæ, & assumpsit illam, siue vniuit sibi hypotasticè, id est, in vniōne suppositi & personæ diuinæ. Quasi dicat, spiritus opere non virili concipies semine. Nō ex virili semine, sed mystico spiramine, ait D. Ambrosius in quodā hymno. Virgo paries & puerpera virgo manebis, & vt tanti possis luminis sustinere fulgorem, spiritus omnipotens sua te proteget vmbra. Non puto silentio praterendum, quod ad tantum opus non illuminandam, sed abumbradam potius dixerit virginem: quia videlicet luminis Abyssum vtero suo corporaliter infundendā terrena virgo portare non posset, nisi de super adubraretur ad illā. Si enim, vt propheta inquit,

Theodul.

Theoph.

D. Amb.
Theophi.

Hesselius
D. Aug.

Hymnus
D. Amb.

inquit, in conspectu domini montes vt cera fluxerunt, in psalmis: illapsa vtero deitatem qualiter poterit ferre puella, si non eius splendor vmbra tēperetur ab ipso Dei spiritu: Nisi forte adumbrationem istam, Dominici corporis formationem malis intelligere. Comperēti namque similitudine Christi sanctissima caro, Deitatis vmbra nuncupatur. Vnde illud non incommode adaptari potest: solem nube regam, Ezech. 32. Quid apti⁹ dici potuit: Quid enim aliud caro Christi, quam nubecula pulchra, potēti interiecta soli, ne feruoris sui calore, arentem peccatis mūdum adurat: Quod autem adiicit Angel⁹: *Quod nascetur ex sanctum vocabitur Ecce.* Ideo simpliciter & absque additamēto sanctum dixit. Credo, ait D. Barnardus. hom. 4. super *Missus est*, quia non habuit quid propriē dignē nominaret illud eximium, illud magnificum, quod erat verbo vniendum. Si diceret sancta caro, vel sanctus homo, vel sanctus infans, quidquid tale poneret, parūm dixisse sibi videretur. Posuit ergo indefinitē sanctum, quia quidquid illud sit quod virgo genuit, sanctum proculdubio, ac singulariter sanctum fuit, & per spiritus sancti operationem singularem atque mirabilem. Hæc ibi. Sanctum indefinitē appellat, quia non modo sanctus nascetur de virgine præter communem nascentium legem, sed sanctum ipsum quod exponitur per abstractū, vt Dialectici loquuntur, id est, sanctitas ipsa, & sanctificatio tota, nō modo vir sanctus, sed Deus sanctus sanctitudo ipsa, & sanctitatis idea. Vnde sequitur: *Vocabitur filius Dei.* Meritō vocabitur, & verē vocabitur, quia & filius Dei & filius virginis erit. Communem ergo cum Deo filium habebis, o virgo! & illius mater eris, cuius Deus pater est, filij mater, patris sponsa, spiritus sancti domicilium, totiusq; Trinitatis sacrarium, Creatoris tui mater eris, & factorem tuum ipsa cōcipies, o ineffabilis dignitas virginis, quæ verē Dei genitrix, & *Deorum*, seu, Deiparæ, contra Nestorium hæreticum in generali Ephesina synodo damnatum, ex his Angelicis cōprobatur euinciturq; verbis: Et ex sancte Elizabeth cognata virginis eiusdē, spiritu sancto repleta, testimonio veridico, Luc. 1. vt *veniat mater domini mei ad me.*

Cōciliū.

D. Aug. *Elizabeth cognata tua.* Obseruat D. Augustinus 10. 10. ad fratres in eremo serm. 21. quod sancta Elizabeth filia fuit sanctæ Ismara. Quæquidē Ismara foror fuit carnalis sanctæ Annæ matris dominæ nostræ. Quæ cum ita sint: Maria & Elizabeth filia crant duarum fororum, Annæ & Ismara.

Sed

Sed dices, cum ex sacerdotali tribu esset Elizabeth, Maria autem de tribu regia, nempe, de Iuda, quomodo cognata virginis dicitur Elizabeth? Respondeo Euthimio super Lucam, capit. 1. commentatore & interprete, Varię fuerunt harum tribuum cognationes: Si quidem Aaron primū, deinde Ioiada, Exod. 6. & 2. Para. 22. qui ambo summi sacerdotes erant, vxores de regia tribu duxerunt: Atque ita ex tali permixtione, hæ duæ tribus erant inter se cognatæ. Ita & nūc in his duabus cognatis existima, vt Christus, de virgine nasciturus sacerdos esset regalis, & Rex esset sacerdotalis, sicut de Christianis Apostolorum princeps, scribit: *Vos estis gens sancta: Regale sacerdotium.* 1. Pet. 2. ex lib. Exodi ca. 19. Vbi dicitur. *Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* Quia in diuinis rebus primas ferebat sacerdotale genus, in humanis verō regale, merito hæ duæ tribus permixtæ sunt, ex quibus Christus.

Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum Ecce. Hier. 32. Dominè non erit tibi difficile omne verbum. Nulla res apud Deum impossibilis est. Non enim extenditur Dei omnipotentia ad impossibilia. Iuxta Agatonis dictum, ab Aristotele alicubi commemoratum: hoc solo priuatur Deus in genita facere, quæ facta sunt. Præteritum siquidem reuocari phil. minimè potest, & quod factum est, infectum fieri nequit, atque ad præteritum non est potentia, mori Deus non potest, cum sit natura immortalis, 1. Timot. 1. Regi sæculorum immortalis, inuisibili soli Deo. &c. Cum enim de Christo dicitur: quod dominus glorię crucifixus est, siue, quod idem est, Deus mortuus est: id per communicationem idiomaticam, ac proprietatam, vt loquuntur Theologi, intelligendum est, non quod Diuinitas mori possit. Deus similiter peccare & fallere non potest, atque, vt ter maximus ille Paulus scribit: Deus negare seipsum non potest. In summa quæ sunt impotentia, & imperfectio, aut quæ implicat contradictionem Deus non potest, nec alia ratione quàm quod omnipotens est. Non est enim potentia agere impotenter, nec, virtutis habere vitium. Et quod ex se atque ex natura sui inuoluit contradictionem, atque impossibilitatem, fieri vlla ratione posse nullus sanæ mentis dixerit. Non potest igitur Deus deficere, quia hoc, impotentia est, Deoque non conuenit: fallere nequit, quia summa veritas est, & vt Paulus ad Hebræos scribit: *Impossibile est mentiri Deum.* Obiectum omnipotentia, est, possibile, contingens, non habens necessesse esse. *Non est impossibile apud Deum omne verbum*, id est, omne quod dici, aut cogitari po

ri potest. Nam est verbum oris, & verbum cordis. Vult igitur Angelus significare, omnia apud Deum possibilia esse, quod Christus apertissimè professus est: Matth. 19.

Ecce ancilla domini. &c. Abigail dixit nunciis missis à rege David: *Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes seruatorum domini mei.* 1. Reg. 15. Videns Rebecca ipsum Isaac, descendit de camelo quo vehabatur: Deu. 24. Ita etiam homo videns bonitatem, ac mansuetudinem Dei, statim descendit de sua arrogantia, & humiliatur. Natura stupet, iudicium hæret, hebescit sensus, lingua mutescit, ratio deficit, intellectus non capit, quod factum est in Maria, cum hoc protulit verbum, fiat mihi secundum verbum tuum. Statim namque ad huius verbi sonitum, *verbum caro factum est*, subito ex virginis purissimis sanguinibus Spiritus sancti opere, sanctum domini fabricatum est corpus, subito organizatum, subito animatum, subito Dei verbo vnitum, statim omni gratia & virtute infans repletus, & in ipso matris vtero, iuxta Hieremiæ sancti vaticinium: femina circumdabit virum, de quo supra, vir erat letus necdum etiam natus: sed sapientia non ætate, animi vigore, non viribus corporis, maturitate sensuum, non corpulentia membrorum. Neque enim minus habuit sapientiæ, vel potius, non minus fuit sapientia letus conceptus, quam natus, parvus quam magnus. Cur dubito fuisse virum in vtero, quem inibi fuisse Deum non ambigo? Minus, quippe est esse virum, quam esse Deum. Hæc D. Bernardus ho. 2. super *Missus est, &c.* Christus igitur omnium charismatum donis insignitus, & clara Dei visione beatus, denique omni illa sapientia, gratia, & gloria, qua nunc pollet in cælo diratus, eo ipso temporis momento, & instanti terminatio prolationis horum verborum, *fiat mihi secundum verbum tuum*: quæ sunt, & verba, incarnatus est de spiritu sancto, ex Maria virgine. *Et homo factus est*, sicut & ad ista, & verba: *Hoc est enim corpus meum*, conficitur Augustissimum Eucharistiæ seu corporis Christi mysterium. Sicut D. Ioannes Damascenus hæc duo, incarnationem, & consecrationem, inter se conferat comparatque, his verbis vtens li. 4. c. 14. Orthodoxæ fidei, Interrogas quomodo panis sit corpus Christi: Respondeo & ego: spiritus sanctus obumbrat, verbum Dei est omnipotens, modus autem inscrutabilis. Sicut igitur quærenti virgini, quomodo fiet istud: Respondit Angelus, *spiritus sanctus superueniet in te &c.* Sic per operationem spiritus sancti consecratur diuina Eucharistia.

Fiat

Fiat mihi secundum verbum tuum. id est, D. Bernardo hom. D. Bern. 4. super *Missus est* interprete: verbum, quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne mea, secundum verbum tuum, Eo scilicet modo fiat mihi, quo nemini ante me factum est, nemini post me faciendum. Fiat mihi verbum non prolatum quod transeat, sed conceptum vt maneat, carni videlicet indutum, non aëre. Nec fiat mihi verbum scriptum & mutum, sed incarnatum, & viuum. Hæc ibi. Magna, imò verò maxima, virginis humilitas in verbo isto: *Ecce ancilla domini*, declaratur, atque eiusdem obedientia in sequenti, *fiat mihi secundum verbum tuum.* Humilitatem maximè in eo significauit, quòd ea libenter amplexa est, quæ sibi ab Angelo diuinitus proponebantur. Si quidem quamuis Baptista recufauerit primum baptizare Christum, nihilominus tandem ex eius imperio ipsum baptizauit. Item Petrus quamuis se excusaret ne Christus eius pedes lauaret, tandem, ex Christi voluntate id ipsum liberalissimè sustinuit Moyses: præterea propter humilitatem suam se excusabat, à præfectura populi, nihilominus tandem ex Dei iussu eam suscepit. Quare virgo humilitatem suam magis ostendit, ex Dei voluntate, tantam acceptando dignitatem, quam recufandos: siquidem id significauit, cum dicente sibi angelo, se Dei matrem fieri oportere, ipsa respondit, se ancillam esse. Matrem esse maiorem significat dignitatem quæ reperiri possit in domo & familia alicuius magni principis: Ancillam autem esse, minimum est omnium officium & munus, seu ministerium, & abiectius obsequium. Quod igitur, quo tempore Deus matrem suam eligit, ipsa profiteretur se ancillam esse, hæc quidem omnium maxima humilitas est.

Superest, vt Mariæ preces ac inuocationem explicemus, quàm toti profint hominum generi scribit D. Iræneus libr. 5. contra hereses: sicut Eva seducta est vt effugeret Deum, sic hæc sua est obedire Deo vti virginis Euz virgo Maria fieri aduocata, adde, ac filiorum eius. Ad te, virgo clamamus exules filij Euz, in hac lachrymarum valle, &c. Iudith 8. Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es. Nos autem diuinus etiam, quia mater Dei es, in nomine Maria quinque literarum, capitales hæc reperuntur dictiones: Mater, alma, redemptoris, intercede, aduocata. leg. 1. C. de officio præfecti prætorio, Africæ: hoc etiam deprecantes exoremus sanctæ, & gloriosæ sepe virginis Dei & genitricis Mariæ precibus, vt quicquid minus est Reipublice nostræ, per nos vltimos seruos suos

Ggg 2

resti

D. Bern.

S. Damasceni.

D. Iræneus.

Lex.

restituat in suo nomine Deus, & dignos nos faciat seruitium eius adimplere dicebat imperator Iustinianus. Athanasius magnus in euangelium de sanctissima Deipara. Recordare, inquit, nostri sanctissima virgo. Intercede, hera, & regina, & mater Dei pro nobis. Ex liturgia Ioannis Chrysoptomi, Leone Thufco interprete, de Genitrice: Quoniam, ait, omnibus facturis præstantior existis, collaudare te dignè non valentes, Dei genitrix, gratis flagitamus te, miserere nostri. Hoc est, vt Catholicè interpretari debemus. Cū sis regina misericordie, nobis peccatoribus te rogantibus misericordiam à Deo impetrasit ecclesia concini: Sumens illud Aue. peccatorum miserere. Esther impetrauit gratiam pro Iudæis, sic Maria pro suis deuoris, ipsa peccatorum aduocata. Idem Chrysoptomus in liturgia per Erasimum verba. Dominus, inquit, dabit verbum euangelizantibus virtute multa, per preces Dei paræ, sacrosanctæ, semper virginis Mariæ. Quid de D. Ioanne Damasceno dicemus? qui, vt ex eius constat vita, virginem Mariam deuotissimè inuocauit, cum fructu, & raro miraculo dextera, quæ illi abscessa fuerat restituta, ad sanctissimæ Deiparæ metuita & preces. Quid de illa Christiana Cypriani aiate, referente Nazianzeno τῆς ὁσίας, quæ Christum sponsum suum, cui suam commendauerat virginitatem, piè inuocauit, ἡ παρθένος ἡ ἀρίστη ἡ ἁγία, ἡ ἁγία ἡ ἁγία ἡ ἁγία. Hoc est, virginem Mariam suppliciter deprecata, vt laboranti ac grauitimo in periculo constituta: virgini virgo ferret opem, ait, Nazianzenus, Gratiane in D. Cyprianum, ex eius libro, ostendens quod ante annos plus minus 1400. in more publico Catholica habuit ecclesia Deiparam inuocare virginem.

D. Chryf

D. Chryf
to. i. ope-
rumD. Da-
ma, cen.D. Na-
zian.

D. Cypr.

D. E-
phrem.

D. Echtem Basilij discipulus, in virginis Encomio: Crebris la-
chrymis, ait, te ô celeberrima mater imploro, & aduoluo tibi
domina mea. Idem in lamentatione virginis sub finem: Om-
nes ô sacrosanctissima, tibi aduoluumur, omnes te implora-
mus Ecce nos ô intemerata, ab omni necessitate, à cunctis
Diaboli tentationibus. Eit, nostra conciliatrix & aduocata:
Tu namque es spes apud Deum Christianorum, sanctis-
sima, cui honor in sæcula sæculorum, Amen. Ha-

tenus de Mariæ inuocatione & efficacissi-
mis precibus. Dignetur ipsa pro nobis
peccatoribus orare, nunc, &
in hora mortis nostræ,

Amen.

*

INDEX



INDEX CONCIONVM, QVÆ HOC PRIMO TOMO CON- tinentur, designans quoro quodque Euan- gelium folio inuenias.

Feria 4. Cinerum Euang. Cùm ieiunatis, &c. habetur
Decade 1. folio siue pagina prima.

Fer. 5. in capite ieiunij, Euang. Cùm introisset Capbar-
naum: accessit Centurio. Dec. 1. fol. 20.

Fer. 6. in capite ieiunij, Euang. Audistis, quia dictum est
antiquis diliges proximum tuum. Dec. 1. fol. 40.

Sabbato in capite ieiunij, Euang. Cùm sero factum esset,
erat nauis in medio mari. Dec. 1. fol. 67.

Dominica 1. Quadragesimæ Euang. Ductus est Iesus in
desertum, vt tentaretur a diabolo. Dec. 1. fol. 90.

Fer. 2. post 1. Dom. 40. Euang. Cùm venerit filius homi-
nis, sedebit super sedem maiestatis. Dec. 1. fol. 115.

Fer. 3. post 1. Dom. 40. Euang. Cùm intrasset Iesus Ieroso-
lymam, eijciebat vendentes de templo. Dec. 1. fol. 140.

Fer. 4. post 1. Dom. 40. Euang. Magister Volunus à te si-
gnum videre. Non dabitur nisi signum Iona. De. 1. fol. 167.

Fer. 5. post 1. Dom. 40. Euang. Si manseritis in sermone
meo, vere discipuli mei eritis. Dec. 1. fol. 194.

Fer. 6. post 1. Dom. 40. Euang. Erat dies festus Iudaorum,
Est autem Ierosolymis Probatia piscina, &c. De. 1. fol. 224.

Sabbato post 1. Dom. 40. Euang. Assumpsit Iesus Petrum,
Iacobum & Ioannem, & transfiguratus est. Dec. 2. fol. 256.

Dom. 2. 40. Euang. Egressus Iesus secessit in partes Tyri,
& ecce mulier Chananaea. Dec. 2. fol. 297.

Fer. 2. post 2. Dom. Euang. Ego vado & queretis me & in
peccato vestro moriemini. Dec. 2. fol. 328.

Fer. 3. post 2. Dom. Euang. Super Cathedram Moysi sede-
runt

Ggg 3

derunt Scriba & Pharisei. Dec. 2. fol. 362.

Fer. 4. post 2. Dom. Euang. Ecce ascendimus Ierosolyman. Et accessit mater filiorum Zebedaei. Dec. 2. fol. 393.

Fer. 5. post 2. Dom. Euang. Homo quidam erat dives qui induebatur purpura, & epulabatur quotidie. Dec. 2. f. 435.

Fer. 6. post 2. Dom. Euang. Homo quidam plantavit vineam, & septem circumdedit ei. Dec. 2. fol. 497.

Sabbato post 2. Dom. Euang. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior patri. Pater, &c. Dec. 2. fol. 543.

Dominica 3. 40. Euang. Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum, Et cum, &c. Dec. 2. fol. 501.

Fer. 2. post 3. Dom. Euang. Dicetis mihi hanc similitudinem. Medice cura teipsum, fac & in patria tua. Dec. 2. fol. 658.

Fer. 3. post Dom. Euang. si peccaverit in te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipsum solum. Dec. 3. fol. 708.

Fer. 4. post 3. Dom. Euang. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Decad. 3. fol. 754.

Ad calcem huius primi tomi, posita est Homilia, super Euangelium. Missus est Angelus Gabriel, quod legitur in festo Annunciationis B. Virginis Marie, & habetur Decade 3. fol. 792.

IN.



INSIGNIORVM RERVM

AC VERBORVM, QUÆ HOC

PRIORE TOMO SACRARVM

Decadum continentur, Index

locupletissimus. Numerus

paginam seu folium

indicat.



A	Bigail prudēs vxor stulti Nabal. 713	Agni & Oves, boni cur nomi- nentur. 123. 124
	Abrahæ ope- ra quæ sunt. 221	Agrigentini ædificant, quasi semper victuri. 27
Abfalon in patrem Dauidem impius. 772	Affectus matris ad filiorum promotionem. 409. 410.	
Abusus tollendus, sed maneat legitimus vsus. 148 149	Alcon sagittarius illæso filio, draconem confecit. 46	
an Adiurari queat à confor- tio communitatis alienus, nec prælati iurisdictioni subiectus. 732	Alexander M. Ioui filius no- minari voluit. 31	
Adoratio triplex. 114	Alexander M. Clyrum intre- ruptum desideravit. 384	
Adulatio pestis perniciosissima. 185. 186. 187	Alexander M. Hephæstionis os cur obsignavit. 396	
Ægyptus Danai frater. 760	Alexandri M. admiranda hi- storia 526	
Aneas Anchisem patrem pie coluit. 766. 780	Alexander M. insatiabilis, 567	
Æschylus quomodo interfe- tus. 105	Alexander in cæde infantis viri matri gratificare no- luit. 761	
Æthiopes Christiani, cur ante se terram deserunt, & crucem. ?	Alexius Imperator Constan- tinopolitanus à filio in ho- norem pristinum restitu- tus. 762	
	Alimonium in neutro genere dicitur	

I N D E X.

dicitur. 467
 Almus & Alma. 796
 Amantes recordationem re-
 fricant rerum amatarum.
 394
 Amasis Aegyptiorum rex, ex
 pelui, Dei statuat cur fe-
 cerit. 373
 Ambitionis malum & perni-
 cius. 407.408
 Ambitio mater est hærese, n,
 410.411.
 pij viri ab Ambitione remo-
 tissimi. 412
 Amicus Socrates, magis ami-
 ca Veritas. 306
 Amicus quatenus gratifican-
 dum 433
 Amicus vsque ad aram. 433
 Amicus coram pluribus non
 est obiurgandus. 712
 Amphilochnus episcopus con-
 tra Arianos zelat pro Do-
 mino. 525
 Amphinomi & Anapi fra-
 trum pietas in patrem &
 matrem. 780.781
 Annulorum tractatio ac si-
 gnificatio. 583. 584. 585. 586.
 587. 588. 589. 590. 591. 592.
 593. 594
 Anathema & excommunica-
 tio quid inter se differant.
 731. 732. 733
 Anathema quid, & an mor-
 tuis denuntiandum sit.
 722. 723. 724. 725. & 733
 Anaxagoras inspicendi cœ-
 li causa se natum dicebat.
 349
 Angelum custodem non ha-
 buit Christus. 109
 non Angelus, sed ipse Domi-
 nus saluauit nos. 513
 Anni vanè consumpti, inter
 vitæ annos non numeran-
 di. 336
 Anserum silentium illis salu-
 rare. 403
 Antiochi consecratio. 745
 non omnes sedentes in Dei
 templo, Antichristi sunt.
 368. 369. 370.
 S. Antonius præuidit Ariano-
 rum impietatem. 159
 S. Antonij Paduani encomi-
 um. 483
 Antonij etymon quoddam.
 645
 S. Antonij abbatis de hæreti-
 cis verba. 744
 d. Aphraates sub Valentis im-
 perio, vt oues Christi pas-
 ceret, monasterio exiit.
 797. 798
 Apologus Menenij de ven-
 tre. 147
 Apologus Demosthenis de
 oribus ex Aesopo. 637. 638
 tres Apostolos cur selegit
 Christus in Transfigura-
 tione. 260. 261
 Apostoli orabant pro Chana-
 nea. 313
 Appetitus humani insatiabi-
 litas. 368
 in Aqua miranda multa fa-
 cta. 232. 233. vsque ad pag.
 236
 Aquila pullos ad solem ex-
 plorat. 60
 Aquila senescens à pullis suis
 pasceitur. 778
 Ara misericordiæ Arthemis
 excitata.

I N D E X.

excitata. 582. 583
 Arbitrij libertas post pecca-
 tum in homine manet.
 210
 librum hominis Arbitrium
 astruitur. 243. 244. 245.
 Arcana inimicis amicis reue-
 landa. 396. 387. 398. 399.
 Arcæa. 766
 Archelaus importunis effla-
 gitoribus nihil dabat.
 420
 Ardæus cuiusdam Pamphy-
 liæ ciuitatis tyrannus. 770
 Areopagitæ taciturnitas. 404
 Aristides non fuit amans vin-
 dictæ. 51
 Aristomenes institutor Pro-
 lomæi. 713
 Aristoteles Alexandri præce-
 ptor. 196
 Aristoteles aram statuit Pla-
 toni præceptori. 197
 Aristoteles cur pullo recalci-
 tranti comparatus. 244
 Arma armis repellere licet.
 111
 Arrianorum ac Meletiano-
 rum sermones multò ser-
 pentibus deteriores. 744
 Arinoç pro filiis sese gladiis
 obiecit. 309. 310.
 Artaxerxes rex Periarum.
 772
 de Asini umbra audire velle.
 633
 Athenodorus phantasma, vi-
 gilans percepit. 86
 Attende tibi ipsi. 29
 Auarorum multa genera.
 446
 Aue. 801. & 805. 509
 Audiendum verbum Dei,
 quomodo. 652. 653
 Audite voces, Migremus
 hinc. 328
 Authoris quædam historia.
 637
divras ipoz. 42
 B
 Biazetes imperatoriam
 dignitatem accepit à
 filio. 763. 764
 Basilienfes Typographi ma-
 litiosi. 503
 Beelzebub, quale idolum.
 605. 606. 607.
 d. Benedicti sermo quantas
 vires habuerit. 735. & 736.
 Benedicta virgo Maria. 802.
 803. 804.
 Beneficiis ad benè de nobis
 loquendum hostes prouo-
 care. 51. 52
 Beneficium quandoque se-
 cretè dandum. 66
 Benevolentia patrum in fi-
 lios. 309
 Bellum inexperitis dulce vi-
 detur. 426
 Libere Græco more. 509
 in Blasphemos, D. Ludouici
 edictum. 603
 nullum Bonum irremunera-
 tum, nec malum inultum.
 116
 rari quippe Boni. 248. 248
 Boni bonos recognoscunt,
 quos nunquam viderant.
 282.
 Bonosus bibacissimus. 508.
 509
 Ggg 5 Brutus

I N D E X.

Brutus terram osculatur matrem. 11
 Brutis homines assimilantur. 322. 323.
 Brutorum gratitudo. 701.
 702

C

Cæsaris fictæ lachrymæ. 62
 Caligula super auri aceruos volutatus. 19
 Caliphi auari interitus qualis. 448
 Calix quid significat. 425
 426
 Callisthenes cur ab Alexandro interfectus. 204
 Calvinus confinxit suscitationem mortui. 172. 173
 Caluini horribilissimus interitus. 539
 Canis templi Æsculapij publicis impensis educatus. 23.
 Canes, qui appellantur. 320
 Canes, qui aiendi. 321. 322
 Canis impudentia. 324
 Candidari cicatrices cur ostenderent. 425
 Carnutus Rex Anglorum coronam suam crucifixo imposuit. 71
 Caritates pauperibus facere quid. 464
 Cathedra doctrinæ, cur potius Moyû, quàm Aaron dicta. 362
 Cathedra Petri, sancta sedes Apostolica. 364. 365

Cathedra Petri, cur potius quàm Christi appellata. 366. 367.
 Cato esse quàm videri bonus malebat. §
 Catholicum, tria completitur. 37. 38
 Catholicos se videri volunt, Hæretici. 38
 Cauda hostiæ, quo mysterio, in sacrificio offerenda. 201
 Centurio non fuit Israelites. 35
 Cham maledicto subditur. 766
 Chananzæ vnde traxerunt originem. 297
 Chananzæ fides, quanta fuerit. 325
 Chaos magnum quale sit exponitur. 488. 489. 491
 Charistia, solempne conuiuium Romanorum. 752
 Caritas iustitiam non opprimat. 44
 Cherinthus inimicus veritatis. 744
 de Christo in multis inquiserunt Iudæi. 141
 Christus patris iniuriam ferre non potuit. 148
 nunquam Christus retrocessit sed processit. 200
 in Christo ambæ naturæ in consule existunt. 267.
 268
 Christus cur Chananzæ nihil initio responderit. 311. 312.
 313
 Christus propter 4. venit precipue.

I N D E X.

cipue. 314. 315
 per medios sacerdotes christus sacrificat, & sacrificatur. 375
 Christus ter passionem suam prædixit. 393
 oblatas Christus, quia voluit. 394
 Christus incarnatus abegit demones. 634. 635
 Christus *ἀρχαργος*. 659
 de Ciborum delectu. 788.
 789. 790
 Cicuta venenum vino nocentius fit. 510
 Ciconia senectute prægrauata à pullis suis alitur. 778.
 779
 Cimonis Atheniensis in patrem Miltiadem pietas. 767. & 775.
 Cineres supra se aspergentes. 6. 7
 in Cineres omnes tandem rediguntur. 8. 9. 11. 12
 de Cineribus benedictis, exemplum mirabile. 12. 13
 Circumcelliones seipos præcipitabant. 10
 Circumcisi Iudæi. 756
 Cirola Arrienus, cæci illuminationem confinxit. 173.
 174
 Clara montis Falconij crucifixum in corde gestabat. 19
 Cleomenes criminatus. 713
 Cleopatra mortem sibi cur conficiuerit. 338
 Cleopatras prodigalitas. 455
 Clitorius abstemios facit. 279

Clotharius rex Francorum Galterum Yuetorum interfecit. 752
 Cogita mori. 6
 Columba symbolum est penitentis. 7
 Comparatio Christi & Ionæ. 190
 Comparatio Iudæorum & Niniuitarum. 191
 Comparatio Christi & Salomonis. 193
 Conciliorum generalium autoritas. 749. 750
 Concordiæ ac Discordiæ tractatio. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631.
 Contra eos, qui autam venantur popularem. 66
 Contraria contrariis curantur. 3.
 Contraria mutuo se expellunt. 601.
 Contraria à contrariis non iuuari. 639
 in Conuiuiis excessus. 460
 Copronymi blasphemia in sanctam Deiparam. 657
 Corcuthi Baiazetis filij pietas. 763
 Cordium cognitor Deus. 13.
 14.
 Cor diuitis mortui, in medio nummorum. 18
 Corinthiorum lex in helluones ac gurgites. 548.
 549
 Correctio duplex, secreta & publica. 710
 Correctio debet mansuetè fieri. 712
 in

I N D E X.

in Correctione fraternaria
concurrunt. 713
à Correctione tribus modis
abstinendum. 714
Crocodili lachrymæ. 62
Crux non conculcanda sub
pedibus. 18
Crucis consignatio efficacis
sima. 609. 610. 611. 612. 613.
614. 615. 616. 617. 618. 619.
620.
Cubitaliter lauari. 755
Cyrus Gyndem fluuium in
360. diduxit alueos. 72.
Cyrus filius mutus. 636. 637

D

Dæmonum est, immor-
tales exercere simul-
tates. 15
Dæmon creditit transsub-
stantiationem. 98. 99
Dæmon diuinos affectat ho-
nores. 112
Dæmonis maligna Transfi-
guratio. 217
Dæmon *μικρόν πνεύμα*. 601.
Dæmones excommunicari
possunt. 732
Danaus Hypermnestram si-
liam in iudicium vocauit.
760
Danaiides, quæ & Belides di-
cuntur. ibid.
Darius interficiendi parvis
consilium cœpit. 772
Dauidis erga suos inimicos
clementia. 61
Dauidis pietas. 778. 779
Democritus veritatem in pro-
fundo esse demersam di-

xit. 205
Demosthenes ter pronuncia-
tionem respondit esse ora-
tori necessariam. 392.
Depradari desiderat, qui the-
saurum publicè portat. 66
Descensus Christi ad inferos
probatus. 189
per Dextram fors bonorum,
per læuam malorum si-
gnatur. 124. 125. 126
Deustria sibi referuauit. 57
Diabolo in mortis articulo,
quomodo respondendum.
81. 82
fidelior est Diabolus hæreti-
cis modernis. 99
Diabolus citat Scripturas.
108. 109
Diabolus similis Lupo &
Coruo. 601. 602. 603
Diagoras ab Atheniensibus
pulsus. 719
Dianæ Suadelaæ templum.
760
Dicunt & non faciunt, simi-
litudinibus illustratum.
382. 383.
Dilectio sola discernit inter
filios Dei & Diaboli. 61
Dilige naturam, non vitium. 45
Diligere inimicum est gra-
tiae. 61
Diligere amicum an inimi-
cum, verum magis meri-
torium. ibid.
Diogenes lucerna in men-
die accensa, hominem
quærebat. 248
Dipsycha. 728. 738. 739.
Discedere maledicti &c. ex-
ponitur. 135. 136. 137. 138
Disciplina

I N D E X.

Disciplina castrorum, anti-
quior fuit parentibus Rom.
quàm charitas liberorū. 34
Discipulorum errata in præ-
ceptorem retorqueri so-
lent. 754.
Discursus elegans, atque vir-
tutum inter se collatio.
127. 128. 129.
Discursus de Gloria paradisi.
279. 280
Discursus ostendens Christū
esse Bibliorum scopum. 356.
357. 358
Diues nullam præterere po-
test excusationem. 461. 462
Diuitis epulonis comparatio
cum idolo Dagon. 481. 482
Dies Epulo confertur diui-
ti Nabal. 463
Diuinum adest, cum huma-
num cessat auxilium. 68
Domitianus se Deum vocari
iussit. 32
Domitianus edixit, vt vine-
ta succiderentur. 148.
Domine non sum dignus, ex-
ponitur. 26. 27
Dominus tecum. 801.
Dormiens nemo vlla re di-
gnus est. 238
Draculæ erga mendicos cru-
delitas. 406. 407
Druides sacris interdicebant.
746.
Dux cuiusmodi fuerit, tales &
subdit, 190

E

Ecce virgo concipiet, ex
positio. 795.
extra Ecclesiam non est salus,
73. 74
Ecclesia inexpugnabilis. 75
Ecclesia vincit, cum læditur.
ibid.
Ecclesia nullo vnquam tem-
pore deficit. 76
Ecclesia Romana est catholi-
ca & apostolica. 716
Ecclesia est visibilis. 715. 716.
7. 7
Ego homo sum, exponitur.
29. 32. 33.
Ego veniam & curabo, expo-
nitur. 39
Eleemosyna sit ieiunij comes
6.
Eleemosynæ fructus & pro-
prietas. 16
Eleemosynæ commendatio.
129. 130.
Elizabeth cognota Mariæ vir-
ginis. 8. 12
Eunomius & Lucius Arria-
ni pseudo episcopi Samo-
satani. 745
Episcopi Patres sunt Ecclesiæ.
222
Episcopi quæ graue sit onus.
414. 415. 416. 417. 418. &
424. 425.
Dei Epicheta misericordiam
denotantia. 580. 581
Epulonem perpetuò damna-
tum esse. 493. 494. 495. 496
Error Græcorum, quod ani-
mæ non videant Deum,
ante iudicium. 438. 439
Eryphile dono accepto vi-
rum suum prodidit. 217.
218
Esse Deo conuenit. 353. 354.
Eteoc.

I N D E X.

Eteoclez contentiones quæ.

55.56

Ethicorum exemplar correctum.

759.

Eucratides à filio occisus.

772

Eucharistia, symbolum pacis charitatisque fraternæ.

753

Eumelie pietas.

767.768

Excessus dicitur Mors Christi.

277.278.

Excommunicatio quid sit, & cur infligi debeat.

718.

& 740.

Excommunicare post mortem non potest ecclesia.

727.728.

Excommunicatio maior & minor.

741. 747.

Excommunicatio dicitur medicinalis à fine.

741

Excommunicatio multa mala induci.

742

Excommunicatio aliud est, aliud eradicatio.

ibid.

Excommunicati fugiendi ac vitandi.

743.744

Excommunicationis usus non fuit Iudæis incognitus.

745.

Excommunicationis usus magnus.

748

Excurius elegans super, Omnia tempus habent.

518.

519.520.521

Exoleti & prostibula, unde agnominata.

598

Exorcismi Salomonis.

633

Exorcismus B. Ambrosij archiepiscopi.

731.732

Ezechias cur serpentem confregit.

150.151

F

Fabri Stapulensis error de diuitis salute.

491.

Fames Dei flagellum.

677.

678. 679. 680. 681. 682. 683. 684

benignum est Facere, per quos profeceris.

198

Fides vnus, aliis prodesse potest.

315

Fidelitatis Canum exempla.

468. 469. 470. 471. 472.

473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480.

per tria Filij Dei sumus, Filius Dei.

808

Filij à parentibus degenerantes.

214

Filiorum correctio ac disciplina.

544.548.549.

550.551.552

Fœminæ Babylonicæ luxuriosissima.

416.

Fons Hammonis.

233.234

Fons sancti Menenani in Armorica Britannia.

216

propter Fornicationem preparatio fit tori.

330

331.332.

Fornicatio simplex mortale est peccatum.

599

Fortuna Cæsaris te comitatur.

888.

Furor fit læsa sapius patientia.

581

G

Gabriel saluatorem fore nasciturum prænu-

tia.

I N D E X.

tiat.

794.

Galli cur grassatores Burgandos appellant.

149.150

Gehenna pro inferno.

495

Getæ mater pro filio vltmus accepit.

311

Gloria Deo, meritum autem nobis.

6

Gnostici miracula edere non poterant.

170.178

quinque Gradus descensionis Christi.

106

Glatia plena.

253

Grelet spiritu Prophetico Admiratio suam mortem præ dixit.

107

Grues vigilias obseruant.

84

Gula excludit, ieiunium reducit.

3

Gygis annulus.

574.575.

576.584.585.

H

Hæreses, unde ortæ sunt funestæ mortes Hæresiarcharum.

330

Hæretici de sua paucitate gloriantur.

38

præter se alios Hæreticos nominant, ipsi hæretici.

ibid.

Hæretici Simiis comparantur.

108.

Hæretici mutilatas citant scripturas.

109.

Hæretici de viuus mortuos faciunt.

170.

Hæretici incendiarij templorum, instar Herostrati.

157

Hæreticorum bellum pax est Ecclesiæ.

631.632

Hæretici mortui anathematizantur.

729

Harpastes fatuæ historia.

602.603.

Hatto Moguntinus erga pauperes crudelis perit.

467.

Hero à dæmone seductus præcipitem se dedit.

105

Herodes Mariamnem coniugem interfectam desiderauit.

333

Hic est filius meus dilectus, exponitur.

285.286.

287.294

S. Hilarion carnem suam ne calcitraret castigabat.

2.

S. Hilarionis de quadam maleficiara mira historia.

305.

Hippocratis iusiurandum.

194.195

Hippocratis iusiurandum de taciturnitate seruanda.

404.405.

Hispani Tolerani pietas.

762.

Hocqueton, unde verbum deductum.

711

Hædi petulci ac libidinosis.

122.123.

Homo cur à *vlt puros* dictus.

348

solus Homo cui ad cælum erectus est.

347.348.349.

351.

Honoris ac Virtutis imagines quales.

423.424.

Honor in scripturis tria significat.

789

Hospes

I N D E X.

Hospes gratus. 696.697. 698.699.
 Hu-Gnostici vnde dicantur. 208.
 Humilitas in Christianismo maximè necessaria. 391. 392.
 Humilium exaltatorum exempla. 393
 Hypermnestra Lyceo marito pepercit. 760.
 ab Hypocritis cauendum. 3.4
 Hypocrita Meretrici fucata similis, 4.5
 Hypocrita similis vulpi astute. 5
 Hypocrita quis dicitur. 5

I

Ieium est præceptum. folio 1.
 Ieiunium impetrat à Domino quod petitur. 2.3
 Ieiunium Deo seruimus. 3
 Ieiunia nihil prodesse, Iouiani error est. 2
 Ieiunium Christianum est meritorium. 14
 Ieiunij alæ, Misericordia & Pietas. 17
 Ieiunium Quadragesimale vnde ortum. 92.93
 Ieiunium esse oportet à peccatis. 3
 Ieiuni hominis salua contra serpentes valet. 3
 S. Ignatius nomen Iesu cordi inscriptum habuit. 19
 Imperatoribus cur varia mat-

morum frustra offerrentur. 9
 Imp. Rom. quorundam luxus & profusio. 455.456 457
 Imp. aliquot persecutorum Christiani nominis, citus. 540.541
 Imperij gratia omnia violantur iura. 112
 Impietas, & impiorum exempla. 783.784.785
 Impossibilis nulla res apud Deum. 83
 Impossibilia non præcepit Christus, sed perfecta. 48. 49.
 Infantes miraculosè Christo acclamauerunt. 160
 in Inferno non sunt nisi Iu- perbi. 39
 Infidelitas impedit in nobis fructum miraculorum. 618
 Ingratitudinis crimen, à Petris punitum. 415
 Ingratitudinis exempla. 691. 692.693.694.695
 Ingratus cui similis. 699.700
 contra Ingratos. 528.529
 Inimici Dei, & inimici personales. 44.41
 pro Inimicis orantium exempla. 47.48
 quid pro Inimicis orandum. 48
 Inimicitiam immortalem ne retine mortalibus. 55
 Iniuriam Dei dissimulare nimis est impium. 114
 In puncto ad inferna descendunt, exponitur. 439.440. 441

Interdictio

I N D E X.

Interdictio aquæ & ignis apud Romanos. 746.747
 seipsum Interficere, quàm immane. 339.340.341.342. 361
 seipsum Interimere cur grauissimum. 347
 Inuidia virtuti comes est. 143.144.145.
 iustorum etiam defunctorum Inuocatio. 483
 Ioan. Gualberti erga hostem mira clementia. 53
 Ioannis Scoti encomium 579.
 in Ionæ signo, multa signa comprehensa. 188
 Ioseph patriarchæ in patrem & fratres pietas. 778
 Iouianus episcopus. 745
 Iphigeniæ sacrificium. 780. 781
 Ira cohibenda. 685.686.687. 688.689.
 Isaias ferra lignea sectus, & cur. ibid.
 Ismara mater Elizabeth. 812
 Iudæi crebrò ad superstitionem vsque se lauabant. 755
 Iudicium duplex, particulare & generale. 115
 multis de causis ponitur generale Iudicium. 116
 Iudiciorum plurimorum, inscripturis exempla. 118.119
 Iustum Dei Iudicium. 488
 Iudicia Domini admiranda, tria præcipuè. 531
 Iustinianus quamuis ægro-

tus 40. dieb. ieiunauit. 96
 Iustitia res sacra est. 153.154
 Iustitiam Reges vendere nõ debent. 354
 rara est in hoc regno Iustitia. 355.156

L

Læna quod vestis genus 711
 ne Laudaueris hominem in vita sua. 295
 Laurentius Celsus dux Venetiarum. 764.765
 Laurentius Iustianinus ægrotus carnes comedere noluit in 40. 96
 Legna quare elinguis depicta Athenis. 400.402.403.
 Legatio literis probanda. 184.185
 Legatio quando magna. 793. 794
 Lex talionis. 43.44
 inciuile est totam Legem nõ citare. 110
 grauius est corrumpere Leges, quàm adulterare moneram ibid.
 in Lege nubes obscura, in euangelio lucida. 284.291 292
 Legislator Christus. 42
 Legislatores varij. 43
 Lenticula olei. 809
 Leo parit prostratis. 58
 Leonis clementia in supplicis. 312
 in Leones carulorum pictas. 77

H h h

I N D E X.

Leonis iunioris imperatoris pietas.	763.766	180.181.182
Leonides Alexandri pædagogus.	198	Lutheri impij mors horrenda.
Lepræ proprietates.	684	538.539
Libertatis pretium nullum est condignum	209.210	Luxuria blandum malum.
Libertate nihil hominibus optatus.	211	458
Libertatis fucus ab Hæreticis semper prætenfus.	213.214	Luxuriosorum exempla multa.
		458.459.460.
		Lycurgus non debuit vites amputare.
		148
		M
Libertas carnis ad malum.	212.213	M acedoniani senatus. Sulti origo.
Libertas quid.	211.212.	546.547
Liberatorum de calamitatibus exempla plura.	68	S. Macharius in necessitate mortuum suscitavit.
	69.	170
Lingua epulonis præsertim torquetur.	484.485	Magistratus venales esse nõ debent.
Lixivio sordes eluuntur.	6	153.154
Loquacitas cuiusdam per Neronem punita.	400	Magistratum venalitas, & beneficiorum nundinatio malorum origo.
Lorjo Aaron & filij eius ad religionem spectabat, non superstitionem.	757	156.
Lucri bonus est odor ex re qualibet.	714	Magnus est Christus.
Luculli luxus.	454	808
Lupa vade dicta.	597.598	Magus nunquam arte sua fuit locupletatus.
Lupum vidisti, non loqueris?	603.	113
Lupus in fabula.	ibid.	ad Magos in infirmitate non est recurrendum.
Lutherus exorcismis suis Demones expellere nequirit	178.	299. 300
Lutherus mortuum suscitare impudenter tentavit.	178.179.	Mahometus & Lutherus, cur tot habeant affectus
Lutherus nonnam incestis nuptiis sibi coniunxit.	180	180
		Mahometi fraus & dolus malus.
		288.289.290.291
		Mahometus Alcoranum nondum opera Sergij Nestoriani, sed etiam Hebraei cuiusdam collegit.
		757
		Maledicta parentum non parui facienda.
		789.790
		Mali filij sunt diaboli, imitatione.
		224
		Malos malè perdet, exponitur.
		533.534
		Malleo.
		180

I N D E X.

Malleolus Romanorum primus parricidij damnatus.	771.774.775	Medicorum pluralitas damnosa.	662
Mandata hominum quæ dicantur.	784	Medicorum laus.	660.661.662.663.
Manliana imperia.	34	Mendicantes validi, explorandi sunt.	251
Manlij adolescentis in patrem pietas.	782.783	Menececratis medici stultitia.	30
Manus operi admouenda	239	Menececratis medici insolentia.	663
Marcella Marthæ domestica.	650.651	Mercator quodcumque periculum subit, modò lucratur.	714.
Marcio primogenitus Sata-næ.	744.	Merces, magnum illectamentum.	15
Mariæ virginitas significatur per rubum & vellus Gedeonis.	797	Merces vnde dicta.	ibid.
B. Mariæ inuocatio, & preces efficacissimæ.	85.816	Meretriciæ artes ac astutiæ.	594.595.596.597
Maria Ægyptiaca, super quas ambulavit.	70	Meretricem fuge.	599. 600
Martyr esse non potest, qui in Ecclesia non est.	513.514	Meriti nomen extat in sacris.	15.
Martyres virgines seipsas præcipitantes.	343.344.345.	Messias de virgine Maria natus, dicitur innuitur.	797
Martyrio in specie leprosi Christus apparuit.	132	Metellus secreti tenacissimus fuit.	66
Martyrius episcopatum cur deseruerit.	329.	Metelli filij pietas.	762.
Matres suos lactare debent filios.	654.655.656	766	
Mauricij Imp. in mole calamitatis mira patientia.	532.	Mexicani infantibus calcem immittunt.	12
Medici spirituales prius conuocandi.	21	Militiæ desertionem non imperavit Centurioni Christus.	39
Medicorum arti nimium ne fidas.	ibid.	Minos à Ioue traditas leges se afferre iactabat.	291
Medice tibi ipsi medicus esto.	661	Minotauri signum in legionibus, quid signaret.	404
		Miraculum egregium in his qui exectis linguis disertè locuti sunt.	161.162
		Miracula Lutheri & Hæreticorum qualia.	182
		H h h 2 Miram	

I N D E X

Miracula certis determinan-
tur circumstantiis. 240.
241
ad Miracula duo requirun-
tur. 659
Misericordia sola caret inuidia.
143
Misericordiae opera septem,
tam corporalia quam spiri-
tualia. 130.131
Misericordiae opera merito-
ria. 131
Missus à Deo quibus modis
deprehenditur. 168
Morbi causa rescindenda.
21.
Morbis extremis extrema re-
media. 709
Mors est quaedam migratio.
333
Mortis cogitatio reuocat à
peccato. 6
Mortis in articulo, quibus
de viuis tentamur. 76.77
Mortis angustiis oppressi,
Deum inuocemus. 76.77.
Mortuum se fingens, reuerà
mostritur, iusto Dei iudi-
cio. 175.176.177
Mortui anathematizari so-
lent ab ecclesia. 737.738
Moses & Helias, cur praec-
teris prophetis visi sunt,
270.271.272
an Moses in proprio corpo-
re comparuerit in transig.
273.274.275.276
Moses sacerdos, Dux, legis-
lator, & Propheta. 363.
364.

Moses cur Iosue successorè
reliquit. 420
Mulieribus arcana reuelan-
tes perierunt. 398
Mulus Atheniensis sumptu
publico nutritus. 22.23
Mundus quid. 352
Muscarum & officialium
Regionum comparatio.
606.607.
Muscarum importunitas.
607.608. ingenium. 609
Mutius Scaeuola cur dictus.
52
Mydæ regis allegoria. 445

N

NAtham reprehendit a-
nticè Dauidem regem
712.
Naucleri absentia, causa peri-
clitacionis nauis. 67
Nauis comparatur Ecclesia.
72.73
Nauem si diuidis perdis. 74.
385
Nauigatio prope litus iu-
cundissima. 67
Nauigantes, digitis quatuor
à morte absunt. 67
Negotiarum de rebus sacris non
licet. 151
Nemo mundus à forde, nec
infans vnus dici. 557.
558
Nequitiae septem, quae sunt,
645.646
Nero matrem occidit. 773.
774

Nesciat

I N D E X

Nesciat sinistra quid faciat
dextera, exponitur. 65.66
Nescitis quid peratis, exponi-
tur. 413. 414
Neutrales in religione. 640
cui similes. ibid.
Nimia prosperitas reformi-
danda. 487.488
Nobilitas vera in quo confi-
sit. 215
Nolite vocari Rabbi, exponi-
tur. 390
Nomen venerandum Iesus
145
Nomina vndecim Diaboli.
604.605
Non inueni tantam fidem,
exponitur. 36.37
Non in solo pane viuit homo,
explicatur per exempla.
101.102.103
Non resurgunt impij in iudi-
cio, exponitur. 119.120
Non sum missus nisi ad oues,
exponitur. 315.316
Non est meum dare vobis,
exponitur. 430.431.432
Nouissima quatuor cogitan-
da. 117
Numa Pompilij astus. 288.
291
Nuncubi ego talis? dicebat
Plato. 531

Obedientia militis. 34. 35.
36.
Ocium sine litetis mors. 337
aliud Offendere per mala o-
pera; aliud negare Chri-
stum. 337.338
Omnipotentiae obiectum.
813
Oppius seruatus à filio. 765.
766
Operibus pijs perfectam iu-
stitiam posse consequi. 64
Opera piorum sunt merito-
ria. 484
Oratio in templo multo fru-
ctuosior, quam alibi. 158
Orationes latine à pijs idio-
tis recitantur non sine fru-
ctu. 166.167
Oratio quid. 167
Orator quis dicatur. 384
Origenes impiorum tormen-
ta finem habitura dogma-
tizauit. 138
Orpheus non debuit retrò as-
picere. 200
Osculari filium exponitur.
522.523
Ouium proprietates. 113.114
Ouium mores ac stoliditas.
317.318

Pacem qui desiderat, praes-
parat bellum. 39.40
Pallida mors cur dicta, &
Bruma iners. 635
Papiij praetextati taciturni-
tas commendata. 402
Parabola sit an historia, an v-
trunque Diuitis & Lazari,
narratio disputatur. 435.
436.437.438.439.440.441.
442.443.444.445
Paradisus curia est. humi-
lium. H h h 3

I N D E X.

lium.	392.393	venerantur.	373
Paradoxum hæreticorum,		Perſæ, regum arcana mira ſi-	
Nihil credendum non ſcri-		de celantes.	397
ptum.	491	Perſæ quid de patricidio ſen-	
Parce confratri tuo, propter		ſerint.	788
Chriſtum.	57	Perſecutiones, quas paſſa eſt	
Parentibus honor tribuen-		Eccleſia.	
dus.	760	Perſeuerantia commendatur.	
Parricidium,	770.771		199
Parricidij poena.	771.772.	Pero patrem ſuum cuſtodia	
773.774.775. & 787.788.		traditum vberibus ſuis a-	
789		luit.	776
Paſchalis pontifex maximus		Pertinax Imper. chreſtologus	
& Henricus v. Romano-		cur dictus.	384.385
rum imperator reconci-		quæ Perenda à Deo.	419
liantur.	753	Petrus à Chriſto præpoſitus	
Patienter aduerſa feramus.		eccleſiæ.	270
	242.243	Petrus vnde agnouit Moſem	
Patientiæ diuturnæ exempla.		& Heliam.	281.282
	242	Petrus Caitulonis rex ſæuus,	
Patrem ſequitur ſua proles.		762	
	221.	Phariſæorum opera vanita-	
Patria noſtra cælum eſt.	16	tis plena.	387
Patriæ amor.	664. 665. 666.	Phariſæi ſuperſtitioſi.	754
667. 668. 669. 670. 671.		Phantaſma quid.	85
672. 673.		Phemius cytharæduſ.	383
Patria ingrata.	674	Philippe, homo eſ.	30
Paulus quomodo palam Pe-		Philippus Macedo.	711
trum reprehendit.	711	Philoiophorum vita, com-	
Pauperes S. Lazari qui dicantur.	436.437	mentatio mortis.	10
Peccatum ad mortem, quale.	48	Philoſophi tot peregrinatio-	
		nes propter veritatem ſuf-	
Peccatum in ſpiritum ſan-		ceperunt.	206.207
ctum.	334	Philoxenus gulofus.	457
Peccata per poenitentiam di-		Phorion non expetiit de ini-	
miſſa, an redeant? 647. 648.		miciſ vltionem.	51
649		Phylaſteria vnde dicuntur.	
Perfectio ſecundum ſtatum		387.388	
viæ.	64.65	Pictatium quid.	388.389
Perſæ regem ſuum ex lege		de Pietate in parentes.	759
		Pietatis ædes ab Acilio con-	
		ſecta	

I N D E X.

ſecreta.	773	bis, exponitur.	555
Piſcina miraculoſa, Baptiſmi		Prodigi olim caſtigati ac pu-	
ſymbolum eſt.	227. 231.	niti. 544. 545. 546. 547	
232.		Prodigiorum complura ex em	
Piſcinæ in Ieruſalem varię.		pla.	552. 553. 554.
228. 229. 230. 231		Prodigium mulę parentis.	
Piſcina Baptiſmi.	237		249
Plato de tribus gratias age-		Proximi nomen quid impor-	
bat naturę.	194.196	tet.	40
Platonis & Diogenis conten-		Prudentia cuiuſdam Roma-	
tio.	661.662	contra coniugis ſuę im-	
Pœnitentia, ſecunda poſt		portunitatem.	399
naſtragium tabula.	78	Publicani quinam ſint.	719
in catholica eccleſia eſt Pœ-		Pueri vocantur Miniſtri etiam	
nitentia.	513	ſenes.	25.26
Plus pollicetur, quàm ſit ro-		Pueri 42. Eliſeo illudentes;	
garus.	26	quid portenderint.	358
Polycarpi exclamatio fami-		Pulchra difficilia eſſe.	49
liaris.	386	Purpura inuentio. 449. 450.	
Polycarpus.	744	451. 452. 453. 454	
Polychronius mortuum ſulci		Puſiones quandoque non ab-	
tare non potuit.	176.	ſque prodigio loquuti. 164.	
177		165.166	
Polycratis annulus.	585	Pythagoras alio præſente	
Porcus Troianus menſis illa-		nunquam aliquem repre-	
tus.	453	headebat.	718
Porci ingenium, immundi-			
tiem amat. 561. 564. 565.			
566			
Porſena Mutio vitam dona-			
uit.	57		
Poteſtatibus quatenus obe-			
diendum.	381		
Poteſtas abſoluta & ordina-			
ria.	658		
non parum refert, quos aſci-			
ſcas præceptores.	194.		
195			
Principiorum præclara laus			
201.202			
Principium, qui & loquor vo-			

Q Væſtiones aliæ ſenſu in-

digent, aliæ admoni-

tione & increpatione. 759

Q ueſtio, an liceat filio paren-

tibus in acta neceſſitate

conſtitutis vel religionem

ingredi ac profiteri: an ve-

rò profeſſo liceat parenti-

bis ad egeſtatem poſt vo-

tum ſolemner emiſſum

reductis, religionem egre-

di vt parentum neceſſitati

H h h 4 ſue

I N D E X.

succurrat. 791. 792. 793.
794. 795. 796. 797. 798.
799. &c.
Quadragesima ex Apost. tra-
ditione ieiunanda. 95
 tribus de causis Quadragesi-
ma ieiunanda. ibid.
Quadragesima cum ciborum
delectu obseruata quot
annis. 789. 790. 791
Quadragesima diebus conti-
nuis quidam miraculose
ieiunans. 95. 96
Quadragesimus numerus,
mysticus. 95
Quadruplex Christi aduen-
tus. 141
Quales videri volumus tales
simus. 5
Qualis homo talis huius ora-
tio. 20
Quidam mutata veste verum
de se audiuit. 203. 204
Qui per alium facit, per se fa-
cere videtur. 20

R

Rationalis creatura, quo
fine condita. 349. 350.
355
Razias an licite seipsum inte-
remerit. 315
Reconciliatio fraterna mu-
tua. 751
Reddere est actus iustitiæ.
13
Regna sine iustitia magna
sunt latrocinia. 154
Regnum Christi triplex. 408
 quibus de causis ablatum fuit
Regnum à quibusdam. 334.
335
Rex est imago animata Dei.
154. 155
Rex illiteratus, asinus coro-
natus. 193
Rex titulo, animo pecuniæ
miserabile mancipium.
2. 6
Regis quanta sit sollicitudo
ac cura. 414
Reges mundi, nouissimi præ-
dicationem audiunt. 190
Reges ac Regiæ ab audien-
dis concionibus non excu-
santur. 191
Reges Philosophari etiam
debent. 192. 193
Regum filij nihil rectè dis-
cunt, præterquam equita-
re. 202
Regulæ per sanctos Dei ad
melius seruanda mandata
conscriptæ, non sunt man-
data hominum. 784
Religio plantata recens, mi-
raculis irrigari debet. 168.
169
Religionis controuersia mi-
raculis commissa. 169. 170
Relinquere terram & cogna-
tionem nostram. 298
Re Reliquiis sanctis ad quas
miracula fiunt. 241
Rom. ecclesiam venerari de-
bemus. 370. 371
Romana ecclesia est Catho-
lica. 411
Romanorū imperium mer-
ces fuit. 484
Rosæ ad fidem conuertendi
miracula

I N D E X.

miracula requirunt. 168.
169
 multa non inutiliter Repe-
runtur. 394. 395
Reperitio quando auditori-
bus odiosa. 395. 396
Reprobis exprobrationes fi-
ent in iudicio. 133. 134
Rererebuntur filium, expo-
nitur. 521. 522. 523. 524. 525.

S

Sabbaticus fluuius. 232.
233
Sacramentarij Eucharisti pu-
tant phantasma esse. 87. 88.
Sacrificium ex substantia pau-
perum offerre, graue deli-
ctum. 781. 782
Sacri homines. 746
Sampson licite seipsum inter-
fecit. 346. 347
Sancti toti erant in mortis cõ-
templatione. 10. 11
Sanctorum preces confu-
gere modestiam respicit. 21
Sanctum fuit, quicquid illud
sit quod virgo genuit. 812
Sanctimoniales & Deo dica-
tæ virgines aliquando mo-
nasterium deserere pos-
sunt. 798
Saladini præclarum facinus.
89.
Samaritana ad sui peccati
cognitionem perducta.
712
Sapientij aduersus Nicépho-
rum implacabile odium.
Sardanapalus mollis & esse
minatus. 219
Satyrus, Eumelus & Pryta-
nis Bospori Cymmerij re-
gis filij. 767
Scaurus Varium hoste suū,
quo modo depulit. 94
Scipio vnde dictus. 783
Scripturis sacris repellendæ
sunt Dæmonis tentatio-
nes. 103. 104
Scopa triplex. 643
Scoti defensio contra male-
ficia tollenda. 300. 301.
302. 303
Sedendo iudex sententiam
proferat. 121
Sedes Dauid & Iacob. 808.
809
Sem & Iaphet pietas. 766
Separatio futura in iudicio
tribus modis. 122
Seplasiarij vnde dicantur.
458
Serrorij astutia. 289
Seruitus peccati, in quo con-
sistit. 215. 216. 217
 erga seruos quales se domi-
ni gerere debeant. 21. 22
Seruorum agenda cura. 22.
23
Serueriani hæretici vinum
abominantur. 506
Sexagenarius à filio serua-
tus. 765. 766
Si quis dixerit patri, munus
quodcūque est, ex me tibi
proderit. &c. expositio.
783
Sicut, imitationem dicit
non æqualitatem. 63
Signa de cælo suis amicis
H h h 5 Chri

I N D E X.

Christus dedit. 183.184
 Simia semper est simia. 4
 Similis, quomodo 7. annos
 duntaxat vixerit. 336
 Sinus Abrahæ quid. 480
 Socrates morosissimam tole-
 ravit uxorem. 50
 Socrates cæsus, minimè com-
 motus est. 50
 Socratis obitus. 335
 Socrates reprehensus à Pla-
 tone. 712
 in Sole proprietates ad glo-
 rificationem corporum ac-
 commodatæ. 266
 Salutaris ignem sustinuit
 quo consilio. 139
 Sesostris & Cyrus, quadri-
 gas suas reges vehere inf-
 ferunt. 79
 Sorades pœnas dedit loqua-
 citatis. 713
 qui non Succurrit, occidit
 465.466
 Spectrum Dæmonis. 87
 Spès præmij diminuit vim
 laboris. 49
 Spiritus probandi an ex Deo
 sint. 490
 Spiritus 7. nequam, quibus
 comparatur. 644.645
 Spoutula quid significat. 447
 Spuma sola exit de olla, &
 mala herba semper cre-
 scit. 180
 Stultitiam simulare, pruden-
 tia est. 69
 Stulti reges. 72
 Subandi obscœnum verbum
 vnde tractum. 565

Subcessæ quæ dicantur. 607
 Successionis pulcherrimum
 exemplum. 376.377.378.
 379.380
 Sultanus captus, toto biennio
 nunquam ridere visus est.
 80
 Superbi deorsum deiecti. 107
 Superborum depressorum
 exempla. 593
 Susceptorum pro baptizan-
 dis responsiones. 319
 Sybaritæ quousque felices,
 758.759.
 Symon Magus volat demo-
 nis arte. 107
 Symon Magus pharisaicè
 mortuum suscitare legitur.
 177
 Symoniacus quidam, quo-
 modo conuictus. 152.153
 Symoniaca labes ac prauit-
 tas. 151.152
 Symoniæ crimen leges ac ca-
 nones detestantur. 151.152
 Synagoga Iudeorum cur re-
 pudiata. 331

T

T Aciturnitatem huiusmodi
 labefactari volebant
 Rom. 403.404
 si Tacuisset, Philosophus fuis-
 set. 296
 Tamerlanis crudelitas ma-
 xima. 466
 Tantali fabula. 446
 Tardè Deus punit, sed quò
 seriùs, eò seueriùs. 359.360
 Tarenti

I N D E X.

Tarentinorum festum ieiun-
 nium, nuncupatum. 94
 Telechi reuerentia erga pa-
 trem. 761
 De templo omne bonum,
 omne item malum pro-
 cedit. 146
 Templo vicinus sepe à Deo
 remotus. 193
 Tempa virtutis & honoris,
 cur coniuncta. 421.422.
 423
 Terra mater communis om-
 nium. 11
 Tentari cur permittit nos
 Deus. 91.92
 Tentator ignorabat an Chri-
 stus esset filius Dei. 97.98
 Ter maximus apud Græcos
 quid importat. 286
 Thais meretrix à Paphnu-
 tio abbate, qua arte con-
 uersa. 13
 Thaidis quæ fuerit oratio.
 307.
 Theodosius iunior nimis sim-
 plex ideoque reprehen-
 sus. 407
 Theodosius Magnus impe-
 rator à D. Ambrosio ex-
 communicatus. 720.721
 Thesaurus quid. 16
 Thesaurizare quandoque li-
 cet quibusdam. ibid.
 Themistocles obliuionis po-
 tiusquam memoriæ artem
 eligens. 59
 Thestalonice regina à filio
 interempta. 773
 Thobias presentissimum pa-
 tri remedium attulit. 766

Thomæ V valdensis de Dei
 misericordia opinio refel-
 litur. 577.578.579.580
 Thrasibulus *Amungianus* quo
 concilio sanxerit. 51
 Tiberius imp. Christianus
 Magnus eleemosynarius.
 18
 Timanthis pictoris tabula.
 780
 Timoris iudiciorum Dei cõ-
 mendatio. 369.370
 571.572.573.574.
 Torcular in vinea quid signifi-
 ficat. 605.606.
 Traditiones non scriptæ reci-
 piendæ. 287
 Traditiones Apostolorum &
 Apostolicorum virorum ser-
 uandæ. 334.335.336.
 Transfiguratio Christi in
 Thabor. 257.258.259.
 Transfigurationes Christi
 quinque exponuntur. 263.
 264.265.
 Transubstantiatio. 99.100
 Tria difficilia factu. 59
 Tria difficilia creditu. ibid.
 Tria clamare faciunt. 313
 Tributa subditis moderata
 imponenda. 386.387
 Trifagios, vnde habeat ori-
 ginem. 308
 Triumphanti dicebatur, Ho-
 minem te esse memento.
 31.32
 Tuba iudicij, semper nostris
 infonet auribus. 117.118
 Tullia Sernij filij impietas.
 769.770.
 Turcæ edificiorum nullam
 habent

I N D E X.

- habent delectationem. 498.499.
 28
 Turcæ à vino abhorrent, ex
 Alcorano. 507
 Turcæ superstitioniffimè ad
 hodiernum vsque diem la-
 uantur. 756
 Turpiùs eijcitur, quàm non
 admittitur hospes. 39
- V
- Vandalicæ templis stabu-
 la fecerunt in Africa.
 159
 Venite benedicti, &c. ampli-
 ficatur. 125.126
 Verbum Dei, quale. 651.652
 Veritas non apud Hæreticos,
 sed in Ecclesia inuenitur.
 205.207.208
 Veritas ab inuitis pectoribus
 erumpit. 609
 de Veritate cuiusdam histo-
 riæ, de legati Christi sacer-
 dotio. 702.703.704.705.
 706.707
 Vestis talaris Ioseph, quid de-
 signet. 199
 Vetulæ cuiusdam contra a-
 dolescentem inueteratum
 odium. 58
 Viduarum cura. 675.676.
 677
 Vigilæ noctis, vnde origi-
 nem duxerunt. 83.84
 Vigilantibus ius ciuile scri-
 prum est. 238
 Vindictæ tenax propositum
 in Dario. 59
 Vinea ecclesiæ mystica. 497.
- Vineas excidere qui moliti
 sunt. 505.506
 Vineæ odor mirificus. 503
 Vinum lac Venetis. 509
 Vinorum plura exempla,
 ibidem.
 Virga Aaron quid significa-
 bat. 798
 Virgiliana sententia, quæ sic
 præstantissima. 158
 Virginitas matris quibusdam
 etiam ethnicis ante Chri-
 stum natum cognita fuit,
 798
 Vitæ hieroglyphicon. 503
 Vitæ huius volubilis rota. 78.
 79
 propter Vitia non deserenda
 cathedra. 374.375
 Viue memor mortis. 9
 Vmbræ somnium, homines
 sunt. 8
 Vnitas ecclesiæ non scindenda.
 74
 Volat irreuocabile verbum,
 401
 Vota appensa in templis Ca-
 tholicorum. 251.252.253
 Vulpanser venatores in pul-
 lorum gratiam deludit,
 311
 Vxor ducis Venetorum de-
 licatissima, perit malè,
 454.455
- X
- Xerxes Helesponto. 306.
 Verbera infligi iussit.
 72

Yucroti

I N D E X.

- Y
 exauditi fuerunt. 434
 Zenonis taciturnitas mira.
 400
 Yucroti regnum liberum
 & exemptum à regi-
 bus Francorum. 752
 Zeno Isauricus à filio in
 imperatorem coronatus.
 763.
- Z
- Zuo Zebedæi quo sensu

F I N I S.

